7
2-6
30

7 — 2 b 30

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IV. 4. 23.
M.2.

Digitized by Google

DE PRÆSVLIBVS
Angliæ Commentarius:

OMNIVM EPISCOPORVM, NECNON ET CARDINALIVM EIVSDEM GENTIS, NOMINA,

TEMPORA, SERIEM, ATQVE actiones maximè memorabiles ab vltima antiquitate repetita complexus.

Per FRANCISCVM GODWINVM, *Episcopum Landauensem.*

LONDINI,
Ex Officina NORTONIANA,
Apud IOANNEM BILLIVM.

M. DC. XVI.

Cum Priuilegio Regis.

Digitized by Google

Digitized by Google

LLVSTRISSIMO, POTENTISSIMOQVE MONARCHÆ, *IACOBO* DEI GRATIA MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ, ET HIBERNIÆ REGI, Ac fidei verè Catholicæ Propugnatori inuictissimo.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE ROMA

A Sancto Augustino (sereniſsime Princeps) inter grandia numeratur miracula & *Res maxime incredibiles*, Christi Domini Apoſtolos, *ineruditos liberalibus diſciplinis* (vt ipſe loquitur) *& omninò (quantum ad Philoſophorum doctrinas attinet) impolitos; non peritos Grammaticæ, non armatos Dialectica, non Rhetorica intos, piſcatores cum retibus fidei ad mare huius culi pauciſſimos miſſos, ex omni genere tam mul-*

De ciui. Dei lib. 22. cap. 5.

Digitized by Google

tos piſces (& tanto mirabiliores quanto rariores) etiam ipſos philoſophos cepiſſe. In ijs ſiquidem impletum eſt illud Prophetæ, *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & ad extrema mundi, verba eorum. Inter gentes quæ Romani imperij frænum acceperant, non paucæ* (inquit Theodoretus) *ſecundùm leges eorum viuere noluerunt. At noſtri illi piſcatores ac publicani, ſutorq; ille noſter, cunctis nationibus legem Euangelicam detulerunt. Neq; ſolùm Romanos, quiq; ſub Romano viuerent imperio, ſed Scythas quoq; ac Sauromatas, Indos præterea, Æthiopas, Perſas, Seras, Hircanos, Britannos, Cimmerios & Germanos, vtq; ſemel dicatur, omne hominum genus, nationeſq; omnes induxerunt, Crucifixi leges accipere; idq; non armis vſi, non infinita vi militum delectorum, non immanitatis Perſicæ violentia, ſed verborum ſuaſu, oſtenſâ legum quas prædicabant vtilitate.* Miraculi huiuſce tanti, particulam egomet deſcribendam enarrandamq; ſuſcepi; quatenus nimirum hanc tuam ſpectat Britanniam; & ſic vt potui deſcriptam, Maieſtatis tuæ conſpectui exhibere, nomini conſecrare, non ſum veritus, tanquammateriam (modò pro dignitate ſcriptorem fuiſſet nacta) notitia certè ac pen-

Pſal. 19. 4.

De cur. Græ. aff. lib. 9.

ſitatione

itatione veſtra non indignam. Ex partibus iquidem cum conſtet duabus, hiſtoriâ nimi-ium duplici, quarum altera, de prima gen-is noſtræ à Paganiſmi erroribus, ad Chriſti-næ religionis veritatem conuerſione; altera, le eiuſdem religionis ad noſtra vſq; tempo-a agit propagatione: Duas explicabit res, nde iuſtiſsimæ ampliſsimæq; gloriæ dupli-em palmam & veſtræ M. veſtręq; Britan-iæ deberi conſtabit. Hîc videlicet loci, in iſce tuis regnis, miraculum huiuſmodi, o-eration em habuiſſe, & primam, ac dein-e efficaciſsimam. Conſtabit (inquam) *Om-ium prouinciarum primam Britanniam* (vt rectè abellicus) *publicitùs Chriſti nomen recepiſſe:* Vn-e *Primogenitæ Eccleſiæ* titulum ſibi debitum, ire ſuo, meritiſsimòq; vendicat. Conſtabit iam, pia M. V. ſollicitudine acerrimoq; iu-icio, ita res Eccleſiæ & Religionis adminis-rari, vt nuſquam ab æuo condito, vel hic, el alibi terrarum reperturi ſimus Clerum bſit verbo inuidia) vel numero copioſio-m, vel eruditione morumq; ſanctimonia uſtriorem, qui Euangelicæ veritati adhæ-rint, quam hodie apud nos in hac veſtra itannia. Præcones certe tam vita quam

Ennead. 7. lib. 5.

voce nobiliſsimi, orthodoxæq; fidei propagandæ ſtudioſiſsimi, quicquid è contra vel Nouatorum vel Papicolarum greges obganniant. In harum partium prima explicanda, eò magis libentiuſq; inſudaui, quia ante aliquot annos, magno molimine anniſos nonnullos comperi, vt religionis noſtræ primos quaſi natales & proſapiam à patribus Romanis deducerent. Quæ res, tanta animi contentione ab illis agitata eſt; vt mirari ſubijſſet adeo incaleſcere illos in re frigida; niſi quò hij tanti conatus tenderent, perſonatus ille Parſonius prodidiſſet; quem non pudet, diſertis verbis affirmare, ideo quod à ſede Romana veritatis prima lux nobis affulſerit, eidem tantum nos debere, vt in rebus ad religionem ſpectantibus, à Pontifice Romano diſſentire, nobis ſit flagitium. Cuius paralogiſmi antecedenti vtcunq; annüeremus, quam infirma tamen eſſet conſequentia?

N. D. in triplici Conuerſ.

Perſ. Sat. 1.

——*Non quicquid turbida Roma*
Eleuat, accedas, examenue improbum in illa
Caſtiges trutina.

Tertullianus, alludens fortaſsis ad illud Apoſtoli, *Ieruſalem quæ ſupra eſt, libera eſt & mater*

Gal. 4.

omnium

Digitized by Google

omnium; Eam vocat *Matrem & fontem religionis*. Et D. Auguſtinus in quadam cum Paſcentio diſceptatione, *Fidē & religionem à Græcis ortam pronunciat*. Etſi igitur Romam, matrem & fontem religionis noſtræ fateamur, & Romæ ortam ad nos eam promanaſſe: Qui tamen ſequetur, Romanorum Pontificum dogmata nobis ſemper tenenda, magis quam (ſi Tertulliano & Auguſtino credimꝰ) Eccleſiarum Græciæ aut Hieroſolymitanæ Antiſtitum? Tametſi igitur totum illorum argumentum fluxum ſit & inualidum; quia tamen antecedens illud ſuum comunt poliuntq; & quo magis officias nobis faciant, hiſtoriam gentis Anglicanę corrumpunt: Operæpretium putaui, Eccleſiæ noſtræ primos quaſi fontes & incunabula inueſtigare, & inuenta fideliter lectori demonſtrare. Quod à me tam diligenter factum confido, vt iam poſthac, de harum rerum veritate nullum dubitationi locum exiſtimem relictum. Ad alterum illud quod attinet, haud quaquam probe officio fungi videar, quod in priorum Antiſtitum virtutibus prædicandis tam largus, in noſtrorum, poſt reformatam apud nos Eccleſiam, tam parcus plerunq; extiterim.

Cont. Marcionem. l. 2. Epiſt. 178.

rim. Sed ideo feci, quod eruditio illorum ſingularis, operibus ab illis in lucem editis, ſatis vtplurimùm eluceat: Et vitæ morumq; integritas inde omnibus conſtet, quòd hinc Pontificij, illinc Schiſmatici, lynceis oculis omnia perueſtigantes, ſi vſpiam reperire poſſent quod vellicarent; neminem tamen vel minima macula potuerint aſpergere, quæ excuſſa protinus, malignitatem ſimul obtrectatoris, & accuſati non proderet innocentiam. Deum precor Opt. Max. vt multos ac fœlices annos M.V. largiatur; & poſtquã viſum fuerit, à regnis hiſce tranſitorijs ad cœleſte illud ac perenne transferre; vt habeam? ex progenie tuá, qui tam virtutibus quam ditionibus M. T. in perpetuum ſuccedant. Erit tum futurum, vt ſacerdotum noſtrorum pectora Vrim ac Thummim inſtruantur atq; ornentur; Et tanquam totidem ſtellæ in dextra eius ſplendeſcant, qui claues habet mortis & inferni, qui eſt A. & Ω. primus ac poſtremus, cui honor & gloria in ſecula ſeculorum.

M. V. humillimus ſacellanus,

FR. Landauen:

Digitized by Google

AD LECTOREM PRÆFATIO.

ANte annos iam viginti, catalogum cœpi colligere Episcoporum gentis nostræ, nihil amplius ab initio meditatus quam merum catalogum. Vrceum instituí, exijt amphora. Adiunxi paulatim vniuscuiusq; tempora, mox etiam actiones, & res gestas maximè memorabiles, donec tandem in volumen, fere quantum nunc cernis, succreuisset. Anglicanâ id linguâ conscriptum, mancum adhuc & imperfectum, antequam duas Walliæ sedes potuissem describeri (Bangorensem & Asaphensem) amicorum tamẽ importunitas vt ederem extorsit, anno 1601. Quapropter, cum nouam editionem Typographum postea moliri accepissem; non tantum veterem recognoscere visum, sed multa porro inserere quæ deesse videbantur. Bangorenses & Asaphenses Episcopos addidi: Ecclesiæ Romanæ Cardinalium, qui Angli vel fuerunt vel fuisse perhibentur, catalogum adieci: Operæpretium deniq; putaui, tanquam apparatum necessarium præfigere, de prima gentis nostræ ad fidem Christianam conuersione, historiolam. Ex tribus ita partibus hoc opus constabit; quarum prima, in quatuor est diuisa capitula. In primo nempe,

nempe, de Apostolis agitur, qui hic apud nos præsentes, Euangelicum semen in aruis nostris Britannicis, sua prædicatione ipsi sparsisse perhibentur. In secundo, de viris Apostolicis (hoc est, ijs, qui Apostolorum æuo vixerunt, & ipsorum discipuli probabiliter possunt æstimari) qui eidem operi incubuisse feruntur. Tertium, Lucij Regis continet historiam. Ac postremum deniq; narrationem habet, rerum ab Augustino hic gestarum, qui Anglorum Apostolus vulgò nuncupatur. In secunda parte, vitas descripsi præsulum Ecclesiæ nostræ, Cantuariensis prouinciæ primùm (antiquitùs dictæ Dorobernensis) quæ Suffraganeos habet vnum supra viginti; ac deinde Eboracensis, in qua hodie tres tantummodo numerantur, cum olim, Scotiæ porro Episcopatus duodecim (S. Andreæ Archiepiscopatu nondum erectò) fuerit complexa. Postrema deniq; catalogum habet Cardinalium Anglicorum, quos visum præsulibus nostris annumerare; primùm, quod homines extiterint suis temporibus clari, & propter potentiam plerumq;, virtutibus etiam sæpenumero celebres: Deinde, vt Ciaconij errores patefacerem, qui dum omnium Ro. Ecclesiæ Cardinalium vitas videri vult descripsisse, de Anglis nostris tã multa perperàm retulit (in nominum præcipuè recitatione admodum ridiculus) vt incertam nescio quam famam secutus potius videatur, quam è publicarum tabularum monumen-

numentis, aut alijs fidèdignis authoribus, quæ ijs de rebus ſcripta reliquit, deſumpſiſſe. Opus iam tot acceßionibus auctum, typographo tradidi; qui, ne dum excuderetur abſente, tam deprauatè edidit & mendosè, vti pro meo vix poſſem agnoſcere. Quare, amicis ſæpe iam olim monentibus, vt publici uris hoc facerem, in Latinum ſermonem id conuerendo; remq; exteris hominibus (Auglicanæ noſtræ vernaculæ ignaris) haud ingratam me facturum ſſerentibus, iam tandem cœpi auſcultare: Et ne editio tam vitioſa tot laborum fructu me priuaret, aud inconſultum putaui, ſuſcepto verſionis labore, ericulum facere, ſi typographum nactus meliorem, i lucem tandem poſſem emittere, quod ex me natum auſim profiteri. Erunt (ſat ſcio) qui vitio mi- i vertent, quod de Epiſcoporum quamplurimis auca dixerim, ſæpe etiam nuda duntaxat nomina opoſuerim. Ad veteres illos quod attinet, ac priſrum ſeculorum Antiſtites; ſi quantam diligentiam dhibuerim, intelligerent iſti, quantum laboris inmpſerim, vt obliuione obrutam eorum memoriam ſuſcitarem: Ignoſcerent mihi facile, quod, qui tam ultos altiſſimo, ac tantum non letali ſopore preſſos cpergefecerim & veternum illis excuſſerim, morıis tamen & extinctis penitùs, vitam reddere non ituerim, luciſq; eos facere participes. De moders vero & noſtri æui præſulibus, quod parcè fuerim loquutus,

loquutus, neq; hominibus, eruditione, pietate, aliisq; virtutibus Episcopalibus, clarissimis, debitas laudes ascripserim: Præter ea quæ iam antea dicta sunt, haud aliam affero excusationem, quam quod modestiæ meæ graue duxerim, virtutes eorum pro meritis decantando, adulationis suspicionem incurrere; & gratiam siue apud ipsos, siue propinquos eorum etiamnum viuentes ineundam, sacrosanctæ veritati præposuisse videri. Vix igitur aliquid de ijs præter facta commemoraui, nisi quatenus aliorum verba nonnunquam licuit mutuari, quæ haud inuitus subinde vsurpaui, vt de tantis & tam præclaris viris sententiam meam interponere non ausus, aliorum tamen iudicia recensendo, officio meo haud vsquequaq; videar defuisse. Restat à lectore iam vt petam, studia ista mea boni æquiq; consulat; quæ si haud ingrata intellexero, animos mihi faciet ad tentandum, si Episcoporum Scotiæ atq; Hiberniæ, aut saltem præcipuarum earundem Ecclesiarum, catalogum possim contexere; id quod iam molior, & spero me breui præstiturum, si speratam facultatem, de eis rebus notitiam consequendi nactus fuero. **Deum interim Opt. max. omnibus votis precor & obtestor, vt quæ iam exhibeo, ad gloriam eius & Ecclesiæ suæ cedant vtilitatem.**

LARISSIMO VIRO, DOMI-
O FRANCISCO GODWYNO, EPISCO-
O LANDAVENSI, ANTIQVI-
ITVM BRITANNICÆ ECCLESIÆ
OCVLATISSIMO INDAGATORI, RESTAV-
RATORI FIDELISSIMO, DOMINO
OPTVME MERENTI
SACRVM.

RÆſul, præſule filius Parente,
(Mox & præſulibus Parens futuris,
Cui tam contigit erudita Proles;)
Qui priſcum Euſebium, Εὐσεβὴς & Ipſe,
ctrinæ ſuperas amore Doctor,
ibendi ſuperas honore Scriptor,
ri amantior, & Magiſter æqui:
Vnus præ reliquis Epiſcoporum,
ras Relliquias Epiſcoporum
ii recolligis, aſſeriſq; fato;
Caſſis qui Patribus, Pater ſuperſtes
Anglis ſimul, & ſimul Britannis,
s iam viuere, das vigere rurſus,
tiquam memorans Fidem, Labores,
tiquum renouans Decus, Nitores:
Quæ Laus, quæ meritis Corona tantis
na? dignior omnibus Coronis.
; ipſa potior priorq; Laude!
Dignus; quem merito Patres Britanni
rem ſuſpiciant, amentq; Vivum,
Per quem Secla patrum vigent Britannûm;
emque, Eccleſia Mortuum, rubente

Feſto

Festo concelebret, legatq; Sanctis,
Per quem Ecclesia sanctior revixit.
Dignus; quem merito IACOBVS ipse
Præsulum pater, Omniumq; Princeps,
Præsulem indies ornet, augeatq;
Re magè augeat, ornet auctiorem:
Natosq; ad patris euehant honores,
Longam per seriem boni STVARTAE,
Vt longa serie Deo dicata,
Godwyne priscè Anglis Dilectus deo. Hæc DILECTA-DEO domus, STVARTIS
Adsit regibus vsq; & vsq; chara.

Euge Lector!
Amoris & Honoris ergô;

Musæ MAHONIDES diu gementes,
Torpentesq; diu, & diu silentes,
Arsere insolitùm: entheamq; Phæbi
Arreptam capiti sacro Coronam
Iam poscunt sibi, fausta iubilantes
GODWYNO omnia; Gratias, Amorem,
Nomen, Diuitias, Sedem ampliorem,
Et quicquid bona Mens auet merenti,
Et quicquid bona Sors habet carenti,
Quantes lepidùm, bonum precantes,
SENEM Summa beent, beentq; & IPSAS.

C. D. Q.

EDW. MAHONIDES,

Aliàs

CHRISTOPHER.

PROVINCIÆ CANTVARIENSIS EPISCOPATVUM, INDEX,

TAM VETERVM QVAM MODERNORVM.

Asaphensis.	652.	Lincolniensis.	338.
Bangorensis.	643.	Londinensis Arch. olim.	226.
Bathoniensis.	417.	Meneuensis.	599.
Bristoliensis.	596.	Norwicensis.	481.
Cantuariens. Archiep.	55.	Oxoniensis.	585.
Carleonens.	6.	Petroburgensis.	593.
Ciceſtrenſis.	550.	Ramsburiensis.	387.
Criditonensis.	450.	Roffensis.	564.
Cornubiensis.	450.	Sarisburiensis.	388.
Couentrensis.	366.	Sherbornensis.	382.
Dorceſtrenſis.	336.	Sidnaceſtrenſis.	336.
Dorobernensis. Arch.	55.	Sunningensis.	385.
Dunwicensis.	479.	S. Dauidis. Arch. olim.	595.
Eliensis.	303.	S. Germani.	450.
Elmhamensis.	479.	S. Petroci.	450.
Eluiensis.	652.	Seolseiensis.	547.
Exoniensis.	455.	Tawtonensis.	450.
Glaſtoniensis.	421.	Thetfordensis.	481.
Gloceſtrenſis.	590.	Wellensis.	413.
Herefordensis.	526.	Weſtmonaſteriensis.	598.
Landauensis. Arch. olim.	6.	Wigorniensis.	500.
Lecceſtrenſis.	337.	Wiltoniensis.	387.
Hfeildensis Arch. olim.	363.	Wintoniensis.	256.

PRO-

Digitized by Google

Festo concelebret, legatq; Sanctis,
Per quem Ecclesia sanctior revixit.
Dignus; quem merito IACOBVS ipse
Præsulum pater, Omniumq; Princeps,
Præsulem indies ornet, augeatq;
Re magè augeat, ornet auctiorem:
Natosq; ad patris euehant honores,
Longam per seriem boni STVARTAE,
Vt longa serie Deo dicata,
Godwyne priscè Anglis Dilectus deo. Hæc DILECTA-DEO domus, STVARTIS
Adsit regibus vsq; & vsq; chara.

Euge Lector!
Amoris & Honoris ergô;

Musæ MAHONIDES diu gementes,
Torpentesq; diu, & diu silentes,
Arsere insolitùm: entheamq; Phæbi
Arreptam capiti sacro Coronam
Iam poscunt sibi, fausta iubilantes
GODWYNO omnia; Gratias, Amorem,
Nomen, Diuitias, Sedem ampliorem,
Et quicquid bona Mens auet merenti,
Et quicquid bona Sors habet carenti,
Ouantes lepidùm, bonum precantes,
SENEM Summa beent, beentq; & IPSAS.

C. D. Q.

EDW. MAHONIDES,

Alias

CHRISTOPHER.

PROVINCIÆ CANTVARI

ENSIS EPISCOPATVUM, INDEX,

TAM VETERVM QVAM MODERNORVM.

Asaphensis.	652.	*Lincolniensis.*	338
Bangorensis.	643.	*Londinensis Arch. olim.*	220
Bathoniensis.	417.	*Meneuensis.*	599
Bristoliensis.	596.	*Norwicensis.*	48
Cantuariens. Archiep.	55.	*Oxoniensis.*	585
Carleonens.	6.	*Petroburgensis.*	595
Ciceſtrenſis.	550.	*Ramsburiensis.*	381
Criditonensis.	450.	*Roffensis.*	564
Cornubiensis.	450.	*Sarisburiensis.*	388
Couentrensis.	366.	*Sherbornensis.*	382
Dorceſtrensis.	336.	*Sidnaceſtrensis.*	330
Dorobernensis. Arch.	55.	*Sunningensis.*	385
Dunwicensis.	479.	*S. Dauidis. Arch. olim.*	599
Eliensis.	303.	*S. Germani.*	450
Elmhamensis.	479.	*S. Petroci.*	450
Eluiensis.	652.	*Seolseiensis.*	547
Exoniensis.	455.	*Tawtonensis.*	450
Glaſtoniensis.	421.	*Thetfordensis.*	481
Gloceſtrensis.	590.	*Wellensis.*	413
Herefordensis.	526.	*Weſtmonaſterienſis.*	598
Landauensis. Arch. olim.	6.	*Wigornienſis.*	500
Legeceſtrenſis.	337.	*Wiltoniensis.*	387
Lichfeildensis Arch. olim.	363.	*Wintoniensis.*	250

PRO

PROVINCIÆ EBORACENSIS.

Carliolensis.	145.	Eboracensis Archiepisc.	1.
Cestrensis.	156.	Haguſtaldensis.	94.
Dunelmensis.	99.	Lindisfarnensis.	91.

EPISCOPATVUM MODERNORVM SERIES.

Provinciæ Cantuariensis:

Cantuarienſ. Archiep.	55.	Hereforden.	526.
Londinensis.	226.	Ciceſtren.	550.
Wintonienſis.	256.	Roffen.	564.
Elienſis.	303.	Oxonien.	585.
Lincolnienſis.	336.	Gloceſtren.	590.
Couent. & Lichfeld.	363.	Petroburgen.	593.
Sarisburienſis.	382.	Briſtolien.	596.
Bathon. & Wellen.	413.	Menenen.	599.
Exonien.	450.	Landauen.	6.
Norwicen.	479.	Bangoren.	643.
Wigornien.	500.	Aſaphen.	652.

PROVINCIÆ EBORACENSIS.

Eboracenſ. Archiepiſc.	1.	Carleolen.	143.
Dunelmen.	91.	Ceſtren.	155.

DE PRIMA BRITANNIÆ NOSTRÆ AD FIDEM CHRISTIANAM CONVERSIONE.

BIBLIOTECA HA ROMA VITTORIO EMANU

Cap. I.

POst Christi Domini glorioſam illam in cœlos aſcenſionem, aliquot per annos Hieroſolymæ manſiſſe Apoſtolos eius, in Actorum ſuorum hiſtoria ſatis liquet. Iacobo vero ad iniquiſſimum Herodis mandatum capite plexo, Petro etiam ad eandem pœnam deſtinato (a qua tamen ſumma Dei bonitate liberatus eſt) ſæuiente etiam in cæteros perſecutione: Omnes (præter Iacobum qui frater Domini vulgo appellatur quod genere propinquus eſſet, & Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Epiſcopus relictus eſt) Omnes (inquam) diſceſſerunt illinc, & per diuerſa abeuntes, ad eas orbis regiones amandati ſunt, ad quas Spiritus Sanctus priuato inſtinctu velle eos proficiſci

Act. 8. 1.

Act. 12. 2.

 ſigni-

ſignificauit. Sic nimirum Chryſoſtomus; *Apoſtoli prædicauerunt Iudæis, longoq; temporis ſpatio caſi, & flagellati in Iudæa manentes; ac demum ab ipſis propulſi, in gentes profecti ſunt.* Claudii Cæſaris anno ſecundo, Chriſti autem nati 44. hanc ſiue ſeparationem, ſiue diſperſionem Apoſtolorum factam non abſurde conijcit [a] Baronius; quanquam non deſint, qui biennio ſerius eam accidiſſe [b] autument.

Vt de tempore non ambigamus, certum eſt, [c] Ioannem Euangeliſtam in Aſia ſedem fixiſſe, ibiq; ad decrepitam vſq; ætatem in Euangelica doctrina propaganda deſudaſſe.

Andræas, peragrata [d] Aſia, inter Schythas, Sacas [e] & Sogdianos Chriſtum annunciauit, & inde Græciam petens, cum in tranſitu apud Thracas, Macedonas, & Theſſalonicenſes nouæ legis ſemina ſparſiſſet, vitam tandem finijt in Achaia.

Thomas, iter in [f] Parthiam inſtitutum, ad [g] Indiam vſq; & Aethiopiam intendit, imo & ad Taprobanam inſulam ſi [h] Nicephoro credimus. [k] Sepulchrum eius etiamnum hodie ab Indis oſtenditur. [l] Matthæus apud Æthiopes ætatis reliquum videtur tranſegiſſe, quemadmodum & [m] Matthias: Bartholomæus, in [n] Armenia, Lycaonia, [p] Albania & citeriori [q] India: Et Iudas Thaddæus in [r] Meſopotamia, Arabia ac Idumæa. Philippus, poſtquam ſuperiorem Aſiam peragraſſet, & Schytharum aliquas regiones, in Gallia multum temporis contriuit, vt inter alios nonnullos [s] Iſidorus diſertis verbis affirmauit: Quod mendoſe ſcriptum (Gallia pro Galatia):: Baronius exiſtimat. Si apud Græculum quempiam is id legerit, quod in errorem huiuſmodi illum perduxerit; Ammianum Marcellinum audiat docentem, [t] *Gallos ſermone Græco Galatas dici ſolere & Celtas*; aut ſi mavult Theodoretum, [u] qui illud D. Pauli enarrans *(Creſcens in Galatiam) ſic* (inquit) *Gallias appellauit.*

De Britannia noſtra hucvſq; altum ſilentium, quam tamen in hac prouinciarum partitione non neglectam, his verbis diſerte aſſerit Nicephorus, [x] *Ægyptum & Lybiam alius, alius item extremas Oceani regiones, & inſulas Britannicas ſortitus eſt.* Id quod porro tradiderunt ante illum Theodoretus [y] ac [z] Sophronius.

Homil. 70. in Matth. cap. 22.
a Annal. tom. 1. in Ann. Chr. 44.
b Apollon. apud Euſeb. hiſt. Eccl. l. 5. c. 16.
c Euſeb. Eccl. hiſt. l. 3. c. 1.
d Euſeb. ib. Niceph. l. 2. c. 39. & l. 8. c. 6.
e Sophron. apud Hierom. de ſcr. eccl.
f Euſeb l. 3. c. 1. Orig. in Gen. l. 3.
g Greg Naz. hom. ad Arian.
h L. 2. c. 40. & l. 3 c. 1.
k Oſor. de reb. geſt. Eman. l. 3.
l Socr. l. 1. c. 5.
m Sophron. apud Hieron. de ſcr. eccl. Niceph. l. 2. c. 40.
n Chryſ. in hom. de 12. Apoſt.
p Sophron. vbi ſup.
q Socr l. 1. c. 15
r Niceph. l. 2. c. 4
s De vita & ob. Sanct.
:: Martyrolog. Maii 1.
t Lib 15.
u In 2. Tim. 4.
x Lib. 3. c. 1.
y De cur. Gr. aff. l. 9.
z Sophron. in Catal.

Ex illis duodecim qui post mortem Iacobi minoris & Iudæ proditoris, Apostolorum nomine insigniti sunt, tres adhunc restant commemorandi, qui omnes dicuntur (quam vere non pronuncio) operam plus minus nauasse, in illuminanda Euangelicæ doctrinæ radijs nostra Britannia. Simon ille qui *quod Cana Galilææ oriundus Cananæus, propter flagrantem in Magistrum suum ardorem* (vt loquitur [f] Nicephorus) *Zelotes cognominatus est; is, cœlitus aduenientе sancto spiritu, Ægyptum, Cyrenem & [g] Africam, deinde Mauritaniam & Lybiam omnem Euangelium deprædicans percurrit, eandemq; doctrinam ad occidentalem Oceanum insulasq; Britannicas perfert.* Sic Nicephorus. Sed & à [h] Dorotheo id ipsum asseritur, qui etiam adijcit occisum *eum & sepultum ibidem.* Et [n] Græci in Menologio horum sententiam secuti videntur.

f *Lib.2.ca*

g *Isid de v ob.55.*

h *In Syno*

n *Baron. A tyr.in Oct 2.*

Quod ad D. *Petrum* attinet; lectorem nolim lateat, vehementer, omnibusq; ingenij neruis contendere Pontificios (ac in primis personatum illum Parsonium Iesuitam, qui alieni nominis velo faciem obnubit, dum conscripti ad id opusculi, N. D. profitetur authorem) hunc Apostolum, sicut Ecclesiæ Romanæ primum Pontificem, sic nostræ Britannicæ primum fundatorem extitisse. Et hanc quidem sententiam, tribus præcipue testimonijs nituntur comprobare; qnæ singula expendere, pauloque diligentius, quanquam paucis, examinare, instituti nostri ratio postulabit.

Occurrit primo in loco, assertio, sed nuda, Simeonis Metaphrastæ; de quo homine si non sufficit dixisse, quod de Sozomeno Melchior [p] Canus, *Græcus is fuit, & hæc natio est, semperque fuit ad mentiendum promptula*; quam dignus sit fide, iudicet * Baronius, cuius verba libenter vsurpauerim, de eo hac in causa laturus sententiam: sic enim ille: *Sicut in alijs multis ibi à se positis errare Metaphrastem certum est, ita & in his hallucinatum esse constat.* Ac iure profecto tum demum poterat mendacissimi nebulonis stigmate inurere, quem ter, si non quater mendacij ac falsitatis tum nuperrime arguisse deprehendet, quisquis paucula folia locum illum præcedentia euoluerit.

p *Theol.loc. cap.penult.*

* *Annal.ec Tom.1.anno Christi,44.*

Illum igitur vt relinquamus tanquam mentione vix aut ne vix dignum, accedamus si placet ad verba illa Canonis, cui Innocentij Episcopi Romani prætexitur authoritas. Ea sic habent: [d] *Manifestum est, in omnem Italiam, Hispaniam & Africam atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut successores eius, constituerunt sacerdotes.* Hæc vero quid quæso ad Britanniam nostram? de cuius ad fidem conuersione si quicquam confirmant, hoc est, quod neq; ad Petrum Apostolum, neq; ad eos quos vel ipse vel successores eius constituerunt sacerdotes, ea vllo modo tribuenda est. Quis enim non videt, Innocentium, dum limites nititur designare illarum Ecclesiarum, quas Apostolus prædictus aut ordinati ab illo instituerunt, nostram plane excluisse, quæ nec in prouincijs illis ab ipso enumeratis reperitur, neq; haberi potest vna ex insulis interiacentibus. Si de Sardinia, Corsica, Balearib. aut Melita lis fuisset, vicissent forsitan Iesuita. Sed hæc nostra sub alio quasi sole sita, huiusmodi finibus nullo modo comprehenditur. Nam, præterquam quod nominatim haud recensuerit (etsi omnium nostri orbis insularum nobilissimam) qui Siciliam non omisit, quintæ eius parti vix parem; si illam denotare habuisset in animo, alio vsus fuisset vocabulo, insulasque dixisset, non interiacentes, sed adiacentes.

d *Epist. ad Decent. dist. 11. c. Quis nesciat.*

Transeamus iam ad tertium illud testimonium, quod desumitur ex opusculo quodam Gildæ Britanni, cui titulus, In Ecclesiasticum ordinem acris correptio: vbi cum de vitiosis moribus clericorum sui temporis pluribus conquestus esset, dicit tandem, [a] *Multos habere suam Britanniam, præcepta Christi spernentes & suas libidines votis omnibus explere amantes, sedem Petri Apostoli immundis pedibus vsurpantes, sed merito cupiditatis in Iudæ traditoris pestilentem cathedram desidentes.* Ex quibus probari contendunt Pontificij, Præsulibus Britannis (de quorum nonnullis hic loci sermonem instituit) cathedram a Petro Apostolo primum collocatam. Quid lynces isti videant nescio: Ego certe tam oculatus non sum vt perspiciam, aliud hic dici, quam hypocritas huiusmodi, qui cupidatibus suis ædificationem Regni Christi postponunt,

a *In initio.*

Digitized by Google

nunt, Iudas potius proditoris, aut (vt postea is loquitur) Nicolai immundi hæretici successores videri, quam Petri aut cuiusquam alterius Apostoli.

Apage igitur Parsoni cum istis tuis Innocentijs & Metaphrastis, donec clariora attuleris aut fide digniora. Nam quod ad Alredi Rieuallensis nugas illas attinet, aut Gulielmi Eysengrenij hominis noui, ac recentissimi scriptoris narrationem; miseret me tui, quam tam tenuiter instructus in huiusmodi arenam ausus sis descendere. Ne tamen hæc tua tam præclara dona irremunerata videantur; habe tibi si placet duas rationes, quas si recti iudicij lance velis perpendere, plus multo ponderis habere reperies, quam aut Rieuallensis somnia aut Eysengrenij tui temeraria illa & sine authore effata.

Cæterorum Apostolorum labores, itinera, peregrinationes, cum tam diligenter a scriptoribus sigillatim recensentur, prout iam antea retulimus; Si D. Petrus, princeps (vt vultis) Apostolorum, hucvsq; penetrauit, vti Euangelij lucernam in hac vltima Britannia & alio quasi orbe accenderet; portenti hercle instar erit, hunc tantum conatum, omnes omnium generum scriptores adeo latuisse, vt neq; apud nostros, neq; alios vllos paulo antiquiores, mentio eius vel leuissima vsquam facta fuerit, præterquam apud Metaphrastem, fluxæ vt nostis fidei hominem, qui octingentis & amplius annis post obitum D. Petri vixit (circa annum videlicet salutis 900.) ac deniq; qui vitam traduxit in loco tam procul hinc dissito (Constantinopoli) vt res nostras exquirendi facultatem non habuerit, multoq; minus ea de nostris Ecclesijs tradendi, quæ tam multi inter nos egregiè docti ac antiquitatis solertissimi indagatores, nunquam tamen reperire potuerunt.

Deinde quum omnes, qui huc aduenisse D. Petrum contendunt, (Baronius, Parsonius & reliqui) aduentus huiusmodi tempus non aliud designent, quam id quando Claudij Cæsaris edicto Iudæi omnes Roma pulsi sunt (cuius rei mentio, non solum in sacra [a] Scriptura, sed & in alijs affatim scriptoribus [b] reperitur) [c] Metaphrastes certe Parsonij nostri

a *Act.18.2.*
b *Oros.lib.7*
Sueton.in Cla.
c *Die 29.Iun*

præcipuus athleta (ſi quicquam hoc habet ponderis) diſertis verbis aſſerit, Petrum Roma tunc temporis diſcedentem, in Africam rectà perrexiſſe, vbi Eccleſiæ Carthaginenſis fundamenta iecit, eiq; Creſcentem diſcipulum ſuum reliquit Epiſcopum, tumq; per Alexandriam Egypti iter facientem, Hieroſolymam petijſſe. His aſſentitur Onuphrius Panuinus in [e] Annot. ad Platinam, qui nulla mentione facta itineris alicuius a D. Petro in Occidentales aut Aquilonares mundi plagas ſuſcepti; *Edicto* (inquit) *Claudiano quo Iudæi pulſi ſunt, Petrus Roma exire coactus, Hieroſolymam reuerſus eſt.* Et ne poſt breuiorem aliquam moram diſceſſiſſe, ac Occidentem verſus iter denuo inſtituiſſe ſuſpicemur, adijcit, *concilio ibi Apoſtolorum de abroganda circumciſione & morti beatiſſimæ virginis interfuiſſe*, atq; inde Antiochiã relicto Hieroſolymæ Iacobo Apoſtolo, profectũ, ſeptẽ ibidẽ annis vſq; ad Claudij obitum & Imperiũ Neronis permanſiſſe. Hoc ipſum a Bellarmino porro aſſeritur, qui his in verbis peregrinationes D. Petri deſcripſit [f]: *Ex Iudæa anno quinto à paſſione Domini Petrus profectus in Syriam, Antiochiæ fixit ſedem & manſit annos fere 7. Epiſcopus eius vrbis. Non tamen hoc ita accipiendum eſt quaſi nunquam ex Antiochia toto illo tempore egreſſus ſit; imo vero eodem tempore peragrauit vicinas prouincias, Pontum, Aſiam, Galatiam, Cappadociam & Bithyniam. Inde autem profectus anno ſeptimo Epiſcopatus Antiochenſis (qui erat undecimus a paſſione Domini) rediit in Hieruſalem, ibique comprehenſus, ab Herode in vincula coniectus eſt in diebus Azymorum.* Act. 12. *ſed paulo poſt ab Angelo liberatus, eodem anno (qui erat ſecundus Claudij) Romam venit, ibique ſedem fixit ac tenuit annis 25. Nec tamen toto eo tempore quo fuit Epiſcopus Romanus manſit Romæ, ſed poſteaquam 7. annis Romæ prædicauerat, rediit in Hieruſalem, expulſus à Claudio ex vrbe vna cum ceteris Iudæis.* Et poſt pauca; *Itaq; cum audiſſent ij qui erant Antiochiæ Petrum veniſſe in Hieruſalem, miſerunt ad eum Paulum & Barnabam, & tunc factum eſt concilium Hieroſolymitanum. Mortuo autem Claudio, rediit Petrus Romam & ibidem vitam finiuit.* Huc vſq; Bellarminus.

[e] *Ad vitam S. Petri.*

[f] *To. 1. de Rom. Pont. lib. 2. cap. 6*

Hæc cum ita ſint, quanquam glorioſum in primis duceremus,

remus, à tam inclyto nobiliq; parente, spiritualis nostræ cognationis stemma deducere; hinc tamen ratio, illinc testium fide dignorum contrarium asserentium penuria, vt credamus firmiter, cogit, à Diuo Petro nunquam visam hanc nostram Britanniam, imo neq; aliquam aliam Europæ partem quæ Italiæ sit ab Occidente.

De Sancti Pauli ad nos accessu, probationes habemus quanquam haud plane luculentas, quæ tamen multo magis fidem faciant quam quæ ad D. Petri apud nos præsentiam confirmandam allata sunt.

In eo ipso capite vbi dicit, [x] omnes regiones à Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum se repleuisse Euangelio Christi, cupiditatem suam in Hispanias proficiscendi, mentione eius bis facta, profitetur, si forte prophetico spiritu eam profectionem ibi loci non prædicit, quod [y] Theodoretus affirmat. Et cum, postquam è carcere solutus est (Imperio Neronis quinto) multos annos (7. puta vel 8.) sui iuris ac liber vixerit; cur putemus ab hac cupiditate explenda eum abstinuisse, cum eius summam facultatem habuisset?

Pontificij nostri nihilo seciùs, haud æquo animo patientes, ab alio fonte boni quicquam fluere quam à sua Roma; huic de profectione D. Pauli in Hispanias sententiæ pertinacissime refragantur. Innocentius Pont. Rom. diserte *negat, Apostolorum quenquam aut in Hispania, aut in aliqua alia regione docuisse, quæ in Occidentali mundi plaga sita sit. Legant* (inquit [a] ille) *si in istis prouincijs alius vllus Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse.* Aquinas [b] Thomas, authoritate nixus Gelasij Pont. (qui apud [c] Gratianum D. Paulum asserit implere non potuisse quod promisit) in Hispaniam nunquam eum profectum contendit. Dominicus porro [d] Soto aliquot rationes (satis futiles quidem illas) adducit, quibus hanc eorum sententiam confirmare nititur. Illarum præcipua (quo tamen nihil dici potuit absurdius) à nemine antiquorum huius profectionis mentionem factam affirmat. Cum reuera vno quasi ore omnes qui ea de re scripserunt (pauciſſimis exceptis) in Hispaniam D. Paulum (vt promissa exolueret) profectum tradiderint; [e] Dorotheus, [f] Hieronymus, [g] Epiphanius, [h] Chrysostomus,

x *Rom.* 15. 19

y *In Rom.* 1

Vers. 24. & 2

a *Epist. ad D. dist.* 11. c. *Q. nescias.*

b *In Rom.* 15

c 22. q. 2. cap. *Beatus.*

d *In Rom.* 15

e *In Synopsi.*

f *In Isa.* 11. *in Amos* 5.

g *Hæres.* 27.

h *Hom.* 76. *in Matt.*

i *Moral.l.3.c. 22.*
k *Rom.1.5.6. vide*
l *In Rom.15.*

ſoſtomus, [i] Gregorius, & [k] Anſelmus. [l] Theodoretus porro adijcit(quod antea memoraui) *ſpiritu prophetico eam profectionem prædictam, & idcirco neceſſario implendam fuiſſe.*

Hæc omnia, ſi quid ad Britanniam noſtram, perconteris; reſpondeo, eorum nonnullos, de hac Pauli in Hiſpanias profectione ita loquutos, vt ſatis probabiliter colligi poſſit, ſic itineris rationem eum inſtituiſſe, vti ante reditum alias complures regiones ac inter eas Britanniam noſtram inuiſerit.

m *In Amos 5.*

Sic nempe [m] Hieronymus, *Paulus effusus eſt ſuper faciem vniuerſam terræ, vt prædicaret euangelium de Hieroſolymis vſq; ad Illyricum; & ædificaret non ſuper alterius fundamentum vbi iam fuerit prædicatum, ſed vſq; ad Hiſpanias tenderet, & à mari rubro vſq; ad Oceanum curreret, imitans Dominum ſuum & ſolem iuſtitiæ, de quo legimus, à ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſq; ad ſummum eius, vt ante eum terra deficeret quam prædicandi ſtudium.*

Theodoretus vero magis adhuc perſpicue in eandem ipſam

n *In 2. Tim. 4.*

ſententiam; [n] *Quando* (inquit) *appellatione vſus Romam à Feſto miſſus eſt, defenſione audita abſolutus & in Hiſpaniam profectus eſt, & ad alias gentes excurrens, eis doctrinæ lucem attulit.* Et alio loco; [o] *Poſtea in Italiam venit, & in Hiſpanias pertenit, & inſulis quæ in mari iacent vtilitatem attulit.* Denique ne his verbis *(ad alias gentes, & inſulis quæ in mari iacent)* vtrum Britanniam noſtram deſignarit vlterius ambigamus,

o *In Pſal.116.*

p *Lib 9. de cur. Græc. affect.*

aſſerit [p] diſerte (ſi Ieſuitæ credamus) apud Britannos noſtros fidem Chriſtianam eum prædicaſſe. Nec; diſſiteor, tantundem fere Theodoretum innuere in loco citato. Hoc ipſum confirmat (ſi forte Poetica licentia non fuerit vſus) Venantius Poeta Chriſtianus (antiquus tamen) qui eiuſdem Apoſtoli laboriosas profectiones enarrans, hæc cecinit,

q *Ven. Honor. Clem. Fort.*

[q] *Tranſiit Oceanum vel qua facit inſula portum,*
Quaſq; Britannus habet terras, quaſq; vltima Thule.

r *Sermo de natiuit. Apoſt.*

Sophronius [r] porro Patriarcha Hieroſolymitanus, diſertis verbis aſſerit Britanniam noſtram eum inuiſiſſe. Nec deſunt (Ieſuitæ antedicto ſi fidem adhibeamus, nam librum ab eo citatum, videre, mihi nunquam contigiſſe, fateor) qui tempus ipſum deſignent aduentus eius, quartum videlicet

Neronis

Neronis annum, Christi vero quinquagesimum nonum. Qua in re allucinatum constat; neq; enim ea tempora coincidunt. Et videtur ad causam dicendam vocatus Paulus anno Neronis tertio (qui fuit Christi quinquagesim° nonus)ac in custodia, sed laxiori, postea per biennium detentus; vt profectionem vel in Hispaniam, vel Britanniam, ante annum Domini 61. Neronis quintum non potuerit suscipere.

Hæc sunt quæ de Apostolis habui dicenda, quatenus ipsi coram apud nos præsentes, fidei doctrinam in Britannia nostra prædicasse videantur.

Cap. II.

NVnc postquam de Apostolis verba fecimus,ad discipulos eorum descendamus, illos nempe qui euangelium apud nos prædicasse feruntur. Ac horum certe duos duntaxat reperi de quibus vsquam fit mentio,Iosephum Arimathæum, qui Christi Domini corpus condidit sepulchro, & Aristobulum,de quo Apostolus Rom. 16. [a] *Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo.* Hunc dicit Martyrologium [b] Romanum, fuisse (non Petri vt vult Parsonius) sed Apostolorum discipulum; & quod, cursu prædicationis peracto, Martyrium consummauit. [c] Dorotheus & Menologium porro Græcorum (vt perhibet saltem [d] Baronius) adijciunt, missum ad Britannos euangelicæ prædicationis causa Britanniæq; Episcopum factum: Cumq; de eius hinc recessu nemo quisquam scriptorum quicquam prodiderit; hic omnino apud nos,nec alibi,vitam finijsse,isti tanquam è tripode pronunciant. His existimatur Nicephorus astipulari, cum tamen ille de Britiana, non de Britannia loquatur,Italiæ nimirum prouincia a Brutijs inhabitata. Verum enimvero esto vt vultis, vincatis, litem vlterius non mouebo in hac causa, modo hoc vnum audire ne grauemini: Ista si vera sint,amandatum huc a D. Petro Aristobulum, prædicasse hic euangelium, & hic etiam Martyrium consummasse: Infœlix quanquam

a *Vers.* 10.

b *In Mart.* 1

c *In Synopsi.*

d *In Martyr.* die 15. Mart.

quam fuerit Petrus primus noſtræ gentis (ſic enim vobis placet) Apoſtolus, qui tantorum ſudorum tam tenuem reliquerit memoriam; infœliciorem tamen multo dicendum Ariſtobulum iſtum, Legatum eius, ſcilicet a latere, de quo, cum Eccleſiæ huius noſtræ Protomartyr fuerit (omnia namq; vobis concedimus) hiſtoricorum tamen noſtrorum nemo hercule nemo, quicquam plus vel minus mutiuerit; cum de Sancto Albano (quem primum pro Chriſtiana fide ſanguinem hic loci fudiſſe autumamus) eiuſq; de agonibus, per multa volumina conſcripta habeamus.

Ad Ioſephum quod attinet Arimathæum, de eius ad nos acceſſu & rebus hic geſtis, tot habemus & tam locupletes teſtes, vt quilibet perſpicere poſſit qui plane ſtupidus non ſit, è re Pontificiorum non eſſe, harum rerum veritas vt innoteſcat, quod perſonatus ille tam leuiter eas & tanquam canis ad Nilum, tam meticuloſe attingat. Conuenit igitur vt eis ſigillatim & prolixius paulo recenſendis operam nauare non pigeat.

Si fidem adhibere licet veteri cuidam manuſcripto Vaticanæ [e] Bibliothecæ, *certum eſt Lazarum, Mariam Magdalenam, Martham & Marcellam pediſſequam in quos Iudæi maiori odio exardebant, tempore diſperſionis Apoſtolorum non tantum Roma pulſos, ſed vna cum Maximino diſcipulo naui abſq; remigio impoſitos, in certum periculum mari fuiſſe creditos, quos diuina prouidentia Maſſiliam tradunt appuliſſe: Comitemq; ferunt* (inquit ille) *eiuſdem diſcriminis Ioſephum ab Arimathæa nobilem decurionem, quem tradunt ex Gallia in Britanniam nauigaſſe, illicq; diem clauſiſſe extremum.*

e *Baron. Annal. tom. 1. anno Chriſti 35.*

Cauſam huius transfretationis ſi libet exquirere; Freculphus Epiſcopus Lexouienſis (qui floruit Anno Domini 840) hanc refert. Philippo Apoſtolo, aut (vt nonnullis placet) Euangeliſtæ (horum ſiquidem res geſtæ vt plurimum confunduntur) magna fuere certamina cum Druydibus Gallicanis, *quorum diſciplina in Britannia reperta, atq; inde in Galliam tranſlata exiſtimatur; adeo vt, etiamnum tunc qui eam rem cognoſcere vellent, plerumq; illò diſcendi cauſa proficiſcerentur.* Sic [f] Cæſar. Poſtquam igitur is intellexit, non magno freto

f *Comm. l. 6.*

freto hanc insulam à Gallia diremptam, & paucarum horarum nauigatione adiri posse; emittere placuit 12. concionatores (quibus Ioſephum præfecit) vt insulanorum nostrorum animos per superstitiones Druydum excæcatos, Euangelij luce illustraret. Peruenisse huc feruntur anno salutis 63. & in fide Christiana propaganda multum elaborasse: locum vero vbi sedem fixerint, non alium fuisse quam illum vbi nunc sita est Glastonia (vulgo Glastonbury) in Comitatu Somersetensi. Is paludibus tunc vndequaq; circundatus insula habebatur, & illis a principe illius Regionis concessus perhibetur vt ibi sedem figerent: Alios autem duos regulos, 12. hydas terræ adiecisse (Dicitur hyda a nostris, tantum terræ quantum vno aratro colitur) quæ in hodiernum vsque diem, 12. hydæ Glastonienſium nuncupantur.

Hæc insula tunc temporis Auallon dicebatur, hoc est, insula pomorum, postea *Inis witrin*, vitrea insula, & inde à Saxonibus post constructum ibi cœnobium enatamq; vrbeculam, Glastonburie, quasi vrbs vitrea appellata. Hic loci Ioſephus ædiculam construxit, sibiq; & socijs habitacula, quæ varijs postea incrementis sic aucta & mutata sunt, vt ibi Monasterium viderint parentes nostri, amplitudine ac magnificentia perpaucis in vniuersa Europa (quantum autumo) postponendum. In hac ædicula, postquam in cælestem patriam Ioſephus remigrauit, anno viz. Christi 76. corpus eius sepultum asseuerat [1] Balæus antiquitatum Britannicarum diligentissimus perscrutator; & maiorum id traditione perpetua confirmatum, neq; vnquam a quoquam in dubium vocatum existimo, donec Pontificijs visum, Maiestatis Romanæ luminibus, nescio quo modo officere hanc de peregrinatione Ioſephi historiam, ideoq; ad fidem illi derogandam, nullam non lapidem mouendum.

[1] *De script. Anglicent. 1. cap. 22.*

Pergamus igitur, cumq; personatus noster Iesuita, harum rerum testem nullum agnoscere videatur (præter traditionem) qui ducentis annis sit antiquior; præter dudum citatos, Freculphum ac manuscriptum Vaticanum, en vobis adhuc alios producendos. Gulielmus Malmesburienſis ante annos 400. vita functus, in libro quem de antiquitate Glaſtonienſis-

ſtonienſis Monaſterij perſcripſit, ædiculam prædictam a Ioſepho conſtructam diſertis verbis aſſerit. Patricius, Scotorum Hiberniam incolentium Epiſcopus ſecundus (ſi non primus) qui obijſſe dicitur anno 491. *Primam huius cœnobij Eccleſiam a 12. Diſcipulis ſanctorum Philippi & Iacobi conſtructam ſcribit, & quod tres Reges Pagani ipſis 12. totidem terræ poſſeſſiones dederant, &c.* Ac iſta ſe legiſſe in ſcriptis ſanctorum Fugatij & Damiani profitetur. Auguſtinus item, Saxonū noſtrorum dictus Apoſtolus, in Epiſtola quadam ad S. Gregorium hac de re, ſic loquitur: *Eſt in confinio occidentalis Britanniæ, quædam regalis inſula, quæ antiquo vocabulo Glaſcon nuncupata, latis locorum dimenſa ſpatijs, piſcoſis aquis, ſtagneis circundata fluminibus, & plurimis humanæ indigentiæ vſibus apta, ſacriſq; (quod maximum eſt) dedicata muneribus. In ea ſiquidem primi Catholicæ legis Neophytæ, Eccleſiam, nulla hominum arte conſtructam (vt ferunt) imo humanæ ſaluti à Deo paratam repererunt.* In quibus verbis, etſi de Ioſepho nominatim mentionem non faciunt, tamen quod Diſcipulos Apoſtolorum & primos Catholicæ legis Neophytas hic loci ſedem fixiſſe perhibent dicti Patricius & Auguſtinus, Ioſephum præcipue ab illis deſignari mihi quidem ſatis clarum videtur.

Apud Leland. in aſſert. art.

Antiquit. Brit.

Henricus præterea ſecundus Anglorum Rex (quem obijſſe conſtat ante annos 420.) in diplomatis quibuſdam profitetur, legiſſe ſe Chartas & conceſſiones multorum Principum huic cœnobio factas, Gulielmi abaui ſui, Henrici primi aui, Edgari, Edmundi, Edwardi, Elfredi, Bringwalthij, Kenthwini, Baldredi, Inæ, Arthuri, Cudredi, necnon & Kenewallæ hominis Pagani, in quarum nōnullis hæc Eccleſia ſanctorum mater, in alijs ſanctorum ſepulchrum appellatur, ſimulque dicitur, ab ipſis Chriſti Domini Diſcipulis eam fundatam, Ioſephum haud dubie intelligens, præterea-que (vt veriſimile eſt) Simonem Zelotem, de quo antea. Hoc ipſum diploma, Ioannes Stous in annalibus ſuis, & manibus contrectaſſe, & oculis ſe vidiſſe atque legiſſe affirmat.

Liceat his adijcere Elogium quoddam antiquum, in æs inciſum & columnæ affixum prædictæ Eccleſiæ, quod ipſe e-

go

go nõ ita pridem legi, apud Thomam Hughes iuris egregie consultum Wellensem, quod integrum & omnibus suis numeris perfectum lectori visum exhibere, tametsi quæ habet cuncta, non probem. *Anno post passionem Domini 30. duodecim sancti (ex quibus Ioseph us ab Arimathea primus erat) huc venerunt, qui Ecclesiam huius regni primam in hoc loco constituxerunt, quam Christus in honorem suæ matris & locum pro eorum sepultura præsentialiter dedicauit, sancto Dauid Menenensium Archiepiscopo hoc testante, cui Dominus Ecclesiam illam dedicare disponenti, in somnis apparuit, & eum à proposito reuocauit, nec non in signum quod ipse Dominus Ecclesiam illam primus cum cœmiterio dedicarat, manum Episcopi digito perforauit; & sic perforata multis videntibus in crastino apparuit. Postea vero idem Episcopus Domino reuelante, ex sanctorum numero in eadem crescente, quendam cancellum in Orientali parte huic Ecclesiæ adiecit, & in honore beatæ Virginis consecrauit, cuius altare inestimabili sapphyro in perpetuam huius rei memoriam insigniuit. Et ne locus aut quantitas prioris Ecclesiæ per tales augmentationes obliuioni tradatur, erigitur hæc columna, in linea per duos Orientales angulos eiusdem Ecclesiæ versus meridiem protracta & prædictum cancellum ab ea abscindente. Et erat longitudo ab illa linea versus Occidentem 90. pedum, latitudo vero eius 26. pedum, distantia centri istius columnæ à puncto medio inter prædictos angulos, 48. pedum.* Atq; inscriptio illa hactenus.

Recentiorum temporum scriptorum authores si placet audire, occurrit in primis Io. Capgrauius (si forte inter recentiores is numerãdus est qui ante annos 200. è viuis ẽcesserit) qui in suo Britannicorum Sanctorum Catalogo, Ioseph um dicit Arimathçum vna cum filio suo Iosepho, & socijs decem postquam in Gallia appulerunt, amandatum huc a Philippo Apostolo, prædicasse hic euangelium sub Aruirago Rege Anno Christi 63. & prædia quædam ab illo accepisse inter vepres siluas & paludes in insula quadam dicta *Inis Witrin*, hoc est, Insula Vitri. Hardingus hanc de Iosepho narrationem antiquissima dicit traditione confirmari. Georg. [b] Maior, Euangelij lucernam in Britãnia primum accensam esse per Iosephũ Arimathæum pronuntiat. Et [c] Sander° (inter suos

In vita S. Ios

b *In Præfa. quadam. Consut. Apol. c.15. §.3.*

c *In præfat. lib. de Schis. Angl.*

Digitized by Google

ſuos ſtrabones luſcus) *Britannos* (inquit) *ad fidem Chriſti primus conuertiſſe, primamq; Eccleſiam in illa natione erexiſſe perhibetur, Ioſephus ab Arimathæa.* In quibus verbis tam Maior quam Sanderus, non ſolum D. Petrum, ſed Ariſtobulum etiam (eius ſi Dijs placet Legatum) a munere Apoſtolatus noſtri plane excludunt.

Iudicet nunc lector de iſtorum hominum æquitate, apud quos, vnius Græculi, hominis leuiſſimi ſententia, tot tam claris & omni exceptione maioribus teſtimonijs eovſq; præponderat, vt illi ſoli fidem non adhibere de aduentu Petri, his adhibere de Ioſephi, piaculum videatur, nempe quia Ieroſolyma proficiſcens, Romam Ioſephus non diuertit, vt ibi commeatum peteret, antequam ad has noſtras regiones accederet; vel potius (vt quod verum eſt eloquar) quia doctrinam hic tradidiſſe, & diſciplinam inſtituiſſe, illi quam hodie tuentur Pontificij haud vſquequaq; conſonam, pluſquam veriſimile eſt. Certo ſiquidem certius eſt, pleraſq; Eccleſias (cur non dicam omnes) Hiberniæ, Scotiæ, ac Walliæ, in plurimis rebus, a praxi & diſciplina Romanæ [d] diſcrepaſſe quo tempore Auguſtinus huc venit. Imo ſexcentis poſt annis (ſicut in Giraldo [e] videre eſt) Hibernorum nonnulla inſtituta reperies, Græcorum quam Latinorum Eccleſijs magis conformia. Paſchalis vero ſolennitatis celebratio ſecundum normam & morem orientalium, tam pertinaciter a Cambro-Britannis retenta, ne dicam peruicaciter; ſatis haud dubie indicio eſt, ex oriente religionis Chriſtianæ ſemina accepta, idq; in ipſa prima Eccleſiæ infantia; ſaltem ſi verum ſit quod perhibet [f] Beda, omnes Apoſtoli Ioannis ſucceſſores in Aſia poſt obitum eius, & omnē per orbem Eccleſiam, conuerſam eſſe in obſeruationē Paſchæ die Dominica non niſi à quintadecima luna vſque ad viceſimam primam.

At enim ab hæretico aliquo hunc morem forſitan nuperrimè introductum: Sic namq; Parſonius autumat. Ab hæretico forſitan aliquo? benè quod forſitan, nam, ſi quonam percontemur aut quando, non facilè ſe explicabit. Et cur nudæ coniecturæ fidem adhibeamus non video, præſertim in re quæ diſciplinam ſpectat; diſciplinam inquam, quæ, quam doctrina,

d *Necnon & de alijs Eccleſiaſticæ vitæ diſciplinis controuerſia nata eſt. Beda lib. 3 cap. 25.*
Mota quæſtio de Paſcha, tonſura & alijs rebus eccleſiaſticis. Beda ibidem.
e *Gir. Cambr. Topograph. Hib. lib. 2. cap 25.*
f *Vbi ſupra.*

doctrina, difficilius multo corrumpitur. Paulatim hæc inficitur (doctrina) & occultè, rudiorum plerumq; animis in errorem abductis, & silentio tegitur, donec ex inopinato fortis & metuenda exurgit: In illa verò semel stabilita, nihil mutari potest sine strepitu, nemo tam stupidus est qui non aduertat illico; & qui paulò sunt prudentiores, satis perspiciunt, tutius multò esse nonnihil incommodi ijs in rebus perferre, quam innouationis aleam ac periculum subire.

Quod de Damiano ac Fagano, Germano deinde ac Lupo obijcitur, nunquam eos probaturos hunc morem Paschatis celebrandi (antiquis nimirum Britannis vsitatum) si vsurpatum à nobis hic reperissent, Romanorum institutis tam contrarium: Respondeo, fieri posse, vt corrigendi operam & dederint ij & perdiderint, nec tamen ad nostram notitiam id peruenerit: Probabilius autem videri, cum aliàs hic haberent satis quod agerent, & res planè maximi momenti non esset; consultius duxisse hanc intactam & intentatam relinquere, quam negotijs nimis multis simul eodemq; tempore semet implicando, vniuersæ rei summam & tantorum laborum successum in periculum conijcere.

Diuus certè Irenæus Lugdunensis Episcopus, in causa haud dissimili ita iudicasse videtur. Victorem siquidem Pont. Romanum, cum Asiaticis Episcopis ferocius agentem quod Ecclesiæ Romanæ morem non sequerentur in Paschalis solennitatis, & ieiuniorum tempore deligendo; reprehendit acriter, quòd pacem Ecclesiæ conturbaret, tanta vi nisus abolere morem antiquitus traditum tamq; diu ab illis Ecclesijs obseruatum. *Euseb. hist. eccl. l. 5. c. 24.*

Sed neq; probabile est, voti compotes futuros, si in hoc ritu mutando aliquid attentassent. Responsum certe debebant expectare non aliud quam quale Augustino postea redditum est in eadem causa, hoc nimirum è Gratiano, g *Ridiculum est & satis abominabile dedecus, vt traditiones quas antiquitùs à patribus susceptimus, infringi patiamur*: Aut si mauis hoc Augustini, h *In his rebus de quibus nihil certi statuit diuina Scriptura, mos populi Dei & instituta maiorum pro lege tuenda sunt*: Aut denique illud Hieronymi, i *Traditiones Ecclesiastica*

g *Dist. 11.*

h *Ad Casulanum epist.*

i *Ad Lucianum.*

ſiaſticæ (præſertim quæ fidei non officiant) ita obſeruandæ vt à maioribus traditæ ſunt, nec aliorum conſuetudo aliorum contrario more ſubuertenda.

Inficias iri non potuit, Eccleſias Aſiaticas per D. Ioannem inſtitutas, Paſcha celebrare ſolitas decimaquarta Luna. Et vt ita facerent, ab Apoſtolis in primo illo Concilio Hieroſolymitano ordinatum quis non credat, quando id quod tunc temporis conſtitutum eſt de abſtinendo à ſuffocatis & ſanguine, ad vnum atq; eundem finem tenderet, videlicet, *ne ſcandalum facerent Iudæis?* (vt rectè [l] Wilfridus apud Bedam. Qua de re ſic [m] Auguſtinus; *Et, ſi hoc tunc Apoſtoli præceperant, vt ab animalium ſanguine abſtinerent Chriſtiani, ne præfocatis carnibus veſcerentur, elegiſſe mihi videntur pro tempore rem facilem & nequaquam obſeruantibus oneroſam, in qua cum Iſraelitis etiam Gentes, propter angularem illum lapidem duos parietes in ſe condentem, aliquid communiter obſeruarent ſimul & admonerentur, in ipſa arca Noe quando Deus hoc iuſſit, Eccleſiam omnium gentium fuiſſe præfiguratam, cuius factis prophetia, iam gentibus ad fidem accedentibus, incipiebat impleri.* Sic etiam prudenter B. Rhenanus, [n] *Opus fuit olim multa Chriſtianis indulgere, quod ſenes plerunq; ad noſtram religionem conuerſi fuerint, ideoq; haud facile adduci potuerint vt ſemel receptam conſuetudinem abijcerent. Nam*

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem,
Teſta diù.

l *Lib. 3. c. 25.*

m *Cont. Fauſt. l. 23. c. 13.*

n *In Tertul. de Cor. militis.*

Ac iſta vt nobis omnia concedantur, non negarim tamen, quin harum rerum cauſa ſublata, tolli potuerint & effectus, quemadmodum & iam ſublati ſunt & fuerunt plerique ante tempora D. Auguſtini, qui poſt pauca, antea citatis ſubijcit, *Vbi Eccleſia gentium talis effecta eſt, vt in ea nullus carnalis Iſraelita appareat; quis iam hoc Chriſtianus obſeruet, vt turdos vel minutiores auiculas non attingat, niſi quorum ſanguis effuſus eſt, aut leporem non edat ſi manu à ceruice percuſſus, nullo cruento vulnere occiſus eſt? Et qui forte pauci adhuc tangere iſta formidant, à cæteris irridentur.*

Veterem igitur ritum illum Paſchatis celebrandi (nempe ab Orientalib. Eccleſijs acceptum) à maioribus noſtris non

ſine

sine causa mutatum confitemur; ita tamen, vt simul asseramus, & legitime olim institutum, & seculorum aliquot praxi inolitum; neq; temere abijci debuerit à Britannis nostris, neq; à Theologis prædictis de eo abolendo anxiè nimis elaborari; cum & opus futurum difficile constaret, & alia momenti multò maioris haberent in manibus, faciliora tamen tractatu: Quanquam (sicut antea dictum est) haud incredibile videatur, tentasse illos aliquid in hac re, quod tamen nemo scriptorum memorauerit.

Primam huiusmodi ritus Paschalis apud nos originem si libet adhuc vlterius consectari; nihil certe clarius, quam tum nuperrimè haud quaquam exortum, quando ita loquutus videtur Honorius Pont. apud Bedam. Nam ante 70. annos à Columba & successoribus eius vsurpatum ostendit Colmannus Lindisfarnensis Episcopus, nemine contra tendente. *Ecc. hist. l. 3. c. 5.*

Ab archi-hæretico vero Pelagio aut Cœlestio illo Cœlestio introductum dicere, perridiculum est; cum nemo id vnquam tradiderit ante Parsonium. Et quis sanæ mentis existimarit, si ab illo acceperit initium, fieri posse, vt neq; ab ijs qui hæreses eius confutarunt, neq; ab illis qui damnauerunt, vlla eius mentio facta fuerit?

Quapropter, satis liquere arbitramur, Paschalis festi celebrationem decimaquarta Luna, simul cum ipsa religione Christiana hîc cœptam; atque hanc per Iosephum & socios suos primùm inter nos disseminatam, nisi forte à D. Paulo aut Zelote aliquod Ecclesiæ fundamentum ante iactum, cuiquam libeat credere.

Huic capiti properabam iam colophonem addere, quando apud Nauclerum mentionem occurrere video Timothæi (ad quem D. Paulus duas Epistolas conscripsit) quasi is Euangelium hic prædicauerit, & Lucium Regem ad fidem converterit. Sed quia temporum ratio id non patitur, nec quenquam alium reperi, qui hæc tradat; dabit mihi veniam Nauclerus, si ista non solum non vera, sed nec verisimilia pronunciem. *Vel. Gen. 7.*

Cap. III.

QVanquam dubitandum non eſt Ioſephum ſocioſq; ſuos, in propaganda Chriſtiana religione operam ſedulo nauaſſe; videntur tamen non ita multum profeciſſe, ideoq; monaſticam tandem vitam amplexos, in prædicta inſula Aualonia conſenuiſſe. Siquidem ex illis quos Chriſto genuerunt, ne vnum quidem nominatum repperi. Nam ad Claudiam Rufinam quod attinet, ſi vera ſunt illa quæ hiſtoricorum noſtrorum nõnulli de ea perhibent, Chriſtiana religione imbutam oportet, longe antequam Ioſephus huc appelleret; vt non ſine cauſa, Diui potius Pauli diſcipulam quam Ioſephi, Balæus conijciat. Sed cætera audiamus quæ de hac muliere ſcriptores noſtri tradiderunt.

o Cent.1.c.25. *Claudia Rufina* (inquit o Balæus) *Britannici generis nobiliſſima mulier, nominis claritudinem ex ingenti vtriuſq; linguæ (Latinæ & Græcæ) noticia per Italiam & alias mundi nationes commeruit. Maritum habebat fortunis atq; eruditione ſibi non diſſimilem (à quo cognomen accepit) A. videlicet Rufum, cognomine Pudentem, Etruſca nobilitate equitem inſignem, Poetam Bononienſem, ac Stoicæ ſectæ philoſophum eruditum; qui tandem poſt Romanæ militiæ tribunatum, Senatorij ordinis Romæ vir factus, Claudianorum acta chartis commiſit, & hominum vitia Socratico more ſatyris corripuit, adigebatq; Martialem Poetam (vt cui amantiſſimus erat) calamo plura reformare.* Id

p Lib.7. Ep.10. quod ipſe p Martialis fatetur in hoc carmine:

Cogis me calamo manuq; noſtra
Emendare meos Pudens libellos.
O quam me nimium probas amaſq;
Qui vis archetypas habere nugas.

Ac ipſum quidem, ſicut ab humanitate, amicitia, liberalitate, pietate, eruditione, ſtudio atq; eloquentia Tulliana commendat; ſic vxorem eius Claudiam à forma, fœcunditate, fide coniugali,

q L.7.Epig.54. *doctrina, linguis & literis.* Sed ipſum (ſi placet) q Martialem audi.

Claudia

Claudia cæruleis cum sit Rufina Britannis
Edita, cur Latiæ pectora plebis habet?
Quale decus formæ? Romanam, credere matres
Italides possunt, Attbides esse suam.
Dij bene quod sancto peperit fœcunda marito
Quot sperat generos, quotque puella nurus,
Si placeat superis ut coniuge gaudeat uno,
Et semper natis gaudeat illa tribus.

Si de marito eius libeat ambigere, eccum tibi ex eodem * Martiale,

* Lib.4.Ep.13

Claudia Rufe meo nupsit peregrina Pudenti, &c.

Hæc magno prædita ingenio mulier, scripsit (inquit Balæus) *tam Latine quam Græce non pauca. Consuevit illa Martialis prædicti (qui & epicedio virum eius in Cappadocia defunctum celebrarat) poemata colligere, & ad Britannos Xenij loco mittere. Vnde idem Poeta scribit,*

Dicitur & nostros cantare Britannia versus.

Claudiam hanc Britannam cum Pudente marito fuisse Christianam ac D. Pauli Discipulam, & locus & tempus concordant: Imo ipsius beatissimi Apostoli posterior ad g *Timotheum Epistola plane declarat. Qui dum Romæ esset altera vice sub impio Nerone captiuus anno Christi 70. contracta cum istis ex diuini verbi ministerio intima amicitia, hanc sententiam in ipso Epistolæ fine addidit: Salutant te Eubulus & Pudens, & Linus, & Claudia & fratres omnes.* Hæc Balæus. Adijcit h Volaterranus (quod & Balæus meminit) *Pudentem Senatorem Romanum cum tota domo Christianum factum, filios habuisse Pudentianam, Praxedem & Nouatum, omnes inter sanctos una cum patre relatos; atque sorores post mortem parentum, ex eorum facultatibus sanctis ministrasse, martyresque sepelisse.* Et i Baronius, *Maiorum firma traditione præscriptum, domum Pudentis fuisse primum hospitium S. Petri, illic primum Christianos conuenisse ad synaxin, coactam Ecclesiam, vetustissimumque omnium titulum Pudentis nomine appellatum; hodie vulgo Ecclesia S. Pudentiana nuncupatum.*

g 2.Tim.4.21

h Lib.8.

i In annot.ad Mart. Maij. 19.

Ista iam omnia si quid ad rem perconteris; respondere liceat illius verbis qui Antiquitates Britannicas perscripsit:

CAP. III.

QVanquam dubitandum non est Ioſephum ſocioſq; ſuos, in propaganda Chriſtiana religione operam ſedulo nauaſſe; videntur tamen non ita multum profeciſſe, ideoq; monaſticam tandem vitam amplexos, in prædicta inſula Aualonia conſenuiſſe. Siquidem ex illis quos Chriſto genuerunt, ne vnum quidem nominatum repperi. Nam ad Claudiam Rufinam quod attinet, ſi vera ſunt illa quæ hiſtoricorum noſtrorum nonnulli de ea perhibent, Chriſtiana religione imbutam oportet, longe antequam Ioſephus huc appelleret; vt non ſine cauſa, Diui potius Pauli diſcipulam quam Ioſephi, Balæus conijciat. Sed cætera audiamus quæ de hac muliere ſcriptores noſtri tradiderunt.

o Cent.1.c.25. *Claudia Rufina* (inquit o Balæus) *Britannici generis nobiliſſima mulier, nominis claritudinem ex ingenti vtriuſq; linguæ (Latinæ & Græcæ) noticia per Italiam & alias mundi nationes commeruit. Maritum habebat fortunis atq; eruditione ſibi non diſſimilem (à quo cognomen accepit) A. videlicet Ruſum, cognomine Pudentem, Etruſca nobilitate equitem inſignem, Poetam Bononienſem, ac Stoicæ ſectæ philoſophum eruditum; qui tandem poſt Romanæ militiæ tribunatum, Senatorij ordinis Romæ vir factus, Claudianorum acta chartis commiſit, & hominum vitia Socratico more ſatyris corripuit, adigebatq; Martialem Poetam (vt cui amantiſſimus erat) calamo plura reformare.* Id quod ipſe p Martialis fatetur in hoc carmine:

p Lib.7. Ep.10.

Cogis me calamo manuq; noſtra
Emendare meos Pudens libellos.
O quam me nimium probas amaſq;
Qui vis archetypas habere nugas.

Ac ipſum quidem, ſicut ab humanitate, amicitia, liberalitate, pietate, eruditione, ſtudio atq; eloquentia Tulliana commendat; ſic vxorem eius Claudiam à forma, fœcunditate, fide coniugali, q L.7.Epig.54. *doctrina, linguis & literis.* Sed ipſum (ſi placet) q Martialem audi.

Claudia

Claudia cæruleis cum sit Rufina Britannis
Edita, cur Latiæ pectora plebis habet?
Quale decus formæ? Romanam, credere matres
Italides possunt, Atthides esse suam.
Dij bene quod sancto peperit fœcunda marito
Quot sperat generos, quotque puella nurus,
Si placeat superis vt coniuge gaudeat vno,
Et semper natis gaudeat illa tribus.

Si de marito eius libeat ambigere, eccum tibi ex eodem * Martiale,

Claudia Rufe meo nupsit peregrina Pudenti, &c. * *Lib.4.Ep.13.*

Hæc magno prædita ingenio mulier, scripsit (inquit Balæus) *tam Latine quam Græce non pauca. Consuevit illa Martialis prædicti (qui & epicedio virum eius in Cappadocia defunctum celebrarat) poemata colligere, & ad Britannos Xenij loco mittere. Vnde idem Poeta scribit,*

Dicitur & nostros cantare Britannia versus.

Claudiam hanc Britannam cum Pudente marito fuisse Christianam ac D. Pauli Discipulam, & locus & tempus concordant: Imo ipsius beatissimi Apostoli posterior ad g *Timotheum Epistola plane declarat. Qui dum Romæ esset altera vice sub impio Nerone captiuus anno Christi 70. contracta cum istis ex diuini verbi ministerio intima amicitia, hanc sententiam in ipso Epistolæ fine addidit: Salutant te Eubulus & Pudens, & Linus, & Claudia & fratres omnes.* Hæc Balæus. Adijcit h Volaterranus (quod & Balæus meminit) *Pudentem Senatorem Romanum cum tota domo Christianum factum, filios habuisse Pudentianam, Praxedem & Nouatum, omnes inter sanctos vna cum patre relatos; atque sorores post mortem parentum, ex eorum facultatibus sanctis ministrasse, martyresque sepelisse.* Et i Baronius, *Maiorum firma traditione præscriptum, domum Pudentis fuisse primum hospitium S. Petri, illic primum Christianos conuenisse ad synaxin, coactam Ecclesiam, vetustissimumque omnium titulum Pudentis nomine appellatum; hodie vulgo Ecclesia S. Pudentiana nuncupatum.*

g *2.Tim.4.21.*

h *Lib.8.*

i *In annot.ad Mart. Maij. 19.*

Ista iam omnia si quid ad rem perconteris; respondere liceat illius verbis qui Antiquitates Britannicas perscripsit:

Hanc iam ad Christum conuersam (inquit ille) *non minus est verisimile Christiana dogmata ad Britannos misisse suos, quam ante acceptam fidem Epigrammata Martialis. Nec verisimile solum, sed verum iudicandum est, in tam nobili familia fuisse cum Claudia gentiles suos Britannos qui vna baptisati fuerunt, à quibus Euangelij igniculi per totam gentem Britannam dispersi, vritim ad multos peruenerunt.*

Haud me latet, rationem temporum non pati, vt Claudia nostra Pudentis tunc vxor, Diuum Petrum Romam primum venientem anno Christi 44. (sic enim placet [a] Baronio, Ciaconio & alijs) hospitio exceperit, deinde pro formosa laudata fuerit a [b] Martiale, imperante Nerua Traiano, sub quo annis postea plus minus 55. vndecimus Epigrammatum liber editus est. Sed quid vetat confiteri, multa habere traditiones Pontificias, ab omni ratione & probabilitate abhorrentia, ac inter alia hanc ipsam de qua agitur? Quis enim est rerum Rom. vel mediocriter peritus, qui statim non videat Pudentis liberis nomina imposita, à more illius seculi alieniſſima? vt de Pudentiana nihil dicamus, quæ Pudentia potius aut Pudentilla, vel Rufa vel Rufilla nominanda esset, si illorum temporum consuetudinem sequuti fuissent; Quis hactenus audiuerat Senatoris Romani filiæ, nomen inditum, quod Græcam saperet originem?

a *Annal. tom. 1.*

b *In vita S. Petri.*

Vndè igitur Praxedes ista? Paulò post hæc tẽpora, veterem morẽ in his & multis alijs mutatũ non ignoro; & vernis ac mancipijs nomina pro libitu semper imposita. Sed in liberorum ac ciuium nominibus, certam fere legem sequebantur adhuc (multòq; magis, ingenuorum, Equitum ac Senatorum filijs) quam contempsisse, piaculum duxissent. Sed ista vt mittamus, si Claudiam hanc, teneram hunc temporis virgunculam, quando secundam ad Titum Epistolam Paulus conscripsit, anno viz. Neronis vltimo, (sic enim tradiderunt omnes quos legi præter vnicum Baronium) Christianam factam conijciamus per Diui Pauli prædicationem vna cum Pudente, & inde natam inter eos familiaritatem, quæ postea sub Vespasianis in coniugium coaluit; quid sequetur absurdi, si Claudiæ huius formam à Martiale laudatam dicamus

mus sub initiũ Traiani, quam salutarat Apostolus in Epistola prædicta annis antea ferè triginta? Quanquam Epigramma illud (etsi sub Nerua Traiano editum) citiùs tamen conscriptum, liceat suspicari; vt huiusmodi laudationis tempore, quadragesimum adhuc ætatis annum illa non excessisse potuerit.

In hac coniectura (satis opinor probabili) si forsitan hallucinemur; constat certè teste Cassiodoro, sub Ethnicis adhuc Imperatoribus in extimis Imperij Romanæ prouincijs, Christianis permissum degere; quorum multi, eam ob causam, vt persecutionem vitarent, Roma sua relicta, in Britannia nostra haud dubiè confederunt; interq; eos (ad tempus saltem) noster ni fallor Pudens, quem in hac Septentrionali mundi plaga moram aliquandiù traxisse ostendit Martialis in hoc carmine, *Trip. hist. l. 1. c.*

Ad A. Pudentem li. 6. Epig. 58

Cernere Parrhasios dum te iuuat Aule Triones,
Cominus & Schythici sydera ferre poli,
O quam penè tibi Stygias ego raptus ad vndas,
Elysiæ vidi nubila fusca plagæ?
Quamuis lassatos quærebant nubila vultus,
Atque erat in gelido plurimus ore Pudens.
Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores,
Stamina, nec surdos nox habet ista Deos;
Sospite me sospes, latias reueheris ad vrbes,
Et referes pili præmia clarus eques.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Huiusmodi aduenarum opera partim, partim successorum Iosephi Arimathæi & sociorum eius, Aualonienſis Collegij incolarum; Lucius Rex Britannicus inductus videtur, ad ceruicem iugo Euangelij submittendum: Omnium vt opinor principum primus, qui Christianam fidem amplexus palam, subditis etiam suis publicè amplectendam proposuit. Facinus planè memorabile; cuius ideo causas primum indagare operæ pretium duxi; deinde modum ac rationes eius, postremò etiam effectus enarrare.

Ad causas quod attinet, præter illas quas supra recensui, haud reticendum videtur id quod habet Galfr. Monumethensis, *Serenauerant mentem eius* (inquit ille de Lucio Re- *Lib. 5. cap. 19.*

Digitized by Google

ge verba faciens) *miracula quæ tyrones Christi per diuersas nationes faciebant.*

Eadem certe ratione permotum referunt M. Antoninum Imperatorem, vt, si non faueret Christianis, at illos saltem persequi desisteret, quando illorum precibus impetrata pluuia, exercitus eius sitis sedata, hostes vero qui iam exitialiter imminebant, fulminibus crebris & cœlitus prolapsis ignibus effugati sunt, vndè legio in qua militabant, pro insignis facti miraculo mutato nomine ab ipso Imperatore fulminea siue Thaumaturga appellata est. Sic nimirum ex Tertulliano [o] Eusebius.

[o] *Hist. Eccl. l. 5. cap. 5. Tert. in Apol. c. 5 & in lib. ad Scapulam.*

[p] *Tom. 2.*

Ac ista quidem omnia, sic vt gesta sunt, Lucio Regi ab Oratoribus Imperatoris enarrata, perhibet [p] Baronius; qui porro adiecerunt, Romanorum ciuium quamplurimos quotidie militiæ Christi nomina dare, neque eos infimæ sortis, duobus iam Senatoribus Trebellio ac Pertinace ad Christianam fidem conuersis.

Culturâ nihilò secius huiusmodi parum profeciissent semina Euangelica in hoc fundo nostro Britannico, nisi summa Dei prouidentia, Druydicarum superstitionem vepres quæ tam multa per secula altas hic radices egerant, excisæ, ac iam tandem sub hoc ipsum tempus radicitus extirpatæ fuissent. [a] Hanc nimirum Religionem ciuibus tantum Romanis Augustus interdixerat, [b] Tiberius Gallis, [c] Claudius autem quantum in ipso fuit, sustulit ac aboleuit penitus, circa annum Christi quinquagesimum.

[a] *Sueton. in Claud. cap. 25.*
[b] *Plin Nat. Hist. lib. 3 cap. 1.*
[c] *Vbi sup.*

Sed hæc mala tam--------

------per longas inualuere moras,

vt breui tempore persanari non potuerint. Plinius namque de ista superstitione verba faciens, annos post obitum Claudij plus minus quinquaginta; *Britannia* (inquit [d] ille) *hodieq; eam attonite celebrat, tantis ceremonijs, vt dedisse Persis videri possit.* Marcus vero Antoninus, Princeps mansuetus & morum sanctitate celebris, superstitionis istius immanitatem ac barbariem exosus, edicto suo omnem eius vsum prohibuit, neque destitit donec eliminasset penitus & funditus sustulisset. Sic nimirum ille qui Antiquitates Britan-

[d] *Vbi sup.*

nicas

nicas perscripsit; neque idoneis huius rei Authoribus caruisse ipsum existimo, etsi à quibus id fontibus hauserit, me certe (quod fateor ingenuè) adhuc lateat.

Purgato his sentibus fundo, doctrinæ Euangelicæ semina iam olim hic sed in cassum sparsa (sicut antea docuimus) crescere tandem cœperunt & fructum exoptatū producere. Sublatis Druidibus, Lucius ac Britanni sui, qui cæterorum Ethnicorum polytheismum auersabantur (vnum namque Deum colendum Druides teste [c] Tertulliano inculcarant semper) veritatis Euangelicæ prædicationi aures exhibuerunt.

c *In Ezech.4.*

Veniamus nunc ad huius conuersionis modum, quem inter fide aliqua paulò digniores, primus expositisse videtur [f] Beda. Quanquam enim ex vetustis Menologijs hic videtur accepisse quæ hac de re tradidit, inter quæ nonnulla extitisse, valde antiqua non negarim; ea tamen quæ hodie circumferuntur, propter quotidianas accessiones & incrementa (hoc ipsum fatentur & [g] Baronius & [h] Molanus) antiqua dici non possunt. Sed ipsum Bedam [i] audiamus: *Anno ab incarnatione Domini 156.* (inquit ille) *M. Antonius verus, decimus quartus ab Augusto, regnum cum Aurelio Commodo fratre suscepit. Quorum temporibus cum Eleutherius vir sanctus Pontificatui Romanæ Ecclesiæ præesset, misit ad eum Lucius Britannorum Rex Epistolam, obsecrans vt per eius mandatum Christianus efficeretur. Et mox effectum piæ postulationis consecutus est, susceptamque fidem Britanni vsque in tempora Diocletiani Principis inviolatam integramque quieta pace seruabant.*

f *Eccles. Hist. lib.1.cap.4.*

g *In præcapit. ad Martyr. cap.8*

h *In præfat.1. ad Vsuardum.*

i *Eccles. Hist.l.1 cap.4.*

Hac tota de re, Vsuardus vicinus noster, qui Caroli magni iussu Martyrologium composuisse dicitur circa annum 800. ne verbum quidem. Illud verò quod antiqui & genuini Martyrologij Romani nomine insigniuit Baronius, huic Bedæ narrationi etiam illud adijcit, [k] *Misisse Eleutherium sanctos Damianum & Fugatium in Britanniam, qui Lucium Regem vna cum vxore, ac toto fere populo baptizarunt.*

k *In Martyrol. 7. Kal. Iun.*

Oratores Eleutherio à Lucio primum missos, historia Landauensis Eluanum ac Meduinum nuncupatos perhibet, & *quod propter eloquentiam & scientiam quam habebant in*

sacris Scripturis Eluanus consecratus est in Episcopum, Meduinus Doctor constitutus.

Qui antiquitates Britannicas conscripsit ex Capgrauio,& Balæus (vt videtur) ex Zelando asserit, Meduinum patria fuisse Belgam,Eluanum vero Britannum in Cœnobio Auaionensi educatum inter Discipulos successorum Ioſephi Arimathensis & sociorum suorum,qui per latos Britanniæ campos Euangelicæ doctrinæ semina sparserunt per eundem Ioſephum huc primum allata.

Vtrum ab istis baptismi sacramentum acceperit Lucius, an potius ab illis quos huc ab Eleutherio missos diximus, nemo opinor pro certo affirmarit. Certè, præter nonnullos alios, historia Landauensis ab Eluano & Meduino baptisatum disertis verbis asserit: Quanquam à plurimis traditum non iuerim inficias, eosdem illos quos Eleutherius huc legauit vt Ecclesiæ statum apud nos ordinarent, Lucium (siquid hoc ad rem) baptisasse.

De istorum nominibus magnam reperio apud scriptores discrepantiam. Eorum alter à nonnullis Damianus, ab alijs Duuanus, atque ab alijs itidem Deruianus, Deruuianus, Dimianus, Diuianus, & Donatianus appellatur. Sed neque de altero illo planè consentiunt,quem nonnunquam Fugatium, nonnunquam etiam & plerunque Faganum nuncupatum constat.

De tempore vero huius conuersionis adeo non conspirant, vt vel inter antiquos vix quisquam possit ostendi, qui ab omnibus alijs non dissentiat. Historia nempe Landauensis annum Dominum designat 156. (quo ipso anno Regem prædictum obijsse tradit Monumethensis) Nennio,placet nuncios prædictos Romam amandatos 163. non ad Eleutherium, sed Euaristum. Manuscriptum quoddam Anonymum quòd penes me est, annum habet 164. Guil. Malmesburiensis, de hac re sic loquitur, fluxerunt anni ab aduentu Discipulorum S. Philippi in Britanniam, vsque ad tempus quo Phaganus & Deruuianus huc appulerunt anni 103. Vnde constabit aduenisse huc prædictos Phaganum & Deruuianum anno 165.Henricus de Erfordia hæc omnia accidisse

cidisse dicit anno 169. Marianus Scotus 177. Balæus 179. Polydorus Virgilius 182. Baronius 183. Historia Rossensis 185. Flores historiarum 187. ac deniq; Martinus Polonus (ne plures enumerando lectori sim molestus) 188.

Quandocunq; demum id fuerit quod hic, Rex tam pius, fidem Christianam fuerit amplexus; historicorum nostrorum pleriq; in hoc consentiunt, quod non solum ipsum Regem, verum & Proceres, & Sacerdotes, & plebem denique vniuersam huius Britanniæ partis quam nunc Angliam nuncupamus, Christianos simul factos asserant; idola itidem tum vbiq; comminuta, templa ipsorum in Ecclesias conuersa, fundos sacerdotum ministris Euangelij attributos, & pro 25. Flaminibus totidem Episcopos, Archiflaminũ trium loco, tres Archiepiscopos constitutos, vnum nempe Londini, Eboraci alium, ac in Ciuitate Legionum tertium, quæ Carleona hodie appellatur, & in Monumethensi comitatu sita est. Ac de conuersione Lucij Regis subditorumq; suorum, hæc sunt quæ apud antiquos perscripta comperi.

Nescius equidem non sum, horum pleraque à viris nonnullis doctissimis, nec sine causa, in dubium reuocari; inter quos non desunt, qui totam hanc de Lucio narrationem, vt falsam & commentitiam, integram damnant & reijciunt. Horum rationes præcipuas, abs re fortassis haud fuerit, paulisper perpendere.

Negatur in primis fieri posse, vt Rex aliquis hic in Britannia regni compos fuerit quo tempore hæc gesta perhibentur; quia Romani rerum hic potiti, Britanniam in formam prouinciæ iam olim redegerant: quod clarius est quam vt veterum testimonijs debeat comprobari. Vbi igitur (inquiunt) tunc Regi locus in Britannia?

Huic obiectioni duplici responsione occurritur. Magna pars huius insulæ à Romanis nunquam subacta fuit, ea nempe quæ iacet vltra primam illam prætenturam, quam posuisse videtur Iulius Agricola inter Bodotriam & Glottam, Hadrianus postea deseruit, Lollius vero Vrbicus sub Antonino Pio restituit, & multo maximam Scotiæ partem hodie complectitur. Quid ni igitur censeamus illarum regionum regnum

ſuos ſtrabones luſcus) *Britannos* (inquit) *ad fidem Chriſti primus conuertiſſe, primamq; Eccleſiam in illa natione erexiſſe perhibetur, Ioſephus ab Arimathæa.* In quibus verbis tam Maior quam Sanderus, non ſolum D. Petrum, ſed Ariſtobulum etiam (eius ſi Dijs placet Legatum) a munere Apoſtolatus noſtri plane excludunt.

Iudicet nunc lector de iſtorum hominum æquitate, apud quos, vnius Græculi, hominis leuiſſimi ſententia, tot tam claris & omni exceptione maioribus teſtimonijs eouſq; præponderat, vt illi ſoli fidem non adhibere de aduentu Petri, his adhibere de Ioſephi, piaculum videatur, nempe quia Ieroſolyma proficiſcens, Romam Ioſephus non diuertit, vt ibi commeatum peteret, antequam ad has noſtras regiones accederet; vel potius (vt quod verum eſt eloquar) quia doctrinam hic tradidiſſe, & diſciplinam inſtituiſſe, illi quam hodie tuentur Pontificij haud vſquequaq; conſonam, pluſquam veriſimile eſt. Certo ſiquidem certius eſt, pleraſq; Eccleſias (cur non dicam omnes) Hiberniæ, Scotiæ, ac Walliæ, in plurimis rebus, a praxi & diſciplina Romanæ [d] diſcrepaſſe quo tempore Auguſtinus huc venit. Imo ſexcentis poſt annis (ſicut in Giraldo [e] videre eſt) Hibernorum nonnulla inſtituta reperies, Græcorum quam Latinorum Eccleſijs magis conformia. Paſchalis vero ſolennitatis celebratio ſecundum normam & morem orientalium, tam pertinaciter a Cambro-Britannis retenta, ne dicam peruicaciter; ſatis haud dubie indicio eſt, ex oriente religionis Chriſtianæ ſemina acceptâ, idq; in ipſa prima Eccleſiæ infantia; ſaltem ſi verum ſit quod perhibet [f] Beda, omnes Apoſtoli Ioannis ſucceſſores in Aſia poſt obitum eius, & omnẽ per orbem Eccleſiam, conuerſam eſſe in obſeruationẽ Paſchæ die Dominica non niſi à quintadecima luna vſque ad viceſimam primam.

At enim ab hæretico aliquo hunc morem forſitan nuperrimè introductum: Sic namq; Parſonius autumat. Ab hæretico forſitan aliquo? benè quod forſitan, nam, ſi quonam percontemur aut quando, non facilè ſe explicabit. Et cur nudæ coniecturæ fidem adhibeamus non video, præſertim in re quæ diſciplinam ſpectat; diſciplinam inquam, quæ, quam doctrina,

d *Necnon & de aliis Eccleſiaſticæ vitæ diſciplinis controuerſia nata eſt. Beda lib. 3 cap. 25. Mota quæſtio de Paſcha, tonſura & aliis rebus eccleſiaſticis. Beda ibidem.*

e *Gir. Cambr. Topograph. Hib. lib. 3. cap. 25.*

f *Vbi ſupra.*

Digitized by

doctrina, difficilius multo corrumpitur. Paulatim hæc inficitur (doctrina) & occultè, rudiorum plerumq; animis in errorem abductis, & silentio tegitur, donec ex inopinato fortis & metuenda exurgit: In illa verò semel stabilita, nihil mutari potest sine strepitu, nemo tam stupidus est qui non aduertat illico; & qui paulò sunt prudentiores, satis perspiciunt, tutius multò esse nonnihil incommodi ijs in rebus perferre, quam innouationis aleam ac periculum subire.

Quod de Damiano ac Fagano, Germano deinde ac Lupo obijcitur, nunquam eos probaturos hunc morem Paschatis celebrandi (antiquis nimirum Britannis vsitatum) si vsurpatum à nobis hic reperissent, Romanorum institutis tam contrarium: Respondeo, fieri posse, vt corrigendi operam & dederint ij & perdiderint, nec tamen ad nostram notitiam id peruenerit: Probabilius autem videri, cum aliàs hic haberent satis quod agerent, & res planè maximi momenti non esset; consultius duxisse hanc intactam & intentatam relinquere, quam negotijs nimis multis simul eodemq; tempore semet implicando, vniuersæ rei summam & tantorum laborum successum in periculum conijcere.

Diuus certè Irenæus Lugdunensis Episcopus, in causa haud dissimili ita iudicasse videtur. Victorem siquidem Pont. Romanum, cum Asiaticis Episcopis ferocius agentem quod Ecclesiæ Romanæ morem non sequerentur in Paschalis solennitatis, & ieiuniorum tempore deligendo; reprehendit acriter, quòd pacem Ecclesiæ conturbaret, tanta vi nisus abolere morem antiquitus traditum tamq; diu ab illis Ecclesijs obseruatum. *Euseb. hist. eccl. l. 5. c. 24.*

Sed neq; probabile est, voti compotes futuros, si in hoc ritu mutando aliquid attentassent. Responsum certe debebant expectare non aliud quam quale Augustino postea redditum est in eadem causa, hoc nimirum è Gratiano, g *Ridiculum est & satis abominabile dedecus, vt traditiones quas antiquitùs à patribus suscepimus, infringi patiamur*: Aut si mauis hoc Augustini, h *In his rebus de quibus nihil certi statuit diuina Scriptura, mos populi Dei & instituta maiorum pro lege tuenda sunt*: Aut denique illud Hieronymi, i *Traditiones Ecclesiastice*

g *Dist. 11.*

h *Ad Casulanum pro byt.*

i *Ad Lucianum.*

Digitized by Google

ſiaſticæ (præſertim quæ fidei non officiant) ita obſeruandæ vt à maioribus traditæ ſunt, nec aliorum conſuetudo aliorum contrario more ſubuertenda.

Inficias iri non potuit, Eccleſias Aſiaticas per D. Ioannem inſtitutas, Paſcha celebrare ſolitas decimaquarta Luna. Et vt ita facerent, ab Apoſtolis in primo illo Concilio Hieroſolymitano ordinatum quis non credat, quando id quod tunc temporis conſtitutum eſt de abſtinendo à ſuffocatis & ſanguine, ad vnum atq; eundem finem tenderet, videlicet, *ne ſcandalum facerent Iudæis?* (vt rectè [l] Wilfridus apud Bedam. Qua de re ſic [m] Auguſtinus; *Et, ſi hoc tunc Apoſtoli præceperant, vt ab animalium ſanguine abſtinerent Chriſtiani, ne præfocatis carnibus veſcerentur, elegiſſe mihi videntur pro tempore rem facilem & nequaquam obſeruantibus oneroſam, in qua cum Iſraelitis etiam Gentes, propter angularem illum lapidem duos parietes in ſe condentem, aliquid communiter obſeruarent ſimul & admonerentur, in ipſa arca Noe quando Deus hoc iuſſit, Eccleſiam omnium gentium fuiſſe præfiguratam, cuius facti prophetia, iam gentibus ad fidem accedentibus, incipiebat impleri.* Sic etiam prudenter B. Rhenanus, [n] *Opus fuit olim multa Chriſtianis indulgere, quod ſenes plerunq; ad noſtram religionem conuerſi fuerint, ideoq; haud facile adduci potuerint vt ſemel receptam conſuetudinem abijcerent. Nam*

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem,
Teſta diù.

l *Lib. 3. c. 25.*

m *Cont. Fauſt. l. 23. c. 13.*

n *In Tertul. de Cor. militis.*

Ac iſta vt nobis omnia concedantur, non negarim tamen, quin harum rerum cauſa ſublata, tolli potuerint & effectus, quemadmodum & iam ſublati ſunt & fuerunt pleriq; ante tempora D. Auguſtini, qui poſt pauca, antea citatis ſubijcit, *Vbi Eccleſia gentium talis effecta eſt, vt in ea nullus carnalis Iſraelita appareat; quis iam hoc Chriſtianus obſeruet, vt turdos vel minutiores auiculas non attingat, niſi quorum ſanguis effuſus eſt, aut leporem non edat ſi manu à ceruice percuſſus, nullo cruento vulnere occiſus eſt? Et qui forte pauci adhuc tangere iſta formidant, à cæteris irridentur.*

Veterem igitur ritum illum Paſchatis celebrandi (nempe ab Orientalib. Eccleſijs acceptum) à maioribus noſtris non

ſine

sine causa mutatum confitemur; ita tamen, vt simul asseramus, & legitime olim institutum, & seculorum aliquot praxi inolitum; neq; temere abijci debuerit à Britannis nostris, neq; à Theologis prædictis de eo abolendo anxiè nimis elaborari; cum & opus futurum difficile constaret, & alia momenti multò maioris haberent in manibus, faciliora tamen tractatu: Quanquam (sicut antea dictum est) haud incredibile videatur, tentasse illos aliquid in hac re, quod tamen nemo scriptorum memorauerit.

Primam huiusmodi ritus Paschalis apud nos originem si libet adhuc vlterius consectari; nihil certe clarius, quam tum nuperrimè haud quaquam exortum, quando ita loquutus videtur Honorius Pont. apud Bedam. Nam ante 70. annos à Columba & successoribus eius vsurpatum ostendit Colmannus Lindisfarnensis Episcopus, nemine contra tendente. *Ecc. hist. l. 3. c. 5.*

Ab archi-hæretico verò Pelagio aut Celesto illo Cœlestio introductum dicere, perridiculum est; cum nemo id vnquam tradiderit ante Parsonium. Et quis sanæ mentis existimarit, si ab illo acceperit initium, fieri posse, vt neq; ab ijs qui hæreses eius confutarunt, neq; ab illis qui damnauerunt, vlla eius mentio facta fuerit?

Quapropter, satis liquere arbitramur, Paschalis festi celebrationem decimaquarta Luna, simul cum ipsa religione Christiana hîc cœptam; atque hanc per Iosephum & socios suos primùm inter nos disseminatam, nisi forte à D. Paulo aut Zelote aliquod Ecclesiæ fundamentum ante iactum, cuiquam libeat credere.

Huic capiti properabam iam colophonem addere, quando apud Nauclerum mentionem occurrere video Timothæi (ad quem D. Paulus duas Epistolas conscripsit) quasi is Euangelium hic prædicauerit, & Lucium Regem ad fidem converterit. Sed quia temporum ratio id non patitur, nec quenquam alium reperi, qui hæc tradat; dabit mihi veniam Nauclerus, si ista non solum non vera, sed nec verisimilia pronunciem. *Vel. Gen. 7.*

Cap. III.

QVanquam dubitandum non est Ioſephum ſocioſq; ſuos, in propaganda Chriſtiana religione operam ſedulo nauaſſe; videntur tamen non ita multum profeciſſe, ideoq; monaſticam tandem vitam amplexos, in prædicta inſula Aualonia conſenuiſſe. Siquidem ex illis quos Chriſto genuerunt, ne vnum quidem nominatum repperi. Nam ad Claudiam Ruſinam quod attinet, ſi vera ſunt illa quæ hiſtoricorum noſtrorum nonnulli de ea perhibent, Chriſtiana religione imbutam oportet, longe antequam Ioſephus huc appelleret; vt non ſine cauſa, Diui potius Pauli diſcipulam quam Ioſephi, Balæus conijciat. Sed cætera audiamus quæ de hac muliere ſcriptores noſtri tradiderunt.

o Cent.1.c.25. *Claudia Ruſina* (inquit o Balæus) *Britannici generis nobiliſſima mulier, nominis claritudinem ex ingenti vtriuſq; linguæ (Latinæ & Græcæ) noticia per Italiam & alias mundi nationes commeruit. Maritum habebat fortunis atq; eruditione ſibi non diſſimilem (à quo cognomen accepit) A. videlicet Ruſum, cognomine Pudentem, Etruſca nobilitate equitem inſignem, Poetam Bononienſem, ac Stoicæ ſectæ philoſophum eruditum; qui tandem poſt Romanæ militiæ tribunatum, Senatorij ordinis Romæ vir factus, Claudianorum acta chartis commiſit, & hominum vitia Socratico more ſatyris corripuit, adigebatq; Martialem Poetam (vt cui amantiſſimus erat) calamo plura reformare.* Id

p Lib.7.Ep.10. quod ipſe p Martialis fatetur in hoc carmine:

Cogis me calamo manuq; noſtra
Emendare meos Pudens libellos.
O quam me nimium probas amaſq;
Qui vis archetypas habere nugas.

Ac ipſum quidem, ſicut ab humanitate, amicitia, liberalitate, pietate, eruditione, ſtudio atq; eloquentia Tulliana commendat; ſic vxorem eius Claudiam à forma, fœcunditate, fide coniugali,

q L.7.Epig.54. *doctrina, linguis & literis.* Sed ipſum (ſi placet) q Martialem audi.

Claudia

Claudia cæruleis cum sit Rufina Britannis
Edita, cur Latiæ pectora plebis habet?
Quale decus formæ? Romanam, credere matres
Italides possunt, Attbides esse suam.
Dij bene quod sancto peperit fœcunda marito
Quot sperat generos, quotque puella nurus,
Si placeat superis vt coniuge gaudeat vno,
Et semper natis gaudeat illa tribus.

Si de marito eius libeat ambigere, eccum tibi ex eodem Martiale,

* *Lib.4.Ep.13.*

Claudia Rufe meo nupsit peregrina Pudenti, &c.

Hæc magno prædita ingenio mulier, scripsit (inquit Balæus) *tam Latine quam Græce non pauca. Consuevit illa Martialis prædicti (qui & epicedio virum eius in Cappadocia defunctum celebrarat) poemata colligere, & ad Britannos Xenij loco mittere. Vnde idem Poeta scribit,*

Dicitur & nostros cantare Britannia versus.

Claudiam hanc Britannam cum Pudente marito fuisse Christianam ac D. Pauli Discipulam, & locus & tempus concordant: Imo ipsius beatissimi Apostoli posterior ad g *Timotheum Epistola plane declarat. Qui dum Romæ esset altera vice sub impio Nerone captiuus anno Christi 70. contracta cum istis ex diuini verbi ministerio intima amicitia, hanc sententiam in ipso Epistolæ fine addidit: Salutant te Eubulus & Pudens, & Linus, & Claudia & fratres omnes.* Hæc Balæus. Adijcit h Volaterranus (quod & Balæus meminit) *Pudentem Senatorem Romanum cum tota domo Christianum factum, filios habuisse Pudentianam, Praxedem & Nouatum, omnes inter sanctos vna cum patre relatos; atque sorores post mortem parentum, ex eorum facultatibus sanctis ministrasse, martyresque sepelijsse.* Et i Baronius, *Maiorum firma traditione præscriptum, domum Pudentis fuisse primum hospitium S. Petri, illic primum Christianos conuenisse ad synaxin, coactam Ecclesiam, vetustissimumque omnium titulum Pudentis nomine appellatum; hodie vulgo Ecclesia S. Pudentiana nuncupatum.*

g *2.Tim.4.21.*

h *Lib.8.*

i *In annot.ad Mart. Maij. 19.*

Ista iam omnia si quid ad rem perconteris; respondere liceat illius verbis qui Antiquitates Britannicas perscripsit:

Hanc iam ad Chriſtum conuerſam (inquit ille) *non minus eſt veriſimile Chriſtiana dogmata ad Britannos miſiſſe ſuos, quam ante acceptam fidem Epigrammata Martialis. Nec veriſimile ſolum, ſed verum inducandum eſt, in tam nobili familia fuiſſe cum Claudia gentiles ſuos Britannos qui vna baptiſati fuerunt, à quibus Euangelij igniculi per totam gentem Britannam diſperſi, viritim ad multos peruenerunt.*

Haud me latet, rationem temporum non pati, vt Claudia noſtra Pudentis tunc vxor, Diuum Petrum Romam primum venientem anno Chriſti 44. (ſic enim placet [a] Baronio, Ciaconio & alijs) hoſpitio exceperit, deinde pro formoſa laudata fuerit a [b] Martiale, imperante Nerua Traiano, ſub quo annis poſtea plus minus 55. vndecimus Epigrammatum liber editus eſt. Sed quid vetat confiteri, multa habere traditiones Pontificias, ab omni ratione & probabilitate abhorrentia, ac inter alia hanc ipſam de qua agitur? Quis enim eſt rerum Rom. vel mediocriter peritus, qui ſtatim non videat Pudentis liberis nomina impoſita, à more illius ſeculi alieniſſima? vt de Pudentiana nihil dicamus, quæ Pudentia potius aut Pudentilla, vel Rufa vel Rufilla nominanda eſſet, ſi illorum temporum conſuetudinem ſequuti fuiſſent; Quis hactenus audiuerat Senatoris Romani filiæ, nomen inditum, quod Græcam ſaperet originem?

Vndè igitur Praxedes iſta? Paulò poſt hæc tẽpora, veterem morẽ in his & multis alijs mutatũ non ignoro; & vernis ac mancipijs nomina pro libitu ſemper impoſita. Sed in liberorum ac ciuium nominibus, certam fere legem ſequebantur adhuc (multòq; magis, ingenuorum, Equitum ac Senatorum filijs) quam contempſiſſe, piaculum duxiſſent. Sed iſta vt mittamus, ſi Claudiam hanc, teneram hunc temporis virgunculam, quando ſecundam ad Titum Epiſtolam Paulus conſcripſit, anno viz. Neronis vltimo, (ſic enim tradiderunt omnes quos legi præter vnicum Baronium) Chriſtianam factam conijciamus per Diui Pauli prædicationem vna cum Pudente, & inde natam inter eos familiaritatem, quæ poſteà ſub Veſpaſianis in coniugium coaluit; quid ſequetur abſurdi, ſi Claudiæ huius formam à Martiale laudatam dicamus

a *Annal. tom. 1.*

b *In vitâ S. Petri.*

mus sub initiũ Traiani, quam salutarat Apostolus in Epistola prædicta annis antea ferè triginta? Quanquam Epigramma illud (etsi sub Nerua Traiano editum) citiùs tamen conscriptum, liceat suspicari; vt huiusmodi laudationis tempore, quadragesimum adhuc ætatis annum illa non excessisse potuerit.

In hac coniectura (satis opinor probabili) si forsitan hallucinemur; constat certè teste Cassiodoro, sub Ethnicis adhuc Imperatoribus in extimis Imperij Romanæ prouincijs, Christianis permissum degere; quorum multi, eam ob causam, vt persecutionem vitarent, Roma sua relicta, in Britannia nostra haud dubiè confederunt; interq; eos (ad tempus saltem) noster ni fallor Pudens, quem in hac Septentrionali mundi plaga moram aliquandiù traxisse ostendit Martialis in hoc carmine, *Trip. hist. l. 1. c. 9.*

Cernere Parrhasios dum te iuuat Aule Triones,
Cominus & Schythici sydera ferre poli,
O quam penè tibi Stygias ego raptus ad vndas,
Elysiæ vidi nubila fusca plagæ?
Quamuis lassatus quærebant nubila vultus,
Atque erat in gelido plurimus ore Pudens.
Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores,
Stamina, nec surdos nox habet ista Deos;
Sospite me sospes, latias reueheris ad vrbes,
Et referes pili præmia clarus eques.

Ad A. Pudentem li. 6. Epig. 58

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Huiusmodi aduenarum opera partim, partim successorum Iosephi Arimathæi & sociorum eius, Aualonienſis Collegij incolarum; Lucius Rex Britannicus inductus videtur, ad ceruicem iugo Euangelij submittendum: Omnium vt opinor principum primus, qui Christianam fidem amplexus palam, subditis etiam suis publicè amplectendam proposuit. Facinus planè memorabile; cuius ideo causas primum indagare operæ pretium duxi; deinde modum ac rationes eius, postremò etiam effectus enarrare.

Ad causas quod attinet, præter illas quas supra recensui, haud reticendum videtur id quod habet Galfr. Monumethensis, *Serenauerant mentem eius* (inquit ille de Lucio Re- *Lib. 5. cap. 19.*

ge verba faciens) *miracula quæ tyrones Christi per diuersas nationes faciebant.*

Eadem certe ratione permotum referunt M. Antoninum Imperatorem, vt, si non faueret Christianis, at illos saltem persequi desisteret, quando illorum precibus impetrata pluuia, exercitus eius sitis sedata, hostes vero qui iam exitialiter imminebant, fulminibus crebris & cœlitus prolapsis ignibus effugati sunt, vndè legio in qua militabant, pro insignis facti miraculo mutato nomine ab ipso Imperatore fulminea siue Thaumaturga appellata est. Sic nimirum ex Tertulliano [o] Eusebius.

[o] *Hist. Eccl. l. 5. cap. 5. Tert. in Apol. c. 5 & in lib. ad Scapulam.*

[p] *Tom. 2.*

Ac ista quidem omnia, sic vt gesta sunt, Lucio Regi ab Oratoribus Imperatoris enarrata, perhibet [p] Baronius; qui porro adiecerunt, Romanorum ciuium quamplurimos quotidie militiæ Christi nomina dare, neque eos infimæ sortis, duobus iam Senatoribus Trebellio ac Pertinace ad Christianam fidem conuersis.

Culturâ nihilò secius huiusmodi parum profeciissent semina Euangelica in hoc fundo nostro Britannico, nisi summa Dei prouidentia, Druydicarum superstitionem vepres quæ tam multa per secula altas hic radices egerant, excisæ, ac iam tandem sub hoc ipsum tempus radicitus extirpatæ fuissent. [a] Hanc nimirum Religionem ciuibus tantum Romanis Augustus interdixerat, [b] Tiberius Gallis, [c] Claudius autem quantum in ipso fuit, sustulit ac aboleuit penitus, circa annum Christi quinquagesimum.

[a] *Sueton. in Claud. cap. 25.*

[b] *Plin Nat. Hist. lib. 3 cap. 1.*

[c] *Vbi sup.*

Sed hæc mala tam--------

------per longas inualuere moras,

vt breui tempore persanari non potuerint. Plinius namque de ista superstitione verba faciens, annos post obitum Claudij plus minus quinquaginta; *Britannia* (inquit [d] ille) *hodieq; eam attonite celebrat, tantis ceremonijs, vt dedisse Persis videri possit.* Marcus vero Antoninus, Princeps mansuetus & morum sanctitate celebris, superstitionis istius immanitatem ac barbariem exosus, edicto suo omnem eius vsum prohibuit, neque destitit donec eliminasset penitus & funditus sustulisset. Sic nimirum ille qui Antiquitates Britannicas

[d] *Vbi sup.*

nicas perscripsit; neque idoneis huius rei Authoribus caruisse ipsum existimo, etsi à quibus id fontibus hauserit, me certe (quod fateor ingenuè) adhuc lateat.

Purgato his sentibus fundo, doctrinæ Euangelicæ semina iam olim hic sed in cassum sparsa (sicut antea docuimus) crescere tandem cœperunt & fructum exoptatũ producere. Sublatis Druidibus, Lucius ac Britanni sui, qui cæterorum Ethnicorum polytheismum auersabantur (vnum namque Deum colendum Druides teste [e] Tertulliano inculcarant semper) veritatis Euangelicæ prædicationi aures exhibuerunt.

e *In Ezech.4.*

Veniamus nunc ad huius conuersionis modum, quem inter fide aliqua paulò digniores, primus expositisse videtur [f] Beda. Quanquam enim ex vetustis Menologijs hic videtur accepisse quæ hac de re tradidit, inter quæ nonnulla extitisse, valde antiqua non negarim; ea tamen quæ hodie circumferuntur, propter quotidianas accessiones & incrementa (hoc ipsum fatentur & [g] Baronius & [h] Molanus) antiqua dici non possunt. Sed ipsum Bedam [i] audiamus: *Anno ab incarnatione Domini* 156. (inquit ille) *M. Antonius verus, decimus quartus ab Augusto, regnum cum Aurelio Commodo fratre suscepit. Quorum temporibus cum Eleutherius vir sanctus Pontificatui Romanæ Ecclesiæ præesset, misit ad eum Lucius Britannorum Rex Epistolam, obsecrans vt per eius mandatum Christianus efficeretur. Et mox effectum piæ postulationis consecutus est, susceptamque fidem Britanni vsque in tempora Diocletiani Principis inviolatam integramque quieta pace seruabant.*

f *Eccles. Hist. lib.1.cap.4.*

g *In præcapit. ad Martyr. cap.8*

h *In præfat.1. ad Vsuardum.*

i *Eccles. Hist.l.1 cap.4.*

Hac tota de re, Vsuardus vicinus noster, qui Caroli magni iussu Martyrologium composuisse dicitur circa annum 800. ne verbum quidem. Illud verò quod antiqui & genuini Martyrologij Romani nomine insigniuit Baronius, huic Bedæ narrationi etiam illud adijcit, [k] *Misisse Eleutherium sanctos Damianum & Fugatium in Britanniam, qui Lucium Regem vna cum vxore, ac toto fere populo baptizarunt.*

k *In Martyrol. 7.Kal.Iun.*

Oratores Eleutherio à Lucio primum missos, historia Landauensis Eluanum ac Meduinum nuncupatos perhibet, & *quod propter eloquentiam & scientiam quam habebant in sacris*

sacris Scripturis Eluanus consecratus est in Episcopum, Meduinus Doctor constitutus.

Qui antiquitates Britannicas conscripsit ex Capgrauio,& Balæus (vt videtur) ex Zelando asserit, Meduinum patria fuisse Belgam,Eluanum vero Britannum in Cœnobio Aualonienſi educatum inter Discipulos succeſſorum Ioſephi Arimathenſis & ſociorum ſuorum,qui per latos Britanniæ campos Euangelicæ doctrinæ ſemina ſparſerunt per eundem Ioſephum huc primum allata.

Vtrum ab iſtis baptiſmi ſacramentum acceperit Lucius, an potius ab illis quos huc ab Eleutherio miſſos diximus, nemo opinor pro certo affirmarit. Certè, præter nonnullos alios, hiſtoria Landauenſis ab Eluano & Meduino baptiſatum diſertis verbis aſſerit: Quanquam à plurimis traditum non iuerim inficias, eoſdem illos quos Eleutherius huc legauit vt Eccleſiæ ſtatum apud nos ordinarent, Lucium (ſiquid hoc ad rem) baptiſaſſe.

De iſtorum nominibus magnam reperio apud ſcriptores diſcrepantiam. Eorum alter à nonnullis Damianus, ab alijs Duuanus, atque ab alijs itidem Deruianus, Deruuianus, Dimianus, Diuianus, & Donatianus appellatur. Sed neque de altero illo planè conſentiunt,quem nonnunquam Fugatium, nonnunquam etiam & plerunque Faganum nuncupatum conſtat.

De tempore vero huius conuerſionis adeo non conſpirant, vt vel inter antiquos vix quiſquam poſſit oſtendi, qui ab omnibus alijs non diſſentiat. Hiſtoria nempe Landauenſis annum Dominum deſignat 156. (quo ipſo anno Regem prædictum obijſſe tradit Monumethenſis) Nennio,placet nuncios prædictos Romam amandatos 163. non ad Eleutherium, ſed Euariſtum. Manuſcriptum quoddam Anonymum quòd penes me eſt, annum habet 164. Guil. Malmesburienſis, de hac re ſic loquitur, fluxerunt anni ab aduentu Diſcipulorum S. Philippi in Britanniam, vſque ad tempus quo Phaganus & Deruuianus huc appulerunt anni 103. Vnde conſtabit aduenisſe huc prædictos Phaganum & Deruuianum anno 165. Henricus de Erfordia hæc omnia accidiſſe

Digitized by Google

cidisse dicit anno 169. Marianus Scotus 177. Balæus 179. Polydorus Virgilius 182. Baronius 183. Historia Roffensis 185. Flores historiarum 187. ac deniq; Martinus Polonus (ne plures enumerando lectori sim molestus) 188.

Quandocunq; demum id fuerit quod hic, Rex tam pius, fidem Christianam fuerit amplexus; historicorum nostrorum pleriq; in hoc consentiunt, quod non solum ipsum Regem, verum & Proceres, & Sacerdotes, & plebem denique vniuersam huius Britanniæ partis quam nunc Angliam nuncupamus, Christianos simul factos asserant; idola itidem tum vbiq; comminuta, templa ipsorum in Ecclesias conuersa, fundos sacerdotum ministris Euangelij attributos, & pro 25. Flaminibus totidem Episcopos, Archiflaminũ trium loco, tres Archiepiscopos constitutos, vnum nempe Londini, Eboraci alium, ac in Ciuitate Legionum tertium, quæ Carleona hodie appellatur, & in Monumethensi comitatu sita est. Ac de conuersione Lucij Regis subditorumq; suorum, hæc sunt quæ apud antiquos perscripta comperi.

Nescius equidem non sum, horum pleraque à viris nonnullis doctissimis, nec sine causa, in dubium reuocari; inter quos non desunt, qui totam hanc de Lucio narrationem, vt falsam & commentitiam, integram damnant & reijciunt. Horum rationes præcipuas, abs re fortassis haud fuerit, pauliſper perpendere.

Negatur in primis fieri posse, vt Rex aliquis hic in Britannia regni compos fuerit quo tempore hæc gesta perhibentur; quia Romani rerum hic potiti, Britanniam in formam prouinciæ iam olim redegerant: quod clarius est quam vt veterum testimonijs debeat comprobari. Vbi igitur (inquiunt) tunc Regi locus in Britannia?

Huic obiectioni duplici responsione occurritur. Magna pars huius insulæ à Romanis nunquam subacta fuit, ea nempe quæ iacet vltra primam illam prætenturam, quam posuisse videtur Iulius Agricola inter Bodotriam & Glottam, Hadrianus postea deseruit, Lollius vero Vrbicus sub Antonino Pio restituit, & multo maximam Scotiæ partem hodie complectitur. Quid ni igitur censeamus illarum regionum regnum

num obtinuisse Lucium? cui nimirum sententiæ videntur
e *Aduers. Iud.7* astipulari verba illa e Tertulliani tunc temporis viuentis, qui, *Britannorum inaccessa Romanis loca Christo refert subdita.*

Sed non placet vt Scotia (quanquam nunc pars nostri) nobis hanc gloriam præripiat. Quapropter malo augurari in hac nostra Anglia Lucium regnum obtinuisse. Et quo minus id ita fuerit quid vetat? De Cogiduno Regulo Britanni-
g *In vita Agric.* co verba faciens g Cor. Tacitus, *veterem* dicit *ac iam pridem receptam populi Romani consuetudinem, vt haberet instrumenta seruitutis & Reges.*

Post euersos Mithridatem & Antiochum, Asia minor fere tota in ditione Romanorum fuit, & in prouinciæ formam re-
h *Ioseph. antiq. l.18.c.11.* dacta sicut & Syria. Qui tamen vel vnum h Iosephi caput perlegerit, mentionem reperiet regum quinq; qui illis in regionibus rerum potiti feruntur quanquam Romanorum Imperio subditis; videlicet, Sigerammis Emisenorum, Archelai Cappadociæ, Antiochi Comagenorum, Herodis ac Agrippæ Chalcidis (quorum iste filius, alter vero frater fuit Agrippæ Iudæorum Regis) ac deniq; Alexandri Lesidis in Cilicia Regis; qui omnes, aut sub Augusto aut post eius decessum, Regio nomine gauisi sunt. Sed huius generis sexcentos commemorare in promptu est.

Cæterum illud obseruatione non indignum, raro huiusmodi regna ad filios aut successores adeo integra permanasse, vt vel pluribus attributa, vel magna ditionis parte detracta, infirmiora quotidie non redderentur, donec tandem in illis locis regium nomen euanesceret. Sit huius instituti exemplum, Herodes ille magnus sub quo Christus Dominus
i *Ioseph. antiq. Iud. l.17.c.17.* carnem nostram suscepit. Hic i gratia apud Augustum eousq; valebat, vt regnum testamento suo conferendi, integram illi potestatem faceret. Cumque ille hæredem filium institueret Archelaum; eo tamen mortuo, dimidia tantum ditionis pars Archelao permissa dilato aliquandiù Regijs insignibus; reliqua concessa Antipæ & Philippo fratribus eius; Philippo autem paulo post obeunte, quod illi obuenerat Syriæ despensationi coniunctum est.

Huiusmodi exemplis (quorum multa vbiq; occurrunt) persuadeor,

Digitized by Google

ſuadeor, hunc Lucium noſtrum vniuerſæ Britanniæ Regem nunquam fuiſſe, imo nec potioris alicuius partis eiuſdem, quam tam multis ante id tempus annis Romani ſubegerant & in prouinciæ formam redegerant.

Et huic quidem ſententiæ eo promptius accedo, quia ſi Cæſari, Tacito, Suetonio & alijs primæ notæ Romanarum rerum ſcriptorib. habemus fidem, conſtet nobis oportet, ab vno aliquo principe Britanniam, imo ne hanc Britanniæ partem quam nunc Angliam nuncupamus, vnquam regi conſuetam, niſi quandoq; contigerit, vt imminente grauiori periculo ab hoſte aliquo externo, plurimorum regulorum conſenſu, vnus cæteris præficeretur, doneç reddita pace, vnicuiq; ſuam ditionem repetere liceret. Sic nimirum Caſſiuelanus Cæſari bellum inferenti opponitur, quando regio Londino vicina Reges habuit quinq; quorum ab illo fit [k] mentio, nempe, præter dictum Caſſiuelanum, Cingetorigem, Caruilium, Taximagulum & Segonacem, quibus (puto) licet adijcere, Mandubratium Trinobantum Regem.

k *Comm. l. 5.*

Et Caractacus ſimiliter vt aduerſus Oſtorium alioſq; Duces Romanos, rem gerat eligitur, quem Silurum tantum Regem fuiſſe conſtat, etſi Cynobellini filium, illius nimirum quem vniuerſæ fere Britanniæ Monarcham ſomniant mythologi noſtri: Non tamen regium aliquod ſupra cæteros faſtigium, ſed (anne libet à [l] Tacito exquirere?) *multa eum ambigua, multa proſpera extulerunt, vt cæteros Britannorum Imperatores præmineret.* Hos vero ſi Reges fuiſſe negaueris; idem ipſe teſtabitur, Venutium tunc temporis apud Iugantes, Cartiſmanduam apud Brigantes & Cogidunum alibi imperitaſſe. Ac Dio diſertis verbis Britannos tum non liberos, ſed diuerſis Regibus ſubiectos aſſerit. Et Regum Britannicorum apud Tacitum, Suetonium, alioſq; ſæpe fit mentio. *Domitæ gentes, capti Reges*, inquit [m] Tacitus de Britannis verba faciens: Ac Suetonius, *ad imaginem bellicam & deditionem Britanniæ Regum.* Iuuenalis illud quid memorem?

l *Annal. lib. 12.*

m *In Agric.* *In Claudi c. 21.*

Regem aliquem capies aut de temoue Britanno
Excidet Aruiragus.

Nam ad poſteriora tempora id pertinet.

Sed

Sed in sole meridiano quid lucem quæro? Hoc vnum igitur adijcio; nullo testimonio quod quingentis annis sit antiquius, ostendi posse, vnum aliquem totius insulæ nostræ; imo nec illius partis quæ Anglia hodie appellatur, imperium tenuisse (nisi forte temporarium quale supra descripsimus) anteaquam Romani hic rerum potiti sunt.

Iam vt reliqua persequamur, quorundam palato non sapit (ac in primis ne meo quidem) tot derepente hic Episcopos constitui, idq; per Lucium Regem, in ea prouincia, quam planè pacatam Romanos tunc possidisse constat. Ecclesia scilicet nostra tanquam Aaronis virga, vno eodemque tempore & germinauit & folia fructusque affatim produxit.

In concilio certè Arelatensi quod congregatum fertur anno Christi 325. Restituti cuiusdam fit mentio; & à Gennadio annis postea plus minus centum, Fastidij; quorum vterq; sine alio titulo Britanniarum dicitur Episcopus. In animum equidem inducere non possum vt existimem, tam angustis finibus & cancellis Ecclesiam Britannicam toto illo tempore concluſam, vt ab vno Episcopo Regi potuerit. Concilio namq; Ariminensi (in quo fere omnes Occidentalium Ecclesiarum Episcopi videntur conuenisse anno 363. quadringentos nempe acciuit Constantius Imp.) tres interfuisse ex Britannia, testatur Sulpitius Seuerus. Hæc attamen cum mecum perpendo, & simul considero, quam rara fiat mentio Britannicorum Episcoporum apud probatos scriptores circa hæc tempora; pauciſſimos eos fuisse, antequam Germanus & Lupus huc transfretarent, pro certo mihi constituendum videtur.

Hist. Sacr. lib. 2.

De aduentu igitur istorum, quorum Altisiodorensis ille, hic verò Trecasinus fuit Episcopus, quod habet historia nostra Landauensis, lectori visum proponere. *Ad hæresim Pelagianam confutandam, sanctus Germanus Episcopus, & Lupus, à Galliæ antistitibus ad Britannos missi sunt. Sæpe tamen ante missis Legatis, à Britannis ad eos, implorantibus auxilium cõtra tam execrabile periculum, quia tam praue doctrinæ hæreticorum non acquiescebant, neque tamen confundere valebant. Postquam prædicti seniores Pelagianam hæresim extirpauerant, Episcopos*

pluribus

pluribus in locis Britanniæ consecrauerunt. Super omnes autem Britannos dextralis partis Britanniæ beatum Dubritium summum Doctorem, à Rege & ab omni parochia electum Archiepiscopum, consecrauerunt. Hac dignitate ei à Germano & Lupo data; constituerunt ei Episcopalem sedem concessu Mouric Regis, Principum, cleri & populi, apud Podium Lantaui in honore sancti Petri Apostoli fundatam, & cum finibus istis, &c.

Anno Christi incarnati hæc facta perhibentur 431. quo ipso tempore (si non paulò serius, vt [a] Buchanano visum) Palladius in Scotiâ Episcopos & Episcopatus primus constituit, vt simul & Scotis dati & nobis aucti Episcopi Episcoporũq; sedes Cathedrales videantur. Siquidem verum si sit, Archiepiscopis tribus, & Episcopis præterea 25. tam diu ante hæc tempora instructam fuisse Ecclesiam nostram; mirari facile subeat, primùm, vnde de istis tot per secula tam altum apud scriptores silentium; deinde quorsum Germanus & Lupus *pluribus in locis Britanniæ Episcopos consecrarent*, ac Dubritio quidem nouam *sedem constituerent apud Podium Lantaui*, si de Episcopis & Episcopõrum sedibus tam copiosè antea prouisum fuisset.

a *Rerum Scot. l. 5. Reg. 42.*

Cæterum in tota hac de Lucij rebus narratione, nihil est absurdius, quam Somnium illud, de Archiepiscoporum & Episcoporum sedibus ad Archiflaminum & Flaminum (si dijs placet) Ethnicorum numerum aptandis. Commentum, pace dixerim doctissimorum virorum, qui hoc aut tradiderunt aut crediderunt, planè putidissimum & plusquam puerile. Vix enim quenquam reperi præter Iewellum & Sutliuium, ista qui reprehenderit.

Huic tam lepidæ sententiæ, primus fidem conciliasse videatur Fenestella; quo, non esset opus teste antiquiore, is si proferendus esset, de quo tam crebram [b] Plinius facit mentionem. Ille vero authore eodem Plinio, Tiberio adhuc regnante, è viuis excessit. Vt librum de Magistratibus Sacerdotijsq; Rom. qui illius nomine circumfertur, edidisse eum non sit credibile: Sic enim is [c] habet. *Vti nostrûm inter sacerdotum gradus nonnihil interest, vt Episcopum, Archiepiscopum, Cardinalem, Patriarcham & Metropolitanum; ita apud illos*

b *Plin. nat. hist.*

c *De sac. Rom. cap. 5.*

Digitized by Google

illos (Gentiles) *Flaminum, Protoflaminum & Archiflaminum differentiam fuisse, idonei testes sunt.* Hæc ille. Quis vero tam imperitus est vt non intelligat, post mortem Tiberij fluxisse multos annos, ne dicam seculum vnum aut alterum, priusquam Cardinalis, Patriarchæ, aut Metropolitani nomen in Christianorum Ecclesijs auditum esset? Vnde si non satis patet adulterinum esse hunc Fenestellam; hinc sine dubio satis liquebit, quod A. Gellij testimonio sæpe vtitur, qui post Tiberij obitum centum plus minus annos vixit.

Ipsum vero vt missum faciamus; quicunque demum is fuerit, quæ ab illo tradita memorauimus, falsissima sunt omnino. Hoc etenim fidenter affirmarim, mortalium neminem ostendere posse inter antiquos & verè Romanos scriptores quempiam, qui de Protoflamine aut Archiflamine vsquam faciat mentionem. Si hoc satis non est, euoluat cui placet, quantiuis pretij librum illum inscriptionum antiquarum orbis Romani à Grutero editum. Flamines & Flaminicæ occurrent vbiq; Protoflaminis vero aut Archiflaminis ne vmbra quidem aut vestigium comparebit.

Habet adhuc alium propugnatorem non contemnendum figmentum istud, nimirum Gratianum, qui vno quidem in loco, [a] è suo videtur cerebro deprompsisse: alibi [b] vero Clementem nescio quem Papam laudat authorem. Qua in re, aut ipse nobis imposuit, Clementis abusus authoritate, qui talia nunquam scriptitauit; aut ipsi à suppositicio & adulterino Clemente imponitur; aut is nobis denique exemplo erit Clementem, etsi millies Papam, hallucinari potuisse sicut alium quemuis mortalium.

a *Dist.21.c.Decretis.*
b *Dist.80.c. In illis.*

Nam præterquam quod de Primo-Flamine aut Archiflamine nusquam reperitur mentio ante tempora ipsius Gratiani (sicut antea docuimus) clarius est quam vt possit negari, raro vsu veniisse, vt non vna & eadem ciuitas plurima haberet sacerdotum collegia & sic plures Flamines. Id [c] M. Varro satis testatur, asserendo (quod [d] Fenestella non diffitetur) *Totidem Flamminibus quo Deos colerent, veteres vsos.* Vrbs vna Romana non tantum Dialem habuit (sacrorum quæ ad Iouem pertinerent summum Pontificem) sed, pro Romulo Quirinalem,

c *In lib. de lingua Lat.*
d *De sac. Rom. c. 5.*

Quirinalem, pro Marte Martialem, & ne singulos enumerem, singulis Dijs singulos Flamines attributos. Et ne aliquis omnino numerus eorum iniri possit, Imperatoribus quoq; suis defunctis & in numerum Diuorum pro more relatis, templa, sacra, sacerdotes, deniq; etiam Flamines constituebant; Augusto Augustalem, Vespasiano Flauialem, Antonino Titialem, & sic de cæteris, donec adeo crescente Diuorum numero, vt vniuersa ciuitas tot templorum capax breui non videretur futura, hæc ratio tandem inuenta est, modum huic rei statuendi.

Vrbi Romæ, initium facientibus Smyrnæis (quod ipsi gloriantur apud [c] Tacitum) ædificijs inquam & inanimato corpori, non solum vitam, sed numen etiam attribuere, multis passim ciuitatibus visum; ac proinde templo & sacris tanquam Deam colere, irridente merito hanc insaniam Prudentio

[c] *Hist. l. 3.*

------ Colitur nam sanguine & ipsa (inquit ille)
More Deæ nomenq; loci sex numen adorant.

Cœptum huiusmodi tam ab omni ratione alienum, dum planè imitari è dignitate sua non putarent Romani, nec tamen tam putidam adulationem aspernari videri vellent; Vrbi [f] simul & Veneri templum primum statuunt, suggerente sumptus Imp. Hadriano. Postea vero & hoc Romæ & cæteros eiusdem generis per vniuersum orbem, vrbi Romanæ & Diuis simul omnibus Augustis videntur consecrasse.

[f] *Dio in vita Hadriani.*

Deinde quia simili incommodo laboratum est propter templa quæ vxoribus Augustorum demortuis constituta sunt, aliud porro (vt illud etiam obiter subnotemus) Diuarum Augustarum nomini ni fallor dicatum est. Eccum si placet elogium antiquum quod id ipsum testari videatur.

Inscr. ant. orbis Rom. p. 322. n. 6.

D. M.
IN MEMOR:
VSIÆ. L. FIL.
TERTVLLIANÆ
SACRED. DIVAR.
MATRI SVÆ
SEX APPI.

Huius

Huius instituti ratione factum est, vt melioris notæ vrbem vix vsquam reperire esset sub ditione Romana, quæ templum non haberet Romæ & Diuorum Augustorum numinib. sacratum. Habuerunt certe Segobriga & Tarraco Hispanorum, Lugdunum Gallorum, & in Italia Verona, sicut in libro Inscriptionum prædicto videre licet. Habuerunt tum etiam plerunque vnius etiam alicuius Imperatorum (si non plurium) sicuti Camalodunum nostrum Claudij. Cumque deinde cæteris dijs iam antea templa, sacra, Flamines aliosque sacerdotes apud eos constitutos, non sit dubitandum (Londini nempe & Carleonæ Dianæ, quod certum, alibi alijs vt credibile est) ita vt vna sæpenumero ciuitas plurimos haberet Flamines, Roma (vt auguror) centum haud pauciores: Fieri quomodo potest vt inter illorum Flamines & nostros Episcopos aliqua existat proportionis ratio, cũ illi in vnaquaque ciuitate, ne dicam oppido, plurimos haberent Flamines, nos vero aliquot comitatibus non raro vnum duntaxat præfecerimus Episcopum? § Et ne veterum authoritate destituti videamur, eccum tibi verba Concilij Chalcedonensis, vbi dicitur, *Ciuitates Metropoliticas quascunque* eo nomine ac titulo *per literas regias honoratas.*

§ *Conc. Chal. cap. 12.*

Hæc si paulò prolixiùs quam pro instituti mei ratione; dabit veniam lector vti spero, vt in re noua, & argumento à nemine alio quod sciam hucusque pertractato.

Tempus iam poscit vt de Epistola quadam ab Eleutherio Antistite Romano ad Lucium Regem (sicuti fertur) perscriptâ, verba faciamus. Eius conscribendæ occasionem dedisse videntur literæ quædam eiusdem Regis, post conuersionem suam (sed vtrum ante tempus quo baptisatus est, non satis liquet) ad Eleutherium datæ, in quibus rogauit, Romanarum legum compendium ad se mitti, iuxta cuius normam res ditionis suæ componere posset ac ordinare, duplici mutatione turbatas. Nam Druides (vt testatur Cæsar) res non solum sacras, sed politicas etiam vt plurimum administrabant. *Fere de omnibus controuersijs publicis & priuatis* (inquit ille) *constituunt, & si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controuersia est, ijdem* (Druides) *decernunt, præmia*

Cæs. lib. 6.

premia pœnasq; constituunt. Ita vt cum vtrinque eadem fuerit causa reformationis, Druidicarum videlicet superstitionum abolitio; planè non videam cur non existimemus, vtriusq; defectus supplementũ simul quæsitum. Asserit profecto qui Antiquitates Britannicas conscripsit, hanc de legibus Romanis petitionem tum factam, cum primũ Romam proficiscerentur Eluanus ac Meduinus, ideoq; anteaquã Lucius baptisaretur. Id ipsum censere videntur Io: Foxus,[h] ac fœliciſſimæ memoriæ Iuellus[i] Sarisburiensis Episcopus. Quia tamen Chronographi[k] quidam nostri, non solũ post tempus baptismi Lucio impertiti hoc factum referunt, sed tempus ipsũ designantes, tertio post conuersionem eius anno fuisse dicunt, pro certo nihil affirmauero, quin potius rem totam in medio relinquo.

h *In Martyrolog.*
i *contra. Harding fol. 119.*
k *Holinshed. &c.*

Epistolam ipsam vna cum titulo eiusdem, lectori integram exhibebo, quanquam fatendum est, aliter atque aliter a diuersis eam traditam, atq; magnam exemplarium discrepantiam reperiri.

Anno Domini 169. a passione Christi, scripsit D. Eleutherius Papa, Lucio Regi Britanniæ ad correctionem Regis & procerum Regni, &c.

Petistis à nobis leges Romanas & Cæsaris vobis transmitti, quibus in regno Britanniæ vti voluistis. Leges Romanas & Cæsaris semper reprobare possumus, legem Dei nequaquã. Suscepistis enim nuper miseratione diuina in regno Britanniæ legẽ & fidẽ Christi. Habetis penes vos in regno vtranq; paginam: Ex illis Dei gratia per concilium regni vestri sume legem, & per illam, Dei patientia vestrum reges Britanniæ regnum. Vicarius vero Dei estis in regno, iuxta prophetam regem, Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui inhabitant in eo; & rursum iuxta prophetam Regem, Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus oleo latitiæ præ consortibus tuis: & rursum iuxta prophetam Regem, Deus iudicium tuum, &c. Non enim iudicium neque iustitiam Cæsaris: Filij enim Regis gentes Christianæ, & populi regni sunt qui sub vestra protectione & regno in pace degant & consistant, iuxta Euangelium. Quemadmodum gallina congregat pullos sub alis, &c. Gentes vero regni Britanniæ & populi vestri sunt, & quos debetis in vnum

ad concordiam, & pacem, & ad fidem, & ad legem Christi, & ad sanctam Ecclesiam congregare, reuocare, fouere, manutenere, protegere, regere, vt possitis cum eo regnare in æternum cuius Vicari estis in regno prædicto, qui cum patre & filio, &c.

Ita nimirum habet Antiquitatum Britannicarum liber. Foxus vero noster, post vocabulum (*regere*) hæc adijcit, quæ Anglicè ab illo tradita, nos sic vt potuimus convertimus, *& contra malevolos ac inimicos tueri. Rex nomen habet à regendo, & non ab eo quod regnum possidet. Rex eris quam diu bene rexeris; si aliter feceris, Regio nomine destituêris, quod absit. Faxit Deus, regnum Britannia sic regatis, vt apud illum in æternum regnetis, cuius vicarij estis in regno prædicto.*

De hac Epistola si me oporteat sententiam ferre, non nimis profecto sapere seculum Eleutherianum confitendum reor. Quod vero titulum eiusdem Personatus noster exagitat alibi, alibi doctrinam Pontificiam confirmare gloriatur; duo mihi dicenda proposui.

Primum, tam magni momenti rem non esse, quod tempus huiusce scriptionis cum ætate Eleutherij haud plane conueniat, cum inter 12. historicos quos de conuersione Lucij Regis scripsisse memorauí, in designando tempore vndecim aberrarint; quippe cum eorum nullus eum altero conueniat. Quodsi per librarij incuriam mendam irrepsisse; vt pro *passione Christi, natiuitate Christi*, reponendam libeat suspicari, reprehensionis iam locus nullus relictus erit.

Hac tanta labe non obstante (ecce quam nihil sit tam vile, leue, parumq; solidum, quod isti non arripiant auide ad Babelis suæ celsitudinem adaugendam) vel hinc iste comprobare nititur, nescio quam superioritatem (vt ipse loquitur) Pontificis Romani supra Reges.

Recte [a] Vlpianus, *Etiam monstra & portentosi partus prosunt*, hos nimirum nonnulli malunt quam orbitatem. Si idonea suppetèrent argumenta, nunquam iste talia consectaretur. Quid enim dicit? quia hæc Epistola ad *correctionem Regis & Procerum regni* conscripta est, sequi necessario, vt Eleutherius se tunc illorum Superiorem existimarit, eosque castigationi illius obnoxios.

[a] *De verb. & rer. sig. Quæret aliquis.*

Quando

Quando Simo ille Terentianus, Dauum mancipium suum his verbis [b] alloquitur, *Corrigere mihi gnatum porro annitere*, anne id eo animo dixisse credendum, vt filij herum constitueret, qui illum pro arbitrio castigaret & puniret? nemo hercle putarit.

b *Terent. Andr. Act. 3. Sce. 3.*

Si pastor aliquis Regem in deuio aberrantem conspiciens, viam commonstrarit; dici poterit opinor Regem correxisse; neq; tamen cõsequetur inde, puniendi Regis, aut castigandi, aliquam potestatem hunc pastorem adeptum. Eleũtherius Ecclesiæ Romanæ pastor (ouiculam quamuis alienam & non sui gregis) Lucium Regem, aberrantem conspexit in erroris deuio, & correxit: *Philosophiam* (inquam) *veterem* (vt [c] Ciceronis verbis vtar) *in eo correxit & emendauit*, nimirum Druidicam, vt sic ad veram sapientiam perduceret, Christum nimirum Dominum, qui *nobis factus est* [d] *sapientia, & in* [e] *quo* sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.

c *De finib. l. 4.*

d *1. Cor. 1. 24. & 30.*

e *Col. 2. 3.*

Quapropter, etsi non inficiamur, recte pieq; fecisse Eleutherium quod Lucium Regem correxerit; fatemur nihilominus, puniendorum Principum munus, nemini nisi Deo soli competere; ideoq; correctionem illorum, si eo modo intelligatur, rem esse plane odiosam his temporibus (in quibus veritatis doctrina multo clarius illuxit quam superioribus seculis) ac in Clericis præsertim, omni odio ac detestatione dignam, qui alios in via humilitatis & obedientiæ, vt exemplo sint, præcedere debent.

Factum est aliquando vt Regum sui temporis longe clarissimus, Henricus noster secundus, se corrigi permiserit secundum significationem Anglici idiomatis (quo Parsonius abusus est in translatione tituli Epistolæ prædictæ vt paulo indoctiores falleret) *Virgis corporaliter cæsus* (inquit [f] Newbrigensis) *à singulis Ecclesiæ Cantuariensis Monachis plagam accepit.* Et Ioannes filius eius ad mandatum Pontificis regnum abdicare coactus est, ita vt non reciperet denuo nisi ijs legibus, quibus non paulo fortãsse tolerabilius futurum fuisset, flagris sicut pater eius cædi.

f *Lib. 2. c. 34.*

Sed, vt de antiquis illis Henricis, Othonibus, Fridericis, & alijs aliarum gentium Principibus taceam, neq; pluribus de-

demonstrem quomodo ij à Pontificibus Romanis (vt Parsonianum vocabulum vsurpem) correcti fuerint: nostri hercle seculi Pontifices, videntur cum Nerone profiteri, qui ante se fuissent. g *Principum neminem scisse quid sibi liceret.* Metas quippe antecessorum supergressi, sic corrigunt Principes, sicut idem Nero Senatores suos curabat, necem videlicet inferendo: h *Medicos admonebat* (inquit Suetonius) *qui cunctantes continuo curarent. Ita enim vocabat venas mortis gratia incidere.*

g *Sueton. in Nerone. c. 37.*

h *Ibid.*

Sic nimirum Parræo mandatum est, Elizabetham Reginam nostram, sui seculi delicias, curaret. Quanquam quid ego illum nomino, qui nuntius tantum fuit medicamenti perferendi? Medicos potius appellarim, vel Comensem Cardinalem qui miscuit, vel Pontificem Romanum cuius ingenio compositum credendum est. Comensis siquidem hortatu tam nefandi sceleris perpetrandi consilium sumpsit Parræus. Huic vero tam præclaræ curationis laus & gloria tribuenda est, qui i arma contra illam subditis capienda mandauit (& quorsum nisi vt perderent?) Pio Quinto. Quanquam Gregorium 13. successorem sua laude haud priuandum duco, qui hoc Parræi facinus adeo non damnauit, vt plenariæ indulgentiæ largitione & aureorum montium pollicitatione animos parricidæ adderet, sicut literæ Comensis ipsius manu perscriptæ liquido testantur.

i *Bull. Pij quint.*

Henricum similiter tertium Gallorum Regem idem Chiron curauit. Clementem Iacobitam, pharmacopolam potius dixeris quam medicum; huius quanquam manu, illius tamen arte medicamentum confectum, qui nefas tam horrendum tanquam rarum & memorabile facinus postquam admissum est prædicauit, quiq; ab assecłis suis talia non grauate audit quotidie, k *Tyrannum occidere honestum est.* Et l *Tam vita quam regno priuari possunt, &c.*

k *Lib. de abd. Henr. 3.*

l *Greg. de Valent. to. 3. q. 11.*

Quam vero probabile sit, ab eodem fonte venenum illud mortiferum pulueris sulphurei ante aliquot annos hausum, *ad curationem Regis & Procerum regni nostri*, facile iudicabit, qui libellum perlegerit de Garneti Iesuitæ damnatione non ita pridem perscriptum.

Verum-

Verumenimvero, quæcunq; fuerit Parsonij hac de re sententia, aut (quorum in verba is iurauit) Pontificum Romanorum, qui successores Eleutherij volunt haberi; nos certe cum Eleutherio dicimus & profitemur (id quod tam verbis quam factis illi negant, etsi hanc suam sententiam speciosis nonnunquam prætextibus nituntur contegere & occultare) Principes nostros in ditionibus proprijs Dei esse Vicarios, eosq; mortalium nemini subiectos; Ita vt, si vsquam offenderint, nõ alijs armis aut instrumentis ad eos corrigendos vtendum arbitremur, quam verborũ, ac præcipue quidem orationum nostrarum, dicentes cum Ambrosio, *Arma Christianorum preces & lachrymæ.* Ac ista quidem habuimus quæ de Eleutherij Epistola dicenda putavimus.

Vt cœpta nunc persequamur; à plurimis historicorum nostrorum traditum comperi, Lucium Regem, cum multas condidisset Ecclesias, mortem obijsse Gloceſtriæ, anno postquam Christianæ religioni per baptismum initiatus est decimoquarto, aut vt quidam volunt decimo, quanquam non desint etiam alij qui quarto post baptismum anno expirasse cõtendant. Vt satis mirari non possum, quo authore, Comes ille[l] Palatinus, regnum illum abdicasse perhibeat, & sacris ordinibus susceptis, Christum prędicasse in Gallia Germaniaq; ac Martyrio tandem coronatum Curiaci. l *R. Vitus.*

Vbi aut quandocunq; demum is mortuus fuerit, magnam certe nos causam habemus memoriam eius cum omni gratitudine celebrandi, vtpote per quem, non solum beauit gentem nostram Deus cognitione veritatis suæ, sed ita beauit, vt honorificentissimi tituli ius tradiderit (*Primogenitæ Ecclesiæ*) quia (quod [m] Sabellicus rectè annotauit) *Britannia* nostra *omnium prouinciarum prima publicitus Christi nomen recepit*, licet aliæ alibi clanculum, & principibus inuitis, multo fortassis antea. Neq; vero hoc bonum semen in terra adeo non bona seminatum est, vt vel non germinauerit, vel cito exaruerit: Nam, si [n] Bedæ credimus, *susceptam fidem Britanni vsq; ad tempora Diocletiani Principis, inuiolatam integramq; quieta pace seruabant*, hoc est annis plus minus centum. Ille siquidem regnum inchoauit anno Christi 288. m *Enn. 7. l. 7.* n *Eccl. hist. l. 1. c. 4.*

Ex his quæ dicta sunt, facile iudicabit candidus lector, quam non multum adhuc debeamus sedi Romanæ. Nam siue Simon Zelotes is fuerit, qui lumen Euangelij nobis primus impertiuit, vel Divus Paulus, imo vel Divus ipse Petrus (quod tamen ab omni probabilitate alieniſſimum est) cum Apostoli fuerint omnes, & omnes simul potestatem ab illo acceperint à quo est omnis potestas in cœlo & in terra, his nimirum in verbis, o *Euntes docete omnes gentes, &c.* cumq; D. Petrus quatenus aliquam habuit portionem designatam quam præcipue curaret, (p circumcisionis Apostolus constitutus) Iudæorum potius quam Romanorum Episcopus dici mereatur: Caueant Romanenses, ne si iure non meliore nos pro suis vendicent, plagij accusentur.

o *Matt.*28.19.

p *Gal.*2.7.& 9

Iosephus vero Arimathæus, si primus nostræ gentis fuerit Apostolus, quod testibus & argumentis satis profecto luculentis comprobasse videmur: vel hoc quid ad Romanos? cum adhuc non constet, Romæ illum vnquam fuisse, imo non fuisse liqueat, doctrinæq; normam, vel ab Apostolis in Concilio Hierosolymæ congregatis, vel à D. Philippo in Gallia accepisse.

Quid iam de Lucio Rege? Tantundem. A suis Britannis ad fidem Christianam prius perductum quam ad Eleutheriũ quenquam mitteret, quis non videt? Ad illos autem Romanos quod attinet, quos illius rogatu huc amandavit prędictus Eleutherius, Britannicæ linguæ cum prorsus fuerint ignari, quomodo vel Lucium vel populum eius poterant ij convertere, quorum verba illi non intelligerent?

Si Regi & alijs forsitan nonnullis baptismi sacramentum impertiuerunt (quod tamen non confitemur, nam cur non existimemus ab ijsdem baptisatos à quibus fidem primũ acceperunt?) quid hoc ad rem? Humanitùs aliquid passum concedamus, sibi nescio quo modo decorum futurum, & instituto negotio authoritatem aliquam conciliaturum putasse dicamus, si à Roma, quæ tum sedes Imperij, mundi Domina, imo & regiæ suæ dignitatis fortassis firmamentum, illos acceperit, qui tantæ mutationis causæ ac instrumenta viderentur. Neq; hoc certe ad summam rei quicquam pertinet.

Quæ

Quæ sequitur historia, exprobationis ansam magis paulo speciosam præbebit; in qua tamen quæ veritati consona reperiemus, nihil occultantes, omnia confitebimur ingenuè.

Cap. IIII.

IN præcedentibus capitulis tradita sunt à me omnia quæ per diligentissimam inquisitionem indagare aut vsquam reperire potui de prima nostræ gentis ad fidem Christianam conuersione. Cuius rei historiam confiteamur oportet, quoad circumstantias, multa obscuritate involutam: quanquam luce meridiana clarius existat, statim post Apostolorum tempora Ecclesias hic fuisse constitutas. [d] Tertullianus & [e] Origenes idipsum testantur ante annum Christi ducentesimum. Et inter annos 300. & 400. apud patres, Ecclesiarum Episcoporumq; Britanniæ plurima fit mentio, sicuti in locis in [f] margine citatis patebit illi qui operæpretium duxerit perlustrare. Insequentibus iam postea seculis, multos habemus, ac in primis Bedam, qui faces nobis prætulerunt.

Nunc igitur vt in instituto cursu progredianur, in primis memorandum ducimus, inter omnes persecutionum procellas quibus exagitata est Ecclesia Britannica sub Diocletiano & alijs tyrannis; nullam vnquam fuisse grauiorem atrocioremue, quam illam quam intulerunt Saxones, Germaniæ tunc inferioris populus maritimus, Daniam etiam & alias Septentrionis regiones incolens, qui suis sedibus huc euocati vt Vortigerno Regi auxilio essent contra Pictos & Scotos magna vi bellum inferebant. Qui postquam hostes pepulissent; armis victricibus contra socios qui euocauerant abusi, regionem eorum fere vniuersam subegerunt, & incolas in angulum eiusdem compulerunt, quam Walliam hodie appellant. In hac nimirum prouincia veteres Britanni iam inde ab eo tempore consederunt, linguam retinentes auitam, & ab Anglica, quam Saxones prædicti invexerunt, planè diuersissimam,

d *Cont. Iudæos cap. 7.*
e *In Ezech. 4.*
f *Athanas. Apol. 2. Theodoretus hist. eccl li. 1. cap. 10. & li. 4. cap. 3. Chrysost. in Pentecost. & in ser. quod Christus sit Deus. Hieron. in Epit. Marcellæ. Gorigeirbo. Arelat. 2. Nicephb. lib. 10. cap. 42. Hilar. de synod. Sulpit. Seuer. l. 2 hist. sacr. Gennad. in Catal.*

ſiſſimam, Germanicæq; adeo propiorem, vt vnde fuerit accepta dubitari non poſſit.

Iſti vero cum Idolorum eſſent cultores, ac Chriſtianæ veritatis vſq; quaq; ignari; Eccleſias & monaſteria vbiq; diruentes, cum in omnes in vniuerſum incolas, tum præcipue in Monachos & clericos magna crudelitate graſſati ſunt. Ita Chriſtiana religio quæ in hac inſula annos plus minus trecentos in magna ſinceritate viguerat, exciſa penitus & deleta eſt in noſtra Anglia, niſi quatenus à Britannorum veterum reliquijs, Walliam Cornubiamq; incolentibus retenta eſt.

Fatendum nihilo ſecius, non adeo omnes Britannos ſedibus tunc pulſos, quin manſerint plurimi, quamuis miſerrima preſſi ſeruitute. De nonnullis dicit g Malmesburienſis, *In eius* (Cerdici Occidentalium Saxonum Regis) *Verba volentes conceſſere.* Et de alijs poſtea, *Reliquos in fidem acceptos, placidæ quietis gratia mulcebant.* Hij vero proculdubiò ex infima erant plebe & ingenti ęrumnarum mole ſic obruti, vt religionis publicum aliquem cultum inter hoſtes eiuſdem nullo modo poſſent retinere. Fuiſſe tamen inter eos Chriſtianos permultos liquet, qui non tantum fidei conſtantiam in ſinu (vt loquuntur) retinerent, ſed talento ſibi concredito vterentur, ad Saxonum nonnullos pelliciendum in eandem veritatis agnitionem. Inter alios, memoratur à nonnullis Offa quidam regio Saxonum ſanguine prognatus (Athelfridi Berniciorum Reguli filium crediderim) qui piorum aliquorum gentis Britannicæ opera Chriſtianus factus, & in Germaniam profectus, prima Cœnobij Schutternenſis fundamenta iecciſſe à Munſtero i perhibetur.

g *De Regib. l. 1.*

i *In Coſmogr.*

Literę porro à D. Gregorio ad Reges Frācorū conſcriptę, teſtantur abundè, multos tum fuiſſe inter Saxones pios Chriſtianos (à Britānorū reliquijs quid in cōuerſos exiſtimemus?) qui de ſocordia Gallorum iure quererentur, quod veritatis doctores à ſe vehementer expetitos non largirentur, vt Euangelij lumen ſalutare ipſis impertirent. Illarum nempe hæc k ſententia: *Pervenit ad nos, Anglorum gentem ad fidem Chriſtianam Deo miſerante deſideranter velle converti: ſed ſacerdotes tuos è vicino negligere, & deſideria eorum ceſſare ſua adhor-*

k *Epiſt. l. 5. c. 158*

adhortatione succendere. Hæc ad Theodoricum & Theodebertum Reges. Deinde ad Brunichildim Reginam sic: *Indicamus ad nos peruenisse, Anglorum gentem Deo annuente velle fieri Christianam, sed sacerdotes qui in vicino sunt pastoralem erga eos sollicitudinem non habere.* Cæterum Gallorum hanc desidiam paulo post suppleuit Gregorij prædicti pietas, quem suo tempore excitauit Deus ad verum numinis cultum hic restituendum, vbi tot per secula iam olim floruisset.

Eiusce rei occasionem narrabit pro me suis verbis Ioannes Diaconus. *Quadam die, cum aduenientibus nuper negotiatoribus, multa venalia in foro Romanæ vrbis fuissent proposita, multique ad emendum vndique confluxissent; contigit & Gregorium virum Deo dignissimum præterire: Qui cernens inter alia pueros corpore candidos, forma pulcherrimos, vultu venustos, capillorum quoque nitore perspicuos esse venales, interrogauit mercatorem de qua patria illos attulisset. Ille respondit, de Britannia insula, cuius incolarum omnium facies simili candore fulgescit. Gregorius dixit: Christiani sunt ijdem insulani, an adhuc Paganis erroribus implicantur? Mercator respondit; Non sunt Christiani, sed Paganis tenentur laqueis irretiti. Tunc Gregorius grauiter ingemiscens, heu proh dolor inquit: Quam splendidas facies Princeps tenebrarum nunc possidet? tantaque frontis species vacuam ab interna Dei gratia mentem gestat. Rursum interrogauit quod esset vocabulum gentis illius? Mercator respondit, Angli vocantur. Bene inquit Angli, quasi Angeli, quia Angelicos vultus habēt; & tales in cœlis Angelorum decet esse concines. Iterum ergo interrogat quod nomen haberet ipsa prouincia? Mercator respondit, Prouinciales illi Deiri vocantur. Et Gregorius, Bene inquit Deiri, quia de ira sunt eruendi & ad Christi gratiā connocandi. Rex (ait) illius prouincia quomodo nuncupatur? Mercator respōdit, Aelle. Et Gregorius alludens ad nomē, dixit: Bene quia Rex dicitur Aelle. Alleluia & enim in laudem creatoris in partibus illis oportet decantari.*

In vita S. Greg. lib. 2 cap. 21.

Mox itaque accedens ad Benedictum Apostolicæ sedis Pontificem cœpit vehementer expetere, vt in Britanniam aliquos verbi Ministros mitteret. Quo cùm neminem velle ire cognosceret, semetipsum quoque non dubitauit ingerere, dummodo sibi Pon-

Pontifex licentiam commodaret. Qui licet cum magna cunctatione totius cleri ac populi, Gregorium ſponte proficiſci cupientem, abire permiſit, imprecatus ei diuinitus proſpera miniſtrari.

De cuius abſentia Romani plurimum perturbati, deliberato conſilio, trifariò per loca via contigua vnde Pontifex ad B. Petri baſilicam profecturus erat, partiuntur, eumque turmatim taliter alloquuntur: Petrum offendiſti, Romam deſtruxiſti, quia Gregorium dimiſiſti. Quibus ſententijs omnino Papa perterritus, miſit continuo nuncios qui virum domini reuocarent, &c. A quibus, trium dierum itinere iam emenſo, compulſus eſt (licet magnopere triſtaretur) ad proprij monaſterij curam redire.

Anni tum fluxerunt plus minus ſeptem, quando Benedicto prædicto, & poſt eum Pelagio ſecundo demortuis, Gregorius ad Pontificatum aſſumptus, per alios efficere decreuit quod ipſi per ſe hactenus non licuiſſet.

Quapropter Auguſtinum quendam delegit, ſui cœnobij Monachum, cuius opera vteretur in hoc tanto negotio cõficiendo. Homo is videtur ſanctitate morum quam ſcientia aut eruditione laudatior, etſi vt homo vitijs non caruerit, ac illo in primis ambitionis, qua dum pluſquam nimis exardeſceret, magnas hic turbas excitauit, vt quaſi contagio quodam infectus, à loco vnde venerit hanc peſtem accepiſſe videatur, ſi Pontificum ſubſequentium ſuperbiam ad apertam tyrannidem graſſentium, potius quam Gregorij & anteceſſorum ſuorum humilitatem ſpectemus. Sed hac de re pluribus poſtea.

Huic Auguſtino 40. alij adiuncti ſunt, *qui cum iuſſis pontificalibus obtemperantes* (inquit Beda) *memoratum opus aggredi cœpiſſent, iamque aliquantum itineris confeciſſent; perculſi timore inerti, redire domum, potius quam barbaram, feram, incredulamque gentem, cuius nec linguam quidem noſſent, adire cogitabant, & hoc eſſe tutius communi concilio decernebant. Nec mora Auguſtinum (quem eis Epiſcopum ordinandum ſi ab Anglis ſuſciperentur, diſpoſuerat) domum remittunt, qui à Beato Gregorio humili ſupplicatu obtineret, ne tam periculoſam, tam*

Eccl. hiſt. l. 1. cap. 23.

tam laboriosam, tam incertam peregrinationem adire deberent. Quibus ille exhortatorias mittens literas, in opus eos verbi, diuino confisos auxilio proficisci iubet.

Deinde vt fluctuantium animos omni qua poterat ratione confirmaret; ad Regem ac Reginam Francorum, prout etiam ad Episcopos nonnullos datis literis, rogat, vt hoc illorum tam pium institutum suo velint & consilio & auxilio promouere, id quod ab ipsis abundè præstitum perhibetur. Nam præterquam quod humanissime vbique accepti sunt, comitatui illorum non paucos adiunxerunt, qui interpretum vice fungerentur; vt eadem quodammodo lingua Angli Francique tunc vsi videantur; quod à ratione quidem non abhorret, cum vterque & Franci & Angli (siue Anglo-Saxones malueris appellare) Germaniæ fuerint populi, vnde isti in Britanniam ante annos 150. illi in Galliam 130. vix dum elapsis migrauerint.

Postquam Gregorij Pontificis hortatu proficiscendi consilium Augustinus & socij resumpsissent; Gallia peragrata, conscensis nauibus, appulerunt tandem in insula Thaneta, quæ à fluuio non magno, duobus ostijs in mare decurrente, à continenti Angliæ dirimitur. Regnabat tunc temporis in Cantio Ethelbertus, Saxonici generis Rex quintus, cuius ditioni omnes regiones septentrionem versus, vsq; ad Humbrum fluuium subijciebantur. Vxorem is tunc temporis habebat nomine Bertam, Clotarij primi Francorum Regis filiam: cui, cum & ipsa esset Christiana, & Christianis edita parentibus, permissum, vti Deum, Christiano more coleret. Quod vt facere posset, alebat in familia Episcopum quendam (nomen illi Luidhardus) præter alios famulos eiusdem fecum vt gentis ita & fidei. Cum his Ecclesiam quandam frequentabat crebro (extra mœnia ciuitatis Cantuariensis sitam & a Romanis iam olim extructam, diuoque Martino dedicatam) vbi verbum Dei audiebant, nomen eius inuocabant & sacramentorum fiebant participes. Vnde factum est haud dubie, vt Anglo-Saxonum permulti, etiam ante aduentum Augustini, ad fidem Christianam amplectendam perducti sint, & *Ethelberti Regis animus* (sic loquitur [a] Gul: Malmesburiensis)

[a] *De Regib. l. 1.*

Digitized by Google

mesburienſis) *iam emollitus, beato Auguſtino prædicanti facile cederet.* Eandem igitur ob cauſam [b] Capgrauius, *Luidhardum præcurſorem & ianitorem venturi Auguſtini* appellat, aſſerens deinde, *paraſſe hunc ipſi viam & ingreſſum.* Quod quiuis hercle facile crediderit, qui quanta humanitate ad primum ſtatim adpulſum Auguſtinus fuerit exceptus, animo ſecum perpenderit.

b *In vita S. Auguſtini.*

Nam cum Auguſtinus ſtatim vt terrã attigit, ablegato ad Regem nuncio certiorem eum feciſſet, veniſſe ſe ab Epiſcopo Romano iſtuc miſſum vna cum ſocijs, vt ipſi gentique ſuæ doctrinam impertirent, quæ fœlicitatis æternæ (ni aſpernarentur) viam panderet: Cuncta protinus neceſſaria his aduenis miniſtrari præcepit, & vt ibi manerent vbi appulerant admonitis, poſt paucos dies legationi illorum audiendæ ſe vacaturum eſt pollicitus.

Lib. 1. c. 25. hiſt. Eccl.

Bedam iam pauliſper audiamus. *Venit tandem ad inſulam Rex, & reſidens ſub diuo, iuſſit Auguſtinum cum ſocijs ad ſuum ibidem aduenire colloquium. Cauerat autem ne in aliquam domum ad ſe introirent, veteri vſus augurio, ne ſuperuentu ſuo, ſi quid maleficæ artis habuiſſent, eum ſuperando deciperent. At illi non dæmoniaca ſed diuina virtute præditi veniebant, crucem pro vexillo ferentes argenteam, & imaginem Domini Saluatoris in tabula depictam, letaniaſque canentes pro ſua ſimul & eorum propter quos & ad quos venerant, ſalute æterna, Domino ſupplicabant. Cumque ad iuſſionem Regis reſidentes, verbum ei vitæ vna cum omnibus qui aderant eius comitibus prædicarent: reſpondit ille dicens: Pulchra ſunt quidem verba & promiſſa quæ affertis: Sed quia noua ſunt & incerta, non his poſſum aſſenſum tribuere, relictis ijs quæ tanto tempore cum omni Anglorum gente ſeruaui. Verum quia de longe huc peregrini veniſtis, & vt ego mihi videor perſpexiſſe, ea quæ vos vera & optima credebatis, nobis quoque communicare deſideratis; nolumus moleſti eſſe vobis, quin potiùs benigne vos hoſpitio recipere, & quæ victui veſtro ſunt neceſſaria miniſtrare curamus, nec prohibemus, quin omnes quos poteſtis fidei veſtræ religionis prædicando ſocietis. Dedit ergo eis manſionem in ciuitate Doroouernenſi (quæ imperij ſui totius erat Metropolis) vt promiſerat,*

Digitized by Google

rat, cum administratione victus temporalis: Licentiam quoque prædicandi non abstulit.

In mansione prædicta propè portam sita quæ Staplegate vocabatur, Augustinus cum socijs moram trahentes, in opus Euangelij omnibus neruis incumbebant, tam vitæ sanctitate quam verbis Christum prædicantes, donec inter alios quamplurimos, Ethelberto ipsi Regi persuasum est, vt religioni Christianæ per baptismum vellet initiari; qui tum fundos assignauit benè amplos vt eorum fructibus noui hij hospites alerentur.

Cum iam hucusque profeciſſet Augustinus; ad Etherium Archiepiscopum Arelatensem in Galliam transfretauit, à quo characterem Episcopalem susscipiens, in Episcopum Anglorum consecratus est.

Istorum pleraque omnia partim ex Ioanne Diacono, partim ex Bedæ Ecclesiastica historia gentis Anglorum desumpta sunt. Quæ quidem qui recti iudicij lance perpenderit, videbit, haud quaquam tantum nos Anglos debere Ecclesiæ Romanæ ob ista quæ per Augustinum hic gesta sunt, quantum Parsonius & cæteri Pontificij contendunt. Nisi enim solum iam antea subactum & præparatum fuisset, per reliquias Britannorum, per Saxonum nonnullos ab illis ad fidem conuersos, per prædicationem vitæque sanctitatem Luidhardi Episcopi, ac cæterorum Gallorum, Reginæ famulantium, ac denique per ipsam Bertam Reginam, cuius consilio ac precibus Rex inductus est, vt benignam aurem Augustino prædicanti adhiberet: Certè, plusquam verisimili est, frustra doctrinæ Euangelicæ semina huic fundo Anglicano committenda fuisse, ac præsertim per Augustinum aut illius gregem, cuius dux, etsi homo fortassis minime malus, insciticæ tamen fuit planè pudendæ, sicut ex quæstionibus D. Gregorio ab ipso propositis legenti patebit clarissime. a *Beda l. 1. c. 27.*

Cui tamen, Apostoli Anglorum non inuidebimus appellationem, modo commode intellectam. Missum siquidem non inficiamur, sed per quem? per Gregorium Episcopum Romanum, cui ne quicquam plus iuris erat in nostram Angliam

gliam quam ipſi Auguſtino; vt dicere cum Paulo [1] non li-
1 Gal.1.1. cuerit neq; ab hominibus, nec per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum ſe miſſum. Dabimus porro, vt Anglis prædicaret miſſum. Angliæ tamen pars magna (cur non dixerim multo maxima) infidelitatis tenebris immerſa iacuit plurimis poſt
m Beda,l.2.c.9. mortem eius annis, donec tandem [m] Paulinus in Septentrio-
n Lib.4.c.13. ne anno 625. [n] Wilfridus apud Auſtrales Saxones 681. Fœlix
o Lib.2.c.5. [o] apud Orientales Anglos in Norfolcia 630. alijq; alibi poſtea Chriſtum primi annunciarunt. Concedimus denique vt Chriſtum prædicaret miſſum: Is vero ſe etiam prædicauit, vna manu ſæpenumero deſtruens quod altera ædificarat, ſicuti in ſequentibus Deo volente demonſtrabimus.

Sed pergamus. Poſtquam è Gallia Auguſtinus redijſſet; ex comitatu ſuo duos ablegavit, Laurentium ac Petrum, qui Gregorium facerent certiorem quid profeciſſent. Per quos redeuntes, miſit ille ad Auguſtinū pallium Archiepiſcopale, libros nonnullos, templorum ornamenta quædam, aliaq; quibus indigebant; nechon & Regi munera, ad quem etiam literas dedit gratulatorias, ſicuti & ad Auguſtinum, quem ad incumbendum operi incœpto cum omni diligentia hortatus eſt, monuitq; cauendum in primis, ne animo efferretur ob miracula quæ Deus per illum fuerat operatus (non pauca ea exſtitiſſe memorat Beda) ac deniq; alijs ad Etherium Arelatenſem perſcriptis, magnas egit gratias, quod iſtis ſuis Legatis in hoc tanti momenti negotio auxilium tam prompte benigneq; fuiſſet largitus.

Auguſtinus interea conſecutus erat à Rege, præter illam D. Martini, aliam Eccleſiam in medio vrbis prædictæ ſitam, à Romanis porro quandoq; conſtructam & Sancti Saluatoris nomini dicatam. Cui etiam ſuam ipſius regiam & regni ſedem præcipuam Rex idem paulo pòſt dono dedit, tumque Regulbium ipſe ſeceſſit. Cœnobij deniq; magnificentiſſimi iecit fundamenta ſub ipſis mœnibus Cantuarienſis civitatis, ab ipſo Petri & Pauli, ſed à poſteris Diui Auguſtini in hodiernum vſq; diem nuncupati. Nam nondum demolitum viſitur adhuc, & pars patrimonij regij cenſetur. Regia vero, ſuccedentium deinceps Archiepiſcoporum ſemper fuit & eſt adhuc palatium.

His

His ita rebus ordinatis, conatum præ se tulit Augustinus, pacem nescio quam & concordiam inter Britannos & Saxones conciliandi. Cæterum quicunq; demum prætextus fuerit, non alium scopum sibi proposuisse videtur, quam Walliam, provinciæ suæ Cantuariensis iurisdictioni adiungere; cum illi semper iam inde à quo Christiana religio ibi primũ viguit, proprium haberent Archiepiscopum, neq; sine magno periculo se possent subijcere authoritati exteri hominis & alienigenæ, sub alterius imperio degentis, qui semper adhuc patriæ suæ hostis fuisset capitalis, semperq; futurum, esset verisimile. Cum istis attamen hominibus quam instituerit rationem, (siquidem operæ pretium est) videamus.

Ethelberti Regis opera, vt cum Britannorum aliquot Episcopis & alijs Cleri principibus viris conveniret, effecit, in loco qui huius congressus occasione Augustini quercus postea appellatus est, in pago Wigornienſi, prope limites Occidentalium Saxonum. Ibi suadendo, rogando, minitando & quibuscunq; deniq; poterat rationibus annisus est, hos bonos homines eo adducere, vt Ecclesiam suam ad Romanorum instituta cõformari paterentur, Romanorum inquam, apud quos multa iam praua irrepserant, quiq; à primitiuæ Ecclesiæ puritate in plurimis discesserant; Cum ipsi in eodem semper tenore sanctæ doctrinæ iam inde à primis Ecclesiæ suæ incunabulis perstitissent. *Grex nimirum Domini* (inquit[c] Monumethensis) *rectum ordinem apud eos tenebat.* Paucis responsum est, haud æqua illum petere, habere se suum Archiepiscopum à quo regantur, vt illi se non possint subijcere (nam & hoc in primis petitum est) tam disciplinam quam doctrinam Ecclesiæ suæ ab ipsis Christi Domini Apostolis traditam se accepisse, neque proinde in his quocunq; suadente, vel minimum sese immutaturos.

[c] *Lib.* 11. *c.* 12.

Augustinus nihilosecius à spe sua nondum deiectus, vt iterum adhuc congrediantur dat operam. Conueniunt iam Britannorum multo plures quam prius, interq; illos Episcopi (vt dicitur) septem, nimirum, Herefordensis, Landauensis, Paternensis, Bangorensis, Elvensis, Wicciorum & Morganensis, nisi forte Meneuensis scribendum sit, quod credo.

Ad-

Digitized by Google

Adfuerunt etiam è Clero alij quamplurimi & Monachi magno numero, ac præcipue ex nobili illo Bannachorensi cœnobio prope Cestriam, vbi duobus millibus non pauciores victitabant, quorum porro Abbas Dinothus, vir pius & eruditus vna accesserat.

Lib. 2. cap. 2. Ex huiusmodi congressu quinam fructus provenerit, narrabit pro me Beda. *Ad præfatum ituri concilium* (inquit ille) *venerunt primo* (è Britannico Clero nonnulli) *ad quendam virum sanctum ac prudentem, qui apud eos anachoriticam ducere solebat vitam, consulentes, an ad prædicationem Augustini suas deserere traditiones deberent? Qui respondebat, Si homo Dei est, sequimini illum. Dixerunt, Et vnde hoc possumus probare? Et ille, Dominus, inquit, ait Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Si ergo Augustinus ille mitis est & humilis corde, credibile est quia iugum Christi & ipse portet, & vobis portandum offerat: Sin autem immitis ac superbus est, constat quia non est de Deo, neq; nobis eius sermo curandus est. Qui rursus aiebant: Et vnde hoc dinoscere valeamus? Procurate, inquit, vt ipse prior cum suis ad locum synodi adueniat; & si vobis appropinquantibus assurrexerit, scientes quia famulus Christi est, obtemperanter illum audite: Sin autem vos spreuerit, nec coram vobis assurgere voluerit, cum sitis numero plures; & ipse spernatur à vobis. Fecerunt vt dixerat; factumq; est, vt venientibus illis, sederet Augustinus in sella. Quod illi videntes, mox in iram conuersi sunt, eumq; notantes superbiæ, cunctis quæ dicebat contradicere laborabant.* Et paulo post, Eorum quæ proposuerat, *nihil se facturos, neq; illum pro Archiepiscopo habituros esse respondebant. Conferentes ad inuicem, quia si modo nobis assurgere noluit, quanto magis si ei subdi cœperimus, iam nos pro nihilo contemnet?*

Sic iurisdictione sperata Augustinus excidit, repulsam ferens ægerrime. Siquidem impotentis animi iracundiam statim detegens, non potuit se continere quin protinus in minas prorumperet. *Si pacem* (inquit ille) *cum fratribus accipere nolitis, ab hostibus bellum accipietis: Et si nationi Anglorũ non vultis viam vitæ prædicare, per horum manus vltionem mortis patiemini. Quod præsagium sancti Pontificis completum*

est

est (ita enim sequitur paulo pòst) *sic vt etiam temporalis interitus vltionem sentirent perfidi, quod oblata sibi perpetuæ salutis consilia spreuerant.*

Vatem scilicet præclarum, qui illa potuit prædicere, quæ vt efficeret in sua nouit esse potestate. Tantum siquidem gratia & authoritate apud Ethelbertum Regem tunc temporis valuit, vt ad bellum Britannis inferendum, & Edilfridum Northumbrorum Regulum contra illos concitandum, facile eum impulerit. Cuius rei fidem nobis facit Thomas quidam Graius, qui cum annales quosdam ante annos trecentos Gallicana vsus lingua conscriberet, in hanc loquitur sententiam; *Augustinus* (inquit ille) *ab Episcopis & aliis inter Britannos doctis hominibus hoc pacto reiectus; Ethelberto Cantiorum Regi tam grauiter conquestus est, vt exercitum protinus grandem collegerit & in eos impetum faciens, magnum illorum numerum interfecerit, quorum nihilo magis miserum est, quam solet lupus ouicularum.*

Alium deinde Chronographum habemus manuscriptum satis vetustum sed anonymum, qui perhibet Ethelbertum ab Augustino sic vt retulimus instigatum, petijsse ab Elfrido Northumbriæ Rege, vt sibi copias commodaret ad bellum inferendum Britannis Walliam incolentibus. Augustinum porro Archiepiscopum Cantuariensem congressum cum illis Cestriæ, (quæ tunc dicta Legeceastria) cuius Rex Brochvail appellatus est; qui cum viribus impar in fugam se dedisset, ditionem illius inter se partiti sunt. Quod cum Wallis fuisset nuntiatum, in quos iam infesta signa cœperant cõuertere, legatos ad eos miserunt interulis solis indutos, nudisq; pedibus incedentes, qui infensorum animos ad misericordiam flecterent. Hos vero tam sæuos & crudeliter animatos reperierunt, vt ab illis nihil impetrare potuerint. Sic nimirum Chronographus prædictus.

Haud me latet à nonnullis traditum, anno Christi 603. vitam Augustinum cum morte commutasse, cum hoc bellum biennio serius gestum constet. Quod ipsum innuit Beda in exemplaribus omnibus impressis. Nam de cæde Britannorũ supradicta mentionem faciens, & quomodo ab Augustino

prædicta fuerit, adijcit, *quamuis ipſo* (Auguſtino) *iam multo antea tempore ad cæleſtia regna tranſlato*; quaſi multò ante cædem illam patratam is mortem obijſſet. Cæterum luce meridiana clarius eſt, totam illam clauſulam adiectitiam, neque vnquam à Beda perſcriptam. Siquidem in exemplaribus quibuſdam vetuſtiſſimis Saxonico charactere exaratis quorum aliquot hodie reperiuntur) horum verborum ne veſtigium quidem habemus vllum. Deinde, extat adhuc diploma quoddam, Ethelberti Regis ſimul & Auguſtini Archiepiſcopi manibus ſignatum, anno Domini 605. ipſo nimirum anno belli huius Britannici; vt *multo ante tempore mortuus Auguſtinus* dici non potuerit. Atqui ne ante bellum, quamuis eodē anno deceſſiſſe ſuſpicemur; cōſtat ex eiuſdem Bedę hiſtoria in Saxonicā vernaculam per Alfredum Regem conuerſa, poſt hoc bellum patratum, ſacraſſe eum Epiſcopos, Melitum videlicet Londinenſem & Iuſtum Roffenſem. Matthæus quoque Weſtmonaſterienſis, anno Chriſti 608. dictum Auguſtinum perhibet obijſſe; & * Polydorus Virgilius, annos 15. ſediſſe eum Archiepiſcopum; quaſi biennio adhuc, vltra terminos à Weſtmonaſterienſe poſitos, vitam protraxerit.

* *Lib.4.*

Ad bellū vero ipsū quod attinet, ſiue antea, ſiue poſt mortem Auguſtini id geſtum fuerit (qua de re tamen non eſt cur ambigamus) Britannis ſane funeſtiſſimum extitiſſe conſtat; quippe in quo perierunt, præter armatorū militum magnum numerum, Monachi non pauciores mille & ducentis, qui poſt ieiunium triduanum inermes ad prælium acceſſerant, vt ibi pro ſuis, precibus ad Deum intercederent, præter 50. qui fuga ſibi conſulentes, ſæuientem gladium evaſerunt Apoſtoli irati, qui Eccleſiaſtici generis hominibus præcipue ac ſuper alios fuit infenſus. Nimirum ſicut Fimbria accuſat Scæuolam apud * Ciceronem, *quod totum telum corpore non recepiſſet*; Sic iſti iniuriam grauiſſimam Auguſtino viſi intuliſſe, quod externæ dominationis iugum per ſummam iniuriam ceruicibus ab illo imponendam, quieti & haud repugnantes non ſuſcepiſſent.

a *In Orat. pro ſex Roſc. Amerino.*

Nimium profecto hæc ſapiunt ambitionem & potentiæ

in

in immensum augendæ cupiditatem illam effrenem, qua semper à primis incunabulis Roma laborauit; cuiusque explendæ rationes, cum iam nuper defeciſſent in politeia & ſtatu temporali; de viribus amiſſis, per poteſtatem Eccleſiaſticam recuperandis, oportune iam tandem circa hæc tempora cogitari cœptum. Vulpina nimirum aſſuenda, vbi leonina non pertingit.

Diuus ſane Gregorius, vir pius & ob humilitatem Chriſtianam eo magis laudandus, quod ſucceſſores habuerit pleroſque ſuperbia præditos non ferenda, ſtirpem hanc venenoſam tum primum pullulantem eradicare totis viribus anniſus eſt: Quod eo promptius ab illo factum auguror, quia Conſtantinopolitani Patriarchæ, ſupremæ poteſtatis ius ac in omnes vbique Eccleſias imperium (à Romanis Pontificibus poſtea vſurpatum,) ſibi ſoli vendicabant. Quod quantum ipſi diſplicuerit, non abs re fuerit perpendere, vt lectori conſtet quam verum ſit, quod Parſoniani tam fidenter ac tanquam è tripode pronuntiant, Gregorium, ac perinde Auguſtinum Diſcipulum eius, Apoſtolum (vt volunt) noſtrum, eandem per omnia fidem ac religionem profeſſos quam Eccleſia etiamnum Romana profitetur. *Ego ſidenter dico* (inquit [b] ille) *quiſquis ſe vniuerſalem ſacerdotem vocat, vel vocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtum præcurrit*, ne Romanum quidem Pontificem excipiens. Quam ob cauſam, huiuſmodi titulum ſibi à Synodo Chalcedonenſi vltro delatum conſtantiſſimè repudiauit, hanc facti ſui reddens rationem, *Nullus* (inquit [c]) *deceſſorum meorum hoc* tam prophano vocabulo vti conſenſit: Ac iterum [d] *Nullus Romanorum Pontificum, hoc ſingularitatis nomen aſſumpſit.* In vno loco vocat [e] *Nomen nouum*; in alio, [f] *Vocabulum temerarium & ſtultum*; ac alibi, [g] Superbum, Pompaticum, [h] perverſum, ſuperſtitioſum, [i] prophanum, [k] ſceleſtum, nomen [l] erroris, [m] vanitatis hypocriſeos & blaſphemiæ; alibi etiam denique [n] Typhum ſuperbiæ.

Si vel epitaphium tantummodo perpendamus Auguſtini noſtri; ſatis erit ad faciendam fidem, haud eandem fuiſſe de rebus ad religionem ſpectantibus illo ſeculo ſententiam,

b *Lib.4.Ep.34*
c *Lib.4. Ep.36*
d *Lib.4.Ep.32*
e *Lib.4. Ep.32*
f *Lib.4. Ep.38*
g *Lib.4. Ep.32*
h *Lib.4. Ep.38*
i *Lib. 4. Ep.24*
k *Lib.4. Ep.39*
l *Lib.4. Ep.38*
m *Lib.4. Ep.39*
n *Lib.6. Ep.2*

quam hodie Pontificij tuentur. Sic etenim se habet. *Hic requieſcit Auguſtinus Dorobernenſis Archiepiſcopus, qui olim hunc à beato Gregorio Romanæ vrbis Pontifice directus, & à Deo operatione miraculorum ſuffultus, & Ethelbertum Regem & gentem illius ab idolorum cultu ad fidem Chriſti perduxit, & completis in pace diebus officij ſui, defunctus eſt 7. Cal. Iunij, eodem Rege regnante.*

Si reuiuiſcens iam nunc Auguſtinus, Pontificem, vrbis Romanæ appellaret Epiſcopum, cui non ſufficit orbis Romani Imperium; quam non placeret? Et, ſi Gregorius, hos ſuos præclaros ſucceſſores, audiret hodie, authoritatem ſibi vendicantes in omnes vbique totius orbis terrarum incolas (apud Æthiopes, Americanos & ipſos denique Antipodas,

Super & Garamantas & Indos------
------Protulit imperium)

non dico iterEcclesiaſticos duntaxat aut infimam plebem, ſed Magiſtratus, Principes, Reges, Imperatores (Sic nimirum loquuntur; [o] *Declaramus, dicimus, definimus, pronuntiamus, omnino eſſe de neceſſitate ſalutis, omni humanæ creaturæ ſubeſſe Romano Pontifici:* Et, [p] *Quicquid ſaluatur, eſt ſub Romano Pontifice*) Superbiæ tam inſanæ fructus quibus verbis inſectaretur, qui non fructus aut folia, ſed primas erumpentis mali gemmas tanquam ſumma deteſtatione dignas omnibus diris devovendas duxit.

o Bonif. de maior. & obed. vnam ſanctam.
p Gloſſa ibid.

Nihil eſſet facilius quam multa alia doctrinæ capita enumerare, in quibus Gregorius & ſucceſſorum eius nonnulli, à doctrina quam hodie profitentur Pontificij palam diſſentiunt. Ego vero non alias partes in me recepi quam hiſtoriæ tradendæ.

Ad Auguſtinum igitur revertor, qui corpore dicitur fuiſſe multum procero & vultu itidem venuſtiſſimo. Diem poſtquam is clauſiſſet extremum, ſepultus eſt in cœmiterio Eccleſiæ nondum perfectæ, Cœnobij quod ab illo nomen habet. Poſtea vero in veſtibulo ceu porticu Septentrionali eiuſdem Eccleſiæ dicitur collocatus, vbi etiam Archiepiſcopi ſubſequentes omnes tumulati ſunt ad Theodorum vſque, qui omnium

nium primus in ipsa Ecclesia (porticu plures non capiente) sepulturam obtinuit.

Thomas quidam Spottus, qui Cœnobij prædicti Monachus, vixit circa annum Dom. 1270. distichon huiusmodi tumulo eius dicit inscriptum,

Inclitus Anglorum Præsul pius & decus altum,
Hic Augustinus requiescit corpore sanctus.

Atque de prima huius nostræ gentis ad fidem Christianam conuersione; deq; Augustino sedis Metropoliticæ Dorobernensis, siue (vt hodie loquimur) Cantuariensis Archiepiscopo primo, hæc sunt quæ habuimus dicenda.

Digitized by Google

DE ARCHIEPISCOPIS CANTVARIENSIBVS SIVE DOROBERNENSIBVS.

1. AVGVSTINVS.

EX ijs quæ à me ſupra perſcripta ſunt, ſatis liquet, Auguſtinũm, Monachum Romanum, primum Cantuarienſis ſiue Dorobernenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, annuente Ethelberto Cantiorum Rege, à S. Gregorio Pontifice tunc Romano conſtitutum anno 596. 596. aut forte anno ſubſequente, & anno, ſecundum Weſtmonaſterienſem 608. ſecundum Polydorum vero 611. vitam cum morte commutaſſe.

2. LAVRENTIVS.

LAurentius, patria etiam Romanus, ab Auguſtino antequam moreretur, vt ipſi ſuccederet deſignatus perhibetur, homo & pius & doctus. Ciaconius, qui Pontificum & Cardinalium Romanorum vitas deſcripſit, videtur aſſerere, hunc ſub Gregorio, Eccleſiæ Romanæ fuiſſe Cardinalem, *in titulo S. Silueſtri in Exquilijs, tit: Equirij Archipresbyterum*, hoc eſt (vt ego interpretor) Eccleſiæ illius Parochum: Nam alio ſenſu Cardinalis nomen, illo adhuc ſeculo nullibi auditum exiſtimo. Multum hic laborauit, non ſolum in rebus Eccleſiæ ſuæ conſtituendis, ſed etiam in hoc, vt Cambrobritannos, Scotos & Hibernos, ad vnam fidei diſciplinæq; rationem perduceret. Neq; (vt veriſimile eſt) operam luſiſ- 611.

ſet, niſi quo minus voti compos fieret, in cauſa fuiſſet, mors intempeſtiua Ethelberti Regis, cui ſucceſſit Eadbaldus filius, iuuenis luxurioſus, quem non puduit, nouercam ſuam ducere in vxorem. Ob hæc & alia flagitia, cum Laurentius ſicut alius Baptiſta, cum non vereretur arguere; hominem primum odio cœpit habere, deinde (tanquam cupiditatibus ſuis aduerſantem) Chriſtianam etiam religionem, quam tamen ſibi cordi fuiſſe aliquandiu ſimulauerat. Plebs (vt fit) regis exemplum ſequuta, cultum reſumpſit idolorum; quanquam Laurentius, vt bonus Paſtor, nihil intentatum relinqueret quo ad deuium erroris properantes, in via veritatis contineret. Tandem vero, cum non ſolum irritos hos ſuos labores conſpiceret, ſed in eo pernicioſos, quod Regem in nequitia ſua peruicacem, contra tendendo magis ac magis efferarent, & tam religioni quam ſibi infenſiorem redderent; exilium ſibi decreuit indicere, ac Iuſtum Mellitumq; Epiſcopos in Galliam ſequi, qui ſimiliter ab optimi patris Seberti Regis ſceleſtiſſimis filijs, ſedibus ſuis nuper pulſi extiterant, ſicuti ſuo loco (Deo volente) demonſtrabitur. *Cum vero* (inquit Beda, cuius verba libenter vſurpo) *Laurentius, Mellitum Iuſtumq; ſecuturus ac Britanniam eſſet relicturus; iuſſit ipſa ſibi nocte in Eccleſia BB. Apoſtolorum Petri & Pauli ſtratum parari. In quo quum poſt multas preces ac lachrymas ad Deum pro ſtatu Eccleſiæ fuſas, ad quieſcendum membra poſuiſſet, atq; obdormiſſet, apparuit ei beatiſſimus Apoſtolorum princeps, & multo illum tempore ſecretæ noctis flagellis acrioribus afficiens, ſciſcitabatur Apoſtolica diſtrictione, quare gregem quem ſibi ipſe crediderat, reliqueret, vel cur Paſtor oues Chriſti in medio luporum poſitas fugiens ipſe dimitteret? &c.* Et paulo poſtea: *His beati Petri flagellis ſimul & exhortationibus, animatus famulus Chriſti Laurentius, mox mane facto venit ad Regem, & retecto veſtimento, quantis eſſet verberibus lacer atus ei oſtendit. Qui multum miratus, & inquirens, quis tanto viro tales auſus eſſet plagas infligere; vt audiuit quia cauſa ſuæ ſalutis Epiſcopus ab Apoſtolo Chriſti tantæ eſſet tormenta plagaſq; perpeſſus, extimuit multum. Atq; anathemizato omni idolatriæ cultu, abdicatoq; connubio non legitimo, ſuſcepit fidem Chriſti, & baptiſatus,*

Digitized by Google

tiſatus, Eccleſiæ rebus quantum valuit in omnibus conſulere ac fauere curauit. Miſit etiam in Galliam & reuocauit Mellitũ & Iuſtum, eoſq; ad ſuas Eccleſias libere inſtituendas, redire præcepit, qui poſt annum ex quo abierant, reuerſi ſunt. Et Iuſtus quidem ad ciuitatem Rhoſicui præfuerat redijt: Mellitum vero Londonienſes Epiſcopum recipere noluerunt, idololatris Pontificibus magis ſeruire gaudentes. Non enim tanta erat ei quanta patri ipſius regni poteſtas, vt etiam nolentibus ac contradicentibus Paganis antiſtitem ſuæ poſſet Eccleſiæ reddere. Veruntamen ipſe cum ſua gente, ex quo ad Dominum conuerſus eſt, diuinis ſe ſtuduit mancipare præceptis. Deniq; & in monaſterio beatiſſimi Apoſtolorum principis Eccleſiam ſanctæ Dei genetricis fecit, quam conſecrauit Archiepiſcopus Mellitus. Poſt conuerſionem Eadbaldi nõdum anno integro circumacto, Laurentius morbo abſumptus diem clauſit extremum, nimirum (vt habet Balæus) Febr. 3. 619. & iuxta Auguſtinum anteceſſorem ſuum tumulatus eſt.

3. MELLITVS.

BRitannorum Epiſcopos rogauerat Auguſtinus, *Vt Anglorum genti vna ſecum verbum Domini prædicarent*: Quod cum ab illis nullo modo poſſet impetrare; datis ad Gregorium literis, magnam hic meſſem multis operarijs indigere oſtendit, petitq; ſimul, vt plures cooperatores qui ſecum in opere dominico adlaborarent velit emittere. Redeuntibus igitur Auguſtini Legatis, plures adiunxit quos huic muneri idoneos exiſtimauit; præter alios, nimirum, Iuſtum, Paulinum, Rufinianum, ac deniq; Mellitum cœnobij cuiuſdam in ciuitate Romana Abbatem, qui huc appulerunt anno Chriſti 601. Vt de cæteris ſuo loco agamus, Mellitus poſt biennium elapſum, in Londinenſem Epiſcopum ab eo dicitur conſecratus. In qua ciuitate templum condidit Ethelbertus Rex D. Pauli nomini ſacratum. Ibi cum nondum annos 4. ſediſſet, Romam profectus vt Bonifacium Pontificem de rebus neſcio quibus conſuleret, honorifice ab illo exceptus eſt. Anno deinde vno aut altero poſt reditum eius tranſacto, exceſſerunt è vivis, non ſolum Ethelbertus Cantiæ, ſed Sebertus 619.

tus etiam Orientalium Saxonum Rex, in cuius ditione, ciuitas Londinenſis ſita erat, quique potius vt Prorex quam ſui iuris princeps illis prouincijs præerat. Huic erant filij 3. iuuenes nequiſſimi, qui non dum baptiſati, ipſo tempore ſacræ Synoxeos venerunt quandoque ad Eccleſiam, expoſtulantes cum Epiſcopo, quare non & illis porrigeret panem illum nitidum quem & patri ſolebat dare quemadmodum & cæteris de plebe. Quibus ille reſpondebat, Si vellent ablui de fonte illo ſalutari quo pater ablutus eſt, futuros tum participes ſancti huiuſmodi panis; Sin autem lauacrum vitæ contemnerent, fieri non poſſe vt panem vitæ percipe-rent. Illi nihilominus inſtare vt porrigeret, ac denique cogere anniti. Renuentem vero animoſè, vt Epiſcopum decuit, è ciuitate ditioneque ſua expulerunt. Qui dic in exilium actus, ad Laurentium Cantuarienſem Archiepiſcopum profectus eſt. Cum vero illum incommodis vix paulo leuioribus implicatum reperiſſet, aſſumpto ſecum Iuſto Roffenſi Epiſcopo, in Galliam transfretauit; vnde paulo poſt redijt ab eodem Laurentio accerſitus; Eoque poſt aliquot menſes fatis concedente, ipſe potiſſimum electus eſt qui defuncto in præſulatus munere ſuccederet. Vir natalibus, animi magnitudine, ſolertia, pietate, clariſſimus. Podagricis doloribus diu excruciatus, obijt Apr: 24. 624. & iuxta Laurentium iacet humatus.

4. IVSTVS.

624. IVſtus, cuius iam antea fecimus mentionem, ab Eccleſia Roffenſi tranſlatus, defuncto Mellito, ſucceſſor deſignatus eſt; & paſtoris non indiligentis annos per 10. functus officio (Malmesburienſis tres tantum annos numerat) anno 634. è viuis poſtquam exceſſiſſet, prope veſtibulum Eccleſiæ ſupradictæ inter anteceſſores ſuos ſepultus eſt.

5. HONORIVS.

634. DEfuncto Iuſto, ſucceſſit Honorius, Romanus patria, & ob plurimas animi virtutes ſumma dignus veneratione. Sed quid mirum, eruditione pietateque clarum euaſiſſe, qui

Diui

Diui Gregorij fuerit diſcipulus, ? Conſecratus dicitur Lincolniæ, per Paulinum, Eboracenſis Eccleſiæ primum inter Saxones Archiepiſcopum. Quibus ſedentibus, per diploma Pontificium his Eccleſijs conceſſum, vt alterutro Archiepiſcopo decedente, poteſtatem ſemper habeat alter, antiſtitem nouum in defuncti locum legitime electum ſacrandi; adeoque opus non ſit poſthac ſacrationis ritum Româ petere. Quomodo nouas aliquot ſedes Epiſcopales Honorius erexerit, dicendi locus erit alibi. Hoc vero de illo maximè memorabile, quod omnes prouinciæ ſuæ regiones in parœcias diſtinxit primus, vt ſingulis miniſtris ſingulos greges quos curarent poſſet attribuere. Sedit annos fere 20. aut ſecundum Malmesburienſem 26. Deceſſit vltimo die Februarij vel (vt nonnullis placet) Septembris anno 653. & inter anteceſſores ſuos tumulatus eſt.

6. DEVS-DEDIT, *ſiue* ADEODATVS.

POſt mortem Honorij vacauit ſedes menſes 18. Anglo-Saxo quidam Frithona quandoque appellatus, vir eruditione alijſq; virtutibus clarus, Archiepiſcopus tum conſtitutus eſt, indito ei Adeodati nomine. Conſecratus eſt per Ithamarum Epiſcopum Roffenſem (Eboracenſi ſede tum vacante) & vltimo die Iunij, ſiue (vt habet Weſtmonaſterienſis) Iulij 14. 664. migrauit ab hac luce, poſtquam Eccleſiam ſibi commiſſam annos 6. rexiſſet ſtrennue, eodem ipſo die quo Cantiæ Rex Ercombertus vitam cum morte commutauit, ſicuti Huntindonius annotauit. Primus hic fuit ſtirpis Anglicæ qui hanc ſedem obtinuit, & vltimus eorum qui ad veſtibulum Eccleſiæ ſupradictæ fuit ſepultus. 655.

7. THEODORVS.

ANglus quidam, nomine Wigardus, homo ætatis proiectæ & non indoctus, vt Adeodato ſuccedat, tunc eligitur, & Romam vt ibi conſecrationis ritum accipiat, ablegatus, ſecum eo detulit ab Egeberto Cantiæ & Oſwio Northumbriæ Regibus literas commendatorias, necnon magni pretij munera quibus Vitalianũ tam Pontificem honoraret. 668.

noraret. Istuc illum peruenire contigit, ibidem tum grassante peste, qua non solum ipse ante adeptam consecrationem, sed comites plerique omnes absumpti sunt. Papa cum intelligeret sedem diu vacasse, & de idoneo pastore præficiendo esset sollicitus; elegit potissimum Adrianum quendam Abbatem Italum sed in Africa natum, virum grauem & eruditum, quem Archiepiscopum constitueret. Huic nullo modo poterat persuadere vt tantum oneris in se susciperet, pollicitus tamen est inuenire alium huic muneri se non paulo aptiorem, & siue ætatem siue eruditionem siue alias quaslibet virtutes quis spectaret, sibi nullo modo postponendū. Magna illi intercesserat familiaritas cum Theodoro quodam, genere quidem Græco, sed patria Cilice: nam Tharsi natus est Ciliciæ, (sicut doctor ille gentium D. Paulus) & omni literarum genere excultus, sexaginta & sex ætatis annos impleuerat. In hunc, tanquam muneri ferendo vsquequaque parem, à suis humeris hoc onus transferri cupiebat. Haud annuit tamen Vitalianus, donec pollicitus est, se porro in Angliam cum illo profecturum. Neque vero fidem fefellit. Amicum per tanta terrarum spatia comitatus, huc cum illo peruenit, & cœnobio quod iam Diui Augustini nomen fuerat adeptum Abbas præficitur. Sed hoc postea. Nam Theodorus Romæ quidem consecratus est Apr. 1. 668, quando totos 4. annos sedes vacauerat. Sed quanquam Maio statim mense insequenti iter sint ingressi, propter multa quæ occurrerant impedimenta, non nisi post sesquianum in Angliam appulerunt. Librorum lectissimorum magnam copiam secum attulerunt tam Græcorum quam Latinorum, ac inter cæteros, Homerum tam accurate pulchrisque adeo literis conscriptum, vt vix credatur extare hodie vel inter impressa typis, aliud aliquod exemplar, isto vel pulchrius vel castigatius. Huic Theodoro (vt est in Antiquitatibus Britannicis) omnis Anglicana Ecclesia libenter se subiecit: isque peragrata tota insula, Paschatis celebrationem, reliquosque Romanos ritus vbique stabiliuit; tantumque abfuit, vt aliquid à Romana Ecclesia alienum faceret (id quod ab illo tanquam Græco metuebat ab initio Vitalianus, ideoque Adrianum

anum ei comitem adiunxit) vt eius authoritatem contentioſe nimis putetur propugnaſſe, Epiſcopos enim aliquot diuerſo à Romanis more conſecratos, ea ſola de cauſa pro arbitrio ſuo vel dignitate plane mouit, vel Canonice coegit ordinari. Homo videtur moribus aſperis præditus & rigide nimis authoritatem Epiſcopalem exercuiſſe; ſicuti teſtatum reliquit Wilfridi, Ceddæ & aliquot aliorum Epiſcoporum abdicatio, quæ de re quando ad Eboracenſes Archiepiſcopos peruentum fuerit, plura erunt dicenda. Duæ ſub illo ſynodi celebratæ ſunt; vna Herefordiæ, cuius Canones habentur apud Bedam lib: hiſt: 4. cap. 5. Altera apud Clyff prope Roffam. Cui dum præſideret, quia Eccleſias Græcorum ſuorum, hæreſi Eutychiana apud eos inualeſcente, multum turbatas audiuerat; clericis ibi congregatis author fuit, vt fidei ſuæ profeſſionem ſigillatim perſcriberent, quas omnes cum ſanæ & orthodoxæ doctrinæ congruas reperiſſet, ſuo calculo approbauit. Author etiam illis fuit, vt quinque prima Concilia generalia; Nicenum videlicet, Epheſinum, Chalcedonenſe, & duo priora Conſtantinopolitana ſuo iudicio confirmarent. Nunquam ante hæc tempora tot ſimul homines vidit Anglia literis & eruditione præſtantes, quorum tamen numerus breui poſtea vehementer auctus, quippe ſeculo mox ſequenti produxit inter multos alios Bedam, Alcuinum (à nonnullis Albinum vocitatum) Ioannem Beuerlacenſem, & Tobiam Epiſcopum Roffenſem, viros hauddubio claros & eximie doctos. Scholam dicitur hic præſul erexiſſe (niſi mauis dicere Academiam) apud Crecoladam, aut potius Græcoladam, ita nimirum dictam (vt nonnulli autumant) à Græcis ibi loci Græcas literas docentibus, qui tandem inde migrantes Oxoniã 20. circiter milliaribus inde diſtantem, Academiæ celeberrimæ ibi loci poſtmodum enatæ fundamenta iecisſe, coniectura ſane haudquaquam abſurda exiſtimantur. Poſtquam Archiepiſcopus annos 22. ſediſſet, Sept. 19. 690. exceſſit è viuis, annos iam natus octo ſupra octoginta; quem vitæ terminum, ſomnio neſcio quo præfixum ſibi ac prædictum, ſæpe, ſolebat aſſerere. Dum adhuc æger decumberet, Wilfridum Eboracenſem

censem & Erkenwaldum Londinensem antistites ad se accersendos curauit; quibus cum delicta confiteretur, nihil esse quo magis gravaretur conscientia sua cum gemitu professus est, quam iniuria Wilfrido facta, de qua suo loco postea. Wilfridum igitur impense rogat vt hoc in se peccatum remittat; vtrunq; deinde, vt pro se apud Deum precibus velint intercedere. Sepultus est (quod antecessorum nullis hactenus contigerat) non in porticu prope vestibulum Ecclesiæ superadictæ, sed in ipsa Ecclesia, tumulo illius carmine inscripto versuum 34. (vt habet Beda) quorum primos hos tradit,

Hic sacer in tumba pausat cum corpore Præsul,
Quem hinc Theodorum lingua Pelasga vocat.
Princeps Pontificum, felix summusque Sacerdos,
Limpida Discipulis dogmata disseruit.

Vltimos vero istos,

Namque diem nonam decimam September habebat,
Cum carnis claustro spiritus egreditur.
Scandens alma nona felix consortia vitæ,
Cœtibus Angelicis iunctus in arce poli.

Cæterum in honorem Archiepiscoporum septem quorum supra iam mentionem fecimus, huiusmodi carmen ferunt compositum,

Septem sunt Angli Primates & protopatres,
Septem rectores, septem cœloque triones,
Septem cisternæ vitæ, septemque lucernæ,
Et septem palmæ regni, septemque coronæ,
Septem sunt stellæ quas hæc tenet area cellæ.

8. BRITHWALDVS.

692. ANnos fere duos post obitum Theodori vacauit sedes, cui tum præficitur Brithwaldus siue Berechtwaldus, Monachus primum Glastonienſis, deinde Abbas Regulbiensis; vir (inquit Beda) & ipse scientia scripturarum imbutus & Ecclesiasticis simul ac monasterialibus disciplinis summe instructus, tametsi cum prædecessore suo minime cõparandus. Electus fertur Iulij 1. anno 692. & consecratus

per

per Godwinum Walliæ, ſi non potius ſecundum Bedam Gallię ſcribendum ſit. Proximo poſt electionem anno, plenam ſedis ſuæ poſſeſſionem accepit. Wilfrido Eboracenſi haud ęquior quam Theodorus, in exilium eum denuò eijciendum curavit. Sed quantumvis antea Wilfrido infeſtus; comminationibus perterrefactus Romani Pontificis, qui auditis accuſatoribus Wilfridum innocentem pronuntiarat, ſuccubuit tandem, & vt Eccleſiæ ſuæ reſtitueretur, non gravate annuit. Archiepiſcoporum nullus ad hunc vſq; diem ſedem Cantuarienſem tam diu tenuit. Præfuit nempe ſex menſes vltra annos 38. Tumq; Ianuarij 9. 731. decedens, in cœnobio Auguſtiniano ſepultus eſt.

9. TATWINVS.

EOdem ipſo anno quo Brithwaldus defunctus eſt, Tatwinus ſucceſſit, aliter dictus Cadwinus & Scadwinus, qui Monachus cum eſſet ordinis S. Benedicti ex Abbatia Brentonenſi, in Archiepiſcopum ſacratus eſt Iunij 10. 731. in Eccleſia ſua, per Wintonienſem, Londinenſem & Roffenſem Epiſcopos. Natus fertur in Mercia, vir religione inſignis (ſic quidam de eo) & in ſacris literis egregie inſtructus. Altero poſt conſecrationem anno, exorta eſt inter ſedem Cantuarienſem & Eboracenſem de primatu controuerſia; cuius rei occaſione Romam ipſe profectus, & ibi à Gregorio Pontifice pallio donatus, primatus etiam confirmationem accepit. Vbi tres annos ſediſſet, Iulij 30. 734. exceſſit è viuis & Cantuariæ tumulatus eſt. Ad huius vſq; tempora Beda Eccleſiaſticam noſtræ gentis hiſtoriam produxit, & eodem quo Tatwinus anno defunctus videtur. 731.

10. NOTHELMVS.

TAtwino ſucceſſit Nothelmus; ſi vero Huntindonio credimus, Egbrightus quidam. Quia tamen illius alibi nuſquam fit mentio, inter Archiepiſcopos, à me nō numerabitur. Hunc Nothelmū cū adhuc in vrbe Londinenſi Presbyter eſſet (neq; enim Epiſ. fuiſſe ibidē crediderim, quamuis id tradatur) Beda in Eccleſiaſticę hiſtorię prologo, ſibi multū profuiſſe ad geſta 736.

geſta Anglorũ colligenda teſtatur. Palliũ accepit Romę, conſecratus à Gregorio 3. Papa anno 736. & Octob. 17. 741. decedens, Cantuarię inter anteceſſores ſepulchro eſt conditus.

II. CVTHBERTVS.

742. CVthbertus ex illuſtri Anglorum proſapia oriũndus, erat primo Herefordenſis in Mercia Epiſcopus. Inde Nothelmo mortuo, ad Cant. Archiepiſcopatum tranſlatus eſt, anno 742. Bonifacij hortatu popularis ſui (Moguntinenſis Epiſcopi) & Ethelbaldi Merciorum Regis auxilio, apud Cliff prope Roffam Synodum convocauit, cuius hæc cauſa fertur extitiſſe. Præter modum hæc ætas genio indulgebat, omniq; turpitudinis genere inquinata fuit; neque ſolum per laicos impuritas graſſata, ſed clericalis etiam ordo fœdiſſimè corruptus eſt. Reges legitimas nuptias deſerentes, virginibus, ijſq; nonnunquam monialibus ſeſe tũrpiter immiſcuerant; Regumq; exempla ſequuti optimates, ſpretis proprijs vxoribus, adulteras ſibi aſciverunt, eaſq; fortaſſis ſanctimoniales, quæ vt homines ad amorem ſui allicerent, comptæ & vario cultu ornatæ incedentes, ſub veſtitus pompa (vt loquitur quidam) pudicitiam ſuam proſtituebant. Quin & Monachi etiam externo corporis amictu internum animi affectum ſimiliter prodebant. Epiſcopi quoq; atq; Presbyteri, quorum erat hæc tam in laicis quam Clericis & reprehendere & punire, ad huiuſmodi ſcelera paſſim connivebant; ipſiq; luxu conſimili diffluentes, rixis & contentionibus, nonnunquam etiam armis inter ſe decertantes, lectioni ſcripturarum raro vacantes, concionandi vero & docendi munus vix vnquam obeuntes. Cuthbertus igitur vti bonus & fidelis paſtor, quo tot peſtibus caulam ſuam repugnando, iram Dei averteret, patriæ imminentem ob tanta popularium flagitia, quæ poſtea ingentibus illis per Danos illatis cladibus vindicata ſunt; ad Synodum prædictam omnes provinciæ ſuæ Epiſcopos convocauit, à quibus & reliquo Clero, poſt maturam deliberationem, multa decreta ſunt ad vitiorum prædictorum reformationem. Inter cætera (nam omnia nimis longũ eſſet inſerere) vt Dominicam orationem

Digitized by

tionem & Symbolum Apoſtolicum idiomate Anglico quilibet perdiſceret. Huius Pontificis precibus indultum à Papa, vt in cœmiterijs liceret mortuos ſepelire in ciuitatibus ſitis, cum antea mos eſſet, cadavera extra pomeria tumulanda deferre. Ab Eadberto quoq; Cantiæ Rege impetravit, vti Archiepiſcoporum decedentium corpora, non in Cœnobio Auguſtiniano (ſicut hactenus conſuetum) ſed in Eccleſia ſua Cathedrali iuberet humari. Poſtea morbo correptus gravi, cum ſibi mortem impendere exiſtimaret; ne locum aliquem relinqueret importunitati Auguſtinianorum, quos non latebat quid molirentur; mandavit ſuis, vt quamprimum expiraſſet, corpus in Eccleſia ſua ſtatim traderent ſepulturæ, neq; obitū eius palam facerent priuſquam exequiæ celebratæ fuiſſent. Id cum Monachi ſui ſtudioſe præſtitiſſent, adeo graviter tulere Auguſtiniani, vt convitijs mortuum proſcindentes, hominem doloſum, Vulpina calliditate præditum dicerent, ac deniq; ſerpentinum fœtum, matrem perdentem appellarent. Obijt anno 758. Sunt qui tradant, eum non in ipſa Cathedrali Eccleſia Chriſti nomini dicata tumulatum, ſed in alia prope illam ſita, Diuo Iohanni nuncupata & ab ipſo conſtructa, vt ibi infantes baptiſarentur, & tam ipſe quam ſucceſſores, viventes, conſiſtorium, defuncti ſepulturam haberent; Hanc vero igne poſtea fortuitò abſumptam vna cum ipſa Cathedrali, neq; vnquam reſtitutam.

12. BREGWINVS.

QVi ſucceſſit Bregwinus genere ortus prænobili, in Saxonia Germaniæ natus eſt, vnde puer adhuc venit in Angliam eruditionis comparandæ gratia. Propter modeſtiam, vitæ integritatem, & doctrinam, vt illa ferebant tempora non vulgarem, de mortuo Cuthberto ſubſtitutus, in ipſo feſto Michaeli Archangelo ſacro conſecratus eſt anno ſalutis 759. Quando annos ſediſſet ferme tres, Aug. 24. 762. exceſſit è vivis, & anteceſſoris ſui inſiſtens veſtigijs, priuſquam de obitu eius aliquid Auguſtiniani reſciuiſſent, properato funere elatus, iuxta illum ſepulturam obtinuit. 759.

13. LAMBERTVS.

764. MOnachis Auguſtinianis quamprimum Archiepiſcopi Bregwini mors innotuit, Lambertus eorum Abbas armato milite ſtipatus Archiepiſcopium ingreſſus, defuncti corpus per vim auferre ſatagit. Cum vero ſe dolo iterum circumſcriptum ac eluſum videret; iniquiſſimo id animo ferens, ad Papam appellando, futuris huiuſmodi conatibus occurrere decreuit. Quapropter, ædis Chriſti monachi quibus pro veteri cõſuetudine Archiepiſcopi noui eligendi ius competebat, huiuſmodi litis ſumptum reformidantes, Lambertum antedictum ſedi vacanti præfecerunt, ſperantes, Auguſtinianos monachos, in Lamberti ſui modò Abbatis gratiam (id quod revera factũ eſt) appellationem deſerturos. Romæ conſecratus fertur à Paulo primo Papa. Hunc Offa Rex Merciorum (quod illi cum Cantuarienſibus graues inimicitiæ intercederent) primatu omnibuſq; prædijs quæ in ſua ditione habuit, annixus ſpoliare; regnumq; ſuum (quod Angliæ meditullium obtinebat) Archipræſulis honore inſignire cupiens: Ab Adriano primo Papa legatis miſſis impetrauit, Eadulfum Lichfeldenſem Epiſcopum pallio donari, & omnes ditionis ſuæ Epiſcopos huic nouo Archiepiſcopo ſubijci; Wigornienſem, videlicet, Legeceſtrenſem, Sidnaceſtrenſem, Herefordenſem, Helmhamenſem & Domucenſem, relictis Cantuarienſi duntaxat iſtis, Londinenſi, Wintonienſi, Roffenſi & Shireburnenſi. Sunt qui ſcribant, neq; ſumptibus, neq; labori peperciſſe Lambertum, vt omnia ſedi ſuæ in integrum reſtituerentur. Perhibent alij, prouinciæ ſuæ partem ſic auulſam Lichfeldenſi illum conceſſiſſe in concilio quod Adriani Pontificis Legati tenuerunt apud Calcuch in Northumbria anno 787. vt vt fuerit, quoad vixit, illarum certe Dioceſium iuriſdictione excluſus eſt. Obijt Aug. 12. 790. & monachis ſuis quantumvis invitis ac renitentibus, vt apud Auguſtinianos in domo eorum Capitulari humaretur procuravit.

14.

Digitized by Google

14. ATHELARDVS.

ATHelardus, Abbas quandoque Malmesburienſis, dein Wintonienſis Epiſcopus, in Archiepiſcopum Cantuarienſem conſecratus eſt Iulij 21. 793. homo præter eruditionem eximiam multis præditus virtutibus. Offa defuncto Merciorum Rege, filioq; eius Egfrido, Kenulfus qui ſucceſſit, ab Athelardo exorari ſe paſſus eſt, vt amiſſam iuriſdictionem Cantuarienſi ſedi reſtitueret, id quod ab illo factum eſt (Eadufo iam mortuo) Leone quarto Pontifice annuente, ad quem Athelardus ipſe profectus, laudem ab illo retulit ſanctiſſimi, clariſſimi, peritiſſimi præſulis & optimis moribus ornati. Dicunt pleriq; ſediſſe cum annos non plus quam 9. Malmesburienſis autem (à quo ægre diſſentiam) tribuit illi annos 13. ac deceſſiſſe affirmat anno 806. cum interim corpus, in Eccleſia ſua (non illa Auguſtini) ſepulturæ mandandum ordinaſſet. Hoc ſedente præſule, Dani, claſſibus ſuis Angliam primum infeſtare cæperunt; qui populationibus, cædibus & incendijs, miſeram Angliam multos per annos, adeo afflixerunt, vt clades à Romanis, Scotis, Pictis, & Saxonibus iam antea, poſteaq; deinde à Normannis huic inſulæ illatæ, ſi æruinnis & calamitatibus quibus iſti patriam hanc noſtram affecerunt conferantur, quaſi ludus quidam & tragedia ſcenica poſſint æſtimari. Nam bellum nobiſcum geſſerunt temporis longinquitate diuturnum, omni crudelitatis genere immaniſſimum, & belli gerendi ratione difficillimum. Toto ducentorum annorum ſpatio, raro vnus aut alter effluxit quin, modo huc, modo illuc appellentes, ingentibus copijs provinciam inuaderent, in ædificia igne, in omnia animalium genera quæ non poſſent aſportare, gladio graſſantes, idq; non regnandi ſtudio ſed prædandi (vt quidam loquitur) non victoriæ ſed victus cupiditate, non gloriolæ ſed prædiolæ ſpe adducti: Qui ſi quando in fugam pellerentur, nihil inde lucri ad noſtros acceſſit, quia in claſſem ſuam ſe recipientes, alibi derepente ſtatim appellebant; cumq; in omnes atrociſſime ſæuirent, tum in ſacerdotes præcipue & alios Eccleſiaſtici generis, quos, homines ethnici 793.

& idolorum cultores, adeo habuerunt exoſos, vt raro quenquam effugere paterentur, quin obtruncarent continuò vel profundo mergerent, ſi forte in ſeruitutem perpetuam non abriperent.

15. WULFREDVS.

807. DE illo qui ſucceſſit Wulfredo, nihil aliud memoratu dignum reperi, niſi Monachum adhuc ædis Chriſti Cantuariæ ad Archiepiſcopatum aſſumptum per Leonem 3. Papam; deinde annis poſtea 9. Romam neſcio quam ob cauſam profectum; obijſſe deniq; anno 830. & in Eccleſia ſua ſepultum.

16. THEOGILDVS, *vel* FLEOGILDVS.

832. SEdi Cantuarienſi poſt Wulfredum per trium menſium ſpatium, neq; amplius præfuit Theogildus, dictus à nonnullis Fleogildus; tumq; decedens, in Eccleſia ſua tumulatus fertur.

17. CELNOTHVS.

832. ILli ſucceſſiſſe perhibetur à nonnullis Syredus quidam, ſed ideo inter Archiepiſcopos non numeratur, quod pauciſſimis diebus inaugurationem ſuperuixerit. Electus tum Celnothus, quem Decanum Cantuarienſem vocitatum comperi ab illis, qui Theogildum Abbatem ibidem fuiſſe tradiderunt. Sediſſe dicitur à Malmesburienſi menſibus 41. ab alijs totidem annis, rectius vero (quantum auguror) ab alijs adhuc, annis 38. Tempora habuit propter bella Danica valde turbulenta; vt ſatis nequeam mirari de rebus illius geſtis nihil ad poſteros emanaſſe, cum Epiſcopi alij non pauci, patriæ tam difficili tempore ſubueniendo, honeſtam ſui memoriam in hiſtoricorum ſcriptis reliquerint, vt poſtea Deo volente demonſtrabimus. Monetæ cudendæ ius his temporibus Archiepiſcopos Cantuarienſes habuiſſe, imo & Epiſcoporum nonnullos, teſtantur hiſtorici, ac ſatis eſt argumento nummus argenteus nuper repertus, Celnothi Archiepiſcopi nomine impreſſus.

18.

18. ATHELREDVS.

POst Celnothum, Athelredus, Theologus (vt fertur) magnus, Monachus olim Cantuarienſis, ac deinde Wintonienſis Epiſcopus, 18. per annos Archiepiſcopatum tenuit. Quo tempore omnia in vniuerſum Angliæ cœnobia, ab immaniſſimis Danis non ſolum direpta, ſed etiam diruta ſunt; ita vt, per ſpatium 90. annorum monachiſmus in Anglia vbiq; ceſſaret; in Septentrionali vero plaga eiuſdem, per annos plus minus ducentos, nec Monachus viſus fuerit nec monialis. Sed Clerici coniugati cœnobia paulatim reparata incolebant, vnde difficulter poſtea eiecti ſunt. Obijt Ethelredus anno 889. & ſicuti ſucceſſorum pleriq; omnes, in Eccleſia ſua iacet humatus. 871.

19. PLEGMVNDVS.

PLegmundus, omnium ſui temporis vir doctiſſimus, in Mercia oriundus, adoleſcens adhuc monaſticam amplexus vitam, complures annos Eremita vixit, in inſula Ceſtria quæ ab illo Plegmundſham dicta putatur. Inde, vt Alfredum Anglorum poſtea Regem potentiſſimum inſtitueret, aſſumptus eſt; cuius opera Archiepiſcopus deſignatus, Romam profectus, ibi conſecratus à Formoſo Papa pallium accepit. Statim vt reuerſus eſt, humanitatis memor, qua ibi (vt videtur) fuerat exceptus, multum inſumpſit laboris, Rege non refragante, fortaſſis etiam iubente, vt ab hominibus pijs ſtipem emendicando pecuniam in eleëmoſynas erogandam colligeret; quam cum ſatis grandem coegiſſet, Rex eam cum magna theſauri ſui parte Romam miſit per Athelmum Wintonienſem Epiſcopum, vt pro arbitrio Papæ, partim Hieroſolymis, partim Romæ in egenorum inopia ſubleuanda impenderetur. Sic officium officio compenſatum eſt. Nam haud multis annis elapſis, ad huiuſce Regis petitionem, Martinus Pontifex, ſcholam ſiue collegium Romæ commorantium Saxonum, omnis tributi immunitate donauerat, & munera non leuis pretij tranſmiſerat, inter quæ præcipue memoratur, ſalutiferæ crucis, in qua nimirum filius Dei pro ſalute noſtra 889.

pependit, fruſtum. Anno Domini 604. dicit Malmesburienſis, Formoſum Papam excommunicaſſe Regem Edwardum, & vniuerſam Anglorum gentem, quod per totos 7. annos Gewiſorum regio Epiſcopo fuerat deſtituta, cum non ſolum Formoſus ipſe Papa, ſed poſt eum alij Pontifices 8. ante id tempus interierint. Quiſquis tandem fuerit qui huiuſmodi excommunicationis ſententiam effulminarit, hoc certe conſtat, mandato Regis Synodum à Plegmundo coactam illius excommunicationis ratione, in qua decretũ, vt Gewiſorum provinciæ prædictæ quæ hucvſq; duos tantummodo habuerat Epiſcopos, Wintonienſem videlicet & Shireburnenſem, iam poſthac alij porro tres præficerentur, qui ſedes ſuas haberent Welliam, Criditonam, & Sancti Petroci. Hoc vt Papa ratum haberet, & excommunicationem reuocaret, Romam Archiepiſcopus profectus, vbi voti compos factus, ſtatim vt redijt (id quod nunquam antea factum in Anglia memorant) vno die ſeptem Epiſcopos ordinauit, Wintonienſi Eccleſiæ Frithſtanum, Shireburnenſi Wolſtanum, Wellenſi Athelmum, Criditonenſi Cedulfum, ac Sancti Petroci Athelſtanum: Auſtralibus etiam Saxonibus & Dorceſtrenſibus (quorum quoq; ſedes tum vacabant) Bernegum & Kenulfum. Sedit Plegmundus annos 26. & in Eccleſia ſua ſepultus eſt.

20. ATHELMVS.

915. AThelmus, qui Abbas quandoq; fuerat Glaſtonienſis, & Wellenſis Eccleſiæ primus conſtitutus Epiſcopus (ſicut modo retulimus) Cantuariam vocatus, Plegmundo ſucceſſit. Sedit annos 9. moritur 924. ac inter anteceſſores tumulatus eſt.

21. WLFHELMVS.

924. AThelmo ſucceſſit vtrobiq; Wlfhelmus quidam, videlicet Welliæ primum, deinde etiam Cantuariæ, vbi annos præfuit 10. Neque de illo aliud quicquam memoratu dignum comperi.

22.

22. ODO.

ODo cognomento Seuerus, è Danica gente oriundus, sed inter Orientales Anglos natus, parentes habuit apprime nobiles & opulentos, sed à Christiana religione tam alienos, vt hunc filium etiamnum puerum abdicarent, & ab hæreditate excluderent, nõ aliam ob causam, quam quod Christianorum cõuentus frequentare solitum comperissent. Quàpropter relicta patria, in famulitium se dedit aulici cuiusdam nobilis, Ethelelmi, cui cum perspecta esset egregia pueri indoles, præceptoribus eum tradidit instituendum; sub quibus ita profecit, vt breui tam Græcæ quam Latinæ linguæ cognitionem assequutus fuerit non vulgarem. Baptisatus non est antequam ex ephebis excessisset. Tum vero Ecclesiæ per lauacrum regenerationis insertus, ordinibus sacris Domini sui hortatu breui pòst initiatus est; quibus adeptis, in docendi concionandiq; munere magnam præstitit diligentiam. Sunt qui tradant, militasse eum quandoq; sub Edwardo seniore Rege, neq; vero non verisimile est. Nam Episcopus factus, tribus in prælijs operam principibus suis nauauit egregiam. Athelstani Regis gratia Wiltonensis pagi Episcopatũ consequutus, sedem habuit apud Ramesbiriam, vnde Edmundi Regis opera Cantuariam, Wlfhelmo mortuo translatus est. Honorem vltro delatum non nisi cunctanter accepit & post multas tergiuersationes; non decere inquiens vt aliquis apici Archiepiscopali admoueatur qui Monachus non fuisset; & non alios quam Monachos Cantuariæ ad hunc vsq; diem sedisse videbatur existimasse, cum certum sit Nothelmum aliosq; nonnullos, presbyteros (vt loquuntur) seculares, ibi ante illum præfuisse. Is tamen in errore pertinax, electioni de se factæ non consensit, priusquam vel missis Floriacum Legatis, vel illuc ipse profectus (nam vtrunque traditur) in illius cœnobij sodalitium admissus, ad monachismum indito cucullo fuisset initiatus. Præfuit annis 24. sub diuersis Regibus, Edmundo, Edwardo, Athelstano, ac Edredo, apud quos multum valuit gratia & authoritate. Sub exitum Pontificatus eius, regnum adeptus est Edwynus, princeps 934.

princeps in flore adoleſcentiæ conſtitutus, cui cum Odone homine grauiſſimo mirum non eſt non optime conueniſſe, ac præſertim cum luxu is nimium diffluēret. Vxorem, quod conſanguinea eſſet, vt nonnulli, alij alias perhibent cauſas, repudiare coegit. Concubinas eius nonnullas excommunicauit, earumq; vni quam efflictim Rex deperibat è regia violenter abreptæ frontem candenti ferro inuſſit, & ſtigmate huiuſmodi ſic notatam in Hiberniā relegauit. Neq; hic ſiſtitur hominis audacia. Cicatrice obducta, cum in Angliam reuerteretur, ab Odone iterum capta & ſucciſura poplitis ſubneruata eſt. Sic Malmesburienſis. Regem iracundia flagrantem & vindictam ſpirantem ob tantam contumeliam, eluſit Odo cito moriendo. Neque enim vltra ſecundum Edwyni annum vitam protraxiſſe comperi. Deceſſit nimirum anno 957. Sepultus dicitur in Eccleſia ſua ab auſtrali parte ſummi altaris, in tumulo formæ pyramidalis. Eum credideris, qui ex Lydio lapide affabre conſtructus, in ipſis cancellis viſitur capellæ ibi loci ſitæ. Qui plura volet de iſto Archiepiſcopo, Capgrauium, Malmesburienſem & alios legat miraculorum ab illo editorum buccinatores. Interim hoc vnum non pigebit referre. Odone defuncto, Elſinus Wintonienſis Epiſcopus muneribus aulicorum gratiam aucupatus, eorum opera Archiepiſcopus fertur deſignatus, tumq; Cantuariam venientem Odonis tumulum cōtumelioſe conculcaſſe, hac etiam voce emiſſa; Tandem ſilicernium, viuacem animam effudiſti, & quamuis ſero, meliori locum faciens abijſti. Itaq; quod diu cupiueram, te inuito teneo, vnde tibi malas gratias habeo. Sequenti nocte Odonis vmbra illi in ſomno viſa eſt exitium & perniciem minitans. Ille hæc pro nihilo dueens, Romam contendit. Iter vero per Alpes faciens, tanto algore oppreſſus eſt, vt nihil aliud remedij cōminiſci potuerit, quam exenteratorum equorum adhuc ſpirantium extis pedes immergere quibus Odonis tumulum conculcarat. Sed nec ſic (inquit Malmesburienſis) algore repente, in mortem anima fugiente diriguit.

23.

Digitized by Google

23. DVNSTANVS.

ELsinus postquam sic vt retulimus interijt, in Archiepiscopum à Monachis Cantuariensibus postulatus est Brithelmus Episcopus Wellensis, homo bonus & prudens, sed mitior natura & ad clementiam propensior, quam vt rebelles correctionis verbere posset cohibere. Quapropter ab Edgaro tum nuper regnum adepto, relictum munus iussus repetere, electioni de se factæ renunciavit. Londinensis tunc Episcopus Dunstanus ad hanc Metropoliticam sedem evectus est; de quo homine quid potissimum perscribam, planè nescio, adeo, 691.

——Inopem me copia fecit.

Mihi tamen decretum, terminis constitutis non egredi, sed plura de illo noscendi cupidum lectorem, ad historicos nostros amandare. Natus fertur in pago Somersetensi, patre Herstano (qui frater fuit Athelmi Archiepiscopi) matre Kinedcida, educatus vero in Glastoniensi Cœnobio celeberrimo, vbi non tantum bonarum literarum, sed pingendi quoq; cælandi canendiq; artibus ad miraculum imbutus; per patruum suum Archiepiscopum prædictum, in notitiam pervenit Athelstani regis, cui etiam sanguine dicitur propinquus. In eius famulatu vixit, donec propter miraculum quoddam (sic Monachi nostri appellant quod artibus Magicis tunc imputatum est) aula Regia magna cum contumelia exactus, ad Elphegum Wintonienſem) qui & ipse avunculus eius fuit) se contulit. Qui cum vt monasticam vitam amplecteretur consuleret, non persuasit, donec morbo correptus graui, quem, pœnam à Deo cœlitus immissam existimavit, quod pijs auunculi monitis non obtemperasset, cucullum induit. Sanitati dein restitutus, Glastoniam petit, vbi magnam sanctitatis opinionem ob morum vitæq; austeritatem videtur consecutus. Cuius rei fama ductus Edwardus Rex, aulicis ministerijs iterum admonit, detrectantem, & monasticæ vitæ, vti præ se ferebat, cupidum. Ibi diu vixit ambigua fama, ab alijs mulierosus habitus, præstigiator & Magicis artibus imbutus, pleriſq; vero sanctimoniam vitæ affa-

tim

tim admirantibus. Sub duobus Principibus, Edmundo ac Eldredo, ſuo nutu omnia rexit pro libitu. Edwinum Edmundi filium(qui Eldredo ſucceſſit)non ſolum non propitiũ ſed & infenſum habuit. Odonis tũc Archepiſcopi libertatem loquendi æmulatum,Regẽq; ob vitia quædã audacius quam vt ferre is poſſet increpaſſe,traditur à plurimis; atq; inde natam offenſionem. Adĩjciunt alij, Regem, ipſo inaugurationis die, cum in frequentiſſimo procerum conventu de regni adminiſtratione ageretur, illis derepente relictis, Athelgifam quandam ſanguine propinquam, in thalamum palam abductam & ab eo vitiatam; eiuſq; rei ſtupore cæteris attonitis, auſum Dunſtanum Abbatem adhuc Glaſtonienſem, aſſumpto ſecum Kinſio Epiſcopo Lichfeldenſi affine ſuo, thalamum Regis ingredi, neq; quieuiſſe donec Regem laſcivientem à thalamo deduxiſſet, & Odoni author fuiſſet,vt amaſiam hanc,ſic vti ſupra retulimus poſtea tractaret. Ego vero, vt quæ mea ſit hæc tota de re ſententia, aperiam, ſic exiſtimo; Dunſtanum & ſui ſimiles, Principes ſui temporis monachiſmi amore & admiratione ita dementaſſe, vt non ſolum à coniugatis clericis per vim abriperent, quæ inſtructura cœnobiorum impenderent; ſed de ſuo etiam vnde otioſi iſti Monachi & ad nihil plerunq; vtiles, alerentur, effuſe donarent, quæ ſi non multo rectius fuiſſet in pios ac doctos verbi concionatores erogare; ſaltem in Dano communi hoſte propulſando ſi inſumpſiſſent, multo magis è rep. fuiſſet, & ad Dei gloriam propagandam conducibilius. Edwynus igitur cum perſpiceret, omnes totius regni opes à Monachis poſſideri;neq; ſibi reſectum vnde ſuam vel dignitatem vel ſalutem tueretur; non ſolum plura cœnobijs donare recuſavit, ſed ab alijs etiam ſine ratione conceſſa repetijt; quæ tamen cum Monachi retinerent mordicùs nec vellent reddere, tantam in ſe Regis iracundiam concitarunt, vt & illis & defenſoribus ſuis ſemper poſtea fuerit infeſtus. Hinc eſt hauddubie,quod illorum temporum & proxime ſequentium ſcriptores (qui omnes pleriq; Monachi erant) in Edwinum tanquam luxu perditum neſcio quem nebulonem ita debacchantur. Cum Huntindonius, ſcriptor certe probatus,

batus, ſed qui Monachus nunquam fuerit, de Edwino nihil grauius ſcripſerit, quam quod proſperè & laudabiliter rempublicam adminiſtrarit, bonaq; feliciter geſti imperij fundamenta poſuiſſet, quando anno regni ſui quinto immatura morte ſublatus interijt. Vt vt fuerit, Dunſtanus in exilium ſiue eiectus ab irato Rege, ſiue ſponte profectus quod domi cum dignitate non poſſet manere, in Gallia integrum per annum moram traxit. Tumq; Edwino, Monachorum (vt credibile eſt) opera interempto; Edgarus qui ſucceſſit, fratris exemplo admonitus, quam parum tutum eſſet hos crabrones irritare; non ſolum ablata per fratrem reſtituit omnia, ſed plurima etiam Monaſterijs vltro donavit, & Dunſtanum ſummum eorum propugnatorem primum revocavit ab exilio, deinde etiam Epiſcopatibus præfecit, primum Wigornienſi, poſtea Londinenſi, ac poſtremo Cantuarienſi, ſed ſemper invitum & reluctantem vt Monachi fabulantur. Cantuariæ annos præfuit 27. in id fere ſolum totis viribus incumbens vt Monachos & Monaſteria ditaret, Clericos vero, ac præſertim coniugatos deprimeret vbique, frangeret, affligeret. Obijt tandem Maij 19. 988. & poſt aliquot demum ſecula, in Sanctorum album aſcriptus eſt.

24. ETHELGARVS.

DVnſtano ſucceſſit Ethelgarus, Monachus quandoque Glaſtonienſis, Abbas poſtea Monaſterij novi Wintoniæ, dein Epiſcopus auſtralium Saxonum apud Seolſey, vnde Cantuariam tranſlatus, vnum duntaxat annum ſedit, ac 3. menſes, tumq; mortuus, in Eccleſia ſua humatus eſt. Sunt qui tradant (quod mihi vix credibile) Eccleſiæ ſuæ Monachis inde pulſis, ſeculares Clericos ab eo introductos. 988.

25. SIRICIVS.

SIricius ex Monacho Glaſtonienſi Dunſtani opera Abbas primum factus S. Auguſtini Cantuariæ, ac deinde (non Wintonienſis, vt perperam quidam, ſed) Wiltonienſis Epiſcopus; Ethelgaro defuncto ſufficitur, anno 989. Huic crimini datur ab hiſtoricis noſtris, quod pacem à Danis redimen- 989.

mendam suasisset 10. millium librarum pactione. Sedit annos 4. & anno 993. defunctus, in Ecclesia sua sepultus est.

26. ALVRICIVS, *vel* ALFRICVS.

993. ALfricus, sicuti anteceſſorũ tres postremi, educationem Glastoniæ quoque sortitus est, & Siricio Wiltoniæ primum, deinde etiam Cantuariæ succeſſit. Obijt anno 1006. & Abendoniæ ad tempus humatus, dein translatis ossibus, in Ecclesia sua conditur sepulchro. Hunc in suo Archiepiscoporum Cantuariensium Catalogo, Malmesburiensis non habet.

27. ELPHEGVS.

1006. ELphegus nobili ortus prosapia, vsque ad ætatem adultam, in cœnobio Hirstensi educatus est, vbi cucullum primum induit. Inde Glastoniam profectus, ad Prioris munus ibidem euectus, id breui reliquit asperioris vitæ ducendæ cupidus. Bathoniam tum se contulit, & prope ipsas thermas constructo tuguriolo, ita vixit, vt propter ieiunia, continentiam aliamque vitæ sanctimoniam, omnibus esset miraculo, multosque pelliceret ad huiusmodi vitæ imitationem, qui Elphegum sibi Abbatis nomine præfecerunt. Atque hæc prima fertur origo cœnobij Bathonensis: de cuius incrementis, vbi ad Episcopos Bathonenses & Wellenses ventum fuerit, plura dicendi locus erit. Ethelwoldo Wintonienſi Episcopo defuncto, quem nisi Elphegum sanctitate tam clarum Dunstanus curaret suffici, qui solus omnia tunc poterat. Sedit ibi annos 22. donec videlicet anno 1006. Cantuariam translatus est. Cũ sedi huic Metropoliticæ annis 6. præfuisset, tumultuantes Dani quod tributum ex pacto non penderetur, ciuitatem Cantuariensem captam vna cum Ecclesia incenderunt, & tam monachos, quam cæteram plebem decimantes, ex illis qui fuga sibi non consuluerunt, 7236. trucidarunt, soloſque 804. neci exemptos effugere permiserunt. Archiepiscopum Elphegum postquam 7. mensibus vinctum detinuissent, obtruncarunt tandem; virum certe præclarum, & ob plurimos animi dotes, præcipue vero morum vitæque sanctitatem

ſanctitatem nunquam ſatis laudatum, niſi monachi de ſanctis & martyribus ſuis ſtupenda neſcio quæ & mõſtri ſimilia commemorare ſoliti, miranda potius quam credenda de illo, ſuo more retulerint. In Eccleſia Paulina Londini ſepultus, mandato Canuti Regis ad ſuam Eccleſiam tranſlatus, ibi conditur ſepulchro, & Aprilis decimus nonus, quo die à Paganis dicitur interfectus, memoriæ eius, ipſo in album ſanctorum aſcripto, dicatus eſt. Homicidæ varijs cladibus abſumpti, crudelitatis pœnas dederunt, ex toto exercitu vix quoquam effugiente qui tantum ſcelus morte & pernicie ſua non lueret.

28. LIVINGVS.

LIuingus cognomento Elſtanus, Epiſcopus Wellenſis, Elfego cæſo, ſuffectus eſt anno 1013. Fortunam is quam anteceſſor, non multo magis habuit propitiam. Siquidem præter alia multa incommoda à Danis accepta, etiam captus ab illis, ſquallorem carceris 7. per menſes perpeſſus, atque dimiſſus, cum omnia peſſum ire perſpiceret, in exilium abijt, vt ibi patriam pereuntem lugeret otioſus, cui nullo modo poſſet opitulari. Mortuo Swano Danorum Rege, qui pulſo Ethelredo Angliæ regnum ſibi aſſeruerat, cum pacata omnia ac Ethelredum reuerſum intelligeret, redijt & ipſe; cumque annos ſediſſet 7. duobus interea Regibus inauguratis, in pace obijt, & in Eccleſia ſua ſepultus eſt, quam plurimis donis ornauit, ac locupletauit. 1013.

29. AGELNOTHVS.

AGelnothus, qui propter inſitam bonitatem Boni cognomentum obtinuit, patrem habuit Comitem nomine Agelmarum, & Eccleſiæ Cantuarienſis dicitur fuiſſe Decanus. Hoc nimirum tempore permiſti cum monachis Canonici Cathedrales ibi degebant, habitum quidem monachalem gerentes, ſed regula normaque viuendi ab illis plurimũ diſcrepantes. Itaque cum in illa immani Cantuarienſium per Dacos decimatione (de qua antea) monachis exceptis 4. omnes fuiſſent necati; Canonici iam numero potiores, præfectum 1020.

ctum ceu præpoſitum ſuum ex aliarum Eccleſiarum Cathedralium more Decanum appellabant, & ad id muneris Agelnothum aſſumpſerunt, qui etiam poſtea ad Archiepiſcopatum electus, ipſe Romam profectus, pallium à Papa impetrauit, & pretio porro comparauit ab eo brachium magni illius Doctoris Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi, numeratis (vt loquuntur hiſtorici noſtri) 100. argenti talentis, & in Angliam ſecum reportatum, Eccleſiæ dedit Couentrenſi. Dicit Malmesburienſis, monachum fuiſſe Agelnothum è Glaſtonienſi cœnobio, ideoque à Canuto Rege (apud quem gratia & authoritate multum valebat) diploma in Glaſtonienſium gratiam impetraſſe, quo omnia eorum iura & priuilegia confirmauit; cuius quidem diplomatis exemplar videre eſt apud illum libro primo de Regibus cap. 11. Hoc quam verum ſit, haud multum refert, ideoque rem totam lectori dijudicandam in medio relinquo. In reficienda Eccleſia ſua per Danos incenſa, magnopere laborauit hic Archiepiſcopus, & Canuto prædicto qui eius conſilio plurimum vtebatur, author fuit multa præclare inſtituendi. Diem clauſit extremum Oct. 29. 1038. cum Eccleſiæ Cantuarienſi præfuiſſet annos paulo plus quam 17.

30. EADSINVS.

1038. EAdſinus presbyter ſecularis, ab Haraldo Rege (cui fuit à ſacris) ad Epiſcopatum Wintonienſem euectus eſt, vnde anno 1038. vt Cantuarienſi Eccleſiæ Archiepiſcopus præſit aſſumitur. Quo quidem munere 12. per annos functus eſt, ſi munere paſtorali is functus fuiſſe ſit dicendus, qui propter aduerſam valetudinem tanto oneri impar, omnium rerum adminiſtrationem alteri demandauit, Siwardo videlicet cuidam, Abbati Abendonenſi, quem nonnunquam Vicarium ſuum appellauit, quandoque Chorepiſcopum & Archiepiſcopi vices moderantem. Is homo ſordidus & Eadſino, qui tantum illi detulerat, ingratus, authoritate ſibi credita ad ſe per fas & nefas locupletandum abuſus, Archiepiſcopo diuturno morbo contabeſcenti ne neceſſaria quidem quibus ſalutem, ne dum dignitatem ſuam tueretur dicitur largitus.

Quod

Quod cum Edwardo regi eſſet compertum; quanquam Eadſini precibus inductus, Archiepiſcopum eum deſignandum decreuerat, quam primum Eadſinum prædictum contingeret fato concedere: tamen eo breui poſt mortuo (ad vim nimirũ morbi, ægritudo animi accedens ob tantã amici ingratitudinem, interitũ acceleraſſe videbatur) eo honore indignus iudicatus eſt. Eccleſiæ tamen Roffen. præficiendum Rex curat, in Eadſini magis pro eo deprecantis gratiam, quam ſuũ aliquod ob meritum. Ille vero ex repulſæ pudore & contumelia contracto morbo, animi ægritudine contabeſcens, poſt menſem vnum aut alterum Abendoniæ deceſſit. Huntindonius aſſerit Archiepiſcopum conſecratum eum fuiſſe; Weſtmonaſterienſis vero, ante Eadſinum defunctum. Vterq; vt opinor perperam. Eadſinus certe Octob. 28. 1050. vitam cum morte commutauit, vel potius pro vita mortali immortalem accepit, ſi iure Sanctorum Catalogo, Edwardi etiam Sancti opera is fuerit aſcriptus.

31. ROBERTVS GEMETICENSIS.

EDwardus Rex, qui quod homo eſſet bonus, licet Rex peſſimus, Sancti & confeſſoris nomine innoteſcit, quando vna cum patre infœliciſſimo in Normannia apud auunculum exulabat, amicitia vtebatur Roberti cuiuſdam, monachi Gemeticenſis, quem poſtea Rex factus, ad Londinenſem Epiſcopatum primum, deinde & ad Archipræſulatum Cantuarienſem Eadſinò mortuo prouexit; ampliſſimo præmio penſatis officijs exuli ſibi ab ipſo præſtitis. Is ergo & amore antiquo & recenti honore primas iam partes in conſilijs regis vendicabat, & quos vellet potuit deprimere, quos liberet euertere. Angli igitur Normanno inuidere & regi quantum poſſent inuiſum reddere; ille contra pertinacius inſiſtere, donec præcipuos optimates, ſocerum dico Regis Godwinum Comitem & filios eius, proditionis accuſatos, Anglia expelleret. Emmam tunc aggreditur, matrem Regis, cuius apud filium gratiam, virtutiſque famam & amicitijs diuitijſque firmatam potentiam, in Anglia tunc maximam eſſe perſpexerat. Primùm Regem, facilimis moribus præditum & delatoribus 1050.

toribus quibuſcunque aures patefacientem, calumnijs & falſis criminationibus incendit; Fratrem Regis, conſciâ dicens & annuente hac præclarâ matre crudeliſſime interemptum; ipſum in Normannia exulantem inopem vitam & omnium rerum indigum ægre toleraſſe, cum illa è contra diuitijs affluens nihil ipſi eſſet largita. Hardecanutum ſcilicet vnum à Canuto genitum in oculis ferre ſolitam, liberorum cæteros nihili pependiſſe. Hanc tamen quæ liberos ſuos tam parui faceret, Aldwino Epiſcopo Wintonienſi fauere vltra quam expediat, cuius nimirum conſuetudine vteretur familiarius quam pudicæ fœminæ eſſet neceſſe. Suſurris huiuſmodi commoto rege, effectum eſt, vt criminum prædictorũ rea mater poſtulata, bonis prædijſque ſpoliata, & in cœnobium Warwellenſe detruſa, parciſſime ex fiſco in arctiſſima cuſtodia aleretur. Quid facit iam miſera Regina? Decantatiſſimum narrandum eſt miraculum, ne dicam fabula vaniſſima, cui fidem conciliauit multitudo tradentium, quanquam apud antiquiores & huic ætati viciniores ſcriptores ne verbum ea de re inuenerim. Innocentiam ſuam probari placet, ſuper candens ferrum (nouem videlicet ignitos vomeres) nudis pedibus gradiendo. Hoc, illæſam, Wintoniæ in Eccleſia Cathedrali præſtitiſſe, creditum; à filio etiam in gratiam receptam; atque tam Epiſcopum quam Reginam manneria 9. in memoriam 9. vomerum Eccleſiæ Wintonienſi donaſſe, quibus Rex adiecerit alia duo, Meones nempe & Portlandiam. Ad Archiepiſcopum quod attinet, Doueriæ ſubſtitiſſe ægritudinem ſimulantem quando hæc purgatio erat peragenda, & audito ſucceſſu in Normanniam profugiſſe; Godwinum autem cum filijs Reginæ precibus reuocatos, opibuſque & honoribus reſtitutos, ab ijſdem quibus ſuperiora traditum. Sed à veritate hæc alieniſſima ſunt & recentiorum monachorum figmenta. Nam ſi Florentium Wigornienſem legas, Malmesburienſem, Weſtmonaſterienſem, Huntindonium & Houedenum diligentiſſimos ſcriptores, quorum vix aliquis annis ducentis hæc tempora exceſſit; præterquam quod huius tanti miraculi nullam faciunt mentionem, (ne Malmesburienſis inquam qui Pontificum

tificum vitas ex profeſſo perſcripſit) pro certo conſtabit, Alwinum Wintonienſem defunctum, antequam Godwinus exularet annis 4. & prius quam ſiue reſtitueretur Godwinus, ſiue profugeret Robertus Archiepiſcopus, annis 6. deinde, Emmam Reginam mortuam, anno 1052. hoc eſt, anno precedente, Godwini reditum, & Roberti ac Normannorũ exilium, ſi forte in ſua patria qui degit exul poſſit appellari. Vt meam itaq; hac de re interponam ſententiam, Godwinum & filios, per Archiepiſcopi eriminationes eiectum, & partim vi, partim precario reſtitutum, pellentes pepuliſſe non dubito. *Horum reconciliationem* (inquit Malmesburienſis) *cum ſibi nocituram Archiepiſcopus non dubitaret; indicij deliberationem preueniens, Romam iuit; vnde cum Epiſtolis innocentiæ & reſtitutionis ſuæ allegatricibus rediens, finem vitæ apud Gometicum inuenit.* Quæ de Emmæ purgatione referuntur, fabulæ (ne dicam aniles) Monachales.

32. STIGANDVS.

ROberto adhuc ſuperſtite, ſed nec abdicante, nec legitime exauthorato, Stigandus Wintonienſis Epiſcopus Eccleſiam eius occupauit, & Archiepiſcopus factus, Wintonienſem ſimul præſulatum retinuit, veritus (vt par eſt credere) ne ſi illum dimitteret, reuocato forte Roberto, vtriuſq; expers, Epiſcopus viueret ſine Epiſcopatu. Edwardo Regi is fuerat à ſacris, & illius gratia Orientalium Saxonum, ſiue Hælmhamenſis primùm Epiſcopus renuntiatus anno 1043. deinde Alwyno ſucceſſor declaratus 1047. Wintoniæ; ac Cantuarienſi ſedi 1052. inauguratus eſt. Homo cordatus, animoq; præditus magno, quamuis indoctus plane, ſicut illius ætatis Epiſcopi pleriq; omnes; vt temporum potius quam hominis id vitium poſſit cenſeri. Sordidũ vero & turpis auaritiæ crimen, nullo modo poteſt in eo excuſari. Nàm vtcunq; ferendum videatur, vt viuente Roberto & ambiguo adhuc Archiepiſcopatus iure, vtriq; ſedi incumberet; quod eo tandem mortuo neutrum dimiſerit per annos totos 16. auaritiæ ſoli & pecuniam congerendi ſiti inexplebili id tribuendum eſt. Sed huiuſmodi cupiditatis, erit quandoq; ni 1052.

fallor vt eum pœniteat. Cum magnus ille Gulielmus Normanniæ Dux, Haraldum Regem, ingenti prælio superatum cæcidisset; imperio eius se protinùs subdiderunt Angli in vniuersum omnes, exceptis solis Cantianis, qui Stigandi Archiepiscopi & Egelsini Sancti Augustini Abbatis cõsilio, copijs bene magnis coactis, Gulielmo Regi nihil huiusmodi verito, ac per Cantiam iter facienti, occurrunt derepente apud Swanscomb prope Graucsendam, ramum frondosum singulis ferentibus, ne procul conspicerentur à regijs, cui aduentus eorum non innotuit, priusquam copias istas siluæ speciem gerentes, mobiles perspicerent, seq; hoc astu delusos, armatis circumfusos. Ad primum eorum conspectum Rex consternatus, quid velint quærit. Illi, nihil aliud petere sese respondent, quam vt suis legibus viuant, neq; pristinæ consuetudines, quibus magis quam legibus regi hactenus assueuerant, abolerentur; hoc impetrato, fidei eius sese commissuros. Annuit Rex, aliter enim quì poterat facere? Sed nec fidem datam fefellit. Nam auitis legibus & moribus, in hodiernum vsq; diem dictis Gauelkind, Cantianos permisit viuere: Stigando tamen, quo authore hæc perpetrata non ignorabat, clam infensus; quamuis ad tempus iram dissimularet, vindictam tamen animo decoquebat. Illum omni obseruantiæ genere aliquandiu colebat, patrem sæpenumero compellans, venienti assurgens, & abeuntem deducens, cui perniciem clanculum moliebatur. Alienati animi primum erat indicium, quod ab eo noluerit inaugurari, sed ab Aldredo Eboracensi Archiepiscopo coronam sibi mandaret imponi. Tum, in Normanniam reuersurus, eum quantumuis rènitentem, duxit secum, vnàq; procerum per multos honoris (vt præ se tulit) gratia, reuera autem ne in recenti & nó dum confirmato regno, se absente aliquid ij turbarent, ac præcipue Stigandus, quem opulentum nouit, prudentem, magnanimum, & populari gratia præpotentem. Postquam rebus in Normannia compositis reditum est in Angliam, nihil Rex habuit prius aut antiquius quam Pontificia authoritate, Stigandum, Archiepiscopali sede deturbandum curare. Illius proinde tacita interpellatione, ab Alexandro Papa tres in

Angliam

Digitized by Google

Angliam mittuntur Cardinales, qui de Archiepiſcopo prædicto, & reliquo Angliæ Clero iudicia inſtituerent & ordinarent. Neq; enim Stigandi ſolius caput petitum, qui huc illuc agitatus, nunc in Scotiam cum Egelwino Dunelmenſi Epiſcopo, profugit, nunc Elienſe cœnobium latitandi ſeq; occultandi gratia petijt. Totius Cleri Synodo tandem Wintoniæ coacta, multorum criminum reus factus, ob tria damnatus, & non ſolum præſulatibus ſed etiam ordine Clericali, ſententia ſatis dura, priuatus eſt, & carceribus perpetuis adiudicatus. Primum nimirum, quod duos Epiſcopatus ſimul tenuiſſet (exemplo non inuſitato, nam præter multos alios, Dunſtanus & Oſwaldus homines inter ſanctos relati hoc ipſum nuper factitarant, vti poſtea demonſtrabimus) Deinde quod Archiepiſcopatum, Roberto nec mortuo nec amoto contra ius arripuiſſet: Ac deniq; quod à Benedicto 8. Papa excommunicato, & qui vendito Pontificatu ſæpius abdicarat, pallium accepiſſet, neq; à Leone 9. aut alio quoquam legitimo Pontifice curaſſet impetrandum. In his anguſtijs conſtitutus Stigandus, Regem per datam fidem multum obteſtatur, vt miſero ſibi velit ſubuenire; reſpondente illo, id quod Pontificia authoritate conſtitutum ſit, ſibi integrum non eſſe reſcindere. In eadem porro Synodo Agelmarus Orientalium Epiſcopus, Stigandi frater, eandem cum germano ſortem ſubijt, Epiſcopatu priuatus, quemadmodum ſuis ſacerdotijs Abbates & aliorum è Clero non pauci; hoc ſatagente Rege, vt ſuæ gentis homines quamplurimos Eccleſijs vbiq; præficeret, quod nouo recenterq; acquiſito regno firmamento & præſidio non leui futurum exiſtimabat, Clero tunc & opulentia & authoritate tam pollente, vt cæteris omnibus optimatibus plus potuiſſe palam ſit. Stigando vero in arctam cuſtodiam dato, alimēta etiam ſubtracta ferunt, vt inedia compulſus, theſauros, quos ingentes poſſidere (nec falsò) autumabant, proderet. Cæterum ille, mori certus, potius quam opibus ſuis ſupereſſe (quarum auxilio ſi vllo modo, ſemet ſubleuandum credebat) aut hoſtem à quo tam indigne fuerat tractatus locupletare; cibo parciſſime adminiſtrato etiam vltro (vt nonnulli tradunt) abſtinuit. Sic ſiue

ægritudine, ſiue incdia, eaq; ſiue voluntaria, ſiue coacta, interijt tandem Stigandus; cuius demortui collo clauicula alligata feræ cubicularis, ſcrinio admota, indicem prodidit theſauri ingentis defoſſi, quem diligenter indagatum, Rex fiſco ſiue ærario publico inferri curauit. Wintoniæ vbi incarceratus deceſſit, tumulatus eſt. Viſitur hodie arca plumbea in qua conditur, ſita in faſtigio muri ſiue cancelli qui eſt à Septentrionali parte presbyterij, ſic inſcripta, *Hic iacet Stigandus Archiepiſcopus.* Anno 1069. exauthoratus, eodem anno non dum circumacto obijt. Diſtichon huiuſmodi ab inuido quopiam pro epitaphio eius compoſitum, quamuis malignitate nimium turgeſcens, apponam tamen.

Hic iacet Herodes, Herode ferocior, huius
Inquinat infernum ſpiritus, oſſa ſolum.

33. LANFRANCVS.

1070. *Guil. 1. 4.* IVſtiſſimo Dei iudicio hoc euenit, vt Stigandus, qui Roberto adhuc ſuperſtite ſedem eius inuaſerat, ipſe etiamnum ſuperſtes, hanc ipſam ſedem à Lanfranco occupatam cerneret. Natus hic fertur apud Inſubres in ciuitate Papienſi (quæ Mediolano 20. milliarium ſpatio diſiuncta eſt) familia illuſtri Beccariorum (vt habet Hennenges in ſuo Theatro Genealogico) qui ab Impp: Caro & Numeriano ſtemma deducunt. Ibi ab ineunte ætate bonis literis dedit operam, donec adultus, alias regiones viſendi cupiditate flagrans, ac fama celebritateq; Elvini ſiue Herlewini permotus Abbatis Beccenſis, ad Beccenſe Monaſterium iter direxit. Proficiſcentem vero, in via latrones adorti, ſpoliatum, vinculis conſtrictum & manibus à tergo reuinctis, in dumetū conijciunt; vbi aut fame aut frigore perijſſet, niſi repertus forte fortuna à tranſeuntibus & ſolutus fuiſſet, poſtquam vnicam duntaxat noctem vinctus iacuiſſet. Inde Beccum petijt, locum non ita multum diſtantem. Ad inopiam ſubleuandam, dialecticam ibi accepto ſtipendio profeſſus eſt, magna cum laude, magna itidem ſtudioſorum bono. Inuidorum tamen machinationibus & inſidijs, parum abfuit quin Normannia eijceretur per Gulielmum Ducem, qui dein Rex Angliæ ad culmen

culmen Archiepiſcopale eum poſtea evexit. Horum princeps narratur fuiſſe Arfaſtus, ab eodem Duce factus deinceps Orientalium Anglorum Epiſcopus. Is Monachus quandoq; Beccenſis, nonnullam literarum ſcientiam ibi iam olim fuerat adeptus, vt inter ſtrabones luſcus, apud cæteros qui ante adventum Lanfranci illiterati planè eſſent, præcipuè autem ſibi ipſi, ſciolus videretur. Aſcitus igitur in numerum illorum qui duci erant à ſacris, libuit quandoque Beccenſe Cœnobium inviſere; quo magna equorum & famulorum caterva comitatus, pervenit. Tum Lanfrancus *ex primo colloquio intelligens quam prope nihil ſciret*; *Abecedarium ipſi expediendum appoſuit, ferociam hominis* (inquit Malmesburienſis) *Italica facetia illudens.* Quo is irritatus, per Ducem effecit, vt Lanfrancus, non ſolum Beccenſi Cœnobio, ſed Normannia tota ſummovendus decerneretur. Sed intercedentibus amicis, pacatum Ducem ferunt, idq; maxime hac occaſione, quod cum Lanfrancus ad Curiam commeatum petiturus veniret, equus eius forte clandicans Duci cachinnum excuſſit. Sic Malmesburienſis. Non diu moram ibi loci traxerat, quando Monachus factus, Prior etiam Cœnobij renunciatus eſt. Brevi deinde pòſt Cœnobio Cadomenſi à Duce prædicto tum inſtituto, Abbas præficitur. Iam vero, Stigando ſic vt retulimus exauthorato, Rex quem non latebat quantum ipſius intereſſet, ad regni nuper adepti firmamentum virum aliquem prudentem & grauem ibi collocare, quem conſideret fidelem ſibi & tanto oneri parem futurum; Lanfrancum præcipue delegit, quem Monachis commendaret. Hunc prompte illi accipiunt, proceribus, adeoq; populo vniuerſo electionem libenter approbantibus, Papa etiam ad primam petitionem pallium ac confirmationem expediente. Conſeeratum ſcribunt pleriq; Aug. 29. (Houedenus vero Iun. 24.) 1070. Cantuariæ, à Giſone Wellenſi & Waltero Herefordenſi præſulibus, pleriſq; totius Angliæ Epiſcopis præſentibus. Cum pallium Romæ peteret, adfuerunt præſentes ſimul cum Remigio Epiſcopo Dorceſtrenſi, Thomas ab ipſo Lanfranco tum nuper ad Eboracenſem ſedem ſacratus, qui non niſi grauate

& mandato regio coactus, more consueto obedientiæ Cantuariensi sede præstandæ professionem fecerat. Venientibus, Alexander Papa, honoris ergo assurrexit, hoc dicens, Non illorum dignitati, sed eruditioni alijsq; insignibus Lanfranci virtutibus tribuere, idq; fortassis libentius faciebat quod vterq; Iusubres, Papa Mediolano, Lanfrancus Papia essent oriundi. Thomas igitur Eboracensis, siue honori invidens socio suo exhibito, cui se non impar̃ putabat; siue iniuriam sibi factam, quod ad huiusmodi professionem fuerit adactus; querimoniam ea de re instituit graucm coram Pontifice, qui eiusce litis ac controversiæ cognitionem integram reiecit ad Regem; & is quomodo pro Cantuariensi sententiam tulerit, dicetur commodius, quando ad Eboracensis Ecclesiæ historiam perventum fuerit; quemadmodum etiam, vt vtrunq; comitem, Eboracensem & Dorcestrensem Episcopatibus amovendos eo ipso tempore Lanfrancus curaverit, & suis denuò precibus restituendos. Reversus iam, muneri commisso incubuit strenuè, & magna tam industriæ quam prudentiæ laude per totos 19. annos (siquidem tam diù sedit) Cantuariensem rexit Ecclesiam. Vna tantum res memoratur, quæ famæ eius aliter secundissimæ labem inusit. Robertum filiorum natu maximum, in regni successione, Gulielmo ætate minori postpositum à patre, autumant pleriq; consilio Lanfranci inducto, apud quem Gulielmus, in pueritia fuerat educatus. Obijt vt pleriq; Iun. 4. (vt Houedenus, & Florentius Wigorn. tradunt, Maij 24.) 1089. febricula quod sæpe optaverat absumptus, & in Ecclesia sua quam multum locupletarat, ac ædificijs nouis ornaverat, honorifice tumulatus est. Monachorum in eo degentium numerum eo vsq; auxit, vt cum adveniens 30. tantum invenerit 140. decedens reliquerit. Manneria 25. per Odonem Episcopum Baiocensem fratrem Regis vterniũ erepta, Ecclesiæ restituenda curauit. Palatium Archiepiscopale quod est Cantuariæ fere totum construxit. Xenodochia duo prope civitatem prædictam instituit, vnum videlicet apud Harbaldown, alterum in suburbijs quod sancti Ioannis nomine hodie innotescit. Ad structuram Ecclesiæ Cathe-

Cathedralis Roffenſis magnam contulit pecuniam, aut potius integram à fundamentis excitauit. In reparatione cœnobij S. Albani mille marcas impendit. Mannerium de Redburn per iniuriam ereptum, illius opera redditum eſt; Ac deinde moriens, mille libras noſtrates eidem monaſterio per teſtamentum legauit, hoc eſt, aureorum Gallicorum 3333. Sed hoc (quo nihil magis ad laudem ipſius pertinet) nullo modo prætermittendum eſt, quod in deprauatis ſacræ Bibliæ exemplaribus (quæ vbiq; per Angliam tunc temporis fuerunt vitioſiſſima) emendandis, multum vtiliſſimuinq; laborem inſumpſerit. De ſcriptis eius quid attinet dicere, à Baleo ſigillatim recenſitis, quorum quamplurima doctorum manibus quotidie teruntur.

34. ANSELMVS.

QVatuor integros per annos Eccleſia Cantuarienſis pręſule manſit deſtituta poſt Lanfranci obitum, fructibus & proventibus ad eam ſpectantibus, fiſco, toto eo tempore illatis, cum antea ſemper ad vſum ſucceſſorum conſueſſent aſſervari. Vir tandem præſtantiſſimus, Anſelmus, Archiepiſcopus deſignatur, idq; (quod mirere) gratis & pecunia non numerata; ab illo nimirum qui ſemper tam Epiſcopatus & Abbatias quam minora ſacerdotia, tanquam ſub haſta ſolebat vendere. Natus eſt Anſelmus iſte Auguſtæ (quæ ciuitas eſt Burgundiæ ad radices Alpium ſita) parentibus illuſtribus, Gundulfo patre & Hemeberga matre, à quib° ingenue liberaliterq; inſtitutus, invitis illis ad Beccenſe cœnobium, Lanfranci fama permotus diſcendiq; ſtudio profectus eſt. Ibi viceſimo ſeptimo ætatis anno monachus factus, auocato Lanfranco vt Cadomenſi cœnobio Abbas præeſſet, ipſe in Prioratu ſucceſſit, ac breui pòſt mortuo Herlewino, in Abbatem cooptatus eſt. Id muneris quindecim per annos functus, contigit eum in Angliam venire, rogatum ab Hugone Comite Ceſtrenſi, qui præterquam quod cœnobium tunc temporis in ciuitate Ceſtrenſi conderet, qua in re Anſelmo conſultore vti vellet; valetudine erat eovſq; infirma, vt non multum vitæ ſupereſſe ratus, ad

1093. *Gul. 2. 7.*

pacandam conſcientiam colloquium vehementer expeteret eius quocum magna ipſi iam olim in Normannia interceſſerat familiaritas. Huc igitur cum veniſſet, Rex etiam morbo corripitur graui Gloceſtriæ degens, quo tum forte Anſelmus acceſſerat, negotia quædam Ceſtrenſis expediendi gratia. Accerſitur continuò vir ſanctimonia clarus vt decumbenti adſit, & illi nunc languenti ſalubria ſuggerat, cui ſano nihil magis inſanum videbatur quam ſanis conſilijs acquieſcere. Nihil iam prius aut antiquius habuit Anſelmus quam vitia Regis acriter reprehendere;& iudicij coram ſummo Dei tribunali mox vt videbatur ſubeundi admonere; hortari deinde in primis, vt emendationem vitæ quamprimum inſtitueret; Neq; vero grauiori peccato illum premi (nam confeſſionem exceperat) quam quod tot præſulatibus iam diù vacantibus, idoneos præſules non curaſſet mature præficiendos. Quid plura? Epiſcopis tum forte aliquot præſentibus imperat, vt huiuſce negotij curam ſuſcipiant, qui ſtatim, Cantuarienſis Eccleſiæ regimini admonendum conſulunt Anſelmum, virum ſanctimonia vitæ, gravitate, eruditione eximia, alijſq; virtutibus tam clarum, vt nuſquam parem inveniri contenderent. Annuente Rege, confectum iam eſſet negotium, niſi Anſelmus Monaſticæ vitæ quietem tantis honoribus præferens, ſe oneri ferendo imparem dixiſſet, adeoq; oblatum vltro Archiepiſcopatum accipere renuiſſet, donec exoratus tandem, plurimorum obteſtantium importunitate victus,manus dedit.Sed convaleſcentem interea Regem pœnitere cœpit facilitatis ſuæ, quod famelico ſibi paſſus fuiſſet eripi bolum tam opiparum.Quapropter,Anſelmum iterum atq; iterum hortatur, ne qui Monachus intra Monaſterij parietes ætatem hucvſq; contriverat,tantam adminiſtrationis molem, temerè ſuſcipere, homo rerum (ac præcipue politicarum)gerendarum expers.Anſelmus tamen quo hæc tenderent non ignarus, & Eccleſiæ Anglicanæ deſolationem miſeratus,delatum ad ſe Pontificatum acceptare perſtitit. Ita conſecratus eſt tandem per Walkelinum Epiſcopum Wintonienſem, ſi non (quod etiam traditur) per Thomam Eboracenſem, Decemb. 4. 1093. vniverſis qui adeſſe

Digitized by Google

adeſſe poterant Epiſcopis Angliæ præſentibus. Conſecrationis ritu peracto, cœpit ſtatim Anſelmus admonere Regem vt fidei datæ memor quo tempore languebat, melioris vitæ rationem inſtitueret; cuius rei mentionem cum is auribus æquis non acciperet;ne Anſelmus talia inculcando ſæpe moleſtus eſſe pergeret,leui arrepta occaſione, in apertam ſimultatem prorupit. Romam pro more ad obtinendum pallium profecturus,à Rege (ſicuti par erat) commeatum petebat. Erat tunc ſciſma in Eccleſia Romana, hinc Vrbano, illinc Giberto, ſub nomine Clementis Pontificis titulum vendicante. Et quamvis Vrbano magis favere Rex videretur quam Giberto,tamen cum ab Vrbano ſe pallium petiturum profiteretur Anſelmus, anſa hinc excandeſcendi arrepta, perduellionis crimen Archiepiſcopo impegit, quod auſus fuerit Pontificem nominare quem Rex adhuc non agnoverit aut approbarit. Et re ad concilium regni delata, non ſolum cæterorum, ſed & Epiſcoporum omnium calculo (vno duntaxat Roffenſe excepto) damnatus eſt. Iſta dum gererentur, per idoneos homines agit Rex cum Vrbano, vt pallium Archiepiſcopale ad ſe mittat,cui ipſe voluerit tradendum; in animo nimirum habens, deiecto Anſelmo, alium ſubſtituere. Id ſi facere non gravetur, Pontificem eum legitimum per totum regnum illico declarandum promittit. Sed Vrbanus, contra morem illius ætatis Pontificum, honeſtatis magis ratione permotus quam compendij ſui, id facere recuſat : Pallium tantũ mittit, per Walterum Albanenſem Epiſcopum Anſelmo, quando Regi commodum viſum fuerit tradendum : Hoc nimirum ſe illi gratificari dicens, vt negotium, in tam præſtantis viri gratiam cum omni favore animiq; promptitudine expediendum, per Regem ſolum eiuſque apud Pontificem authoritatem videatur tranſactum. Fieri nullo modo poſſe, vt vir propter ſanctitatem & eruditionem celebratiſſimus, in præſulatum introductus, legitime, nulli culpæ obnoxius, deturbetur.In alijs vero rebus nihil erat, quod petenti Regi Legatus ille denegaret; nihil quod in poſterum facturum Papam ad nutum Regium, fidem non faceret. Edictum igitur continuò per Povinciam

pro-

promulgatur, Vrbanum Pontificem vbique dicendum & agnoſcendum; mirante vehementer Anſelmo, quænam fuerit tam repentinæ mutationis cauſa. Miſſi tum protinus ad eum Epiſcopi aliquot, qui hominem ſenſim pertentarent, vtrum ad redimendam regis amicitiam eſſet infractior. Cum nihil mutatum viderent, Regi eſſe in animo experiri nunciant, vtrum beneficijs emollitus hoc velit cedere, quod minis & terroribus ab illo non poterat extorqueri. Eius opera & ſumptu pallium Roma impetratum, confectumque negotiũ quod aliter ipſi magna pecunia conſtitiſſet. Omnium offenſionum amneſtiam à parte Regis profitentur, quem promptum perhibent in gratiam recipere, reconciliationem huiuſmodi non auerſantem. Laudo te, Gulielme, quod, animo præditus plus quã magno, (quippe in bello non ſolum ſtrenuus, ſed etiam temerarie audax, in pace non magnificus, ſed vltra modum ſuperbus) tantum tamen tribueris vnius ſacerdotis ſeu ſanctitati, ſeu eruditioni, ſeu muneri Pontificali, vt dedignatus non fueris maieſtatem regiam demittere ad gratiam eius vltro expetendam. Multo vero laudaſſem magis ſi animo id feciſſes tam ſyncero, vt bene ſanatum hoc malum breui poſtea idque tua culpa non recruduerit. Vnus vix annus integer effluxerat, poſtquam regi reconciliatus pallium Archiepiſcopale à Legato delatum pontificio, ritu ſolenni Cantuariæ acceperat, quando reuerſus Rex ab expeditione Wallica, expoſtulare cœpit cum illo de militibus ab eo ad id bellum miſſis, vt & paucis & inertibus & tamen non optime inſtructis; nouaq; deinde crimina inferre de his quæ Anſelmus de Eccleſiaſtica libertate necnon ne de vaſtatione & demolitione Eccleſiarum liberius olim & palam & priuatim ſecum egiſſet. Pagos nimirum plus minus triginta, Eccleſijs & parochis inſtructos (vt nihil dicam de cætera plebe) hic bonus Rex euerterat nuper, vt viuarium conderet feris ad venationes replendum. Id auſum Anſelmum arguere, ſtomachatus erat iam olim, & nunc pollicitationis ſuæ immemor, de abolenda omni præteritarum offenſarum memoria, hanc etiam cauſam non pudet afferre alienati erga Anſelmum animi: Deinde iracundiæ

ſuæ,

ſuæ (cui iuſtam aliquam cauſam non video præſulem adhuc dediſſe) nimis indulgens; iuramentum neſcio quod ab illo exigit, ab alijs Archiepiſcopis ſolitum (vt aiebat) præſtari, ac porro edicere, ne quacunque de re ad Papam ab ipſo prouocaret; Hæc niſi facienda in ſe reciperet, regno ante vndecimum diem excederet. Regio huic mandato obtemperat Anſelmus, benedictione prius Regi non aſpernanti impertita. Nauem concenſuri impedimenta omnia, excuti mandarat; Sed cum nihil eſſet inuentum pecuniarum, aut aliud quidquam præter ſupellectilem neceſſariam, dimiſſus eſt (vt Malmesburienſis) indemnis. Sunt vero qui aſſerant, omnibus rebus direptis, eiectum nudum. Cætera hercle quæ reliquerat, illico fuiſſe proſcripta conſtat, omneſq; Archiepiſcopatus prouentus fiſco regio inferenda decretum. Lugdunum Anſelmus proficiſcitur, vbi non diu moram traxerat, quando Romam à Pontifice accerſitur, ad quem non ſine ingenti periculo perueniens, obſeſſis vndique à Gibertinis itineribus, excipitur primum humaniſſime, donec muneribus regijs bonus Pontifex corruptus, humanitatis huiuſce recentem ardorem refrigeſcere eouſq; paſſus eſt, vt diuturnæ moræ & dilationũ pertæſus Archiepiſc. reditum pararet. Sed Lugdunum verſus iter eo moliente, Papa interea oportunùm moritur. O quam vere de Roma Iugurtha, nunquam non futuram venalem ſi emptorem inuenerit. In Synodo Barenſi nuper coacta, præclaram operam nauarat Anſelmus, contra Græcos ibidem tunc præſentes, quorum errores, ac illum præcipue de proceſſione Spiritus ſancti, doctiſſime magnaque cum gloria preſens refutarat, inde poſtmodum ſumpta occaſione libellum ea de re edendi qui etiamnũ apud doctos in pretio eſt. Cuius tamen certaminis non aliud tulit præmium, quam quod ipſi & ſucceſſoribus ſedes aſſignata eſt in Concilio generali prope dextrum pedem Pontificis, qui hoc vſus elogio id conſtituit. Includamus (inquit) hunc in orbe noſtro tanquam alterius orbis Papam; alludens fortaſſis ad illud Solini, vbi Britanniam noſtrã alterius orbis nomine appellat. Poſt Vrbani Pontificis interitũ anno vix dum tranſacto, Gulielmus Rex, dum venatione ſe oblectat, in viuario ante-

dicto quod offensionis in Anselmum præcipua causa ferebatur, fortuito ictu sagittæ in ceruum emissæ, hausto pectore occubuit. Traditur à quamplurimis (qua fide non pronuncio) eo ipso die quo is interemptus est, cœlitus hunc casum Anselmo innotuisse, inuenta in altare Ecclesiæ vbi is sacris tunc temporis intererat, schedula, in qua scriptum reperit, *Gulielmus Rufus occisus est.* Successit illi in regno frater natu minimus Henricus, qui cum nihil prius haberet aut antiquius, quam Ecclesiam, tyrannide fratris afflictam misere, ad meliorem statum reducere ; Anselmum primo quoque tempore ab exilio reuocandum decernit, à quo, postquam redijt, magno in honore habitus est, donec in iurium Ecclesiasticorum defensione peruicacior, etiam hunc contra se iritarit. Triennio integro exul abfuerat; quo toto tempore, Episcopatuum inuestituram, pro more qui tunc vbique inoleuerat, rex pro libitu contulerat, per traditionem annuli pedique pastoralis. Vrbanus vero Pontifex haud ita pridem defunctus, in concilio nuper coacto sanciverat, præsulibus sic electis consecrationem nullo modo impertiendam. Henricus attamen Rex, Episcopos a se fratreque suo, absente Anselmo designatos, consecrari sine mora importune flagitare, seu potius pro imperio magno supercilio mandare: Anselmus è contra refragari & ingenti animi constantia asserere, nunquam se pro Episcopis habiturum illos, etiamsi ab alijs consecrati fuerint, qui contra Canonum præscripta charecterem Episcopalem suscepissent, neque vel vitæ suæ iactura contra sedis Apostolicæ definitiones acturum, nisi inde procedat remedium (hæc enim sunt verba Malmesburiensis) vnde omnis laboris procella super eum cecidit. Rex igitur ad Girardum Eboracensem Archiepiscopum conuersus, postulat ab eo vt electis suis sacrationis munus impendat. Non renuit ille : Dies Londini constituitur ad negotium conficiendum; Adsunt vndique quorum intererat, nullibi apparebat impedimentum, quando derepente Gulielmus Giffardus Ecclesiæ Wintonienſis destinatus antistes, pedum pastorale annulumque Regi à quo acceperat reddens, munere haud legitime susceptо, libenter dicit se carituruм.

Digitized by Google

turum. Cuius facti nouitate, quod præter omnium expectationem & inopinatò accidit, perculsus primum rex, dein excandescens vehementer, & ingratitudinem hominis exosus, regno eiecit, bonaque exulis proscripsit, fisco nimirum adiudicatis omnibus eius facultatibus vbicunque repertis. Tumque Anselmum adoritur, huius incommodi vnicum vt putabat authorem, ac iuramentum vt præstet imperat, à fratre suo nuper exactum. Post multas verborum controuersias, in hoc tandem conueniunt, vt harum omnium causarum cognitio, Pontifici summo Paschali secundo integra relinquatur, vtque Anselmus coram, Rex cæterique per legatum, coram tribunali Pontificio litem persequantur. Præstituto die adfuerunt vterq; Anselmus suam causam acturus, Gulielmus Warelwast Exonien sis electus, præter regiam, suam etiam sociorumque. Multa verborum contentione hinc inde lite agitata, cum Regi adeo cordi esse regni sui iura à maioribus accepta contenderet Exonien sis, vt vel diadema libentius abijceret regnoque cederet, quam inuestituras controuersas amitteret: Hanc responsionem Papa effulminans, sciat (inquit) Dominus tuus, Paschalem, ne pro sui quidem capitis redemptione has inuestituras illi vnquam impune permissurum. Huiusmodi Pontificis oraculo re definita, reuertitur vterque, Exonien sis in Angliam, Anselmus ad hospitem suũ veterẽ Hugonem Lugdunen sem Archiepisc. apud quem, Rege adhuc in sententia persistente, sedecim post id temporis mensiũ, morã traxit. Accidit interea vt in ijs regionibus, Adela Comitissa Blesen sis, Regis Henrici soror, morbo graui correpta decumberet. Ad eam consolandam Anselmus non procul inde degens accessit, & non parũ momenti attulisse visus est ad morbum depellendũ; vt qui animæ medicaturus aduenerat, corpori etiã sanitatem restituisse visus fuerit. Illa igitur postquã conualuit, fratrem precibus obtundere non destitit, donec effecisset vt de pristina pertinacia nonnihil remitteret. Contendebat tunc temporis de regno cum illo, Robertus Dux Normanniæ frater eius natu maximus. Rex igitur competitorem veritus; ambiguo adhuc regni iure, Pontificem noluit infestum habere. Quæ causa procul

cul dubio fuit vt ſororis precibus facilius cederet. Accerſitur Anſelmus, & tam Pontificis quam illorum conſenſu, in hunc modum lis tam diù agitata componitur. Epiſcopi iam antea deſignati, vt conſecrentur, decretum; deinde vero, vt Rex, de iure inueſtituræ poſthàc in perpetuum cederet, loco in poſterum dato Canonicis electionibus; homagium tamen Epiſcopi conſecrandi Regi præſtarent, pro Baronia & poſſeſſionibus ad Epiſcopatum ſuum pertinentibus. His ex animi ſententia geſtis, in Angliam redit Anſelmus ſumma totius populi gratulatione, à Regina & optimatibus perhonorifice in regnum exceptus; Rex enim Normannico motu detentus erat, rebellione Procerum in ea prouincia excitata, quam nuper ſui iuris fecerat, & hæredibus poſtea reliquit, profligato fratre, quem captum & excœcatum ad mortem vſq; in carcere detinuit. Duobus poſt reditum annis in pace quietus vixit Anſelmus, niſi quatenus ſolitâ animi peruicaciâ, turbas & moleſtias ſibi excitauit. Memorandum iam antea fuerat, quo primum tempore Archiepiſcopali culmini admotus eſt, celebraſſe eum Synodum Londini, in qua multa ſunt ordinata. Nam præterquam quod è clero per multos ſacerdotiorum iactura ob varia peccata mulctauit, interque eos Guidonem Abbatem Windamenſem, & Eldwinum Ramſeyenſem ob ſymoniam; Galfridum Petroburgenſem, Haymonem Cherwellenſem, & Egelricum Middeltonenſem, quod ordinibus ſacris non eſſent initiati; Richardum deinde Elienſem, & Robertum Sancti Edmundi, propter alia neſcio quæ delicta: Canones etiam quamplurimos condidit, quorum capita, niſi per longum eſſet, libenter inſererem. Cæterum hoc nullo modo prætereundum eſt, quod Clericorũ coniugia ad id vſq; temporis in Eccleſia Anglicana paſſim vſurpata, magna vi prohibuit; nec quenquam in poſterum niſi cœlibem, quiq; iuramento caſtitatis profeſſionem faceret, ad Subdiaconatum admittendum, conſtituit. Hi Canones ne legum vim & poteſtatem ſortirẽtur, obſtitit aliquãdiu diſcordia inter ipſum & Regem oborta de inueſtituris. Hac vero iam compoſita, in id totus incubuit, vt coniugatos ab Eccleſijs vbiq; pelleret, & ordinandos, à ſacrorũ ordinum

num ſuſceptione arceret. Ante hunc multi hoc ipſum tentarant, ſed perficere nequiuerunt, Dunſtanus, Oſwaldus, Ethelwaldus, alijque. Neq; amplius profecerunt, quam vt cœnobijs coniugatos eijcerent. Hic vero nullum aliud ob crimen, quam quod ſecundum Dei ordinationem vxoribus legitime eſſet copulati, non contentus ſacerdotia auferre, bona etiam ipſorum fiſco Epiſcopali adiudicat, tamq; ipſos quam vxores fornicatores pronunciat, deinde ſub magna pœna Epiſcopis interminatur ne cuiquam, ſacrando, manus imponant, qui perpetui cœlibatus votum ſub iuramento non ſuſcepiſſet. Plus minus pars dimidia Cleri Anglicani ex eo hominũ genere conſtitit tunc temporis, qui aut coniuges habebant, aut Sacerdotum coniugatorum erant filij. Rex igitur tot hominum calamitate permotus, miſeris aliquo modo ſubuenire cupiebat. Sed ab Anſelmo, in propoſito ſuo ſemper rigido ac peruicaci, & cedere neſcio, nihil potuit obtineri. Ita Anſelmo viro alias non malo ſatagente, & principe inuito, doctrina hæc dæmoniorum, vxores ducere prohibens, in Eccleſia noſtra vix adhuc quingentis abhinc annis primum eſt recepta, vtcunq; nouam prædicent illam Pontificij quæ huic eſt contraria. Neq; vero in animum inducere poſſum, Anſelmum, hominem vt dixi cæteroquì bonum ac ſanctum, animi aliqua malitia, ſed errore temporum infœliciter abreptum, hæc tam perniciosa inſtituiſſe. In languorem is tandem incidit apud Cœnobium Edmundoburgi, vnde Cantuariam deportat⁹, æger longo tempore decubuit, & Aprilis 21. 1109 ætatis ſeptuageſimo ſexto, vitam cum morte commutauit, cum ſediſſet Archiepiſcopus annos 19. Collocata ſunt oſſa eius ad caput anteceſſoris ſui Lanfranci, ſed amota poſtea ad Orientalem illam partem Eccleſię, quam ſtructura magnifica multum ille nuper auxerat & ornarat. Quadringentis fere poſt obitum eius annis, opera Ioannis Moorton ſucceſſorum vnius, inter ſanctos relatus eſt, ſerò ſatis. Nimirum quia non erat ad illum vſq; diem qui numerata pecunia hunc illi emeret honorem; nec repertus eſt inter Pontifices qui vltro & gratis deferret vel huic, quo nemo (fidenter dico) iam inde ab eo tempore Sancti elogio dignior in Diuorum album aſcriptus

ſcriptus eſt. Opera ab illo exarata non opus eſt comm emorare. Chriſtiano orbi ſatis nota ſunt, & à ſtudioſis vbique leguntur.

35. RODVLPHVS.

1114. *Henr.* 1. 15. NOn miror iam, ſi Henricus, Princeps alioqui bonus, cui tam moleſta fuerat Anſelmi rigida ſeueritas & flecti neſcia pertinacia, ad noui Archiepiſcopi deſignationem haud nimium feſtinat. Poſt quinq; annorum vacationem, optimates regni, ac præcipue Epiſcopos (qui hac de re eum ſæpe interpellarant) Windeſoram conuocat, vt eorum conſilio homines idonei cum huic tum alijs ſedibus vacantibus præficiantur. Ac cæteris quidem eorum iudicio relictis, Cantuariæ placet collocare Farecium Abbatem Abindonenſem, hominem Italum in Hetruria natum, ſpectatæ grauitatis & prudentiæ virum. Plurimorum vero iudicio, Rege non refragante, præponitur illi Rodulphus Roffenſis Epiſcopus, cui menſe Iunij anni 1114. pallium Archiepiſcopale ſolenniter Cantuariæ traditum eſt per Anſelmum, Abbatem Sabinenſem, Diui Anſelmi ex ſorore nepotem. Natus eſt Rodulphus iſte in Normannia, vbi Lanfrancum prælegentem in Cadomenſi Cœnobio Monachus audiuit. Inde Sagienſis Abbas euaſit. Sed eo munere non diù functus, litis neſcio cuius ratione ac contentionis cum viro quodam præpotente illius prouinciæ, nomine Roberto de Beleſmo, traiecit in Angliam, quæ tum nouerca ſuis, exteros ſolos, præcipue autem Normannos fouebat & promouebat, Anglis ſuis quantumcunq; idoneis depreſſis vbiq; contemptis, & ab honoribus rebuſq; gerendis excluſis. Huc primum aduenies cum ſedem diù non inueniret, *Cœnobia hinc inde circumiens, in quibus, vitæ & ſermocinationum merito* (inquit Malmesburienſis) *gratioſe ſuſcipiebatur*, multum tempus eluſit & perdidit. Apud Archiepiſcopum vero plurimum hæſit, cui iam inde ab adoleſcentia fuerat familiaris. Ab eo tandem Epiſcopus deſignatur Roffenſis, anno 1108. & poſt annos deinde ſex ad ſedem Cantuarienſem (ſicut antè retulimus) promotus eſt, ſenex valetudinarius, paralyſi iam antea tentatus,

&

& pedibus æger; vnde (quod paralyticis vſu venire teſtantur medici) iracundus euaſit, difficilis ac moroſus; cum antea ſemper inter plurimas eius virtutes nihil magis emineret quam comitas & affabilitas. Vitæ vero adeo fuit inculpatæ, vt grauioris alicuius criminis ne ſuſpicio quidem eum vnquam attigerit. Qui de illo duriſſime loquuntur, hoc tantũ reprehendunt quod dicaculus fuerit, riſui & iocis leuioribus plus deditus quam muneris ſui grauitati conueniret, vnde Nugacis agnomen meruiſſe contendunt. Atq; hic cum talis fuerit & corpore tam infirmus, auſus eſt tamen Romam iter ſuſcipere. Querimoniam ibi coram Papa inſtituit de Thurſtino Eboracenſi electo, quod profeſſionem conſuetam obedientiæ ſedi Cantuarienſi præſtandam facere recuſaret: Deinde etiam de multitudine Legatorum Pontificiorum in Angliam quotidie appellentium, cum ſedi Cantuarienſi priuilegium antiquitùs conceſſum aſſereret, vt illius Eccleſiæ Archiepiſcopi, ſedis Apoſtolicæ Legati nati perpetuo haberentur. De Thurſtiſſo quid actum, Eboracenſes conſule. Priuilegium vero, ratum habuiſſe Pontificem nonnulli aſſerunt: Alijs dicentibus(quibus magis aſſentior) ambiguo reſponſo dimiſſum vel potius deluſum Radulphum, dum in genere omnia iura & priuilegia Eccleſiæ Cantuarienſis ſe confirmare Papa profitetur, ſed ſpeciatim de priuilegio controuerſo verbum nullum facit. Statim ac reuerſus eſt, ingraueſcente morbo, quanquam nihil turbata mente, corpus vt plurimum inutile redditum, vt nec lingua nec pedibus recte veteretur. Toto triennio decubuit, ac tandem decedens, Octobris videlicet 20. 1122. poſt triduum deinde in medio nauis Eccleſiæ ſuæ ſepultus fertur, etſi tumuli eius veſtigium nullum ibi loci potuerim reperire.

36. GVLIELMVS CORBEL.

IS qui ſucceſſit, Gulielmus Corbel, *vel* Corbois, quibuſdam dictus Gulielmus de turbine, primo Clericus ſecularis, deinde Monachus Benedictinus, poſt Sanctæ Oſithæ de Chich fuit Prior, anniq; 1122. ſub initium, ad Archiepiſcopatum aſſumptus eſt. Conſecrationis ſuæ anno 4. Synodum conuo- 1122. *Henr.* 1. 22.

cauit Weſtmonaſterij, cui interfuit Ioannes quidam de Crema Cardinalis, Pontificis Legatus. Hic ibi in Clericorum coniugia cum acerbiſſime fuiſſet inuectus, nocte proxime ſequenti, in ſcorti publici amplexibus deprehenſus eſt. Cuius rei turpitudine & infamia permotus, legationis ſuæ negotijs infectis, commeatu nó petito & nemine ſalutato, clanculum aufugit. In ea tamen Synodo, grauiores adhuc pœnæ ſanciuntur in Clericos coniugatos, ſed quæ per Gulielmum humilis & puſilli animi virum irrogari non poterant. Hoc tantum inde effectum eſt, vt, dum Regis implorat auxilium, illiq; curam defert executionis huiuſmodi Canonum, Rex coniugia ſacerdotibus pecuniam afferentibus permittens, quæſtum fecerit longe maximum. Anno 1130. Eccleſia Chriſti (Cathedralis inquam) Cantuariæ, fortuito incendio conflagrauit. Hanc pro multò maxima parte conſtruxerat Lanfrancus; & breui poſtea corruentem, excitari ſua induſtria curauit Eardulfus Monachorum Prior ibidem: Nunc vero igne vti diximus deformatam, refecit, & ornamentis debitis exornauit Gulielmus, ac deinde conſecrauit, Rege, Regina, Dauide Scotorum Rege, ac vtriuſque regni Proceribus magno numero præſentibus. Henrico Regi qui eum ad tantos honores extulit, ingratum ſe præbuit. Nam contra iuramenti fas, non ſolum vt Matildis filia eius regni ſucceſſione excluderetur conſenſit; ſed ipſe etiam Stephanũ Bleſenſem Comitem, capiti impoſita corona inaugurauit, ita vero, vt præ metu & perfidiæ conſcientia trementi, hoſtia in Miſſæ celebratione manibus exciderit. Neq; vero multum pòſt ſuperfuit, ſed ægritudine mœſtitiaq; (vt par eſt credere) contabeſcens, anno nondum circumacto extinctus eſt, Chriſti videlicet nati 1136. cum annos ſediſſet ferme 14. In Eccleſia ſua dicitur humatus, ſed vbi loci non traditur.

37. THEOBALDVS.

1138. *Steph.* 3. IN Synodo Londini coacta per Albertum Cardinalem Hoſtienſem Pontificis Legatum, electus eſt in Archiepiſcopum Theobaldus per Suffraganeos prouinciæ ſuæ, præſente etiam & annuente Ieremia Eccleſiæ Cantuarienſis Priore,

Priore, & in eadem Synodo illico conſecratus per Cardinalem antedictum. Pallium accepit Romæ ab Innocentio 2. à quo etiam titulo donatus eſt Legati nati, qui ab omnibus ſucceſſoribus iam inde ſemper retentus eſt. Theobaldus iſte Monachus primum fuit Benedictinus, deinde Abbas Beccenſis, donec ad Archiepiſcopatum euectus eſt. Vir literarũ ſcientia non ita magna præditus, ſed ea prudentia, affabilitate, morumque comitate, vt ab omnium ordinum hominibus vehementer diligeretur, quanquam in ea inciderit tempora, quibus turbulentiora, iam inde à Danicis depredationibus, Anglia noſtra non vidit, quæ tum, diuturna ſeptendecim annorum contentione, de regno inter Matildim & Stephanum exagitata eſt. Cæterum illi non paulo plus moleſtiæ exhibitum eſt per ſummorum Pontificum proteruiam, quam domeſticam ſeditionem. Silueſter quidam, variorum criminum infamia notatus, Monachorum tamen ſuffragijs cœnobij Auguſtiniani Abbas deſignatus eſt. Hunc ille, quod tanto munere indignum iudicaret, admittere, aut (vt vſitato more loquar) benedicere renuit. Sed iſte, qualitercunq; moratus, bene certe nummatus, Pontificem potuit habere patronum; cuius literis iterum iterumq; perſcriptis interpellatus, vel potius dixerim minis & mandatis coactus Archiepiſcopus, Silueſtrũ tandem (neq; enim aliter poterat) voti fecit compotem. Animos hæc addiderunt Ieremiæ antedicto eiuſdem Cœnobij Priori, ne munere ſuo amotus iudicio Archiepiſcopali, cedendo obtẽperaret. Iſte, præterquam quod electioni Theobaldi interfuit (ſicuti diximus) longo vſu ſummaq; fide ac benevolentia ipſi fuerat coniunctiſſimus, ita vt non raro vices ei ſuas committeret. Sed occulta interueniente ſimultate, quæ in apertas tandem inimicitias erupit, veterem hunc amicum ob peccatum neſcio quod, in ordinem cenſuit redigendum. Ieremias igitur Silueſtri Abbatis veſtigijs inſiſtens, ad Papam confugiens, appellationem interponit, & poſt litem aliquandiu agitatam, ab illo in integrum reſtituitur, cauſam eius apud Pontificem quantum poterat promouente Henrico Wintonienſi Epiſcopo, qui præterquam quod Stephani Regis erat germanus, Legati etiam

Pontificij titulum vſurpabat. Hoc Theobaldus præter ſuam conſuetudinem impatienter ferens, iuramento temere emiſſo affirmauit, ſe ab omni ſacrorum adminiſtratione ceſſaturum quam diu Ieremias Prioris munere fungeretur. Metuens itaq; Ieremias ne ſua cauſa graue aliquid ab Archiepiſcopo ſibi tam infenſo Cœnobium pateretur, adeoq; Monachorũ in ſe odia concitaret; acceptis 100. marcis quibus à creditoribus ſe expediret, pecuniam mutuo ſumptam & litigando abſumptam perſoluendo, Prioratu ſponte ceſſit & per reliquũ vitæ in dicto Auguſtinenſi cœnobio priuatus delituit. In foro Romano hac pendente cauſa, literas ad Innocentium Papam D. Bernardus in Theobaldi gratiam perſcripſit, epiſtolam nempe inter eas quæ eduntur 111. Anno deinde 1141 generale Concilium Innocentius antedictus Remis indixit, ad quod Theobaldus accitus eſt. Henricus itaq; Wintonienſis Epiſcopus Legatus Pontificius, qui eo de munere ſæpe cum Theobaldo contenderat, vt illi, homini aperto ac ſimplici inuidiam crearet vel à Papa, vel à Rege; cum Papa clanculum egit, vt profectionem eius vrgeret; deinde cum Rege, vt negato cõmeatu, eum in Anglia retineret, quò vel à Papa excommunicatus, vel à Rege proſcriptus, pœnam certe nullo modo vitaret. Rex igitur Henrici conſilio, profectionem maturanti, ne regno exeat edicit, omneſq; portus obſeruari præcipit qua tranſiturus erat. Ea fuerunt tunc tempora, vt Principi quam Pontifici non parere haud paulo tutius eſſet. Quapropter, aſſutia neſcio qua eluſis cuſtodibus, traiecit in Galliam, ac cõcilio interfuit. Proſcribitur illico à Rege, quem is viciſſim interdicti ferit ſententia. Concilio autem ſoluto reuertitur in Angliam, & cum in Norfolcia aliquantiſper reſediſſet, Epiſcoporum quorundam interceſſione, cum interdictum relaxaſſet, in gratiam receptus eſt. Poſtea tantum valuit in Anglia gratia & authoritate, vt Stephanum Regem & Henricum Matildis Auguſtæ filium, pro regni iure annum iam decimum ſeptimum decertantes, ſua opera & induſtria ſibi mutuo conciliauerit, & pace inter eos conſtituta, belli inteſtini, diuturni, atrociſſimiq; incendium reſtinguere potuerit. Interea vero, anno nimirum 1152. Synodũ Londini

cogit,

coegit, vbi Rex prædictus, à Clero congregato postulavit, vt Eustachium filium eius tum quoq; præsentem, in consortium regni secum recipiendum decernerent, id quod illis, licet id maxime vellent, integrum tamen non erat, prohibitis iam antea à Papa ne huiusmodi quippiam attentarent. Illis igitur refragantibus; Reges, irati vehementer, eos simul omnes in loco vbi convenerant custodia addita inclusos, minis exagitabant, vt metu ac terroribus extorquerent quod bona gratia & precibus non poterant impetrare. Nutabat iam plerisq; animus, manusq; daturi videbantur, cum Theobaldus nescio quo modo elapsus, cimba secundo Thamesi ad ostium maris vectus, nævem conscendit & ad transmarinas oras traiecit. Discessum eius Rex, vt par erat graviter tulit, ac proinde proscripti iam iterum bona fisco inferenda decrevit. Rege vero vtrum annuente an invito me latet, brevi certe pòst, Archiepiscopus reversus, pacem confecit supradictam, Eustachio iam mortuo, Stephano quoq; patre non multo post tempore fato concedente. Sub Henrico secundo qui successit, in magna tranquillitate reliquum ætatis transegit. Anno 1160. excessit è vivis, cum Archiepiscopus sedisset annos 22. Opes quas habebat non mediocres, testamento condito, vniversas vel egenis distribuendas, vel in alios pios vsus erogandas mandavit. Sepultus fertur ab australi parte sacelli quod D. Thomæ dicitur, vbi tumulum vidimus marmoreum satis elegans fere ad tecti formam fastigiatum.

THOMAS BECKET.

IAm inde ex eo tempore quo Angliam subegit Gulielmus primus, Anglici generis nemo Archiepiscopale solium conscendit ante Thomam Bekettũ, quem tamen vix Anglum possumus appellare, cum patre licet natus Gilberto, mercatore Londinensi, matrem habuerit nationẽ Syram. Literarũ primis elementis imbutus est puer per Priorẽ Mertonensem deinde adultus, Oxoniam missus primũ ac postea Lutetiam, vbi præter literarum studia, Gallicæ linguæ vsum & scientiam perdidicit. Reversus inde, munus dicitur administras- 1162. *Hen.* 2. 8.

se Iusticiarij, quod quid sibi velit satis non assequor. Stous Chronologus nescio quo authore dicit, Scribam fuisse Vicecomitis Londinensis. Sed huiusmodi muneris cito pertæsus, in Theobaldi Archiepiscopi familiam irrepsit; qui cum animi dotes in eo non vulgares illicò deprehendisset, (erat enim mentis ingenijq; vi incredibili, facundus, non indoctus & animo quam expediret maiori) hominem statim cœpit diligere, ita vt in Italiam eum amandarit, iuris Canonici scientiam acquirendi gratia; vbi Bononiæ illum suis impensis aluit. Postquam inde est reuersus, Oxōniam videtur iterum petijsse, ibiq; (sic enim asserit Gul. Worcestrensis) Doctoris in iure Canonico gradu cohonestatum. Tum paruo pòst tempore à Theobaldo aut eius molitione, donatus est Archidiaconatu Cantuariensi, præpositura Beuerlacensi, Rectorijs de Bromfeild & Monte S. Mariæ, præbendis item duabus, vna in Ecclesia Paulina, altera Lincolnien si. Qui etiam se iam valetudinarium perspiciens & imparem technis aulicorum, qui nunquam non aliquid moliuntur ad detrimentum Ecclesiæ; vt Becketi solertiam ac vigilantiam eorum malitiæ opponeret, legendum eum curauit in numerum eorum qui Regi erant à sacris. Huius gratiam breui temporis spatio eousq; promeruit, vt Ecclesiasticis dignitatibus onustum, ad honoratissimum summi Angliæ Cancellarij munus provexerit, nec omnium quisquam esset qui apud eum plus potuerit. Hanc tantam potentiam vt firmaret, seq; Regi (qui adolescentiæ metas vix adhuc egressus erat) ac deinde Proceribus & Aulicis gratiorem redderet, Clericalem amictum consuetudinemq; paulatim deposuit & aulicum splendorem ac magnificentiam induit; ac vt Regi se in omnibus accommodaret, ijsdem se moribus aptavit, eadem epulandi dormiendiq; tempora sibi statuit, vnà sive in serijs sive in iocosis rebus semper adfuit, aulicum lepôrem & concinnitatem in ōmnibus affectavit, nihilq; non fecit, quo vel gratiam Principis, vel apud cæteros gloriam auramque popularem captaret. Aucupio itaq; venatione, vestium splendore, cæteroq; corporis cultu, copioso frequentique famulatu, equis generosis, argenteis aurariſq; ornamentis,

epularum

Digitized by Google

Quæ sit ratio Dei in Ecclesia sua gubernanda. 1
Quæ sit ratio Dei in Ecclesia sua gubernanda. 2
Quæ sit ratio Dei in Ecclesia sua gubernanda. 3
Quæ sit ratio Dei in Ecclesia sua gubernanda. 4
Quæ sit ratio Dei in Ecclesia sua gubernanda.

Monachi de repentina hominis mutatione poſtquam Archiepiſcopus factus eſt. Lautus ille, nitidus, ſplendidus, qui genio totus indulgens, cutem ſuam tam bene ſolitus erat curare, vix paucis interpoſitis diebus, vultu derepente grauis, moribus ſedatus, habitu decens, victu frugalis conſpicitur, & amandatis procul iocis ac cachinnis, quibus antea plurimum ferebatur deditus, ſacris peragendis, cæteriſq; Paſtoralis officij muneribus totus vacabat; & ne quis famæ oculiſq; hominum duntaxat ſervijſſe contendat, cilicio quoq; indutus, corpus ſubegiſſe perhibẽt, *triplici veſte triplicem perſonam gerens* (vt illorum quidam loquitur) *exteriori Clericum exhibens, interiori Monachum occultans, & intima Eremitæ moleſtias ſuſtinens.* Deinde nihil habuit antiquius, quam Cancellariatum primo quoq; tempore abdicare, Rege multum invito, cui in Normannia degenti literis ſcriptis profitetur, ſuum non eſſe aulæ ſimul & Eccleſiæ ſervire. Id quod is graviter ferebat. Nam ſperarat hucvſq; Beketto ſe tanquam pædagogo vſurum, qui pubeſcentem filium ad res gerendas inſtitueret ac paulatim aſſuefaceret. Quapropter abijcere eum videns omnem rerum politicarum curam, pœnitere cœpit, quod Archiepiſcopum eum tam properè deſignaſſet, ac vereri, ne res hæc in nervum deniq; erumperet. Sed & hoc deinde ſtatim eum male habuit, quod in Eccleſiæ ſuæ iuribus conſervandis rigidus ac pervicax, multos tam nobiles quam plebeios de prædijs Archiepiſcopalibus vſurpatis in ius vocaret, qui confertim magno numero Regem adeuntes, Archiepiſcopum querebantur, authoritate & iuris ſcientia ad vicinorum iniuriam abutentem, ſub prætextu defenſionis Eccleſiæ in omnium fortunas pro libitu graſſari. Cæterum contentionis quę poſtea inter ipſum & Regem ingens exarſit cauſa potiſſimum hæc erat. Temporum illorum Clerici Eccleſiaſticis privilegijs nimium confiſi, multa quotidie ſcelera paſſim perpetrabant, furta, rapinas, homicidia & id genus alia, neq; laicorum iudicum & magiſtratuum authoritate poterant coerceri, quod Clerici ab Ordinarijs tantum ſuis conſueſſent caſtigari, qui noxios plerunq; aut dimittebant impunitos, aut leviùs multo quam par eſſet mulctabant.

bant. Hanc igitur Prælatorum ac Cleri licentiam Rex vt reprimeret, & Regiæ poteſtatis ius à Sacerdotali diſtingueret; Conſuetudines quaſdam regni Anglicani ab Henrico primo avo ſuo deſcriptas, ſed nondum editas, ſtatuit promulgare. Veritus autem ne Clerus, ac præcipue Bekettus Archiepiſcopus, huic inſtituto (ſalutari licet ac nequitiæ coercendæ apprime vtili) repugnarent: Oratoribus Romam miſſis, huiuſce ſive edicti ſive declarationis exemplar Pontifici exhibendum curavit. Bekettus (vt videtur) de hoc Regis conatu nonnihil ſubodoratus, egerat cum illo iam antea ne petitioni Regis temere annueret, quod in cauſa fuit cur ſcripto antedicto vix inſpecto, inanes Legati dimitterentur. Quod cum Regi eſſet nunciatum, excanduit vehementer, ſemperq; poſtea in id omnibus nervis, incubuit, vt iuribus & libertatibus Eccleſiaſticis frænum quoq; modo injiceret. Et Archiepiſcopus, tam procul aberat, quo iracundiam Regis lenire niteretur; vt novis quotidie offenſionibus irritando, incendium alere, & quaſi oleum flammæ addere videretur. Illa vero vt mittamus, Regi viſum experiri, vtrum coacta Synodo, efficere poſſet vt hanc conſuetudinum declarationem Clerus Archiepiſcopo quantumvis invito recognoſcerent: Qui poſt altercationem diuturnam ſigillatim ea de re interrogati, iſdem verbis quibus omnium primus Cantuarienſis, ſinguli reſponderunt, conſuetudines huiuſmodi ſe obſervaturos, *ſaluo ordine ſuo*. Solus Hilarius Ciceſtrenſis Epiſcopus, cum ea adiectione offendi Regem perſpiceret, ſimpliciter & ſine conditione ſe illas regni conſvetudines obſervaturum promiſit. Sed vapulavit, à reliquis omni convitiorum genere adeo exagitatus, vt facile credam pœnituiſſe eum cito ſingularitatis. Longum eſſet enarrare contentiones, Regiorum, facinoroſos Clericos iam poſthac ad tribunalia ſua rapientium; & antiſtitum, excommunicationes ſuas in Regios tanquam in privilegiorum Eccleſiaſticorum violatores effulminantium. Poſtquam acriter aliquandiu digladiatum eſt; Epiſcopi tandem, æquitate cauſæ & ſuaſionibus victi, manus dederunt. Imo ipſe etiam Cantuarienſis, cæterorum ductus exemplo, in Synodo Clarendoniæ congregata, ſigilli ſui appenſione declarationem præ-

prædictam ratam facere promisit. Sed paulo pòst resipiscens, adeo facti pœnituit, vt tanquã grauissimo scelere contaminatus, sacris abstinuerit, donec per Papã à promissi prædicti obligatione exolueretur: Tumq; omnia sibi cernens infesta, naviculà apud Rumeneyam conscensa, in Galliam profugere conatus, ventis adversantibus in littus reiectus, ac deprehensus, ad Regem, conventus Northamptoniæ agentem, adductus est. Ibi repetundarum, peculatus, periurij, proditionis, falsi & nescio quot aliorum criminum, cum à cæteris Proceribus, tum & Episcopis ipsis suffraganeis suis reus factus, & quamvis ad Papam prouocasse, damnatus est. Nocte quæ proximè sequuta est clanculum aufugiens, & quanta potuit celeritate ad mare contendens, paruæ putridæq; cimbæ se commisit, ac in Belgium traiecit, vnde ad Pontificem Senonæ agentem profectus est, qui Pontiniaci in Cœnobio quodã eum collocavit, vbi dum delitescceret securus, excommunicationum fulmina eiaculavit in omnes consuetudinum quæ Clarindonię sunt expositę obsevatores, illarum nempe quas suo ipse calculo nuper approbarat. Neque Rex suarum rerum segnius satagebat. Archiepiscopum in primis proscribit & Archiepiscopalium prædiorum fructibus manum injicit. Oratores deinde ad Flandriæ Comitem, Gallorũ Regem, ipsumq; Pontificem amandat, qui petant, ne Archiepiscopum, principis sui proditorem & multorum scelerum compertum in suas ditiones recipiant, vlloue alio modo foueant: A Papa insuper, vt declarationem Clarindoniæ promulgatam, ratam vellet habere. Ac ille quidem Legatis respondit (quanquam nihil ad rem) cogitaturum se dicens quid his de rebus statuendum sit. Gallus autem ne responsione quidem illos dignatur, sed inducijs etiam paulo antè factis, in ditionem Regis irrumpens, munita quedam loca vi capit, hac nimirum spe fretus, quod hæc inter Regem & Archiepiscopum contentio turbas aliquas in Anglia excitatura, videbatur, quibus dum Rex distineretur, occasionem sibi datam iri sperabat, prouincias quas in Gallia nostri tunc possidebant amplissimas, occupandi. Paulo deinde post excommunicationes emittit Archiepiscopus in omnes prouinciæ suæ suffraganeos. Qua procaciſſimi

hominis

hominis audacia Rex grauiter (vt par erat) commotus, eoq; magis quod ad hæc perpetranda à Papa & Gallo instigatum non dubitabat; vt ægre illi faceret, nullas sibi rationes omittendas existimabat. Primum igitur, quia Pontiniacensi successu plurimum delectatum comperit, omnibus eiusdem ordinis per Angliã monachis (Cistercienses nimirum erant Pontiniacenses) interminatur; se cunctos in vniuersum proscripturum, nisi Pontiniaco Bekettum curent ejciendum. Quod cum Pontiniacensibus innotuisset, ne tot suæ sortis hominibus periculum crearent, alio cogunt Archiepiscopũ migrare. Tum deinde omnes eius per Angliam propinquos & intima familiaritate coniunctos, illosque potissimum à quibus aliquo modo subleuatum suspicaretur, regno pulsos proscribit. Alexandrum Pontificem eodem fere modo quo Rex Bekettum, exagitabat ea tempestate Fredericus Barbarossa Imperator, excitato aduersus eum Antipapa qui iam nuper obierat. Quocirca consultum Rex putauit, icto cum Augusto fœdere, nouum Antipapam mox creandum propugnare; eoque id promptius faciendum duxit, quod tam Gallus quam Pontifex animo esset in vtrunque infesto. Huic rei vt effectum daret, Oratores ad illum mittit, qui Papam à se designandum ab omnibus suæ ditionis prouincijs recipiendum & pro vero Pontifice agnoscendum promitterent, præsertim si communem hostem Gallum iunctis viribus oppugnare secum non grauaretur. Hanc coitionem subodoratus Alexander, labascere cœpit illico, & de rationibus cogitare quomodo Regem & Archiepiscopum sibi mutuò reconciliaret. Cæterum non ita multo ante contigerat, facultatem amplissimam Archiepiscopo ab illo concessam, quoscunque libitum esset per Angliæ regnum excommunicandi, Rege duntaxat, Regina, & paucis alijs exceptis. Potestate huiusmodi is petulantissime abusus est, eo ipso tempore, quando Pontifex, Regem non omnino alienum à pacificatione perspiciens, omnia Bekettum præstiturum quò gratiam eius redimeret, spoponderat. Vnde minimum abfuit quin in nihilum recidisset hic Pontificis conatus. Sed ratione mature reddita, satisfactionem rex accepit. Galius interea Pon-

tifex

tificem verbis satis asperis increpat, quod frigidius solito Archiepiscopi causam videretur tueri. Lupum iam (quod aiunt) auribus tenebat, Pontifex vt quo se verteret anxius, post longam deliberationem rebus suis oportunius nihil potuerat comminisci; quam contentiones regum pace facta componere, deinde Galli intercessione suaque authoritate efficere, vt Rex nonnihil Archiepiscopo suo condonaret, & Bekettus vicissim de insita pertinacia aliquid remitteret. Inter Reges leui negotio transigitur qui deinde Lutetiæ congrediuntur, quo etiam Bekettus arcessitur. Huic reditus in patriam & rerum suarum restitutio facile impetratur, modo obseruantiã debitam se regi in posterum præstiturum recipiat. Ille vero cedere nescius, pertinaciam suam responsione in speciem modesta occultare conatus, & in genua procumbens, sic infit Domine Rex, Causam vnde inter nos orta est dissentio, tuo vnius committo arbitrio, saluo honore Dei. Qua adiectione grauiter commotus Rex, regiæ dignitatis, munificentiæq; immemorem & ingratum eum appellauit, ac ad Gallum conuersus, Videmus, inquit, vt ludat iste? Quicquid ipsi non placuerit, honori Dei contrarium statim contendet. Sed ne per me stare videatur, quo minus inter nos pax cocat, quid sit quod postulo quæso aduertas; Multi in Anglia extiterunt Reges minori & authoritate & potentia quam ego sum, nonnulli etiam fortassis maiori; Multi rursus Archiepiscopi Cantuarienses ante istum magni atque sancti viri. Itaque quod officij suorum antecessorum maximus, meorum minimo, id mihi iste præstet, & nihil erit amplius quod requiram. Ad quæ Thomas callide satis, sed suo more elate sic respondit: Superiorum temporum & præsentium non esse eandam rationem; antiquos præsules pedetentim Reges ad Christi obsequium allexisse, cum omnia quæ ad religionem spectarent vno momento non possent perficere; deinde lapsos illos in multis vt homines, quorum exempla sequi necessum non haberet: Piorũ præsulum constantia creuisse facultates Ecclesiæ, quas iam acquisitas vt nimium patiatur nunquam se commissurum. Acclamatum est ab astantibus, morosum esse hominem & planè indignum quem Gallia

Gallia diutius foueat; plus quam conueniret, iure ſuo Regem ceſſiſſe, laterē ſe lauare qui tam pertinacem flectere ſatagant. Re igitur infecta tunc temporis diſceſſum eſt, ita tamen vt ſpes nō mediocris videretur ſupereſſe reconciliationis breui componendæ. Rex attamen veritus quonam hæc res tandem euaderet, filium natu grandiorem Henricum iubet coronationis ritu ſolenni in Regem inaugurari. Quod breui poſtea ab Archiepiſcopo Eboracenſi Rogero, & alijs Epiſcopis, Cantuarienſi abſente perfectū eſt. Sub id ipſum tempus reconciliatio tandem conficitur, & Archiepiſcopo reditus ad ſuam ſedem permittitur, ita tamen, vt in gratiam regiam, non eſſet planè recipiendus, donec moderate ſe aliquandiu gerendo hoc ipſum quodammodo meritus videretur. Quod licet ſe facturum recepiſſet, tam procul tamen abfuit vt id præſtaret, vti vix dum reuerſus, excommunicationis fulmina eiacularet protinus in Epiſcopos, qui coronationis ritum nouo regi impenderant. Qui fulmine huiuſmodi tacti ſunt, ad Regem in Normannia agentem confeſtim properant, qui ira percitus & ſui vix compos præ iracundia, inter alias voces ſummi doloris indices, execrandum ſibi diem pronunciauit quo hominem tam proteruum ad Archiepiſcopatum extuliſſet, aut eiectum reſtituiſſet; non futurum dicens vt ab vno ſacerdote maieſtas Regia impune adeo conculcaretur, niſi beneficiorum acceptorum immemores & ingratiſſimos multos circa ſe haberet. Præſentes tum fuerunt inter alios, quatuor milites, Reginaldus filius Vrſi, Hugo de Morteuilla, Gulielmus de Tracy & Richardus Brito, qui ex dicto Regis ſermone colligentes, obſequiuum ſe illi præſtituros gratiſſimum ſi Archiepiſcopum interemiſſent, in Angliam illico traiecerunt. Ille interim magna famulorum caterua ſtipatus, poſt exilium ſeptenuale Cantuariam fuerat reuerſus, à Monachis ſuis ſummo gaudio & gratulatione exceptus. Inde Londinum profectus eſt primū, deinde Woodſtochiam vt ibi Regem iuniorem conueniret. Ille vero conſpectum eius non ferens, aduenienti miſit obuiam qui faceſſere iuberent & Epiſcopos excommunicatos abſoluere priuſquam regiæ ſe exhiberet præſentiæ. Hæc tamen homi-

nis

nis pertinaciam adeo non fregerunt, vt Cantuariam ferociot quã ante & elatis criſtis tumidior reuerſus videretur. Nam excommunicationes prædictas Cantuariæ in ipſo Natalis feſto denuo promulgauit, anathemate inſuper percuſſo Ranulfo Broco, qui fructus Archiepiſcopales ſe abſente iuſſu regio collegerat, alijſque nonnullis. Hæc militibus antea nominatis nunciata cum Cantuariam veniſſent in feſto Innocentibus ſacro qui ab Herode trucidati ſunt, magis adhuc in propoſito illos confirmarunt. Hij igitur poſtridie Archiepiſcopum adeuntes, hæc dicunt Regem mandare, primum, vt ad filium ſuum profectus, cuius coronationi apertis calumnijs detraxerat, homagium ei & fidelitatem pro Archiepiſcopatus ſui Baronia præſtet: Tum vt Clericos quos ab exiljo peregrinos in Angliam ſecum duxerat, de fidelitate & obſequio iuramento Regi caueant; Deinde, vt Epiſcopos cæteroſque excommunicationis ſententia irretitos abſolutione faciat laxari. Quibus ille paucis reſpondit, Regem vel à ſe vel ab aliquo ſuorum, iuramentum quod exigere iure non poſſit, nulla vi aut ratione extorturum. Epiſcopos autem alioſque qui coronationem Regis iunioris celebrantes, ſibi & Eccleſiæ ſuæ manifeſtam iniuriam intuliſſent, à Papa, non à ſe excommunicatos, quos non grauate abſolueret, ſi damnum illatum iuramento promitterent reſarcire. Regi nimirum ipſi æquum videri, vt Eccleſiæ ſuæ factam contumeliam authoritate Eccleſiaſtica reformaret. Poſt multa iurgia & diuturnam diſceptationem, Archiepiſcopo minis illorum quantumvis atrocibus ne minimum cedente; abeunt illi, monachis regio nomine imperantes, vt Archiepiſcopum obſeruarent, nec elabi paterentur, niſi regia prius perſpecta voluntate. Eodem tum poſteà die, templum vix ingreſſo Archiepiſcopo vt veſpertinis precibus intereſſet, irrumpunt derepentè, & euaginatis gladijs, elata voce clamantes, Vbi eſt regni regumque proditor Archiepiſcopus? Redeuntem vt illis iret obuiam, in tertio quartoue gradu quo ad chorum aſcenditur, vulneribus multis conficiunt. Cuius cadauer cum milites aut in mare proijcere, vel in minuta fruſta concidere decreuiſſent, à Priore atque monachis tale quippiam verentibus,

tibus, mox ſine vlla dilatione humatum eſt in crypto ſubterraneo, vnde poſtea elatum eſt in orientalem partem Eccleſiæ & thecæ conditum pretioſiſſimæ, auro quippe gemmiſq; vſque quaque contectæ, ipſo nimirum in ſanctiſsimorum martyrum album aſcriptô. Papæ quamprimum hoc parricidium innotuit; non ſolum percuſſores ipſos, ſed qui vllo modo conſenſum aut auxilium homicidio dediſſent, excommunicavit omnes. Rex cum adhibito iuramento ſe huius cædis imminem confirmaſſet, coactus tamen eſt pœnas luere, eaſque tales, vt mirari non poſsim non vehementer, Principem magnanimum ad tantam vſque contumeliam perferendam ſe demiſiſſe. In his nimirum erant, vt ducentos milites per annum vnum integrum in terra ſancta bellum geſturos ſuis ſumptibus aleret (ferri hoc poterat) tum vt ad noui iſtius martyris tumulum flexis genibus oraret (ridiculum) deinde (proh pudor) vt in monachorum capitulo à ſingulis ordine fratribus vno virgarum plecteretur verbere; Deniq; vt conſuetudinum declarationem Clarindoniæ promulgatam, quæ omnibus his turbis occaſionem potiſsimum dederat, revocaret & edicto ſuo irritam declararet. Mandatis Papalibus, tam iniquis, tam abſurdis Monarcha ſui ſeculi potentiſsimus & clariſsimus non auſus refragari, primo quoq; tempore obtemperauit. Hæc cędes quæ Decemb. 28. 1170. patrata fertur) à tribus Poetis totidem diſtichis (quam vere non pronuncio) certe non ineleganter deſcripta eſt, ijs nimirum quæ ſequuntur.

Pro Chriſti ſponſa, Chriſti ſub tempore, Chriſti
In templo, Chriſti verus amator obit.

Quinta dies Natalis erat, flos orbis ab orbe
Carpitur, & fructus incipit eſſe poli.

Quis moritur? præſul. Cur? pro grege. Qualiter? Enſe.
Quando? Natali. Quis locus? Ara Dei.

39. RICHARDVS.

POſt cædem Beketti menſe vix vno aut altero tranſacto, Februario nimirum proxime ſequenti, Robertus quidam Abbas 1171. *Henr.* 2. 18.

Abbas Beccenſis, Eccleſiæ Cantuarienſi præficiendus eligitur. Ille vero ceu procellas metuens qualibus Bekettum iactatum vidit, ſeu quietem monaſticam ſplendori pontificali anteponens;electioni de ſe factæ conſentire renuit. Egit deinde cum Priore & Monachis Cantuarienſibus rex, vt grauem aliquem & prudentem virum Archiepiſcopum deſignarent, ac ſedato ingenio præditum, ne ſi in turbulentum & ſeditioſum rurſus inciderent, reip. id detrimento fieret, & contentiones inter regnum & ſacerdotium nuper natas, iam fortaſſis cum Beketto extinctas, denuò reſuſcitarent. Obtemperant illi, & Richardum quendam Monachum Benedictinum,Cœnobij Douerenſis Priorem ſuffragijs ſuis Archiepiſcopum creant, qui à Rege ac Pontifice probatus, & Anagniæ deinde ab Alexandro 3. Papa conſecratus eſt. Inſigni vir prudentia, egregie liberalis, benignus, comis & affabilis. Quibus artibus effecit, vt & Regem & Pontificem ſemper habuerit propitios, nec vnquam inter illos ſimultas vel leuiſſima interceſſerit. Hunc nimirum muneribus permulſit crebris potius quam magnis, illum vero obſeruantia morumq; commoditate. Sedit annos plus,minus vndecim : Quo toto tempore adeo nihil geſſit memoratu dignum, vt iam deinceps non ſit quod de illo ſcribam, niſi forte certamen inter illum & Eboracenſem de primatu exiſtimes commemorandum, quod diu ſopitum, excitauit denuò Rogerus Eboracenſis, Regiæ confiſus gratiæ. Concilium Weſtmonaſterij coegerat Hugocio Pontificis Legatus : Cumque ſub vmbella in ſolio ſublimis conſediſſet; locum à dextra Cantuarienſis occupauit, ſiniſtram relinquens Eboracenſi, quam is dedignatus, ſe medium nititur intrudere inter Legatum & Cantuarienſem, & eo non cedente, in Primatis ſui gremio ſeſſum iuit. Tam inuſitato ſpectaculo Epiſcopi præſentes cõſternati, hanc tantam temeritatem reprehenderunt acriter, ſed fruſtra. Quapropter famuli ac miniſtri Cantuarienſis contumelia Domino ſuo illata commoti, Eboracenſem à gremio Cantuarienſis vi detrahunt,humi deiectum pedibus conculcant, pugnis contundunt, & Archiepiſcopales veſtes in fruſta dilacerant. Hæc videns Legatus & ſibi male

mc-

Digitized by Google

metuens (ſiquidem cœptæ ſeditionis finem quis ſe confidat proſpicere?) diſceſſit propere, cumq; è veſtigio ſequitur Cantuarienſis, cum famulis ſuis, relicto Eboracenſi humi proſtrato. Qui anhelus tandem & ſemianimis exurgens, properat ad Regem, ſic vt erat puluerulentus, pannis obſitus, ſanguine conſperſus, ac attonito vehementerq; miranti quid rei eſſet, querimoniam contra Cantuarienſem inſtituit grauem: ſed intellecta veritate, iracundia regia iam pullulans, in riſum & cachinnos ſoluta eſt. Hic igitur cum nihil obtineret, Papam aggreditur, ad cuius tribunal lite diu agitata, magna vis pecuniæ profuſa eſt, neq; profectum quicquam. Quæ de Roberti Archiepiſcopi exitu referuntur, hæc ſunt. In prædio ſuo Wrothamenſi ſomno compreſſus, viſus eſt ſibi videre quendam percontantem à ſe quiſnam eſſet, cumque obmuteſcens metu (nam neſcio quid terrificum præ ſe ferebat) nihil reſponderet; Tu (inquit) is es, qui Eccleſiæ bona tuæ fidei commiſſa diſſipaſti, & ego te de terra diſſipabo; tumq; protinus euanuit. Hoc ſiue viſum, ſiue inſomnium narrauit poſtridie Archiepiſcopus familiari cuidam iter vna facienti; vixq; finem fecerat loquendi quando morbo derepente correptus, ad villam Eccleſiæ Roffenſis quæ Halling appellatur ægre potuit peruenire. Decumbens ibi, colicis doloribus per aliquot dies excruciatus, nocte quæ Februarij 17. præceſſit expirauit anno 1183. Corpus eius Cantuariam delatum in Capella beatæ Mariæ honorifice tumulatum eſt.

40. BALDWINVS.

POſt mortem Roberti Archiepiſcopi, lis enata eſt inter Epiſcopos ſuffraganeos prouinciæ Cantuarienſis, & Eccleſiæ Cantuarienſis Monachos, de iure noui Archiepiſcopi eligendi, quod vtriq; magna contentione ſibi vendicabant. Et negari certe non poterat (quod etiam ex præcedentibus ſatis liquet) ab vtriſq; ius huiuſmodi vſurpatum fuiſſe. Rex igitur cupidus moderatum aliquem & ſedato ingenio præditum huic ſedi præficiendi, cum Monachorum cœtu primum egit hac de re, ac poſtea deinde cum Epiſcopis. Et nequa diſſentio inter illos exoriretur, petitum eſt in primis vti coniun- 1184. *Henr.* 2. 31.

 ctis

ctis votis in vnum aliquem talem consentirent, id quod à Monachis adeo non probatum est, vt appellatione facta, causæ cognitionem ad tribunal Pontificium transtulerint, vbi nouem mensium spatio magnis vtriusq; partis sumptibus lis agitata est. Episcopi tandem potiores euaserunt. Rescripto nempe Papali imperatum est, vt coniuncti simul omnes tam Monachi quam Episcopi suffraganei vnum aliquem eligerent. Cumque ad tempus & locum designatum Monachi non conuenirent; suis calculis Episcopi Archipræsulem crearunt, Baldwinum Wigornicnsem Episcopum. Hanc electionem vt irritam redderent, à Monachis vehementer sudatum est, qui tamen profitentur non alium potius se electuros, sed exemplum non placere. Rex igitur (qui Baldwino mirifice fauebat) rogare Monachos non destitit, donec tandem impetrasset, vt eundem ipsi quoq; electione facta designarent; sed hac lege & conditione, vt ipse, Episcoporum electioni, & Episcopi, eligendi iuri in perpetuum cederent & renunciarent. Quibus omnibus ex animi sententia confectis, translatus est ad hanc sedem Baldwinus sub exitum anni 1184. & Maij 19. 1185. in Archiepiscopali throno Cantuariæ solenniter collocatus. Baldwinus iste ignoti pauperis filius Exoniæ natus, ad virilem ætatem quamprimum peruenit ludum aperuit; inde ordinibus sacris initiatus, propter mores probatissimos & insignem vitæ sanctimoniam Archidiaconus factus est: Quo munere non diu functus abdicauit, & inter Cistercienses Monachos ascriptus est, in quo ordine vno duntaxat anno transacto, Fordensis Abbas in Deuonia creatur. Anno tandem 1181. Wigornicnsis fit Episcopus, & postea (sicut antea retulimus) Archiepiscopus Cantuariensis, ex eo ordine (Cistercicnsium inquam siue albatorum Monachorum) primus qui ad Archiepiscopale solium conscendit. Giraldus Cambrensis, qui ipsum tam in peragranda Wallia quam in expeditione Hierosolymitana comitatus est, sic hominem describit. *Colore fuit fusco, vultu simplici ac venusto, statura mediocri, habitudine corporis bona, sed tenui non crassa: Modestus ac sobrius, abstinentiæ magna, vt vix vnquam in ipsum quicquam siniſtrum*

ausæ

ausa fuerit fama præsumere, sermone parcus, ad iram tardus, literarum studijs à pueritia imbutus, ingum Domini ab adolescentia portans. Hoc solum in eo reprehendit quod ob morum facilitatem, delictorum alienorum non esset satis seuerus & acris castigator, *Monachum*, dicens, *meliorem fuisse quam Abbatem, & Episcopum quam Archiepiscopum.* Quam etiam ob causam sic dicitur affatus eum Papa in Epistola quadam, *Vrbanus seruus seruorum Dei, Monacho feruentissimo, Abbati calido, Episcopo tepido, Archiepiscopo remisso salutem, &c.* Non possum satis mirari, homini tali ingenio prædito, tantum obuenisse molestiæ. Cum Regibus semper pulchre cõueniebat. Monachi vero sui Cantuarienses nunquam eum sinebant quiescere ; cuius rei causam breuiter explicabo. Rex, cui multum sæpe facesserat negotij monachorum dictorum petulantia, eligendi Archiepiscopi ius extorquere illis techna quam mox commemorabo, conatus est. Baldwino Archiepiscopo author fuit, vt collegium ædificiorũ structura magnificum, mox amplis possessionibus ditandum Hakintonæ inchoaret, quæ pagus est nunc S. Stephani dictus, & à ciuitate Cantuariensi vnius milliaris circiter dimidio dissita est. In hoc collegio debebat Rex Canonicatum vnum instituere, prout Episcoporum Cantuariensis prouinciæ suffragancorum vnusquisq; vnum. Ita Canonici erant futuri in vniuersum 20. quorum loca vacantia à fundatoribus erant disponenda. Ad Archiepiscopum quod attinet, illi, Ecclesiæ cæterorumque ædificiorum incumbebat structura, quam sumptu is permagno decreuit perficere. Huiusce vero incœpti non alius erat scopus aut finis, quam vt hoc pacto Archiepiscopi electionem traducere possent à Monachis (hominibus tam imperitis quam indoctis & tamen valde pertinacibus) ad alios quos sanis cõsilijs facilius obtemperaturos confiderent, hos nimirum præbendarios siue Canonicos, quos erat credibile, in tanti momenti negotio patronorum suorum monitis, & consilijs morem gesturos. Ac ista quidem vt ex animi sententia conficerent, collegium istud placuit dicari noui martyris honori Sancti Thomæ, cuius fama vbiq; id temporis tam celebris erat, vt conatum aliquem impedire

pedire qui ad eum illuſtrandum tenderet, piaculum ducere-
tur. Quapropter, futurum ſperabant, vt Pontifex perſuaderi
ſibi non difficulter pateretur, annuere vt electionis ius à
Chriſto (cuius nomini Eccleſia Cantuarienſis dicata eſt) ad
Thomam traijceretur. Bene iam res proceſſerant; locata e-
rant fundamenta, materia comportata & prædia ad Canonicos alendos aſſignata, quando ſuſpicaces Monachi quo tenderet hæc tanta diligentia coniectantes, de iniuria ſibi intentanda Romæ querimoniam inſtituerunt. Ædificia interim ſurgebant, Eccleſia ſolenniter conſecrata eſt, & præbendariorum nonnulli inſtituti ac per inſtallationem (vt loquuntur) noui muneris poſſeſſionem adepti (hij omnes ſeculares erant ſacerdotes, qualis nimirum ante pontificatum ipſe Thomas) quando Monachi, precibus aſſiduis, muneribus crebris, & nullo non contentionis genere adhibito, decretū à Papa impetrarunt, quo imperatum eſt, noui huiuſce corporis compaginem diſſolui, ædificiaq; dirui ac ſolo æquari. Ea fuerunt tempora, vt cum voluntate Papæ neceſſitas ineuitabilis eſſet coniuncta, adeoq; tanti moliminis conatus, vnico oris ſpiritu, tanquam paleas aut aranearum telas, diffiare potuerit Æolus iſte Romanus, diſſipare, & in nihilum redigere. Quid plura? Dictum & factum. Accidit paulo pòſt vt Vrbanus Pontifex qui monachorum cauſæ magnopere faueba, excederet è viuis, defuncto vero ſuccederet Gregorius octauus, apud quem gratia & authoritate multum ſe poſſe Baldwinus confidebat. Placuit igitur prius illud cœptum repetere, & ſemel adhuc fortunam tentare, ſi forte nouo hoc pontifice fauente, petitum ſcopum, quauis alia via ac ratione, tandem tamen poſſet attingere. Ab Eccleſia & Epiſcopo Roffenſi prædium acquiſiuit Lamethæ, iuxta ripam Thameſis, è regione Weſtmonaſterij, vbi nunc villa eſt Archiepiſcopalis in qua etiamnum hodie reſidere ſolent vtplurimū Archiepiſcopi. Huc omnem illam materiem facit comportari quam ad Hakintonenſis Collegij ſtructuram parauerat, & hic nouam Eccleſiam conſtruere aggreditur, frementibus Monachis & neſcio quid minitantibus. Sed hunc porro conatum boni viri mors interrupit. Richardus Rex, vt coniura-

tionis

tionis aduerſus patrem crimen expiaret, ad terram Sanctam magnas duxit copias, vt bellum ibi gereret cum Saracenis. Proficiſcentem, paulo pòſt ſequutus eſt Baldwinus. Noſtrorum partes ibi iuuit magnopere, concionando, conſulendo, pecunias egenis erogando, & morum ſanctiſſimorum exemplo, donec tandem in Ptolemaidis obſidione morbo correptus graui, occubuit, ſeptem fere per annos Archiepiſcopali functus munere. Quaſcunq; reliquit opes, militibus diſtribui mandauit ex arbitrio Huberti Sarisburienſis tunc Epiſcopi, qui ipſi paulo pòſt ſucceſſit.

41. REGINALDVS FITZIOCELINVS.

STatim vt de Baldwini obitu Rex reſciuit, amandato in Angliam nuntio, à Monachis Cantuarienſibus per literas vehementer contendit, ne alium aliquem Archiepiſcopali ſedi præficiendum curarent, quam quem ſibi probatum iri confiderent. Et hoc vt impetraret facilius, omnes regni Epiſcopos Cantuariæ iuſſit conuenire. Monachi interea metuentes, ne huius congreſſus ratione, de iure electionis vetus controuerſia denuo ſuſcitaretur; Reginaldum Epiſcopum Bathonenſem, Iocelini Epiſcopi Sarisburienſis filium, electione facta, Archiepiſcopum declarant, ſed clanculum & celata electione, donec tandem Epiſcopis omnibus congregatis, quid fecerint aperiunt, & Reginaldum inuitum ac reluctantem, ad ſolium Archiepiſcopale pertrahentes, ibidem per vim collocant. Quantumuis vero renitentis ſpeciem tunc præ ſe tulerit & lachrimis effuſis obteſtatus fuerit vt alium eligerent; poſtridie tamen interrogatus ab Archiepiſcopo Rothomagenſi (qui regias tunc vices agebat, deiecto nuper ab adminiſtratione Elienſi Epiſcopo) vtrum electioni de ſe factæ conſentiret; tam procul eſſe reſpondit vt ambitione motus hunc tantum honorem concupierit, nihil vti magis optet quam mutata Monachorum ſententia alium deſignari: Si vero id ſibi non patiantur perſuaderi, quamuis inuitum & tantum oneris ſuſcipiendum ab intimo corde dolentem, ne tamen Deum habeat iratum, conſentire, neq; refragaturum amplius. Mittuntur illico Romam qui pallium & confirma- 1191. *Ric.* 1. 3.

tionem illi expediant, qui celeriter confecto negotio reuersi, Reginaldum tamen in vivis non repererunt. Animam nempe exhalarat, Dogmersfeldiæ, in ipso Natalis festo, 1191. dies post confirmationem eius 15. post electionem vero 49. & in Ecclesia sua Bathonensi sepultus est.

42. HVBERTVS WALLTERVS.

1193. Ric. 1. 5. HÆc dũ agerentur domi, Richardus Rex ab expeditione Hierosolymitana revertens, capitur in itinere per Leopoldum Austriæ Ducem, à quo in vinculis integrum per annum detentus est, vt simul & Rege careret regnum, & præsule Cantuariensis Ecclesia. Ille igitur quem non latebat quantum reipub. interesset, grauem aliquem & prudentem virum tempore tam difficili in ea collocari sede; ac perspectas habens in Huberto Sarisburiensi Episcopo egregias animi dotes complurimas, qui ipsum in tam longo & periculoso itinere comitatus fuerat: Nullum sibi lapidem non mouendum existimauit, quo eum ad Archiepiscopatum primo quoq; tempore curaret euehendum. Natus est Hubertus iste West-derhamiæ in Norfolcia, educatus vero sub Ranulfo de Glanfeld supremo Angliæ Iudice siue (vt loquimur) Iusticiario. Ex Decano Eboracensi, Sarisburiensis factus est Episcopus anno primo Richardi Regis, opera præcipue Baldwini Archiepiscopi, qui viuens eum dilexit vnicè, & moriens testamento hæredem fiduciarium constituit. Cum Decanus adhuc esset Eboracensis, à Galfrido quodam Galfridi filio prædia quædam emit in West-derhamia vbi natus est, & ibi monasterium condidit Monachis Præmonstratensibus, pro suæ (vt in fundationis charta ipse loquitur) patris ac matris, ac Radulphi de Glanfeld & Bertæ vxoris eius animarum salute, à quibus se nutritum profitetur. Cæterum ad Archiepiscopatum, hoc pacto electum ferunt. A Monachorum Cantuariensium cœtu, Rex captivus enixe petijt per literas, vt virum aliquem tanto dignum munere, vacanti sedi mature præficiendum curarent; certum vero aliquem hominem nominatim eis non commendauit, propter recentem, quam ab ijs tulerat in simili causa repulsam.

Attamen

Digitized by Google

Attamen quid illi eſſet in votis, ipſos non latebat. Alienoræ deinde matri ſuę & Rothamagenſi Archiepiſcopo per literas mandavit, vt Epiſcoporum concilium Londini cogerent; qua re Monachis nunciatâ, veriti ij, ne convenientes Epiſcopi, aliquem eligendo, iuri ſuo præiudicarent; deinde ſi ipſi, Archiepiſcopum conſtituere niterentur quempiam, Regi parum gratum, operam perderent, eo quòd Pontificem miſericordiâ ob captivitatẽ Regiam affectum, bene illi velle inaudiverant: Hubertum ſponte ac non rogati elegerunt; & electionem ad crucẽ Paulinam derepentè promulgarũt, cum magno Reginæ, & Procerum, omniumque adeo ordinum gaudio. Dum Romæ pallium peteretur, animo ſecum reputans, quantum Baldwino pepererat moleſtiæ Monachorum Cantuarienſium contemptus; vt apud illos gratiam iniret, Monaſticis ſacris ſe curavit initiandum Mertonæ, id qnod à Reginaldo anteceſſore recenter factum noverat. Omnibus tunc nervis in id incubuit vt pecuniam vndique corrogando, haberet vnde lytrum captiui Regis perſolueret. Quam rem ſolerter adeo procurauit; tam Clericis quam Laicis totius regni omnibus cunctorum fructuum per vnum annum provenientium partem quartam promptiſſimè largientibus (ſimul cum argento cælato & alijs Eccleſiarum ornamentis, quæ etiam diuendita ſunt) vt imperatam pecuniam cito confecerit, centum nimirum & quinquaginta marcarum millia. Reverſus Rex, ijs honoribus hominem cumulauit, vt potentiorem ſubditum in noſtra Britannia ſol nunquam viderit. Nam Archiepiſcopum iam antea & Pontificis Legatum, Cancellarium creavit, & ſummum Angliæ Iudicem ſiue Iuſtitiarium, omniumq; ditionum tam in Anglia quam alibi, ſe abſente præſidem atq; guberna torem, ac præter alia multa, nobilium pupillorum regni (munus quæſtuoſiſſimum) illius fidei commiſit. Hac tanta potentia tam prudenter & moderate is vſus eſt, vt Regis ſimul gratiam, populiq; benevolentiam ſibi conciliarit, facinoroſos tamen egregie caſtigarit, reliquos in officio continuerit, tumultus prudenter ſedaverit, ſeditioſiſq; fortiter reſtiterit, ac repugnarit. Non defuerunt tamen tunc temporis nec ſine

cauſa fortaſſis) qui ambitionem hanc immoderatam reprehenderint, quòd tot ſimul muneribus ſe ingeſſerit. Traditur inter alios optimatum, quendam, his verbis niniam hominis cupiditatem taxaſſe. Vidimus (inquit) iam antea Cancellarium Archiepiſcopum creari, ſed qui iam Archiepiſcopus Cancellariatum dignaretur aſſumere, ante te ipſum hucvſq; repertus eſt nemo. Quapropter conſultum putavit, ambitioni ſuæ, velum obtendere neceſſitatis ex voluntate Regia. Annis igitur vix integris duobus tranſactis ex quo tot ſimul onera in ſe ſuſcipere non eſt veritus; cupiditatem ſimulavit munera illa omnia à Laicis geri ſolita abdicandi; quod vt bona Regis cum gratia ipſi facere liceret, crebris cum Epiſtolis obtundere non deſijt, in quibus hoc ipſum impensè quotidie flagitavit, dicens Eccleſiæ ſuæ rectè adminiſtrandæ vix quenquam parem; huic igitur curandæ ſe totum deinceps dicaturum. Hæc ille: exiſtimans nimirum, alium neminem habere Regem negotijs illis pertractandis tam idoneum, ideoq; rogaturum iterum iterumq; ne de abdicando vnquam cogitaret. Cæterum præter ſpem evenit, vt Rex quanquam hanc eius petitionem aliquandiù non probare videretur, ipſa tamen rei æquitate victus, tandem ſuccumberet. Hic nunc Hubertus ſua captus indagine, inexlebilem dominandi cupiditatem vltro prodidit. Nam numerata Regi ingenti pecunię ſumma, videlicet vndecies centenis marcarum millibus; hanc dicit ſe ad vſum Regis hoc vltimo biennio collegiſſe; & optare, vt qui in muneribus à ſe hucvſq; obitis ſint ſucceſſuri, pecuniam non minorem proximo biennio inferendo, ſimile diligentiæ edant ſpecimen. Id vero ſi Rex non ſperandum exiſtimet; ſe licet ſenem ac valetudinarium & paſtorali officio præpeditum, haud tamen recuſare, tam reip. quam Eccleſiæ operam ſuam adhuc pauliſper præſtare. Sic, vt honeſte videretur emere quod temere abiecerat; calliditatem & ſimulationem ſuam iactura mulctavit aureorum tot millibus, vt ſeptima eorum parte, à captivitate ſe non ita pridem Rex potuerit redimere. Hoc vno dempto vitio, ambitionis inquam (ad quam maxima plerunq; ingenia maxime propendent) egregia profecto

cto virtute vir fuit, & dignus cuius memoriam posteri celebrent; Nempe (vt loquitur Giraldus) *Principis erat frenum & tyrannidis obstaculum, populi pax & solatium, maiorum pariter & minorum suis diebus contra publicæ potestatis oppressiones in necessitate refugiũ.* His licet adijcere, Regibus fidelissimum semper extitisse & reip. amantissimũ, in qua multas leges saluberrimas condidit quæ in hodiernum vsq; diem vim obtinent. Hæc vero, ac deinde in bellicis rebus quid patrię præstiterit, malim apud annales petas, quam me audias narrantem. In familiæ copia & splendore, magnificentiam Regiam æmulari non est veritus, & tamen ingenti sumptu opera perfecit magna plurimaq;. Nam vt Cœnobium Deramense antedictum prætermittam; aliud præterea Cisterciensibus Monachis Wulferamtoniæ construxit, quamuis morte abreptus, haud plane absolverit: Arcem Londinensem (quam Turrim appellamus) mœnibus & fossa cinxit profunda, cui Thamesin immisit, ita vt fluviatili aqua vndique circunderit, id quod ante illum nemo vnqnam potuit præstare: Archiepiscopatum magnificis ædificijs ornavit & multis proventibus ac prædijs locupletauit: Præterea non tantum suas, sed Monachorum quoq; possessiones amplissimis firmavit priuilegijs, quæ pristinis antiqui iuris Anglicani vocabulis nuncupantur, Geld, Dangeld, Hidagium, Warpon, Bloudwhit, Childwhit, Villenagium, multaq; similia, quæ quid sibi velint ego certe tam doctus non sum vt intelligam. Deniq; Ecclesiæ suæ Cantuariensi dedit Ecclesiam Halegastensem, ea lege, vt nullum alium in vsum fructus eiusdem impenderentur, quam in libris coemendis & bibliotheca reparanda. Sed nulla erat vel munificentia, vel magnificentia, nulla tanta potentia vel potentium gratia, quæ à Monachorum suorum malitia tutum eum & immunem potuerit præstare. Missis ad eos Abbatibus tribus, Waltamensi videlicet, Redingensi, & Chertesiensi, partim precibus, partim suasionibus inducere eos nititur, vt Ecclesiæ structuram à Baldwino Lamethæ cœptam, eiusq; morte ac temporum difficultate intermissam, à se iam tandem perfici non gravate patiantur. Illi vero omnem eiusce rei mentionem

tionem auerſati; vix dato reſponſo, ad Pontificem protinus Romanum prouocatione facta, multorum criminum, coram illo reum faciunt Archiepiſcopum. Cætera vtcunque potuerit deluere, adeo hæſit illud de politicarum rerum adminiſtratione crimen; vt mandatum ſtatim emanaret, qua ſub anathematis pœna, imperatum eſt, vt tam Cancellarij quam Inſtitiarij munere ſe confeſtim abdicet. Sed & Eccleſiam Lamethenſem diruere oportuit ac ad fundamenta vſque demoliri. Poſtea tamen decreto nouo permiſſum eſt, vt aliũ ibi Archiepiſcopus conſtruat, modo non ijſdem curratreſtigijs, modo etiam prouentibus non dotetur vltra centenas libras annuas, Epiſcopi etiam ibi ne conſecrentur, Abbates non benedicantur, non conficiatur Chriſma, Archiepiſcopus ipſe ibi miſſas non celebret, Canonici item viginti (nec plures) in ea inſtituantur. Hac ſic lite compoſita & politicarum rerum adminiſtratione exoneratus, ætatis quod ſuperfuit, Hubertus tranquille & pacificè tranſegit. Ricardo Rege defuncto, qui ſucceſſit Ioannes, eo, minus familiariter aliquandiu vſus eſt. Nec mirum: Nam fratrem is Regem in ordinem redigere non ſemel tentauit, coniurationibus aliquot contra illum factis, quæ vigilantia & prudentia Huberti patefactæ ſunt & oppreſſæ. Tandem vero cum experientia docuiſſet quam male poſſet tanti viri conſilio carere, omni veterũ ſimultatum memoria depoſita, in intimam eum gratiam recepit, hoſpitio eius Cantuariæ vſus eſt (vbi magnificentiſſime exceptum ferunt) & in Normanniã diſcedens, totius regni gubernacula fidei eius commiſit. Cum Archiepiſcopatui annos præfuiſſet 11. ac menſes 8. febricula correptus in itinere Roffam petens, vt lites inter Epiſcopum & monachos ibidem obortas conponeret; ad mannerium ſuum Tenamenſe coactus diuertere, cum quatuor duntaxat dies decubuiſſet, animam exhalauit. Conditus fertur in muro qui eſt è regione auſtralis partis chori, vbi monumenta olim vidimus coniuncta ipſius & Walteri Reynald, qui ipſi longo poſt tempore ſucceſſit, id quod elogia tunc teſtabantur inſcripta, quæ poſtea neſcio quo pacto deleta audio.

43.

Digitized by Google

43. STEPHANVS LANCTON.

HVberti mortem adeo non luxit Ioannes Rex, vt ea nun- 1206.
ciata exultans gaudio, iam demum Angliæ ſe reuera *Ioan.* 8.
Regem diceret. Si vero intellexiſſet, tanto viro orbatus, quantam inde iacturam feciſſet, quantaſq; turbas mors eius eſſet excitatura; ſe tum primum amittere regnum videſſet, paruique pependiſſet opes ab illo relictas, quas etſi teſtamento Hubertus legaſſet, ipſe tamen Cantuariam profectus abripuit omnes & fiſco intulit ſuo. Neque vero minori gaudio monachi elati ſunt, parum gnari, quantarum calamitatum illis mors eius cauſa eſſet futura. Illi namq; cupidi ius electionis hactenus controuerſum vſurpandi, & verentes ne libertas eius petitione Regis imminueretur; clanculum & intempeſta nocte ad electionem properantes, Reginaldum ſiue (vt habet Walſingamus in Ypodigmate) Reinerum ſubpriorem ſuum Archiepiſcopum renunciarunt & in Archiepiſcopali ſolio collocarunt, iuramento prius adactum, ne electionem hanc palam faceret, aut ſe vllo modo pro electo gereret donec Romam ad Pontificem perueniſſet. Atqui iuramenti huiuſce parum ille memor, quam primum tranſmarinas oras attigiſſet, electum Cantuarienſem ſe paſſus appellari, diploma electionis vbique oſtentauit. Quam fidei violationem iniquiſſime ferentes ij ipſi qui elegerant, & inde electionem prædictam irritam factam exiſtimantes; veniam temeritatis à rege humiliter petunt, & vt iam bona eius cum gratia alium liceat deſignare; id quod is eo libentius annuit, quia non alium videbantur electuri quam Ioannem Graium Norwicenſem Epiſcopũ, quem Rex omnium maxime expetebat Archiepiſcopum creari. Is tunc temporis in aquilonari regni plaga, negotia quædam Regis procurabat: Mature vero accerſitus, debita cum ſolennitate eligitur, electione coram Rege & populo præſente publice promulgata. Electionibus hiſce Pontifici exhibitis, & Monachorũ præſentium nonnullis primum confirmari, pleriſque vero poſteriorem, flagitantibus: Ille monachorum diſcordia in rem ſuam abuti conſultum exiſtimans; cum vtriſque agit clan-

clanculum, vt vtroque neglecto, tertium à se nominandum recipiant, Stephanum videlicet quendam Langtonum, Cardinalem Romanum, hominem certe ob plurimas animi corporisque dotes laudandum & tanto honore non indignum, si legitime eum fuisset adeptus. Patria Anglus erat, Lutetiæ vero educatus, vbi in magna Regis & procerum gratia complures annos vixit (factus etiam Academiæ quæ est ibidem Cancellarius) donec tandem Papa eruditionem eius admiratus, hominem Romam ad se vocatum, Cardinalem renunciauit. Conuentus siue cœtus monachalis pars multò maxima Romæ tunc fuit, alijs (vti diximus) Subprioris, alijs vero Graij, causæ fauentibus. Cum vtrisque Papa agit sedulo vt Langtonum eligant: deinde quod non impetrat imperat, & à precibus ad minas conuersus, sub anathematis pœna iubet eligi quem ipsi visum obtrudere. Quod cum metu coacti præstitissent; ab ipso Papa Viterbij agente, iste sic electus consecratus est Iunij. 17. Deinde, iracundiam Regis veritus Pontifex, literas, astutæ assentationis plenissimas ad eum dedit, in quibus laudato multum Stephano, quem merito creaturam suam vocabat, verbis quam potuit blandissimis rogabat, vt quod à se factum esset, ipse etiam vellet ratum habere, minas nonnunquam interponens obscure, si aliter facere in animum induceret. Rex huiusmodi literis nihil permotus, & ira iustissima percitus; monachos Cantuarienses in vniuersum omnes proscribit, proditionis crimen illis impingit, & nouo Archiepiscopo ne regnum ingrediatur interdicit. Quod cum Pontifici esset renunciatum; Episcopis tribus, Gulielmo Londinensi, Eustachio Eliensi & Maugero Wigornensi mandat, monachos nisi Rex reuocet, rebus suis restitutis, & Archiepiscopo temporalia (vt loquimur) confestim restituat; & ipsum & regnum vniuersum sacris interdicant. Episcopi non ausi non parere, & Rege mandato Papali morem non gerente, interdictum promulgant: Sed iracundiam regiam veriti, & assumptis secum Iocelino Bathoniensi ac Ægidio Herefordensis Ecclesiæ Episcopis, conscensa naue, ad transmarinas oras profugiunt. Proscribuntur illico, bona illorum fisco illata, & amici necessarijque eorũ omnes

Digitized by Google

omnes in exilium pulſi, quos ſuſpicaretur rex, opibus ſuis profugos quoquo modo iuuaturos. Interdicto hoc vigente, à ſacris vbique per totum regnum ceſſatum eſt, niſi quod infantes baptiſare, confeſsiones excipere,& in articulo mortis conſtitutis euchariſtiæ ſacramentum impertiri, facultas permiſſa. Huiuſmodi tam ſæuo interdicto cum nihil ſe proficere Pontifex videret;in Regem excommunicationis fulmen eiaculatur, & ſententia lata, regno regiaque authoritate excidiſſe pronunciat. Gladium Papalem tanquam hebetem & ad nocendum parum validum, hucuſque contempſit Rex: Perſpiciens vero tandem Gallorum Regem, iſtius excommunicationis prætextu regnum, ingenti exercitu coacto,inuadere paratum; ſubditos etiam ſuos ambigere, vtrum ſequi debeant, principem legitimum, an (ô craſſam illorum temporum cæcitatem) hominem extraneum cui in nos aut noſtra nequicquam omnino erat iuris: Labaſcere cœpit protinus; & periculi magnitudine perculſus, Archiepiſcopum admiſit, Epiſcopos prædictos monachoſque Cantuarienſes reuocauit, bonis quæ abſtulerat reſtitutis; & abdicato regno, vt à Pontificio Legato tanquam beneficiarius recipiat, penſionem mille marcarum annuatim pendendam diplomate ſuo pollicitus.In portu ſe iam nauigare exiſtimabat,quando procella derepente exorta, grauiſſimarum difficultatum fluctibus immerſum, in extremum eum periculum coniecit. Nam cum Pontificis gratiam (quam pretio ita magno redemerat) non minus validam exiſtimaret & potentem ad eum propugnandum quam fuiſſet ad oppugnandum: Illius iam fultus præſidio, nihil eſſe tam difficile iudicabat quod ſe non perfecturũ confideret. Ad inopiam igitur redactus per contentionem ante dictam & bella inde exorta; conuerſus eſt ad rapinas, reuocatis omnibus donationibus ante abdicationem factis, quas irritas eo prætextu pronunciauit, quod regnum à Papa ab omni onere immunem accepiſſet. Hinc procerib⁹ & populo grauis(Archiepiſcopo anteſignano) deſeritur à ſuis, qui rebellione facta, Ludouico Gallo ſe dedunt. Sedati ſunt tandem hij tumultus per mortem regis repentinam, quem veneno à monacho quodã propinato nonnulli

nulli ſublatum, plerique morbo ſiue ex perficorum eſu immoderato, ſiue ex ægritudine animi contracto, perhibent extinctum. Henricus filius eius qui vix dum decimum ætatis annum expleuerat, regno mox inauguratus eſt; Ludovicus faceſſere iuſſus; & proceribus propter rebellionem excommunicatis, anathematis vinculum laxatur. Archiepiſcopus & Clerici qui ſeditioſis ſe adiunxerant, haud illico recepti, nimirū vt abſolutionem pretio redimerent. Breuiter hæc & paucis à me perſcripta, quæ ab hiſtoricis noſtris copioſe tradita, cupienti facile eſt ab ipſis fontibus haurire. Rebus iam omnibus pacatis, Synodum celebrauit Langtonus in cœnobio Oſneienſi propè Oxoniam, vbi multa ordinata ſunt ſicut in Prouinciali Angliæ videre eſt. Inuenis quidam ibi fertur damnatus, qui ſe Ieſum Chriſtum nominauit, & in manibus, pedibus atque latere, vulnerum notas oſtendit. Hic nebulo cruci affixus eſt, vt ſaltem morte illi eſſet ſimilis, cuius nomen & perſonā tam ſtolide quā impie aſſumpſerat. Circa id ipſum tempus Thomæ Beketti oſſa, à theca marmorea in qua condita ſunt, hic Archiepiſcopus tranſtulit in feretrum pretioſiſsimum magna cum pompa & ſolennitate, Rege, procerum permultis, & plebeijs innumeris, exteris etiam & peregrinis quamplurimis preſentibus. Sumptuum quos in hac celebritate immenſos ſuſtinuit magnitudo, ſic Archiepiſcopatus facultates exhauſit, vt à quatuor deinceps ordine ſequutis Archiepiſcopis æs alienum tunc contractum diſſolui non potuerit. Sedit annos 22. & Iulij 9. 1228. deceſsit apud mannerum ſuum de Slindon in Suſſexia, vnde cadauer Cantuariam deportatum in capella D. Michaelis prope gradus auſtrales tumulatum eſt. Homo fuit egregie doctus, & multa ſcripſit, ſicut in Balæi Catalogo videre eſt. Illud in primis memorabile duco, quod ſacram Bibliam primus omnium dicitur in capitula diſtinxiſſe, ordinem ab eo conſtitutum ſequentibus, omnibus quæ vſquam iam inde ab eo tempore fuerunt Eccleſijs. Palatiū Archiepiſcopale Cantuariæ fere totum conſtruxit; & in horologij fabricatione magnos fecit ſumptus. Conditus fuit ſub ipſum altare capellæ prædictæ, vbi monumentum eius adhuc viſitur.

44. RICHARDVS WETHERSHED.

PAucis poſt Langtoni obitum diebus, Monachi Cantuarienſes, impetrata prius licentia regia, noui Pontificis electioni ſe accingunt, & Archiepiſcopum tandem deſignant è ſuo quendam corpore Walterum de Hempſham; quam electionem Rex grauibus de cauſis approbare aut ratam habere renuit. Electus nihiloſecius, Romam properat, confirmationem Pontificiam petiturus. Miſſi igitur à Rege Couentrenſis & Roffenſis Epiſcopi, qui ſtatim vt Romam perueniunt, de monachorum Cantuarienſium proteruia multa apud Pontificẽ conqueſti, qualem hominem ad Metropoliticam ſedem elegiſſent Pontifici exponunt; Monachum nimirum nullo rerum vſu præditum; literatura exigua; moribus adeo ſolutis vt moniali ſæpius compreſſa, aliquot ex ea nothos ſuſtulerit; natalibus etiam infamen, vtpote cuius pater ob furtum damnatus, ſuſpendio perierit; neq; vero ipſum mortem conſimilem non meritum, ſeditioſorum quippe ac rebellium facem nuper ac anteſignanum extitiſſe. Non valuerunt hæc Pontificem inducere vt electionem irritam declararet, priuſquam ad bellum contra Imperatorem gerendum, omnium mobilium bonorum tam à Laicis quam Clericis poſſeſſorum, pretij decimam partem per totam & Angliam, & Hiberniam colligendam, Epiſcopi fidem feciſſent. Tum verò electum prædictum à certis Cardinalibus examinatum, hominem pronunciauit, & imperitum, & indoctum adeoque tanto munere indignum, eamque ob cauſam excidiſſe Monachos à iure ſuo eligendi, idque ad ſedem Apoſtolicam deuolutum. Metuebant iam Legati, ne dum pollicitationi huiuſmodi Papæ fidem non haberet, ſuorum aliquem Archiepiſcopali ſolio ingereret. Miſſo igitur confeſtim nuncio, quid promiſerint Regem faciunt certiorem, rogantes, vt largitionis tam amplæ promiſſionem ratam habere non grauaretur, niſi malit, Romanum aliquem ſicut nuper Langtonus, ſibi pro Archiepiſcopo obtrudi. Annuit ille, adeoq; facile impetrat, Richardum Cancellarium Lincolnienſem oraculo Romano Archiepiſcopum pronun-

1229. *Henr.* 3. 13.

ciari.

ciari. Hunc Ranulfus Polychronici author, Richardum appellat de Wetherſhed, magnum Decanum Londinenſem, quem pleriq; Richardum Magnum nuncupatum cõtendunt. Vir is fuit procul dubio grauiſſimus, eruditus, prudens, facundus, moribus inculpatus, animo ſatis magno præditus, iurium Eccleſiaſticorum propugnator ſtrennuus, vultu etiam decorus, & erecto corpore procerus. Conſecratus eſt Cantuariæ per Henricum Roffenſem Epiſcopum Iun. 20. 1229. Rege, & proceribus magno numero præſentibus. Tempore præfuit exiguo, morte raptus immatura, cum duos tantum ſediſſet annos. Controuerſia interim exorta eſt inter ipſum & Hubertum de Burgo Cantiæ Comitem, de tutela Comitis Clarenſis in minori ætate conſtituti, quam ad ſe pertinere magna vi contendebat. Hubertus iſte, propter fortem & fidelem operam, tam Ioanni patri quam ſibi ſæpe præſtitam (inter alia arcem Douerenſem, firmiſſimum prope totius Angliæ propugnaculum, à Ludouico Gallo diù obſeſſum, paruis cum copijs defenderat) magna erat apud Regem gratia & authoritate. Cum igitur prædicti Comitis prædia Hubertum ingreſſum, & fructus ad ſe pertinentes occupaſſe, conqueſtus, nihil à Rege contra tam gratioſum poſſet obtinere; iniuriæ huiuſmodi authores omnes (Rege duntaxat excepto) excommunicat & Romam eueſtigio iter arripit. Regi quamprimum id innotuit, miſſi Legati, qui conatus omnes Archiepiſcopi quantum poſſunt impediant: Sed proficiunt nihil. Papa, facundia, grauitate, morumq; hominis elegantia plurimum delectatus, omnibus eius poſtulatis promptiſſime annuit. Attamen ex hac victoria exiguum retulit fructum. Nam vt in patriam reuerteretur, tridui itinere emenſo; morbo correptus, in oppido S. Gemmæ extinguitur, & ibidem in Eccleſia fratrum Minorum ſepulchro conditur, quod poſtea noctu à latronibus apertum perhibent, qui annulum, mitram, cæterumq; apparatum Pontificalem quo ſepeliendus pro more fuerat ornatus auferre conati, auellere tamen (ſi fas credere) nulla ratione potuerunt. Neq; vero operæ pretium non fuerit commemorare, ſacerdotia totius Angliæ paulo opimiora, ab Italis hominibus ea tempeſtate

ſtate occupata, complurimis, nec ſine cauſa, ægerrime id ferentibus. Vnde fiebat, vt paſſim in compitis ſpoliarentur nemine vindicante,& ſæpe non deeſſent qui in domos aut horrea Romanorum irruentes,omnia diriperent, idq; tam palam & impunitè, vt ſine procerum & magiſtratuum conſcientia talia perpetrari nemo exiſtimaret. Factum inde vt Anglica ſacerdotia iam poſtea Itali minus auidè expeterent.

45. SANCTVS EDMVNDVS.

MOnachi Cantuarienſes,certaminū (ac præcipue contra principes ſuos) pertæſi, ex quibus nimirum hactenus nihil præter iacturam reportarant; Richardi morte renunciata,elegerunt ſponte qui demortuo ſuccederet Radulphum Neuilium Epiſcopū Ciceſtrenſem & Angliæ Cancellarium, hominem prudentiſſimum & apud Regem gratioſiſſimum; cui ſtatim poſſeſſiones Archiepiſcopales in manus tradidit, & (ſi vſitatam apud nos loquendi rationem liceat vſurpare) temporalia reſtituit. Papa rogatus vt electionem confirmaret, à Simone Archidiacono Cantuarienſi, Langtoni Archiepiſcopi fratre percontatur, quid hominis ſit Neuilius iſte ad ſedem Cantuarienſem poſtulatus?Reſpondet ille,acrem eſſe, aſtutum, aulæ diu aſſuetum, in principis gratia validum, & animo adeo non puſillo, vt metuendum ſit ne factus Archiepiſcopus, lites ſerat inter ipſum & Regem, & fortaſſis author ſit, vt penſionem à patre promiſſam ſubtrahat. Satis iam dixerat. Nulla facti reddita ratione, Monachis imperat vt alium eligant; hunc nimirum non placere. Iterum proinde coeuntes, Ioannem quendam Archiepiſcopum renunciant, Eccleſiæ ſuæ Subpriorem, qui Romam profectus eſt, & à Cardinalibus examinatus, quibus eo munere haud indignus eſt viſus. Papa tamen decrepitam hominis ætatem cauſatus, & paſtoralis officij laboribus imparem dicens, ſeni facile perſuaſit vt locum cederet valentiori. Repetita tum electione, Richardum quendam Blundy Theologum Oxonienſem Archiepiſcopum ſuo calculo deſignant. Sed & hic quoq; à Papa reijcitur eo prætextu, quod contra Canones bina ſacerdotia poſſideret,& quia pecuniam à Petro Epiſco- 1234. *Henr.3. 18.*

po Wintonienſi mutuo ſumpſiſſe dicebatur, vnde corruptos ab illo Monachos libuit ſuſpicari. Negotij tam diù agitati Pontificem iam tædebat. Quapropter, præter morem ac ingenium ſuum, ad preces ſe demittens, electores Monachos rogabat impenſe, vt Edmundum Sarisburienſis Eccleſiæ Theſaurarium, virum tam pietate quam doctrina celeberrimum, ſuis ſuffragijs Archiepiſcopum crearent; quod cum illis, niſi conſultis prius tam Rege quam fratribus, haud integrum eſſet præſtare; nec tamen, petenti Papæ auſi eſſent refragari; ſilentium pro conſenſu accipiens, pallium continuò miſit in Angliam homini, qui de tam excelſo dignitatis gradu vix vnquam vel per ſomnum cogitaret. Iudicium Papæ, tam Monachis quam principe probantibus, conſecratus eſt Cantuariæ per Rogerum Londinenſem Epiſcopum Apr. 2. 1234. Rege, & præter alios proceres, 13. Epiſcopis præſentibus. Londini natum nonnullis placet, & in eodem baptiſterio ſacramento regenerationis Chriſto initiatum, in quo magnus ille Sanctus, Bekettus. Alij vero probabilius aſſerunt, Abendoniæ ortum in comitatu Berkenſi, & patrem habuiſſe Edwardū Rich mercatorem, matrem vero Mabeliam, qui ætate prouectiori monaſticæ vitæ ſe dediderunt, Edmundo filio Oxoniam miſſo, vbi in Collegio Vniuerſitatis dicto educatus eſt. Poſtquam Theologiæ mediocrem ſcientiam fuiſſet aſſequutus (nam in id præcipue ſtudium incumbebat) ad concionandi munus ſe totum conferens, magnam partem comitatus Oxonienſis prout etiam Gloceſtrenſis & Wigornienſis peragrauit, verbum Dei vbiq; prædicans. Ob huiuſmodi labores magno cum fructu ſuſceptos, cum vbiq; celebris euaſiſſet: Theſaurariatu Sarisburienſi honeſtatus eſt, ac paulo poſt ad Archiepiſcopale culmen euectus. Statim à conſecratione iracundiam regis contra ſe concitauit, quod ſororem eius Alianoram Simoni Monteſortio Leceſtriæ comiti nubere prohiberet, vouiſſe eam cāſtitatem dicens, quando priori marito, Comite Mareſcallo nuper eſſet orbata. Ad hunc amouendum obicem, aliaq; nonnulla conficienda, accerſi placuit Legatum Pontificium nomine Othonem. Hunc etiam loquendi libertate irritat Edmundus, dum ſordes & rapa-

46. BONIFACIVS.

1244. *Hen.*3. 28. REge ſatagente, electus eſt à Monachis Cantuarienſibus qui Edmundo ſuccederet, Bonifacius Petri Sabaudiæ Comitis filius, Reginę avunculus; vir, ſi generis nobilitatem demas & virilis perſonæ dignitatem, plane nulla re ſpectabilis: Nam, ad animi virtutes quod attinet, nihil erat in homine quod iure laudaveris. Metuens igitur Rex ne electionem de illo factam Papa reſcinderet; Epiſcopis Angliæ fere omnibus author fuit, vt literis ſuis cauſam eius Pontifici commendarent; quod inviti pleriq; & ne Regem offenderent, metu inducti, præſtiterunt. Ab ipſo Pontifice Lugduni conſecratus eſt anno 1244. Ad primum Archiepiſcopatus ingreſſum, Eccleſiam ſuam obæratam offendit 15. marcarum millibus, aut (vt quidam ſcribunt) 22. Cuius rei prætextu, in patria ſua multos per annos deliteſcens, pecuniam vndiq; per fas & nefas corrogabat. Sede proinde ſua vix ſalutata, in Sabaudiam diſcedens, nemoribus cædendis, locationibus & alijs huiuſmodi rationibus, magnam coegit pecuniam; pollicitus eam omnem & quicquid præterea poſſet corradere, ad æs alienum ab anteceſſoribus contractum diſſolvendum erogare. Eodem porro prætextu Pontificem induxit, vt adminiſtrationem illi traderet Epiſcopatus Valentinæ in Provincia, nec non & aliarum promotionum Eccleſiaſticarum. Ille vero militiæ ſe totum dedens, quicquid vſquam proveniret, conducendis copijs & belligerando abſumpſit. Quando igitur tot rationibus adiutus, nihil tamen profecit; à Pontifice muneribus & largitione corrupto impetravit, concedi ſibi, omnium ſacerdotiarum fructus per ſeptem proximos annos in provincia ſua vacantium; refragante ſane aliquandiù Rege, donec partim quod Papam homo meticuloſus non auderet offendere, partim interceſſione Reginæ delinitus, tandem, licet ægrè ratum id habuit. Annis cum abfuiſſet plus minus ſex, reverſus in Angliam, viſitationem indixit totius Cantuarienſis provinciæ, non tam vt vitia reformaret, quam (quod lippis & tonſoribus ſatis erat exploratum) vt nummos corrogaret; vnde invidiæ flamma

flamma contra eum exarſit; quæ moleſtias ei peperit, nec paucas nec leues. Cœptum eſt ab Eccleſia ſua, quam duriſſimis legibus & inſtitutis coercuit, ſatis gnarus Dioceſanos pecunias dare malle quam huiuſmodi vinculis conſtringi; dicentibus complurimis, ſtultitiæ ſuæ debitam mercedem Monachos Cantuarienſes iam retuliſſe, quod exterum eumque indoctum ſedi ſuæ præfecerint, hominemq; militiæ, quam Eccleſiaſticis muneribus aptiorem. Londinum inde profectus, Fulconem Baſſettum, virum generis nobilitate, pietate & eruditione celebrem, Londinenſem Epiſcopum, ex levi occaſione, convitijs contumelioſiſſime proſcidit. Decanum & Canonicos Paulinos, ſe à viſitationis onere immunes dicentes, idcoq; ad Pontificem provocantes, excommunicavit nihilo ſecius. Prioratum S. Bartholomæi poſtridie petenti, honoris ergo obviam itum eſt à Subpriore & confratribus cappis choralibus exornatis; qui adventus cauſa intellecta; magna cum reverentia & verbis quantum poſſent mollibus ac blandis (nam iracundiam hominis ſatis habebant perſpectam) reſpondent, adventum eius ſibi gratiſſimum, optare vero vt aliam haberet eius cauſam: Nam ad viſitationem quod attinet, habere ſe Epiſcopum, virum graviſſimum, cui id muneris incumbat, nec poſſe alterius iuriſdictioni ſe ſubmittere, niſi annuente illo. Rogare itaq; vt hanc tam iuſtam excuſationem æqui boniq; conſulat. Reſponſo huiuſmodi ita commotus Archiepiſcopus, vt præ iracundia ſui compos non videretur; non in loquentem ſed Subpriorem (qui proximus fortè adſtiterat) impetum faciens, infirmum ſenem pugnis cæſum & humi proſtratum, calcibus petit, cappamq; magni pretij qua fuerat indutus in fruſta diſcerptam pedibus conculcat. In hac concertatione procidens forte fortuna Archiepiſcopus, lorica ſub veſte armatus conſpicitur. Famulis eius vtrum id animos fecerit, cæteros ſimiliter tractandi neſcio: Londinenſes certe adeo irritati ſunt inde, vt ad arma protinus convolantes, Archiepiſcopum viderentur in fruſta conciſuri, niſi is periculo præviſo ad fluvium properans, & in lintrem ſe conijciens, Lambetham mature perveniſſet. Ex domo iam ſua tan-

quam ex arce tyrannidis excommunicationis ſententiam eſfulminat, nec Bartholomæanos ſolos petens, Epiſcopum quoq; Londinenſem nominatim ferit, tanquam eorum contumaciæ & tumultus inde nati authorem. His conſultum viſum, Decanum S. Pauli, virum grauem & prudentem ad Pontificem legare, & quo in loco res eſſent, cum facere certiorem per literas Epiſcoporum quorundam, quibus fidem ſe habiturum erat credibile. Accepto huiſce rei nuncio, abeuntis veſtigijs Bonifaci⁹ inſiſtit, Romamq; magna cum pompa ingreſſus eſt, fiducia non levi concepta futurum, vt ſi non literæ Regis ac Reginæ, & nobilitatis reſpectus Pontificem ſibi ſatis concilarent; at ſaltem pecuniâ qua probe venerat inſtructus, omnia exanimi ſui ſententia conficeret. Verum opinione falſus cum intellexiſſet adveniens, temeritatem facti & iniuriæ magnitudinem excuſationi locum non reliquiſſe; ad preces converſus, quâ petendo, quâ pollicitando, Decanum induxit vt à cœpta accuſatione deſiſteret. His rebus conſtitutis, cum Papa agit enixe, vti viſitationis ſuæ acta velit confirmare. Quod Epiſcopis ſuffraganeis provinciæ Cantuarienſis cum innotuiſſet; ſatis proſpicientes quantum inde damni eſſet redundaturum & ſibi & populis iuriſdictioni ſuæ ſubiectis: A ſuæ Dioceſis Clericis magnam pecuniam colligunt in litigatione hac de re impendendam, duos nimirum denarios pro qualibet marca, hoc eſt cenſus cuiuſq; annui, partem octogeſimam. Muneribus vtrinq; acceptis, fluctuabat iam Pontificis animus, donec Regijs literis faſcinatus, ad Archiepiſcopi partes propendere videretur. Epiſcopus igitur Londinenſis primum, ac deinde cæteri labaſcunt animo & cauſam deſerunt, hoc tantũ impetrato, vt Capitulum Paulinum & Bartholomæani, ab excommunicationis ſententia abſolvantur. Non multum deinde temporis interceſſit, quin ex levi cauſa occaſione captata, Decanum Paulinum Archiepiſcopus excommunicaret. Cuius rei indignitas, Cautuarienſis provinciæ clerum concitavit, vt coniunctis facultatibus, tyrannidem eius ſumptu quamtumvis magno reprimere conarentur. Quare, Dunelmiæ conventu indicto, marcarum 4000. colligunt, ſpe-

Digitized by Google

non dum visitatione confecta, apud Cœnobium sancti Albani ostendissent: Is nulla alia data responsione, diploma, siue mavis plumbeam bullam appellare, in ignem evestigio coniecit, & eos qui attulerant excommunicavit. De facinore tam insolenti Regi primum ac deinde Pontifici conqueruntur. At Rex coniugis suæ auunculo noluit quicquam ægre facere: Et Pontifex affines eius veritus, qui magnam ditionem in regione sibi vicina possidebant: Tum quod illius opera plurimum vteretur in Anglia nostra expilanda; haud facile aures exhibebat querimonijs contra illum factis. Finita hac tumultuosa visitatione, quicquid inde pecuniæ corraserat, in copijs conducendis totum impendit, quarũ ope Thomam fratrem Sabaudiæ Comitem, in libertatem vendicaret, captum à Tauinensibus tyrannidem eius pertæsis. In hoc bello, bullis & excommunicationibus Papalibus vsus est ad libitum, sed frustra: Nam re pessime gesta, pecunia absumpta & militibus cæsis; ex hac expeditione præter ignominiam & dedecus re alia nulla reportata, mœstus ad sua reversus est. Postquam multos annos sedisset, Pontificatu eius ad occasum vergente; edoctus vsu quam parum proficeret asperis huiusmodi & inconditis moribus, pacatius aliquanto se gessit, & muneris pastoralis curam nonnullam suscipere visus est. Anglia nostra tunc temporis quasi diluvio quoda m innudata est exterorum hominum, qui magna ex parte Regis erant per matrem vel vxorem affines, aut saltem affinium huiusmodis, vel famuli vel clientes; & hij vndiq; omnia publica munia ad se trahebant, ac præcipue Ecclesiastica. Hoc cum Episcopos regni (qui exteri saltem non essent) male haberet; convenientes, Regem simul omnes adeunt, Bonifacio etiam se illis adiungente, humiliterq; petunt, vt suos velit non omnino negligere, inter quos nimirum esset reperire, hominum doctorum affatim, & qui ob prudentiam, sanctitatem aut quamuis aliam animi virtutem alienigenarum nulli essent postponendi. Sermonem hunc iniquissimis auribus Rex excipiens, ad Archiepiscopum conversus; Haud iniqua sunt inquit quæ petistis; Neq; enim par est vt exteri ac inquilini nulla præsertim ani-

mi

mi virtute insignes, meæ gentis hominibus anteferantur. Quapropter hortor, vt Cantuariensis, ac Æthelmarus frater Wintoniensis electus, qui exteri estis, homines indoctissimi, & honoribus quos geritis vsq; quaq; indignissimi, relinquatis continuo præsulatus; quos nulla alia ratione estis consequuti, quam quod sanguine aut affinitate mihi sitis propinqui. Curabo tum deinceps vt vobis sufficiantur homines, vel vestro calculo & iudicio idonei. Tam ex alijs indicijs quam hac oratione, se Regi ingratum perspiciens Bonifacius, populoq; insuper & Clero invisum; Angliæ pertæsus, in patriam suam nunquam reversurus abijt; succisis antè nemoribus, locatis Archiepiscopalibus prædijs, exactis à clientibus varijs tributis, atq; ex alijs Cleri & provincialium spolijs ingenti confecta pecunia. Haud multum postea temporis superstes, in arce S. Helenæ decessit Iul. 18. 1270. post consecrationem annis 26. mensibus 6. & diebus 16. post electionem vero annis totis 29. Tria is præstitit memoratu non indigna: Bis & vicies millium marcarum æs alienum ab antecessoribus contractum exoluit totum. Xenodochium amplissimum Maidestonæ construxit & prædijs locupletavit, quæ, quo tempore parentum nostrorum memoria id eversum est, annui census pretio sunt æstimata, 150 librarum nostratium & insuper 7. solidorum ac denariorum 10. (Gulielmus Courtney convertit postea in Collegium sacerdotum secularium.) Denique aulam illam magnificentissimam Palatij Archiepiscopalis Cantuariensis, ab Huberto inchoatam, hic tandem magno sumptu perfecit, cum intermedij Archiepiscopi, Stephanus, Richardus ac Edmundus, non multum in eo opere impendissent, quod tamen omne (quicquid id fuit) iste sibi vendicavit, quia (vti dicere solebat) pecuniam vnde id fieret mutuatam ipse persolvit.

47. ROBERTVS KILWARDEY.

BOnifacio defuncto, Monachorum Cantuariensium cœtus eligendi licentia à Rege impetrata, successorem designarunt Gulielmum Chillinden Cœnobij sui Subpriorem vel secundum nonnullos Priorem. Quem Papa, (quia libi- 1272. *Edm.* 1. 1.

tum

tum fuit) indignum pronunciauit illo munere; & quasi ea ratione, electionis iure ad se devoluto, ex plenitudine potestatis Archiepiscopum creauit Robertum quendam Kilwardby. Fuit vir ille sane doctissimus, multaq; eruditionis suæ monumenta in scriptis reliquit, natus in Anglia, Oxoniæ primum ac deinde Lutetiæ educatus, vnde, postquam gradum ibi suscepisset Magistri in artibus, in Angliam reuersus, sodalitio se dedit fratrum minorum, tum nuper exortorum quorum deinde apud nos Provincialis evasit. Monachi, qui Regibus suis in re simili pervicacissimi, sæpenumero restiterant, contra hunc à Papa intrusum ne mutire quidem ausi; ne præiudicium aliquod iuri suo inde exoriretur (cautè scilicet & valde prudenter) eundem quem antea Papa Archiepiscopum renunciarat, ipsi etiam suffragijs suis legitime electum declarant. Ita consentiente Rege & reclamante nemine, consecratus est Febr. 26. 1272. Quo tempore Gulielmus Chillenden antedictus 12. millia marcarum ab illo poposcit, quæ cum erogata dixisset & insumpta circa negotium electionis suæ, à proximo Archiepiscopo rependenda Pontifex promiserat. Is vero ad Pontificis fidem liberandam non nimium properans, senem minis & territando eo adegit, vt conventui suo author fuerit ex summa prædicta 1300. condonandi. Primo consecrationis suæ anno, leges quasdam & ordinationes præscripsit curiæ suæ de arcubus, in quinq; articulos contractas. Tum paulò postea vniversam provinciam visitavit, & Academiam vtranque; in quibus acutissime disputando, eruditionis summæ specimen edidit. Statim ac reversus est, Minoritis fraterculis (qui tum magno in pretio haberi cœpti, & ex quorum grege ipse prodierat) sedem Londini molitur; neq; vero id admodum suo sumptu; lapidibus vsus vetustæ cuiusdam arcis quæ ruinam iam diu fuerat minata, & pecuniam eorundem fraterculorum opera emendicata stipe colligens, idque ea copia, vt illo Cœnobio iam constructo, supereset adhuc vnde aliud itidem instituerent Sarisburiæ, sed Dominicanis. Cum annos sedisset plus minus 6. Romam accersitus, fit Cardinalis Episcopus Portuensis & sanctæ Rufinæ; Tumque Archiepis-

copatu

copatu abdicato, abijt in Italiam, vbi paucos post menses 3. videlicet Id. Septemb. Viterbij moritur non sine suspitione dati veneni, & ibidem in Ecclesia Prædicatorum sepelitur.

48. IOANNES PECKHAM.

ABdicasse Killwarbeium quam primũ innotuit, monachi Cantuarienses ad electionem noui Pontificis properantes, Archiepiscopum constituerunt Robertum Burnell Bathonensem & Wellensem Episcopum, & ea tempestate Angliæ Cancellarium. Papa vero qui Kilwarbeium ideo Cardinalem creauerat, vt capulari seni ætate vigentem substitueret in sede Cantuariensi, qui, & strenuam & diuturnam illi operam posset nauare in corroganda pro se pecunia; Ex plenitudine potestatis, sicut antea Killwarbeium, sic nunc Ioannem quendam Peckamum huic sedi (licet inuitum & renitentem, si credimus authori Chronici Osneiensis) ingerit, qui sicuti alter ille, ex fraterculorum itidem fuit sodalitate. Obscuris parentibus in Sussexia hic natus est, pueritiam in cœnobio Lewensi exegit, adolescentiã Oxoniæ (vbi Minorita factus) & Kilwarbeio tandẽ successit, factus sui ordinis in Anglia prouincialis. Oxonia Lutetiam discessit vt Theologiæ studio operam daret, ac inde post paululum temporis Lugdunum, iuris ciuilis ac Pontificij scientiam Theologiæ adiuncturus, sine qua manca hæc & imperfecta tunc temporis æstimari consueuit. Lugduni autem Canonicatum in Ecclesia Cathedrali consequutus est, quem & ipse Archiepiscopus retinuit, & successores omnes postea per ducentos pene annos. Per hunc Canonicatum viatico instructus, Italiam petijt, & Academiarum ibidem plurimis peragratis, Romam tandem peruenit, vbi causas tanta iuris peritia tractauit, vt Pontificis palatio causarum auditor præficeretur, in eoque munere perdurauit donec Archiepiscopus Cantuariensis renunciatus est. Consecratus fertur in prima Dominica Quadragesimæ, Martij videlicet die sexto. Chronicon Osneiense dicit Ianuarij 25. 1278. Vix in Angliam appulerat quando

1278. Ed. 1.7.

quando Papa creator eius (ſic enim libuit eum appellare) pecuniam ingentem ab eo poſtulauit, quatuor videlicet marcarum millia. Qua de re quid reſponderit non pigebit ipſius verbis indicare. *Ecce* (inquit) *me creaſtis, & quanto creatura à ſuo naturaliter appetit perfici creatore, ſic in meis oppreſsionibus cenſeo per vos recreandum. Sane nuper ad me peruenit cuiuſdam executionis litera horribilis in aſpectu & auditu terribilis, quod niſi infra menſem à feſto B. Michaelis mercatoribus Lucanenſibus cum effectu de 4000. marcarum quæ in Rom: curia contraxi ſatisfaciam, ex tunc ſim excommunicationis ſententia innodatus, & in Eccleſia mea & alys maioribus, pulſatis empanis, accenſis candelis, excommunicatus denuncier ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, &c.* Deinde, pecuniæ tam grandis ſolutionem ſibi dicit impoſſibilem futuram, quoniam anteceſſor diſcedens Eccleſiæ bona pleraque mobilia ſecum abſtulerat; Bonifacius ædificia Archiepiſcopatus caduca reliquerat & ruinam ni mature reficiantur, quotidie minitantia: Ac denique Rex vnius anni integri reditus ſibi retinuerat, vt neceſſum ipſi fuerit ad anni iam ſequentis ſumptus ſuſtinendos mutuam ſumere pecuniam. Quapropter, ipſum rogabat (ad quem reuera vnum id negotij ſpectabat, quanquam ſumebantur obtentui neſcio qui Lucenſes mercatores) vt illius authoritate, ſolutionis tempus ad finem vnius anni reijciatur. Id quod Kilwarbeij anteceſſoris (non dum mortui) aliorumque amicorum opera, licet ægre, impetratum eſt. Sed decedente paulo poſt Kilwarbeio prædicto; petijt à Pontifice, ex ditiſsimi hominis opibus ea reſtitui, quibus is per iniuriam Eccleſiã Cantuarienſem ſpoliauerat. Miror hominem non imprudentem, cui tot annos rapinas, fraudes & extorſiones Romanenſium videre datum eſſet & coram inſpicere, inducere in animum potuiſſe, vt talia petendo operam non luderet. Et tantum abfuit hercle petitioni huiuſmodi Papa vt annuerit, vt de perſoluendis è veſtigio quatuor illis marcarum millibus antedictis, interpellandi finem non fecerit, donec à poſtulatione huiuſmodi deſiſtere Archiepiſcopum videret. Conſecrationis eius anno primo,

primo, ſynodum Lambethæ, conuocauit: Quo tempore Londinum accedens Giffardus Eboracenſis Archiepiſcopus, Cantuarienſem prouinciam ingreſſus, paſſus eſt crucem ante ſe geſtari, quæ res magnarum ſæpe contentionum inter Archiepiſcopos cauſa fuerat. Victoriam nunc incruentam hic noſter reportauit, rem citra ſanguinem ſtratagemate conficiens. Edictis per totam ſuam prouinciam promulgatis, ſub pœna excommunicationis omnibus prohibuit, cum Eboracenſi aut ſuorum quoquam aliquid habere commercij. Non hoſpitio excipere licebat, non colloqui, non vendere illis quicquam. Qua propter, cum aut fame eſſet pereundū, aut prouincia infectis negotijs excedendum; crux illa magno cum faſtu erecta, non ſine dedecore deiecta & depoſita eſt. Abſoluta & dimiſſa ſynodo, prouinciam totam perluſtrando viſitauit, vt Eccleſiarum ſtatum cognoſceret. Vſus eſt vbique magna lenitate. Nam quanquam geſtu & inceſſu, ſæpe etiam in ſermone glorioſus videretur & elatus; animo tamen fuit benigniſſimo & perquam comi. Vt pacem conciliaret inter Edwardum Regem & Leolinum Walliæ Principem, multum ab eo ſudatum eſt, ſed fruſtra. Iudæos (quorum in Anglia magna tunc temporis erat copia) vehementer afflixit, imperans vt prouincia ſua pellerentur vbique & ſynagogas eorum demolitas ſolo æquari. Sed hoc decretum Rex mitigauit, permittens illis veteres ſedes, ac deinde vnū templum in publico aliquo ciuitatis loco, in quo ſuos ritus, (amputata tamen ceremoniarum multitudine) celebrarent. Cumque mos ea tempeſtate apud Clerum inoleuiſſet beneficia Eccleſiaſtica quot quiſque nanciſci poterat retinendi; plura poſſidentes quam Canonibus permiſſum, præter vnum omnia coegit derelinquere. Alibi quam in ſacerdotijs ſuis degentes, acriter caſtigauit & ad reſidentiam compulit. Neq; vero ſtupra & adulteria minori ſeueritate vindicauit. Rogerum quendam Ham è Ciceſtrenſi dioceſi clericum impudicum, ad triennalem pœnitentiam iureiurando adegit, quod temporis in ieiunijs, orationibus, & longinquis ad Romam, Compoſtellam, atque Coloniam peregrinationibus oportebat conterere, ſacerdotiorum ſuorum redditibus in paupe-

rum

rum interea vſus ſequeſtratis. Et ne in ſolos Clericos hæc exempla edere auſum putemus; quo pacto militem tractarit audiamus, nomine Osbernum Giffard, moniales duas ex cœnobio Wiltonienſi auſum abducere. Excommunicationis ſententia in primis percuſſit, & ab ea cupientem abſolui, his legibus relaxauit; Primum, ne vnquam poſtea quoad viueret monialium cœnobium ingrederetur, aut monialis cuiuſquam vteretur conſortio: Tum vt tribus diebus Dominicis in Eccleſia parochiali quæ eſt Wiltoniæ, virgis nudus cæderetur; eandemque poſtea pœnam tam in foro mercatorio quam in Eccleſia parochiali de Shaftsburia publice ſubiret: Deinde, multorum menſium ieiunium ei indictum eſt; Omnibus militaribus ornamentis detractis priuatus; veſtibus vti iuſſus coloris griſei aut confectis ex ouinis pellibus; & camiſiam non induere, priuſquam tres continuos annos in terra ſancta exegiſſet. Ante omnia vero, vt moniales ad cœnobium reduceret, imperatum. Hæc ſe facturum omnia fides ab illo iureiurando facta eſt. Archiepiſcopus huic ſedi præfuit annos 13. & menſes ferme 6. retento, quoad vixit Canonicatu Lugdunenſi, quem cum permulti ab illo peterent, ab eo nullo modo receſſurum reſpondit, ne forte in exilium pulſus à Rege (cui ſæpe audaciſſime reſtitit) non haberet alibi quo ſe reciperet. Opes reliquit moriens vltra 5000. librarũ Anglicarum pretio æſtimatas, & tamen collegium extruxit Wingamiæ, quod poſtea dirutum ab Henrico octauo, compertum eſt tum prædia habuiſſe annui cenſus ad octoginta & quatuor libras noſtræ monetæ: Et conſanguineos ita locupletauit, vt eorũ poſteros noſtra ætas viderit equeſtri dignitate florentes, & diuitijs affluentes, in magna potentia ac authoritate viuere. Sepultus fertur, in Eccleſia ſua, ſed vbi loci, deſignatum non comperi.

49. ROBERTVS WINCHELSEY.

1294. *Ed.* 1. 23.

QVo genere ortus fuerit, aut vbi natus qui mox in Archiepiſcopatu Peckamõ ſucceſſit Robertus Winchelſeius, traditur opinor à nemine. Hoc certe conſtat, primis literarum elementis puerum Cantuariæ imbutum; vbi ob ingenij

redditis cur id neque sibi neque reip.expediret,ægre tandem obtinuit, vt sacratus & pallio donatus, in patriam rediret. Quo die solenni ritu Cantuariæ in throno Archiepiscopali collocatus est, consecrasse dicitur in Episcopum Landauensem Ioannem Monumethensem, & decem Theologiæ Doctoribus decem contulisse opima sacerdotia, decemque itidem paulo exiliora totidē in eadem facultate Baccalaureis. Interea vero vacante adhuc sede,Edwardus Rex clero Westmonasterij congregato, flagitauit ab ijs, vt bello magno ingruente à Gallo,& ærario exhausto,in bellicos sumptus omnium Ecclesiasticorum annui prouentus dimidium velint contribuere. Ad onus tam intolerandum (si forte id fieri posset) deprecandum, missus est præter alios, Gulielmus de Monteforti Ecclesiæ Paulinæ Decanus, qui vna cum socijs ad Regem introductus, verba paucula eloquutus,ad pedes regios corruit derepente mortuus. Qua re nihil ille commotus,misit postridiè Ioannem quendam de Hauering militem, qui ad Clerum congregatum admissus elata voce interogauit, ecquis adesset qui petitioni regiæ auderet refragari? Si quis (inquit) talis existat, prodeat in publicum, vt cum illo agamus tanquam pacis & reip. perturbatore. Ita obmutescentibus præ metu omnibus, concedi visum quicquid fuerat postulatum. Cæterum cum reuersus Archiepiscopus, synodum coegisset, conqueri cœperunt vehementer omnes de vi sibi illata; atque ille dicere, contra ius fasque ab illis factū, quando onus huiusmodi Ecclesiæ humeris impositum susce-pissent; quippe in concilio Lugdunensi decretum nuper, non licere Ecclesiastici ordinis cuiquam, magistratui laico pecuniam dare, sine summi Pontificis nutu & consensu; ideo credo, ne à Clero principes aliquid perciperent emolumenti, antequam lucri bonam partem, paciscerentur pontifici communicandam. Hunc igitur Canonem se inuiolatum in posterum seruaturos recipiunt. Verum enimuero, quamvis tam recenter Rex adiutus ab illis, de subsidio hac vice non interpellaret eos; tamen post annum vnum aut alterum, in debellanda Scotia ingenti absumpta pecunia, ordinum conuentum (quem Parlamentum vocamus) vt neruos belli

belli pecuniã cõpararet Berwici indixit. Vbi cum laici liberaliter dando voluntati regiæ morem geſſiſſent, Clerus ne teruncium quidem largitus eſt, Lugdunenſis Concilij decretũ obtendens, quo prohiberi ſe dicebat, de Eccleſiaſticis facultatibus quicquã detrahere, & principib⁹ conferre inconſulto Papa. Quapropter prorogatis comitijs, vt Londini poſt vnũ aut alterum menſem ordines iterum conueniant, imperatum. Interim vero omnia Eccleſiaſticorũ hominum frumento iam plena horrea, occludi Rex præcipit, & publicis ſigillis obſignari. Deinde (quod plurimum valuit ad iſtorum frangendam pertinaciam) legum patrocinium vniuerſo Clero ſubtrahit, quem protectione ſua per edictum excludit, vt illius ordinis nemini poſthac licuerit, alicui litem intentare, cum aliorum querelis quibuſcunq; ipſis eſſet reſpondendum. Die proinde conſtituto cum conueniſſent, non auſi amplius refragari; manus dant omnes, Archiepiſcopo duntaxat excepto; qui cæteris quintam partem annui fructus Regi cõcedendam decernentibus, hoc ſolum præfatus, ſaluet vnuſquiſq; animam ſuam, exurgens derepente, diſceſſit. Quam ob contumaciam Rex iratus, bona eius omnia fiſco adiudicat, neſcio quid præterea minitans. Breui tamen poſtea bellum Gallo illaturus, antequam diſcederet, in gratiam hominem recipere conſultum putauit. Reuerſus autem, multa ac grauiſſima impegit ei crimina, ac proditionem in primis, quaſi cum proceribus coniuraſſet ſe abſente; quos, vt exauthorato ipſo, carceribuſq; perpetuis damnato, filius ſuus Edwardus regno præficeretur, molitos, palam erat. Vtrum vero Archiepiſcopus hic noſter tam ſcelerati conſilij particeps fuerit, haud plane conſtat. Hoc attamen conſtat, clementiæ regiæ humillime ſeſe ſummiſiſſe, & in genua procumbentem veniam admiſſorum multis lachrimis effuſis petijſſe, idq; ea animi deiectione, vt qui noxium negauerit, conſtantiam animiq; magnitudinem tanto præſule dignam non poſſit in eo non deſiderare. Rex igitur ſubmiſſione huiuſmodi ne quicquam delinitus, faceſſere iuſſum proſcribit, bona omnia mobilia & immobilia fiſco adiudicat, ac aqua denique & igne interdicit, ſub graui pœna interminatus ne

quis tecto recipiat, aut aliqua re iuuet. Eo iam redactus erat, vt misero fuerit fame percundum, nisi Ecclesiæ suæ Cantuariensis Monachi clanculum aliquandiu fouissent, donec in Galliam trajciendi facultas data est : Quod illis postea magno constitit. Nam Rex, id quam primum resciuit, ipsos etiam proscripsit, & octoginta homines victum ostiatim emendicare coegit, donec post aliquantum temporis exoratus, Monasterio rebusq; suis illos restituit. Vt adeo & ex voluntate Principum ea tempestate omnia gerebantur. Nos quam fœlices, quibus datum est, iuxta præscripta legum nostris rebus in omni libertate ac tranquillitate frui ? Biennio totum in exilio Archiepiscopus transegit ; Papa miserum adeo non subleuante, vt accusatum à Rege, ab executione officij sui & tam temporalium quam spritualiũ administratione suspenderit, donec à criminibus obiectis se purgasset. Rex tandem Edwardus fere septuagenarius morbo absumptus decessit. Filius qui successit, clementiæ specimen editurus, literis suis Archiepiscopum reuocatum dignitati suæ rebusq; omnibus restituit. Vnde factum est, vt redditis fructibus Archiepiscopalium prædiorum in absentia sua perceptis, ex pauperrimo, opulentissimus derepente euaserit. Sæpe igitur cum de ærumnis quas in exilio perpessus est incideret mentio, hanc vsurpare solebat sententiam, *Nihil nocebit aduersitas vbi nulla iniquitas dominatur*. Vix dum redierat, quando illico aliud periculũ non leue, creauit illi, animi insita audacia. Rex nouus, consilio vsus Petri cuiusdam Gauestoni (iuuenis luxurioſi, quem ne filij sui mores corrumperet, Rex pater in Hiberniam relegarat) Episcopum Couentrensem Walterum de Langton in vincula coniecerat. Quod grauiter ferens Archiepiscopus, in Synodo tum forte congregata, nihil passus est decerni, nisi Episcopo prædicto reddita libertate. Hanc procacitatem, Rege seu conniuente seu ad tempus dissimulante, impune tulit, ac ætatis reliquum in magna trãquillitate, rebus semper ad vota fluentibus transegit. Decessit Octefordiæ Maij 11. 1313. cum Archiepiscopus sedisset annos circiter 19. Homo (nisi forte in aduersis) animo satis magno. Conatibus Gauestoni, Spenserorum, &

aliorum

aliorum qui iuuentutis Regiæ habiti ſunt corruptores, ſe crebro oppoſuit. Ioannem Warrenum Surreiæ Comitem, qui repudiatavx ore pellicem alebat, ad iuramentum adegit, quo nunquam poſtea ſe cum illa rem habiturum, fidem fecit. Poſtea tamen cum liberos aliquot ex ea ſuſcepiſſet, ad Synodum Archiepiſcopali mandato citatus eſt, vbi tam periurij quam adulterij criminibus oneratus, amaſiam tandem relinquere coactus eſt. Beneficia eccleſiaſtica nunquam niſi doctis contulit, ſpretis ſemper illis qui precibus atq; nobilium gratia freti ambirent. Literarū in Academia ſtudioſis quamplurimis, annuam dedit pecuniam vnde alerentur. In eleëmoſynarum quotidiana largitione, omnes omnium temporum Archiepiſcopos traditur ſuperaſſe. Nam præter menſarum reliquias, ſingulis diebus Dominicis & Veneris, vnicuiq; petenti panem dedit valentem quartam denarij partem; & petebant plerunq; annona cara cum eſſet, non pauciores quinq; hominum millibus, affluente vero, quatuor millibus raro pauciores. Feſtis item ſolennioribus 150. denarios totidem pauperibus diſtribuere ſolebat. Infirmis præterea ſenioue confectis, prodire haud valentibus ad eleëmoſynas petendas, mitti ſingulos panes iuſſit & cibi præterea nonnihil. Subleuabat inſuper eos qui à ſecunda fortuna caſu ad inopiam deciderant, quoſq; pudor à mendicitate prohibebat, veſtibus illos & pecunia donando. Ob has aliaſque animi virtutes, Sanctus indicatus eſt ab imperita plebe, qui ad tumulum eius crebro accedentes, eum ibi ſuperſtitioſe adorarunt. Is prope altare S. Gregorij ſitus in muro auſtrali, eam ob cauſam amotus eſt, vt nunc veſtigium eius non appareat. Libros omnes & ſupellectilem quam reliquit (haud magni ſane pretij, neq; enim ijs in rebus ambitioſus fuit) Eccleſiæ ſuæ Cantuarienſi legauit.

50. WALTERVS RAYNOLD.

MOnachis Cantuarienſibus conceſſa à Rege facultate, defuncto Winchelſeio ſucceſſorem ſufficiendi; elegerunt illi Canonice Thomam Cobhamum Sarisburienſem Decanum, virum tam pietate quam doctrina adeo inſignem, 1313. *Ed.2. 7.*

vt vix alio nomine passim innotuerit quam Boni-clerici. Rex vero huic sedi præficere cupiens Walterum Raynold Episcopum Wigornienſem, quem (quod virum prudentissimũ sibiq; fidelissimum existimaret) dilexit plurimum; nunciata Thomæ electione, Romam extemplo misit qui Pontificem enixe rogarent, vt Walterum suum quoquo modo sedi Archiepiscopali ingereret. Lætus ille occasionem à Rege oblatam Episcoporum eligendorũ ius ad se transferendi: Prouisionem sedis Winchelseio adhuc viuente ad se reseruasse dicens; electione spreta, vocis suæ oraculo Raynoldum Archiepiscopum pronunciat. Thomas aliquandiu electionis suæ causam Romæ defendit, donec perspiciens tandem, contra tam potentes aduersarios frustra iure contendi, Episcopatum Wigornienſem à Raynoldo relictum accipit oblatũ, & electioni prædictæ renunciat. Walterus iste in aula longo tempore fuerat versatus, vbi Edwardo primo Regi à sacris, Ecclesiæ Wimbertonensis rectoriam consequutus est, ac deinde per Edwardum secundum, Angliæ factus est Thesaurarius primum, mox Cancellarius, deinde anno 1308. Wigornienſis Episcopus. Diplomata siue bullæ translationis eius in Ecclesia arcuata Londini promulgatæ sunt Ianuarij 4. (computatione Anglicana, secundum quam nouus annus Martij 25. incipit) 1313. Pallium accepit Februarij 17. sequenti, ac tum demum magna cum pompa inthronizatus est Aprilis 19. 1314. Rege, Regina, & Proceribus magno numero præsentibus. Archiepiscopatum ingressus, nihil habuit antiquius, quam largitionibus & annuæ pecuniæ pollicitatione efficere, vt cum prouocantibus ab eo ad sedem Romanam summo strictoq; iure ageretur, probe gnarus quantæ molestiæ antecessoribus suis fuissent creatæ per iniustas & friuolas appellationes. Tum bullas octo impetrauit, in quibus totidem priuilegia eaque ampliſſima illi sunt concessa. Prima nimirum, vt toto proximo triennio (cohibita interim suffraganeorum & prælatorum iurisdictione) totam prouinciam Cantuariensem visitare liceat. Secunda, vt loca quibuscunq; priuilegijs exempta liceat etiam visitare. Tertia, vt irregulares ducentos ad priorem statum possit restituere.

Quarta,

Digitized by Google

benignum, à quo quicquid demum peteret, nunquam tulit repulsam, in aduersis deseruit, & obseruantiam fidelitatemque simulans, pecunias tamen Reginę suppeditauit. Iacobus quidam Barkleius, legitima electione Exoniensis Episcopus fuerat designatus. Hunc à Cantuariensi confestim consecrari imperat Regina, pulso captoq; marito rerum iam potita. Ambigit ille, vtrum inconsulto Papa id ipsi facere sit integrum. Homo tandem animo plusquam pusillo, fœminæ, ingenio atroci & violento præditæ non ausus refragari, obtemperat mandato. Papa vero (qui illius Episcopatus provisionem sibi se reseruasse dicebat) eiusce rei certior factus; iracundia ingenti exardescens; tot minis & conuitijs ignauum & meticulosum Archiepiscopum exagitauit, vt ægritudine animi confectus, iracundiæ Papalis nuncio paucos dies superstes, animam exhalarit, cum annos sedisset 13. menses 9. & dies insuper 21. Tumulatus est in muro australi Ecclesiæ suæ prope Hubertum. Homo eruditione exili præditus, sed ob prudentiam, æquitatem, rerumq; gerendarum scientiam laudandus, nisi quando pusillanimitas in causa fuit vt ab officio discederet. Monachis Ecclesiæ suæ dedit mannerium de Caldcot & siluam Thorlhotensem.

51. SIMON MEPEHAM.

1327. Edw. 3. 1.

SImon Mepham, sacræ Theologiæ Doctor, Ecclesiarum Cicestrensis itidemq; Landavēsis Canonicus, & Tunstalensis Rector, oriundus in Cantia, sed in Mertonensi Collegio Oxoniæ educatus, homo (vt illa ferebant tempora) egregie doctus, à Monachis Cantuariensibus Archiepiscopus tunc electus est, à Rege probatus, & Papa iubente Avenione consecratus anno 1327. Reuersus, haud quicquam prius pro potestate gessit, quam excommunicationes emittere in authores indignissimæ necis Walteri Stapeldoni Exoniensis Episcopi, de qua Exoniensium Catalogum consulas licebit. Paulò deinde postea inter ipsum & Monachos suos Cantuarienses altercatio exorta est de quibusdam prædijs. Illi, iniuriam sibi factam ab Archiepiscopo apud Pontificem conqueruntur, qui misso Cantuariam nuncio, hanc causam

cauſam cognoſcendi litemq; terminandi dat facultatem. Hic ſiue iure ſiue iniuria ſententiam tulit pro Monachis, & expenſas litis ſeptingentis libris æſtimavit. Interea, provinciam ſuam, more anteceſſorum ſtatuit viſitare. Roffenſem dioceſim, Ciceſtrenſem, Sarisburienſem ac Wellenſem, nemine repugnante peragravit, vbiq; comiter & pro dignitate exceptus. Grandiſonus vero Exoniēnſis Epiſcopus, neſcio qua de cauſa ab eo viſitatus ad Papam provocans, venienti ad Eccleſiam ſuam armata manu reſtitit; cumq; prope eſſet vt congreſſi confligerent; authoritate Regis certamen ad tempus diremptum eſt, & Pontificis iudicio terminandum relinquitur. Archiepiſcopus vero hanc contumeliam ægerrimè ferens; nec minus commotus dedecore ſimul & iactura qua ex ſententia per nuncium Pontificium nuper lata fuerat affectus: Dolori impar, incidit in ęgritudinem, qua domum nondum reverſus abſumptus eſt Magfeldię Octob. 12. 1333. cum annos ſediſſet prope ſex. Cadauer Cantuariam deportatum eſt, & marmoreo ſepulchro conditum à parte Aquilonari Capellæ quę Diuo Anſelmo dicata eſt.

52. IOANNES STRATFORD.

POntifices Romani, poſtquam magno molimine Chriſtianos Principes ab Epiſcopatuum inveſtitura ac donatione deieciſſent, vt Eccleſijs Cathedralibus (id enim præ ſe ferebant) ius electionis aſſererent; in hoc iam poſtea omnibus ingenij nervis incubuerunt, vt deſignandorum antiſtitum ius Capitulis cathedralibus per ipſos acquiſitum, illis quoquo modo ereptum ad ſe transferrent. Variæ rationes ad hanc rem excogitatæ ſunt, ſicuti ſuperiora legentibus ſatis poteſt liquere. Nihil vero firmius, aut validius viſum quam quo nihil impudentius, ex plenitudine poteſtatis licere ſibi contendere, Eccleſia qualibet nondum vacante, de ſucceſſore futuro providere. Hoc cum ab initio raro fieret, & plerunq; non ſine prætextu aliquo ſpecioſo; non admodum repugnatum eſt, donec mox ſuccedere hanc technam conſpicientes Pontifices; vt Eccleſia quævis incumbente deſtituta eſt, proviſione papali reſervatam eam illicò dictitarent. Qua 1333. *Edw.* 3. 8.

ratione, non ſolum Epiſcopõrum, ſed Abbatum etiam, Canonicorum & ne quid promotionum Eccleſiaſticarum intactum reliquiſſe videantur, Rectorum & Vicariorum omnium deſignationem (in ſacerdotijs ſaltem paulo opimioribus) ſui adeo iuris fecerunt; vt quoſcunq; demum quiſquam haberet propitios, ceu patronos, ceu ſuffragatores, confidere tamen non poſſet ſe quicquam in Eccleſia conſequuturum, priuſquam pecunia data, vt id Curia Romana ratum haberet, effeciſſet. Imo, non raro contigiſſe certum eſt, vt qui magno ſumptu prouiſionem Pontificiam comparaſſet, clauſula quadam fraudulenta (Non obſtante appellant) recentiori bullæ inſerta, emptione ſua excluderetur. Hucvſq; tyrannis Pontificia proceſſerat, quando Mepamo mortuo, ſpreta iam electione Monachorum tanquam inutili & minime neceſſaria, Rege vero petente; per proviſionem Papalem Ioannes Stratford Wintonienſis Epiſcopus, in ſede Metropolitica Cantuarienſi collocatur. De cuius viri natalibus, aut educatione, traditum non reperi quicquam: niſi quod Oxoniæ literis nonnunquam navarit operam. Iuris vtriuſq; ſtudio ab ineunte ætate incubuiſſe conſtat, & iuvenem adhuc Archidiaconum factum Lincolnienſem. Eam iuriſdictionem cum prudenter aliquandiù adminiſtraſſet; à Waltero Archiepiſcopo, curiæ ſuæ Arcuatæ Decanus ſiue ſummus iudex præfectus eſt. In quo gerendo magiſtratu, non minus iuris ſcientiam, quam in rebus diiudicandis, litibuſq; definiendis acerrimam perſpicaciam, prudentiamq; ſummam declaravit. Hinc Regi Edwardo ſecundo innotuit, & intimis eius conſilijs adhibitus, Secretarius ab eo conſtitutus eſt. Contigit vero vt Legatus ad Pontificem Avenione ageret, quando ibi de morte Wintonienſis Epiſcopi nunciatum eſt. Walterus igitur Archiepiſcopus qui eum hucvſque produxerat, & ad altiora evehendi cupidus erat; ſcriptis ad Pontificem literis, ab eo petit enixe, vt Epiſcopatum vacantem in eum velit conferre. Annuit Papa, & per proviſionem eius, Epiſcopus declaratus, conſecratus eſt in Dominica quando cantari conſuevit, *Multæ tribulationes iuſtorum, &c.* quod ille ominoſum arbitratus, in toto vitæ curriculo continuas-

tinuas imminere moleſtias ſtatim pronunciavit. Neq; certe opinione ſua falſus eſt. Vix enim reperias inter omnes qui Cantuarienſi ſedi vel ante illum vel poſt præfuerunt, qui omnem adhibens operam & diligentiam ne qua offenderet; ſine aliqua ſua culpa plus offenſarum contraxerit, pluribuſve ærumnis & difficultatibus conflictatus ſit. Fuit ea tempeſtate Angliæ Cancellarius, Robertus quidam Baldocus, ea apud Edwardum ſecundum Regem gratia & authoritate, vt propter facilitatem ingenij, quovis eum flectere aut ad quidvis poſſet impellere. Illum mira inceſſit cupido Epiſcopatus Wintonienſis potiundi; & cum præreptum ſibi hunc bolum cognoviſſet; Regem, ſua ſponte iratum ſatis, quod ſe inconſulto hunc Epiſcopatum aut Papa tradere voluerit, aut Stratfordus auſus ſit accipere, inſtigavit ita, vt nouum hunc Epiſcopum proſcripſerit illicò & Epiſcopalium prædiorum fructus fiſco inferri mandaverit. Tum varijs edictis in ius vocatum, & præ metu deliteſcentem, nouo quodam atrociſſimoq; edicto promulgato, interminatur, ne quis ædibus aut hoſpitio excipiat, eive alimenta miniſtret, aut aliquid demum commercij cum illo habeat. Annum vnum integrum, ſe vt potuit apud amicos occultans, magno in metu, omnium rerum inops vixit. Pontifice tandem per literas deprecante & Waltero Archiepiſcopo demonſtrante quam æquum non eſſet virum doctum & pium de Rege propter obſequium bene meritum, talia pati ſine culpa aliqua ſua: lenita nonnihil iracundia, reſpondit Rex, hæc quidem omnia ſe feciſſe Baldoco inſtigante, attamen non ſine cauſa. Cur enim patiatur Pontificem in Anglia ſua adeo impunè graſſari, vt cunctas promotiones Eccleſiaſticas pro libitu diſponat? Tum Walterus, vſurpationem huiuſmodi iniuſtam, primo quoq; tempore amoliendam optat, ſed edicto prius promulgato, aut lata lege; Stratfordum vero ita grauiter non peccaſſe, cum viam ab alijs permultis nuper calcatam ingreſſus ſit. Quid plura? his alijſque rationibus permotus Rex, in gratiam hominem recepit, intimis eum conſilijs adhibuit, in legationibus multis opera eius vſus eſt, & ſummis regni negotijs gerendis præpoſuit; quæ tanta non

non ſolum ſolertia ſed fide etiam adminiſtravit, vt poſtea ab omnibus deſerto Rege prædicto, imo ab ipſo etiam Waltero; iſte tamen ab obſequio eius nunquam voluerit diſcedere, aut adverſæ parti adhærere. Quapropter, à Regina & conſiliario eius Mortimero, Rege iam exauthorato, ad necem deſignatum ferunt, idq; cum inaudiviſſet, ad latebras iterum quærendas adactum. Rege, cæteriſq; omnibus abſumptis qui ipſi extiterant fideles (hoc vno excepto) gnara Regina, aliud huic non obijci quãquod Domino bene merẽti perfidus eſſe noluerit; non ſolum ſimultatem deponit, ſed Angliæ porro Cancellarium conſtituit, loco Baldoci, in carcere mille cruciatibus enecti. Sic nimirum nonnulli. Alij, quibus magis aſſentior, non Cancellarium, ſed ſummum Anglię Quęſtorem, factum aſſerunt quem hodie Theſaurarium appellamus. Wintoniæ poſtquam annos 10. ſediſſet, Papa, via iam trita incedens, nulla requiſita electione, ad Archiepiſcopatum Cantuarienſem, Rege id petente, ex plenitudine poteſtatis ipſum (ſicut antea retulimus) transfert: Et Monachi repugnare non auſi, Archiepiſcopum iam renunciatum ipſi quoq; eligunt. Hæc erant tempora, quando Rex ille magnanimus Edwardus tertius, ad ſubigendam Galliam ingenti animi impetu ferebatur. Adminiſtrationem regni ſe abſente, noui Archiepiſcopi fidei traiecturus commendat. Qui præterquam quod in genere pollicitus eſt, munus ſibi commiſſum fideliter omniq; adhibita diligentia curaturum; recepit porro, in hac expeditione nummos illi non defuturos. Hoc nimirum bellum, ab omnibus omnium ordinum hominibus tam cupidè expetitum nouerat, vt nullam pecuniam tam magnam exiſtimarent, quam Rege poſtulante promptiſſimè non penderent, quam diu ibi loci rem gereret. Nec vero opinione falſus eſt. Nam vix in Galliam Rex appulerat quando auri vis ingens ad huius belli ſumptus tolerandos coacta eſt; magna animi alacritate conferentibus ſingulis quicquid fuerat imperatũm. Hanc pecuniam, quam in duos aut tres annos ſuffecturam omnes erant arbitrati, Rex iuuenis ideoque ad errorem procliuis & ſuorum fraudibus obnoxius, anno non dum circumacto abſump-

nire Archiepiſcopus recuſaret, citatione neſcio qua in ſcriptis concepta monitus eſt, vt quoniam ſub bonorum ſuorum hypotheca atque pignore ſeſe obligaſſet de pecunijs reddendis, quas Rex ad bellicos vſus à ſe mutuo ſumpſiſſet, pecunias prædictas huic nuntio perſolueret, aut in Flandriam traijceret, ibi rationem redditurus cur id non debeat facere. Ex his Archiepiſcopus perſpiciens quanta iam ingrueret procella, perſcriptis ad Regem literis, de criminibus obiectis diligenter ſe purgat: Obſecrat deinde ne accedere ad ſe iubeat, donec conuocatis in Parliamento ordinibus, rationem rerum à ſe geſtarum reddat, quorum iudicium ſe non recuſaturum recipit. Deinde quia non latebat eum, ad multos Regem ſcripſiſſe ſuis de rebus epiſtolas bene longas, Londinenſem Epiſcopum, Conuentum Cantuarienſem, alioſque, hunc ipſum in finem vt omnibus innoteſcerent quæ ſcripſiſſet: Suggeſtu Cantuariæ conſcenſo, de fide ſua integritateque tam in Regem quam regnum, coram populo pro concione pluribus diſſerit, atque hoc ſumpto themate (*Non pertimuit principem & nemo potentia vicit illum. Eccle.* 48.13.) ad omnia accuſationis Regiæ capita ſigillatim reſpondet; Cumque peroraſſet, more Pontificio accenſis & extinctis lucernis, campaniſque pulſatis, omnes excommunicat qui ſe vel ſuæ prouinciæ Epiſcopum quemcunque in Regis odium aut iram traxerint, eoſve proditionis aut cuiuſquam capitalis criminis inſontes, reos fecerint. Apologia porro bene prolixa, perſcripta, eadem repetit quæ pro concione dixerat, & multis diuulgatis exemplaribus, in Eccleſijs aliquot publice coram populo hanc Apologiam legi mandat. Cogitur tandem Parliamentum & protectio regia vt tutò accedere poſſit, Archiepiſcopo data eſt. Huc cum veniſſet, ab ingreſſu prohibitus eſt, donec in ſcaccario Regis de criminibus obiectis iudicium ſubijſſet. Quapropter ne Regem amplius commoueret, ad ſcaccarium extemplo ſe contulit, vbi accuſationis formula accepta, ad Cameram Parliamentalem reuerſus, admittitur. Eo die cum nihil actum eſſet, poſtridie accedit iterum & à miniſtris regijs foribus arcetur. Quo facto, aſtantes his verbis affatus eſt; Rex me ad hoc Parlamentum

tum ſcripto ſuo vocauit, & ego tanquam maior Par regni poſt Regem, & vocem primam in Parlamento habere debens, (ſic loquitur Birchintonus) iura Eccleſiæ meæ vendico & ingreſſum in Parliamentum peto. Cumque ingredi, à ſatellitibus excluſus, non poſſet, crucem proprijs manibus apprehendit, ac firmiter aſſeruit, ſe ab eo loco non receſſurum donec Parlamentum ingrediendi poteſtas ei à Rege fieret. Dum ibi ſtaret, non defuerunt qui à conuitijs haud temperarent & Regis regniq; proditorem dicerent. Quibus ille, Maledictio (inquit) Dei omnipotentis, & beatiſſimæ matris ſuæ, & S. Thomæ, & mea, ſuper capita eorum qui ipſum Regem taliter impediunt. Amen. Amen. Prodeuntibus deinde procerũ nonnullis, obſecrat eos Archiepiſcopus vt apud Regem pro ipſo intercedant. Id cum feciſſent ac in conſeſſũ is fuiſſet admiſſus, de omnibus ſibi obiectis criminibus ſe legitime purgaturum obtulit. Vnde (inquit Birchintonus) electi ſunt duodecim pares regni Angliæ, videlicet Epiſcopi London: Hereford: Bathon: Exon: Tum Comites Arundel: Sarisburien: Huntindon: & Suffolcienſis; ac Barones, Henricus Percy, Tho: Wake, Radulphus Baſſet, & Radulphus Neuil, vt hi de criminibus Cantuarienſi obiectis deliberarent, Regique referrent quid conſultiſſimum factu ſit. Hæc omnia ad faciendum populum. Culpa erat admiſſa, & Rex, modo illius labem à ſe poſſet abſtergere, parum ſollicitus in quem ea incideret; vt plebis oculis caliginem obduceret & in Archiepiſcopum (quantum video in fontem) omnium incommodorum infamiam deriuaret, has omnes turbas excitarat. Nam hæc tanta crimina in diſceptationem coram his Paribus nunquam venerunt. Procerum nonnullorũ interceſſione, in gratiam Archiepiſcopus recipitur, & Rex ex animi ſententia rebus in Parlamento confectis, ſua ſponte, legitime Archiepiſcopum à criminibus obiectis purgatum atque excuſatum pronunciat. Et certe, quanquam non deſint qui ſuſpicentur, munerib⁹ corruptum à Gallo, & ſatagente Papa qui Gallo multum fauebat, ſegnius eum pecuniam ſuppeditaſſe quam par erat, Regique authorem pacis compoſcendæ fuiſſe: Mihi tamen ſatis clarum videtur, Regi,

fidelitatem

fidelitatem hominis plane exploratam fuiſſe; idque vel inde patere, quod cum bellum Gallicum perſecuturus, Parlamento finito, illico in Galliam traijceret; hunc vnum omnibus in rebus, ſe in militia abſente gerendis, denuò præfecerit. Hac tempeſtate ſic vt retulimus ſedata, aliquot tum poſtea annos in magna tranquillitate tranſegit. Archiepiſcopus cum ſediſſet annos plus minus 15. in ægritudinem incidit Magfeldiæ, ibique cum omnes ſuas facultates famulis ac domeſticis legaſſet, mortem obijt. Tumulo conditus eſt alabaſtrino elegantiſſimo ab auſtrali parte ſummi altaris, in Eccleſia ſua. Homo miti adeo clementique ingenio præditus, vt ſæpius parcendo & ſontibus ignoſcendo, quam nimia ſeueritate aut ſummo iure agendo peccaſſe reprehenſionemque meruiſſe palã ſit. Ter quotidie egenis tredecim eleemoſynas largitus eſt; mane videlicet ſingulis denarium, hora deinde nona alijs tredecim panes, pulmentum & carnes, ac denique hora pomeridiana alijs ſingulos panes totidemque denarios. Eccleſiæ ſuæ Cantuarienſi cappam dedit magni pretij, mitram etiam Pontificalem & libros Decretalium atque Decretorum: Conuentui etiam Monachorum ſuorum centum ſolidorum penſionem aſſignauit, de Eccleſijs Preſton & Boſton cœnobio Feuerſamenſi appropriatis. Collegium denique extruxit Stratfordiæ ad Auonam (vbi natus videtur) & liberaliter adeo dotauit, vt quo tempore ſub Henrico octauo dirutum eſt, prædia habuerit, annuo cenſu 123. librarum noſtratium ſolidorum 11. & 9. denariorum.

53. THOMAS BRADWARDIN.

1348. *Edw.* 3. 23. EDwardus Rex tyrannidis Pontificiæ iam pertæſus, nec ferendum ratus vt regni ſui præſulatus, ſicut hactenus fecerat, pro libitu ſuo Papa diſponeret: hanc tam grauem iniuriam per literas deprecatur, dicens, antiſtitum deſignandorum ius ad Reges antiquitus ſpectaſſe ſemper, donec illi ad Pontificum petitionem in Capitula Cathedralia illud tranſtuliſſent; quod ſi vſurpare ij ſuperſedeant, deuolui continuo ac redire ad eum qui contuliſſet. Quapropter rogat, vt

vt prouiſionibus & reſeruationibus ſuis, Canonicis electionibus vim inferre deſiſtat, aut libertatem earum quouiſmodo imminuere. Huius epiſtolæ exemplar, apud Walſingamium videre eſt. Petitionem hanc Papa adeo non eſt aſpernatus, vt quanquam Regi iniquior & Gallus Gallo eiuſq; rebus promouendis plurimum ſtuderet; raro tamen cuiquam Epiſcopatum Anglicanum cõferret, niſi rogante Rege. Hinc vero factum eſt, vt Rege Pontificeq; conſpirantibus, electionis iure Capitula Cathedralia plerunque exciderint. Mortuo igitur Stratfordo, cum Monachi Cantuarienſes Thomam Bradwardinum elegiſſent: Rege tamen literis ad Pontificem datis, Ioannem Vffordum cõmendante; oraculo Papali Archiepiſcopus is pronunciatus eſt. Filius hic fuit Comitis Suffolcienſis, & Cantabrigiæ dicitur educatus, ibique iuris vtriuſque Doctor creatus. Sic nimirum neſcio quo authore Parkerus, cum ſatis conſtet (hunc an alium non pronuncio) Ioannem quendam Offordum (ſicut oſtendere poſſum) gradu huiuſmodi his temporibus Oxoniæ honeſtatum. Ex Decano Lincolnienſi Cancellarius Angliæ & Archiepiſcopus renunciatus, pallij conſecrationiſq; expers moritur Iunij 7. 1348. quo tempore ſtrage inaudita peſtis in Anglia noſtra ſæuiens, populi nouem partes, vix decima relicta (ſi Walſingamo fides) ſuſtulit. Defuncti cadauer ſine pompa aliqua ſolenni Cãtuariam delatum, & ſepultum ferunt ad parietem aquilonarem iuxta murum Thomæ Beckett, ibi (ni fallor) vbi monumentum videmus ligneum prope tumulum Warhami. Iſte (quem ideo non numeramus inter Archiepiſcopos quod conſecratione caruerit) palatium Archiepiſcopale Maydeſtonæ inchoauit, ſed morte intempeſtiua ſublatus abſoluere nequiuit. Extincto iam ſic vt retulimus Offordo, Cantuarienſes Monachi, geminata electione Bradwardinũ, Rege annuente, Archiepiſcopum iterum renunciant; & Papa antequam de hac monachorum electione quicquam reſciuiſſet, illum ipſum Eccleſiæ Cantuarienſi præficiendum decernit. Vix alium reperias qui adeo ſine ambitu, ac nemine tamen contradicente, Archiepiſcopale ſolium conſenderit. Sacratus eſt Auenione, per Bertrandum quendam S. Marci

Marci Cardinalem, in Ecclesia fratrum Minorum ibidem. Ritu consecrationis peracto, in Angliam quantum potuit properauit, vbi à Rege benignissime exceptus, temporalibus illico restitutus est. Ab aula Lametham mox secedit, vt corpus itineris longinqui laboribus defatigatum quiete reficeret. Ibi Roffensis Episcopi hospitio vsus, morbo corripitur, & diebus non multis decumbens, è viuis excedit, consecrationi suæ quinq; tantum septimanis, & 4. diebus superstes, Cantuariæ pro more non dum inthronisatus. Sepultus est in capella S. Anselmi ad murum australem. Natus fertur Bradwardinus Hatfeldiæ in Comitatu Suffolciensi, Oxoniæ vero educatus, vbi cum bonarum literarum studijs aliquot annos incubuisset, Academicorũ suffragijs procuratorũ vnus creatur anno 1325. posteaq; Doctoris in Theologia gradu honestatur. Mathematicus fuit insignis, Philosophus egregius, in Theologiæ vero studijs eousq; versatus, vt apud doctos illorum temporum, Doctoris profundi appellatione innotuerit; eamq; non immerito delatam illi fatebuntur credo, qui libros ab illo conscriptos perlegerint. Verum in hoc homine nihil erat quod potius laudaueris quam morum vitæque sanctimoniam, ob quam cæteraſq; virtutes, à Stratfordo delectus est, vt Regi esset à confessionibus. In quo munere ita se gessit, vt optimi simul ac prudentissimi viri laudem retulerit. Regem siquidem à recto deflectentem increpare consueuit audacter, ea tamen prudentia verborumq; lenitate, vt animum Principis nunquam offenderit. Neq; vero illum solum monuisse contentus, habitis sæpe coram exercitu concionibus, milites se efferentes & propter crebras de hostibus victorias ferocientes, ad humilitatem ac modestiam hortatus est, & erga Deum omnium bonorum largitorem, gratitudinem. Non desunt certe inter scriptores, qui insignes illas Edwardi victorias, huius potius sanctitati ac virtutibus acceptas ferendas existiment, quam cuiuspiam seu fortitudini seu prudentiæ. Iste tamen qui cum talis habitus fuerit, vt à Rege suo nihil non potuisset impetrare, ægre persuasus est, vt Ecclesiæ Paulinæ Cancellariatui præbendam in Lincolniensi Ecclesia adiungeret. Et ad Archiepiscopatum quod attinet,

tinet, certo certius est, nihil facilius fuisse quam quo tempore primum electus est, Regem suffragatorem habere si id sibi annitendum existimasset. Nam cum essent qui mirari se dicerent, electionem de illo factam Regem non probare, respondisse dicitur Rex prædictus, non libenter se tali confessore cariturum, cariturum tamen libentissime si illum Archiepiscopatum cupere perspexisset.

54. SIMON ISLIP.

SImon Islip, in Collegio Mertonensi Oxoniæ educatus, Legum Doctor ibi creatus, factus est primum Ecclesiæ Paulinæ Canonicus, tum curiæ Arcuatæ Decanus, & inde Secretarius Regius, in numerum eorum allectus qui Regi erant ab arcanis, & intimis consilijs, posteaque priuati sigilli custos constitutus. Ioannes Stratfordus morti vicinus, Cantuariensem Archiepiscopum eum olim futurum vaticinatus fuerat. Neq; vaticinij fidem fefellit euentus, duobus vix annis elapsis Archiepiscopo illo declarato, quanquam interea duo fuerint qui eam dignitate ipsi præripuisse visi sunt. Monachi approbante Rege elegerunt, & Papa electionis nulla habita ratione, Archiepiscopum renunciauit ex plenitudine potestatis. Oct. 4. 1349. promulgatæ sunt in Ecclesia Arcuata Londini bullæ, quarum virtute mense Decembri proxime sequenti consecratus est in Ecclesia Paulina, Episcopi Londinensis ministerio. Vt sumptui parceret, inthronisatus est clanculum. Homo siquidem deparcus fuit & frugi, externæ pompæ splendorem nihili æstimans. Sed & seuerus admodum fuit. Cum dioceſin suam primum visitaret, multos ob varia peccata sacerdotijs eiecit. In Roffensi & Cicestrensi nihil agere visus, vt nimiam in eo lenitatem non pauci reprehenderent. Reuersus vero domum, vocatos ad se delinquẽtes mulctauit ita, vt seueritatem in eo pauci iam posthac desiderarent. Certe Lincolnienſis Episcopus Ioannes Synwell, asperitatem eius adeo veritus est, vt magna data pecunia diploma bullatum à Papa impetrarit, quo se suosque ab Archiepiscopi huius iurisdictione defenderet, quod tamẽ postea Islepo flagitante rescissum est, & reuocatum, idq; hac

1349. Ed. 3. 23.

occaſione. Gulielmus quidam de Palmorna ab Academicis Oxonienſibus in Cancellarium legitime electus, à dicto Epiſcopo ea tempeſtate confirmationem pro more petijt, quia Oxonium Lincolnienſis dioceſis pars tunc temporis cenſebatur. Verum is, qua de cauſa incertum, de die in diem rem prolatando, negotium adeo non expedit tempeſtiue, vt Academici de grauamine iniuriaq; cõqueſti ad Archiepiſcopum prouocarint, qui Epiſcopo tempus præſcripſit ante quod, electum prædictum confirmaret, vel cur id non faceret rationem redderet mature. Tempore conſtituto adfuit electus vna cum Procuratoribus Academiæ vt admiſſionem poſtularent. Ille nihilo ſeciùs priuilegio nuper adepto (vt videtur) confiſus, rem ſicut ante in aliud tempus reiecit. Qua re cognita, Archiepiſcopus electum confirmat, & Epiſcopum citatum, coram ſe iubet cõparere ad reddendam rationem, quare, Cantuarienſis prouinciæ ſuffraganeus, Archiepiſcopi ſui mandato legitimo non obtemperarit. Epiſcopus ad Pontificis Romani tribunal extemplo prouocat, vbi diu lite inter eos agitata, ſuccubuit tandem Lincolnienſis, adempto & reſciſſo priuilegio. Hoc negotio confecto, Andream Vfford aggreditur, Archidiaconum Middleſexiæ, fratrem Ioannis Vfford electi Cantuarienſis, eiuſq; bonorum adminiſtratorem. Hunc ob non refecta ædificia Archiepiſcopalia (etſi frater nunquam fuiſſet conſecratus) in ius vocauit, & lite potior, recuperauit ab eo mille ac centenas libras, quas acceptas in reparatione palatij Cãtuarienſis impendit. Tum poſtea villam Wrothenſem demolitus eſt, & materie ibi reperta vſus eſt in ſtructura ædificij quod Maidſtonæ inchoarat Vffordus, quodq; iſte iam tandem omnibus numeris perfectũ reddidit; ſed tanto ſumptu, vt oneris magnitudini ſe ferendo imparem dictitans, à Papa petierit atq; impetrarit, annui cenſus partem quadrageſimam ſibi dari ab omni prouinciæ ſuæ clero. Sed miniſtri, vtrum errantes, an data opera ſcientes incertum, integram decimam collegerunt. Hæc omnia ſub initium Pontificatus eius; quo porro tempore, anno videlicet 1350. vetus controuerſia renouari cœpta inter illum & Eboracenſem Archiepiſcopum de cruce in prouincia

Can-

Cantuarienſi geſtanda. Rex ipſe tandem tota lite ab Archiepiſcopis eius arbitrio compromiſſa, negotium hoc modo compoſuit. Vt in alterius prouincia ante eos cruces ferantur: Sed Eboracenſem oportuit, & omnes eius ſucceſſores in ſubiectionis ſignum ſecundo menſe poſtquam deinceps Cantuarienſem prouinciam ingreſſi fuerint, pro pacifica crucis delatione, nuncium aliquem ſolennem, vicarium puta generalem, vel aliquem Legum Doctorem aut militem, ad Eccleſiam Cantuarienſem mittere cum imagine aurea Sancto Thomæ offerenda, quæ 40. libras noſtrates valeret & in effigiem Archiepiſcopi crucem baiulantis eſſet efformata. Inter cæteras Iſlepi noſtri res geſtas, nullo modo prætermittendum eſt, quod collegium dictum Cantuarienſe, quodque nunc collegij ſiue ædis Chriſti Oxoniæ pars cenſetur, ſuis ſumptibus conſtruxit, & dotauit, appropriatis eidem rectorijs Eccleſiarum de Pagham & Magfield. Monachis etiam ſuis Cantuarienſibus conceſſit Eccleſias de Monkton & Eſtry. Sed & hoc memoratu non eſt indignum, quod cum Cantiæ quædam Comitiſſa, marito Comite defuncto, monialis facta, in cœnobio aliquot annos inter velatas vixiſſet, tumque derepente equiti cuidam aurato clanculum nupſiſſet, Euſtatio Abricourt appellato: pœna quidem mulctauerit non leui, veruntamen coniugij vinculum ab illo non diremptum, adeoque permiſſum, vt cohabitantes, ætatis reliquum vnà tranſigerent. Inter cætera benefacta, vitio vertitur huic Archiepiſcopo, quod Comiti Arundeliæ pro 240. marcis vendiderit ius 26. damarum annuatim ipſi ſucceſſoribuſque reddendarum. Cum ſedi Cantuarienſi præfuiſſet annos 16. menſe 4. atque dies 12. vitam cum morte commutauit. Magfeldiam iter faciens, iumento quo vehebatur forte fortuna titubante, in paludem deiectus, illæſus cætera, luto conſpurcatus eſt, veſtibus madefactis. Lutoſus ita & madidus Magfeldiam perueniens, ſomno ſe corripi paſſus veſtibus non dum mutatis, in paralyſim continuo incidit, qua paulo pòſt extinctus eſt. Eccleſiæ ſuæ Cantuarienſi moriens legauit mille oues, veſtimenta quædam

auro intertexto pretioſiſſima, cappam item valde pretioſam, & cælati argenti magnam vim, nempe lances ſexies duodecim, ſalſaria ſex, & pelues prægrandes quatuor inſignibus ſuis ornatas. Sepultus iacet in medio nauis Eccleſiæ ſuæ, marmoreo conditus tumulo, cui inſcriptum legimus quod ſequitur Epitaphium:

Simon Iſlep oriens, vir bina lege probatus,
Vt naſcens, moriens ſic nunc iacet arcte locatus:
Arcem qui tenuit hic quondam Pontificatus,
Clero quiq; fuit regno toti quoq; gratus.
Princeps paſtorum fac Simon, Apoſtolorum
Simon vt iſte chorum per eos pertingat eorum.
Mil: trecenteno ſexageno modo ſeno,
Eius ſepteno paſtoratus quoq; deno,
Flos cadit è fœno, cœlo peto qui ſit amœno.
O ſpes ſanctorum, decus & pie Chriſte tuorum,
Cœtibus ipſorum prece iungas hunc precor horum.

Sine populi frequentia & quam minimis impenſis humari voluit; ſplendorem & magnificentiam magnis ſumptibus emptam, ſicut in tota vita, poſt mortem etiam deuitans.

55. SIMON LANGHAM.

1366. *Edw.* 3. 40. AD Cantuarienſem ſedem per Iſlepi mortem vacantem, illius Eccleſiæ Monachi elegerunt qui ſuccederet Gulielmum Edindonum Wintonienſem Epiſcopum, recuſante illo & electioni de ſe factæ conſenſum præbere detrectante. Rege tum annuente, ab Elienſi ſede Cantuariam authoritate Pontificia tranſlatus eſt Simon adhuc alius, Simoni Iſlepo ſucceſſurus, nempe Langhamus Elienſis Epiſcopus & Angliæ Theſaurarius. Qui Monachus primum Weſtmonaſterienſis, tum Prior, ac demum Abbas ibidem; inde Londinenſis Epiſcopus deſignatus, priuſquam conſecrari contingeret, præſulatum dignitate ſuperiorem opulentiori poſtponens, Elienſem oblatum accepit libenter, & quinque per annos tenuit. Pallium in capella S. Nicolai ſolenni ritu illi traditum eſt per Epiſcopum Bathonenſem Nouemb. 4. 1366.

&

& in festo Annunciationis sequenti inthronisatus est. Annis præfuit duobus non amplius, vt multa de eo scribere non patiatur temporis quo sedit angustia. Litem quæ magna exarserat inter ciues & clericos Londinenses de ratione decimandi, ita composuit, vt de singulis libris annui redditus vnum obolum sacerdotibus suis ciues persoluerent, præter oblationes atque decimas personales. Inter ipsum postea & studiosos Cantuariensis collegij, per antecessorem eius Illepum extructi, contentio exorta est. Ecclesiæ de Pagham fructus, illis concessos, sequestrauit; & alias exhibendo molestias, illud egit, vt eiectis studiosis, Monachos induceret, quod reuera tandem per suam potentiam, Pontificis Romani opera effecit. Inter alios sic eiectos numeratur Ioannes Wickliuius, qui summa Dei prouidentia hac tanta iniuria iritatus, in illorum vitijs oculos eo libentius defigens, reformationis viam inter primos & perspexit & ingressus est. Langhamus autem cum annos sedisset plus minus duos, Cardinalis creatus ab Vrbano quinto, Maij 12. 1367. tit: S. Praxedis, Archiepiscopatum reliquit & Auenionem profectus, non ita multo post ab eo titulo translatus, factus est per Gregorium 11. Episcopus Cardinalis Prænestinus, data illi potestate, aliarum promotionum spiritualium fructus, administratoris nomine colligendi. Nam in sola Wellensi Ecclesia, præter Thesaurariatum, Archidiaconatum etiam tenuit Tauntonensem. Auenione in magna vixit authoritate annos circiter octo, & eodem quo antecessor morbo sublatus, nempe paralysi, qua ad prandium sedens subito correptus est., mortem obijt Iul. 22. 1376. Sepultus est bis. Temporario nempe sepulchro conditus in Ecclesia Carthusianorum, quibus cœnobium Auenione constructerat; & inde post tres annos (sicuti viuens ordinauerat) Westmonasterium deportatus, tumulo alabastrino illatus, ab australi parte chori ibidem iacet humatus in capella S. Benedicti. Dignus cuius memoriam Westmonasterienses concelebrent, propter munificentiam eius erga illud cœnobium vix credibilem. Quicquid pecuniæ Monachus, aut Prior corraserat ibidem, in ære alieno conuentum

liberando impendit, quo primum tempore Abbas creatus eſt, videlicet 2200. marcas, præter multam aliam pecuniam quam ſeperatim in ſingulos Monachos quotidie contulit, quos vt liberos ſuos fouit & dilexit. Dum Angliæ eſſet Theſaurarius & Cancellarius, prædia multa coempta illis donauit. Ex Anglia diſcedens, reliquit illis libros valentes noſtræ monetæ 830li. & cappas ac veſtimenta ad pretium 437. librarum. Moriens, legauit illis quicquid haberet argenti cœlati (quod valuiſſe dicitur libras 2700.) nec non omnes pecunias ſibi debitas, quæ fere 4000. librarum conficiebant. Miſit illis præterea mille marcas dum adhuc viueret, vt inde 40. marcas annui redditus compararent pro quatuor Monachis, qui pro demortui anima miſſificarent. Vt de Carthuſianorum cœnobio nihil dicamus Auenione conſtructo, pecunia in hoc Weſtmonaſterienſe ſolum ab illo collata à quodam Monacho eiuſdem dicitur ad decies mille, & octingintas libras conſurgere. Tumulo eius Epitaphium huiuſmodi dicitur inſculptum;

Simon de Langham ſub petris his tumulatus,
Iſtius Eccleſiæ Monachus fuerat, Prior, Abbas.
Sede vacante fuit electus Londonienſis
Præſul, & antiſtes Ely, ſed poſtea Primas
Totius regni magnus Regiſq; miniſter:
Nam Theſaurarius & Cancellarius eius,
Ac Cardinalis in Roma Presbyter iſte,
Poſtq; Prænestinus eſt factus Epiſcopus, atq;
Nuncius ex parte Papæ tranſmittitur iſtuc.
Orbe dolente, pater quem nunc reuocare nequimus,
Magdalenæ feſto, milleno ſeptuageno
Et ter centeno ſexto Chriſti ruit anno.
Hunc Deus abſoluat de cunctis quæ male geſſit,
Et meritis matris ſibi cœlica gaudia donet.

56.

Digitized by Google

Mus. Brit. Harl. 4826

Bonet, Bonetus, Bonetti, Bonetto, Bonetty, Bonetta, Bonetti, Bonetto, Bonetty, Bonetta, Bonetti, Bonetto, Bonetty, Bonetta

57. SIMON SVDBVRY.

1375. Edw. 3. 49. IN conventu ordinum siue Parlamento, anno gratiæ 1373. coacto, decretum perhibet Walsingamus (quod tamen inter statuta quæ edita sunt non reperi) *Vt Ecclesia Cathedrales suis ganderent electionibus, & quod Rex de cætero contra electos non scriberet, sed per literas suas ad eorum confirmationem innaret. Sed tamen hoc statutum in nullo* (inquit Walsinghamus) *profuit.* At vero quod non profuerit, nihil aliud in causa fuit quam Monachorum Cantuariensium proteruia; qui electionis iure restituto moderate prudenterq; vti nescientes, ad sedem Ecclesiæ suæ iam vacantem postularunt Adamum quendam Eastonum, Anglum quidem, sed Cardinalem Romanum. Id quod Regem tam male habuit, vt de ijs proscribendis & tam regno quam Monasterio eijciendis consilium inierit. Sed Gregorius 11. tunc Papa, partim vt Regem Monachis reconciliaret, partim, multoq; magis (vt credibile est) quo fugitivum provisionum ius ad se retraheret, postulationem huiusmodi repulit, & (quod Regi in primis gratum futurum non ignorabat) Archiepiscopatum provisionis titulo Simoni Sudburio contulit, Episcopo Londinensi. Hic patre prognatus est nobili cui nomen Nigellus Tibold: Vnde cognomen inditum constat à Sudburia, comitatus Suffolciensis oppido, vbi primum in lucem est editus, in parochia nempe D. Georgij. Ex ephebis vix dum egressus, à patre ad transmarinas oras emissus est, vt iuris cognitionem compararet, cuius facultatis Doctor evasit postquam Galliæ plurimas Academias perlustrasset; tumque Innocentio sexto à sacris, & in Romana Curia iudex siue Auditor rotæ factus est: Eiusdemq; Pontificis provisionibus, primum Cancellarij munus occupavit in Ecclesia Sarisburiensi, dein anno 1364. Londinensem Episcopatum, ac tandem (sicuti retulimus) Archiepiscopatum Cantuariensem, cuius translationis bullæ ipsi redditæ sunt Iunij 6. 1375. Synodos celebravit duas, in quarum vtrisq; Latino vsus idiomate, doctissime concionatus est. Sedit annos circiter sex, & nece tandem indignissima est affectus. Sacrificus quidam

dam id temporis (Ioannem Balũ appellabant)concionibus, ex infima & egena plebe per multos ad id induxerat, vt existimarent, per omnia ſervandam æqualitatem, hominem homini non præſtare, non nobilem ignobili, non opulentum pauperi, non doctum ignaro: Communes omnium mortalium parentes, & primos quidem illos, ad eum vixiſſe modum, nullo prorſus obſervato diſcrimine. Itaque author illis fuit, vt ad magnum numerum collecti, Regem interpellarent: futurum vt illi multum adoleſcenti perſuadeatur: quod ſi non fiat, ferro ſe in libertatem vindicarent. Hunc Archiepiſcopus, in carcerem aliquando coniectum, neſcio qua tandem religione motus, expedivit, magno certe ſuo & exitiali malo. Dimiſſus enim cœpit aliquanto etiam pertinaciùs vrgere inſtitutum ſuum. Qui Londini tum erant tenuiores, odio locupletiorũ (vt fieri ſolet) laudare factum, per literas etiam invitatis illis Londinum pervenirent, patefacturos ſe vrbem promittentes. Collecti adeo ex hac fæce ad ſexaginta pene millium, duces ſibi præponunt Tilerum, Straw, Leiſterum alioſq; infimæ ſortis homunciones, tumque Londinum petunt, nobilium aut paulo opulentiorum domos quò iter facicbant vbiq; diripientes, ipſis etiam plerunq; vt quenq; cepiſſent obtruncatis aut peſſimè mulctatis. Londinum cum perveniſſent, mittit ad illos Rex qui percontetur quid ſibi velint; ad quæ illi, cupere ſeſe gravibus de rebus cum illo verba facere, deſcenderet igitur ad colloquium. A conſultatione, pleriſq; viſum, faceret quod peterent: Archiepiſcopus vero & Robertus Haleſius Theſaurarius Regius, nec decorum nec tutùm exiſtimabant, vt ſalutem ſuam fidei commiteret hominum flagitioſorum à quibus quam nihil boni aut æqui eſſet ſperandum, ea ſatis demõſtrare quæ paucis antè diebus perpetraſſent: Quapropter, conſultius futurum, noctu, vino ſomnoq; ſepultos, inermes, diſcinctos atq; diſſipatos opprimere. Hæc eorum ſententia quanquam non probaretur, neſcio qua ratione tamen ad ſeditioſos emanavit; qui iracundia perciti, in arcem Londinenſem vbi Rex tunc erat, impetum fecerunt, & cum ſatis præſidij non eſſet ad reſiſtendum irrumpunt, ac Archiepiſcopum,

piſcopum Haleſiumq; magnis clamoribus ad cædem depoſcunt. Archiepiſcopus, quid eſſet eventurum præſagiens, omnẽ eam noctem precibus impẽderat, & tum forte miſſam celebrabat quando irrumpentium tumultus primũ eſt auditus. Sacro finito, magna animi conſtantia percuſſores opperitur, & cum morari viderentur, ſacello egreſſus, vadamus ait ſecuri, præſtat mori quam quando non iuvat vivere; neque ſane tempus hucvſq; datum eſt in toto vitæ curriculo, quando maiore animi conſcientiæq; tranquilitate mortem oppetere potuiſſem. Seditioſis obviam datis & clamantibus vbi eſt proditor, Adventum veſtrum (inquit) gratum habeo mi filij, eccum tibi Archiepiſcopum quem quæritis vt credo, proditorem non item. Correptum eveſtigio trahunt ex arce ad locum maleficis plectendis conſuetum: Quo cũm perveniſſet, quanquam omnia vbiq; horrendis clamoribus circumſonare & nihil præter minas audiret, neq; vllam cruentas nebulonum manus evadendi ſpem ſupereſſe cerneret; his tamen vocibus circumſtantes dicitur affatus. Quid eſt chariſſimi filij, quid eſt quod paratis facere? quodnam eſt delictum meum tam grave vt mortem mereatur? Cavendum vobis eſt ne me interfecto qui paſtor & Archiepiſcopus veſter ſum, (vt de iudicio divino nihil dicam) vniverſa Anglia interdicto ſupponatur. Plura dicturum, promiſcuis clamoribus vndiq; perſtrepentes, interpellarunt, ſe neč interdictum nec ipſum Pontificem flocci pendere, neque igitur aliud ſupereſſe quam vt cervicem exhibeat amputandam qui regni populiq; Anglicani proditor extitiſſet. Ille nihiloſecius pergit, & incredibili facundia (*vt erat vir eloquentiſſimus*, inquit Walſinghamus, *& incomparabiliter vltra omnes regni ſapientes ſapiens*) ad pietatem in Deum & Principis obſequium hortatur, non tam proficiendi ſpe, quam officio ſuo fungendi propoſito. Nouiſſime poſt remiſſam carnifici necis ſuæ offenſam, perſecutoribus veniam à Deo precatus, cum ſe miſericordiæ divinæ commendaſſet, flexis genibus, gladij ictum intrepidus expectauit. Percuſſus tandem leviter, manum vulneri admouit, verba hæc vltima edens, ah manus Domini eſt, quando repetito ictu digitorum aliquot

ampu-

Digitized by Google

amputatis, proſternitur. Octavo tandem vulnere mutilatus capite truncatus eſt. Cædes hæc deteſtanda patrata eſt mane Iunij 14. 1381. quo toto die & parte proximi; corpus in loco ſuppliçij iacuit nemine auſo attingere. Capita vero eius & Haleſij (ſimili crudelitate perempti;) poſtquam pilcos clavis affixerant, haſtis præligata per vicos civitatis ad ludibrium circumferunt, & tandem ſuper Pontem Londinenſem ſuſpendunt. Hunc finem vitæ habuit inclytus hic Præſul, qui quanquam ſacerdotio & canitie reverendus, ſapientia, eruditione, pietate, facundia, comitate præditus; & propter has alia: q; animi imo & corporis etiam virtutes quæ haud deerant ſumme fuiſſet venerandus; liberare tamen eum non potuerunt hæc omnia à furore multicipitis illius belluę (plebis inquam,) cuius iracundia & ſæuitia accenſa, nulla exiſtit fera tam atrox, tam crudelis, tam immanis. Quomodo tumultus hic ſedatus fuerit & ij qui concitarunt puniti, petant lectores à Chronographis illorum temporum. Hoc interim non prætereundum, Ioannem quendam Starling, qui ſe Archiepiſcopum obtruncaſſe gloriabundus iactaverat, eodem ſupplicij genere cæſa ceruice infra paucos dies occubuiſſe, ſimul cum multis alijs qui ipſiſtanti facinoris perpetrandi, autores fuiſſe noſcebantur. Cadauer Archiepiſcopale pace reddita, Cantuariam vna cum capite delatum, ab auſtrali parte altaris S. Dunſtani ſepulturæ honorifice mandatum eſt, paulo ſupra tumulum Stratfordi. Dum Londinenſis adhuc eſſet Epiſcopus, ſuperiorem partem Eccleſiæ S. Georgij Sudburiæ de novo conſtruxit; & in loco habitationis paternæ Collegium condidit ſecularibus ſacerdotibus, quod Henrico octauo regnante demolitum, in annuo cenſu numerabat 122. libras noſtrates & 18. ſolidos, hoc eſt aureorum Gallicorum 402. Poſtquam vero ad ſedem Cantuarienſem tranſlatus eſt, Occidentalem civitatis portam, prout & mœniorum quantum inde ad Septentrionalem vſq; portam protenditur, à fundamentis excitavit. Opus nobiliſſimum, eoq; vtilius, quod hic murus, præter munimentum, pontis vſum civibus exhibet, & à porta ad portam compiti in morem totus fere pervius eſt.

58.

58. GVLIELMVS COVRTNEY.

1381. *Ric. 2. 5.* SImone Sudburio ſic vt retulimus à ſeditioſis occiſo, conuenientes Monachi Cãtuarienſes, annuente Rege, electione legitima Archiepiſcopum renunciarunt, Gulielmum Courtneium Epiſcopum Londinenſem. Cuius rei ignarus Pontifex Romanus, Archiepiſcopatum eidem ſub id ipſum tempus per prouiſionem contulit. Filius is fuit Hugonis Courtney Deuoniæ Comitis, & etiamnum adoleſcens, iuris Cæſarei Pontificijque ſtudio gnauiter incubuit. Tum ſacris ordinibus initiatus, prouentibus Eccleſiaſticis illico locupletatus eſt, collatis in eum Præbenda vna in Eccleſia Exonienſi, in Wellenſi altera, in Eboracenſi tertia, ac ſacerdotijs itidem opimis neſcio quot. Anno 1369. in Epiſcopum Herefordenſem conſecratus eſt, vbi cum ſediſſet annos 5. & menſes 6. Londinum tranſlatus eſt, Sudburio ad Archiepiſcopatum prouecto. His adijcit Walſingamus, Cardinalem anno 1378. creatum, qua de re ſuo loco. Tranſlationis ad Eccleſiam Cantuarienſem, diplomata bullata Cantuariæ promulgata ſunt Ianuarij 9. 1381. Temporalibus (vt loquimur) reſtitutus, & Regi pro more homagio præſtito, Lametham venit. Ibi acceſſit ad eum monachus à Priore & Conuentu Cantuarienſi miſſus vt crucem illi traderet, id quod fecit Ianuarij 12. his verbis nouum Archiepiſcopum affatus, *Pater reuerende, nuncius ſum ſummi Regis, qui te rogat, mandat & præcipit, vt Eccleſiam ſuam regendam ſuſcipias, eamque adiuues & protegas: In cuius ſignum nuncij, ſummi Regis vexillum tibi trado ferendum.* Pallium breui poſtea Croydonæ accepit. His ſolenniter peractis ritibus, ad res pro munere gerendas ſe accingit. Ac primum ciuitatis Cantuarienſis Balliuos, qui laica poteſtate adulteria & huiuſmodi crimina, à prælatis corrigi conſueta, vindicauerunt, Eccleſiaſtica cenſura compeſcuit. Synodum deinde celebrauit Londini, vbi Ioannis Wicleui dogmata (magna ex parte orthodoxa & hodie in reformatis Eccleſijs recepta) quæ non modo inter doctos, ſed in ipſum vulgus late ſparſa fuere, quaſi hæretica damnauit. Robertum Rugg Oxonienſis Academiæ Cancellarium

&

& Thomam Brightwell Theologum Doctorem cum Wicleuianis sentientes, ad palinodiam protinus adegit. Nicolaum vero Hereford & Philippum Repingdon Theologiæ etiam Doctores, ac Ioannem Aſhton artium Magiſtrum, cum à ſententia nollent dimoueri, hæriticos pronunciatos excommunicauit: Qui tamen poſtea coacti ſunt iuramento Wicleuianis dogmatibus renunciare. Ex his Repingdonus Epiſcopus poſtea Lincolnienſis & Cardinalis etiam creatus eſt. Aliam deinde poſtea ſynodum celebrauit, in qua Latine concionem habuit hoc themate aſſumpto, *Super murum Ieruſalem conſtitui cuſtodes*, Iſ. 62. 6. Eodem ipſo tempore ordines in Parlamento conuenere: Cumque proceres nonnullos, qui ſeditionis inter Regem & optimates authores ferebantur, ad ſupplicium popoſciſſent; priuſquam ea de re quicquam decernererur, Archiepiſcopus, quem Canones prohibebant adeſſe cum de ſanguine ageretur, abductis ſecum ſuffraganeis ſuis, è Parlamento diſceſſit, proteſtatione prius facta cuius ſententiam paucis ſubiungam: Et ſi quem iuuet integram perlegere, Regiſtrum petat iſtius Archiepiſcopi vbi fol. 174. habetur. *Cum de iure & conſuetudine regni Angliæ, ad Archiepiſcopum Cantuarienſem nec non cateros ſuos ſuffraganeos, coepiſcopos, Abbates &c. per baroniam de Rege tenentes, pertineat in Parlamentis Regis quibuſcunq; vt Pares regni prædicti, cum cateris regni Paribus perſonaliter intereſſe, conſulere, tractare, definire &c. de iure intereſſendi &c. cum cateris Parib⁹ proteſtantur. Verum propterea quod in hoc Parliamento agatur de nonnullis rebus in quibus non liceat illis per ſacrorum Canonum inſtituta intereſſe, proteſtantur porro ſe abituros, iure Paritatis cuiuſlibet eorum ſemper nihilominus ſaluo, &c.* Anno 1388. aliud Parliamentum Cantabrigiæ habitum eſt, in quo, præter alia multa ſtatutum eſt, nemini poſthac licere promotionem aliquam Eccleſiaſticam per prouiſionem papalem collatam accipere. Quod ſi quis fecerit, à protectione regia per hanc legem excludebatur, & patrono facultas data, alium tanquam vacanti, ordinario præſentandi. Poſt hęc Archiepiſcopus bullis Papalibus affatim munitus, ad vniuerſam prouinciam ſuam viſitandam ſe accingit. Cum Roffenſem, Ciceſtrenſem,

ceſtrenſem, Wellenſem & Wigornienſem dioceſes peragraſſet; Exoniam venienti mos ipſi non geritur, magis quam olim Simoni Mepano ibidem ſimilia tentanti. Huiuſmodi contumaciæ occaſionem aliquam dediſſe videtur ipſe Cantuarienſis. Nam poſtquam Epiſcopum alioſque prælatos à iuriſdictione pro more inhibuiſſet; ſeſſionum tempora de die in diem eouſque prorogauit, vt diutius à iuriſdictione ſua ſe arceri quererentur quam Canonibus Eccleſiaſticis conſtitutum ſit. Quapropter, ſub pœna excommunicationis, dioceſanis ſuis Epiſcopus interminatur, ne viſitanti Archiepiſcopo iam amplius pareant; ac deinde appellatione interpoſita, ad Pontificem prouocat. Ille nihiloſecius in viſitatione pergit, ac non obtemperantes vniuerſos excommunicat, interque cæteros Epiſcopum ipſum Thomam Brentingamum Angliæ nuper Theſaurarium. Cuius ſane cauſæ multum attulit præiudicij famulorum eius aliquot factum petulantiſſimum. Ij enim mandatarium Archiepiſcopi Thomam Hill in oppido Topſham comprehendentes, & ſarcinas eius excutientes, ſcriptum quoddam repererunt Archiepiſcopali ſigillo munitum, quo Epiſcopus ipſe coram Archiepiſcopo, neſcio quibus articulis reſponſurus, comparere fuerat iuſſus. Hoc ſcriptum dicti Epiſcopi famuli, dentibus vna cum cera manducare ac denique deglutire miſerum mandatarium prius peſſime mulctatum, vi coegerunt. Qua re Rex adeo offenſus eſt, vt qui antea ſe medium inter vtroſque geſſerat, iam poſtea in Archiepiſcopi gratiam nihil non facturus videretur. Quapropter, appellationem quam in Romana curia aliquandiu fuerat proſequutus, deſeruit tandem Exonienſis & Archiepiſcopo ſeſe ſuamque cauſam ſupplex commiſit, quocum ab illo ſatis clementer actum eſt. Mandatario vero factam iniuriam ſeueriſſime vindicauit. Gulielmum etiam Byd legum Doctorem, curiæ arcuatæ aduocatum, ordine atque loco mouit, quia contra Cantuarienſis ſedis dignitatem, conſilium Epiſcopo antedicto, dediſſe videbatur. Tum iuramentum à ſingulis eiuſdem curiæ aduocatis, admiſſionis tempore conceptis verbis præſtandum, conſtituit, quod iam inde ab eo tempore obſeruatum ferunt. Interea vero dum

hæc

Digitized by Google

hæc gererentur, Sarisburiensis Episcop⁹ Ioannes Waltamus, ab Exoniensis exemplo, & gratia qua multũ valebat apud regẽ spiritus sibi sumens; Archiepisc. visitaturo similiter restitit, hoc obtentu, quod Vrban⁹ 6. tũ nuper obierat, à quo diplomata is impetrarat. Archiepisc. vero iuris scientia Sarisburiensi non paulo peritior, satis intelligebat, visitationis ius Papali authoritate non inniti, etsi diplomata (qualia fortasse Waltero Rainold concessa dixim⁹) authoritati Archiepiscopali, adminiculi quippiã adiectura existimaret. In visitatione proinde perrexit, non obstante appellatione Episcopi, quem censuris Ecclesiasticis ita exagitauit, vt appellationem deferre consultissimum putarit, & Archiepiscopi clementiam experiri, qui, etsi ægre, tandem tamen à Comite Sarisburiensi alijsque intercessoribus exoratus, in gratiam hominem recepit. Ac ab eo iam inde tempore, non est inuentus suffraganeorum quisquam, qui de visitationis iure cum Archiepiscopo voluerit contendere. Non multo ante obitum, à Clero prouinciæ suæ postulauit sexagesimam partem annui census, cuius rei facultatem à Papa se habere dicebat. Quomodo alibi profecerit me latet. Lincolniensis vero Episcopus hanc pecuniam in sua dioecesi colligi non est passus. Vnde ad Pontificem prouocatum. Hac pendente appellatione, moritur Archiepiscopus Iulij 31. 1396. cum sedisset annos prope 12. idque Maidstonæ, vbi demolito veteri opere, sacerdotibus secularibus collegium condidit, cuius annuus census quando ditatum id est ab Henrico 8. æstimatus est ad centum & quadraginta libras nostrates. Tum Ecclesiam de Mepeham collapsam, ad vsus infirmorum fratrum refecit, iuxtaque eam 4. nouas ædes extruxit. In ædificiorum ad suã sedem spectantium structura ac ornatu, magnam pecuniam impendit, ac præcipue arcis Saltwodensis. Ad reparationem nauis Ecclesiæ suæ, clausstrorum & murorum eiusdem, mille marcas testamento legauit. Item imaginem argenteam deauratam ponderis centum & sexaginta librarum, vestimenta sacerdotalia duo, cappas pretiosas 12. libros q; permultos. Humatus iacet ad pedes Edwardi Principis, ab australi parte feretri S. Thomæ, sepulchro conditus alabastrino.

59.

59. THOMAS ARVNDEL.

Iul. 17.

1396.
*Ric.*2.21.

PRouiſione Papali, Thomas Arundellus Eboracenſis Archiepiſcopus Cantuariam tranſlatus eſt circa feſtum Natalis quod Courtneij mortem proxime ſubſequutum eſt. Qui Cancellariatu Angliæ, illico vt Archiepiſcopus factus eſt ſe abdicauit. Tranſlationis bullæ Cantuariæ promulgatæ ſunt Ian. 11. Crux tum paulo poſtea per Henricum Chellenden Cantuarienſem Priorem tradita, Rege multiſque procerum præſentibus. Deinde Februarj 10. pallium accepit, & decimo nono eiuſdem magna cum pompa Cantuariæ inthroniſatus eſt. Genere nobiliſſimo ortus eſt, vtpote filius Arundeliæ Comitis Roberti, frater Ricardi qui paulo poſt à cõtraria ſibi factione oppreſſus, ſecuri percuſſus eſt. Ex ſubdiacono & Archidiacono Tauntonenſi annos natus 22. Epiſcopus factus eſt Elienſis anno 1375. & Eboracum tranſlatus 1388. Cantuariæ vix dum planè conſederat quando offenſam Regis incurrens, eiectus eſt inde. Tranſlationis eius anno ſecundo Parlamentum Londini coactum eſt. Proditionis ibi rei facti ſunt Gloceſtriæ Dux, & præter alios nonnullos, Arunndeliæ Comes antedictus Archiepiſcopi frater. Cumque præſulibus fas non eſſe putarent (ſicut antea retulimus) cauſis ſanguinis intereſſe: Archiepiſcopus, vna cum cæteris Epiſcopis è confeſſu ſe proripuerunt, ſimul ac ea de re mentio facta eſt. Illis abſentibus, non ſolum cæteri, ſed Archiepiſcopus etiam vna cum illis damnatus eſt. Ad Comitem quod attinet, de eo ſupplicium illico ſumptum. Archiepiſcopo mandatum vt infra quadrageſimum diem inde ſequentem regno excederet. Qui in exilium ſic eiectus, ad Pontificem profectus eſt. Ille exulis miſertus, iniuſte (vt videbatur) damnati, literis pro eo reſtituendo apud Regem intercedit: Et cum nihil ea ratione obtineri perſpiceret, ad Archiepiſcopatum S. Andreæ in Scotia eum transferre & Eccleſiaſticis dignitatibus in Anglia per prouiſionem Rege quantumvis inuito locupletare iam decreuerat, quando Rex, qui ea de re nonnihil iam inaudiuerat, minis precibus admixtis, per literas magnopere contendit, ne inimicum ſuum capitalem

pitalem fouere velit amplius aut promouere. Tantum valuerunt hæ literæ, vt poſtea quamdiu Ricardus rerum potitus eſt, non ſolum nihil in eius gratiam fecerit, ſed etiam ab eodem rege exoratus, Cantuarienſem Archiepiſcopatum contulerit Rogero Walden Decano Eboracenſi & Angliæ Theſaurario, qui conſecratus & inthroniſatus, ſynodos indixit, & omnia Archiepiſcopalia munia per duorum annorum ſpatium obiuit. Contigit interea Richardum Regem exauthorari, regno ſe abdicare coactum per Henricum Lancaſtriæ Ducem, qui deinceps rerum potitus, Henricus quartus appellatus. Bonifacius tum Papa quamprimum reſciuit Richardum in ordinem redactum; Waldenum per ſummã iniuriam Eccleſiam Cantuarienſem occupaſſe pronunciauit, eoque proinde amoto Arundelium reſtituendum, id quod protinus factum eſt. Waldenus nunc Epiſcopus ſine Epiſcopatu (nam Epiſcopatus ordo eſt, adeoque character indelebilis) in eo ſtatu vixit aliquandiu, donec tandem æmuli Arundelij (miſericordia moti) opera, in Londinenſi Epiſcopatu collocatus eſt, quo tamen diu haud datum eſt frui, nam anno vix dum circumacto, mortuus eſt. Reſtitutionis eius anno primo ſynodum indixit, quo acceſſerunt Northumbriæ & Weſtmerlandiæ Comites, dicentes, à Rege quidem miſſos ſeſe, ſed nuncium ſolitum haudquaquam apportare; ſiquidem ideo ſe venire, non vt pecunias flagitent, ſed orationes eorum, pro ipſo, regnique incolumitate fundendas. En vt locum habeat nonnunquam illud poetæ,

---- Mitiſsima ſors eſt
Regnorum ſub Rege nouo.

Hic tantus pecuniarum contemptor, ante elapſum biennium ita mutatus eſt, vt annui cenſus ſimplicem decimam à Clero in proxima ſynodo oblatam vltro, aſpernaretur, multo maiora poſtulans, & aurem mox cœperit præbere ſacrilegorum conſilijs, nitentium, omnium ſubſidiorum onera in Eccleſiaſticos conijcere. Hos nimirum dicebant (idque in ipſo conſeſſu Parlamentario) omnes regni opes poſſidere; ac proinde æquum eſſe, vt hij Regis indigentiam curent ſubleuandam,

uandam, vel diuitias quibus nimium affluant laicis inopia laborantibus communicent. Archiepiſcopus (antiſtes procul dubio egregius vir ſapiens & animo ſatis magno prædituſ) huiuſmodi vocibus vehementer commotus; è loco ſuo exurgens, oſtendit primum, ſæpius à clericis prouentuum decimam partem hactenus principibus conceſſam, quam decimamquintam à laicis: & quanquam ipſi non militarent, clientes tamen & famulos ipſorum Regi nunquam ita defuiſſe, quin auxilia ſemper tulerint in omnibus bellis pro rata portione laicis multo copioſiora. Neque vero (inquit) nos ipſi vt otioſi ac inutiles plane habendi, cum ſi non manibus & ferro, armis ſpiritualibus, nempe orationibus, ab hoſtibus tutos reddere regnum & Regem die noctuque ſatagamus. Secundi ſiue inferioris ſenatus Parlamenti prolocutor, eà tempeſtate fuit Ioannes quidam Cleyn, qui ſacris olim initiatus & Diaconus factus, ad militiam ſe conferens, ſacrum ordinem exuerat. Nebulonem non puduit impudenter & profano ore profiteri, orationes clericorum parui ſe pendere, modo nummos nanciſcantur. Ad quæ Archiepiſcopus, video iam quorſum tendat regni fortuna, vilipenſis ſuffragijs quibus diuinitas placari ſolet. Certe nunquam fuit, aut erit (quantum autumo) ſtabile regnum, vbi preces & orationes ad Deum negligantur. Tum Regem nutantem videns, genu flexo rogauit, vt iuramenti quando primum regnare cœpit ſuſcepti memor (quo Eccleſiam conſuetis omnibus priuilegijs & libertatibus gauiſuram receperat) Regem per quem Reges regnant offendere veneretur. Neque vero ſperandum ait vt emolumenti quicquam ex ſacrilegio huiuſmodi percipiatur. Vos (inquit) & veſtri ſimiles (ad Cleynum & ſocios conuerſus) Richardo Regi authores fuiſtis, vti cellas quæ extranei poſſederunt in Anglia diriperet, futurum aſſerentes, magnas vt inde diuitias reportaret, cum hodie conſtet, ne dimidia quidam marca ditiorem illum factum ex eo ſacrilegio; Ac poſt eam deprædationem, quam fœliciter illi cætera ſucceſſerint, ſatis noſtis. Et, ſi Rex (quod abſit) execrando veſtro conſilio iam nunc obſequeretur, auſint recipere,

Digitized by Google

pere,exacto demum anno,ne vno quidem denarialo opulentiorem eum futurum. Hæc elocutum, iubet Rex ſedem ſuam repetere, ſpondens, Eccleſiam ſe regnante nil detrimenti accepturam. Neq; ſane accepit, nemine poſt id temporis auſo, contra illam quippiã moliri. Clerus vero Regis huiuſmodi fluctuatione (quæ tamen fortaſſis ſimulata fuit)adeo territus eſt; vt ſingulis deinceps annis decimã illi conceſſerit,ſynodo vel eam vnã ob cauſam,ſi alia non ſubeſſet,quotannis conuocata. Reliquo Pontificatus ſui tempore in id plurimũ incubuit, vt Wicleuianorum dogmatum profeſſores coerceret; in quos omnium primus ſæuijt viuicomburio; eo mortis genere inter alios affecto Ioanne Old-caſtell Domino Cobham. Cumque nihiloſecius iſtorum hominum creſcere indies numerum conſpiceret; vt caliginem offunderet oculis eorum ne illos defigere poſſent amplius in prauis illis ſuperſtitionibus quæ in Eccleſiam iam olim paulatim irrepſerant: Scripturas ſacras in vernaculam Anglicanam conuerti, vel conuerſas legi vetuit in ſynodo; cum non ita pridem in funere Annæ Reginæ concionatus, haud alio nomine eam magis laudauerit,quam quod Euangelia in Anglicanũ idioma conuerſa aſſidue lectitaret. Sed iuſto dei indicio factum ferunt, vt is qui verbum dei, animæ pabulum, ſubtraxerat popularibus; clauſis per anginam aut morbum aliquem conſimilem faucibus, aliquanto ante mortem tempore, nec verbulum potuerit fari, nec cibi vel minimum deglutire, adeoque mutus fameque tandem enectus inedia interierit. Certe,quocunque demum morbo ſublatus,diem is clauſit extremum Febr. 20. 1413. quando annos plus minus 17. Eccleſiæ Cantuarienſi præfuiſſet. Lapide tectus marmoreo, ſepultus iacet inter duas columnas in orientali parte nauis Eccleſia ſuæ verſus Septentrionem. Campanile condidit ibidem & in pyramidem faſtigiatum plumbo operuit. Campanis etiam inſtruxit quinque, quibus Pontificio more nomina indidit, Trinitatis,Mariæ, Gabrielis, Blaſij & Ioannis. Ipſum vero campanile, conditoris nomine in hodiernum vſque diem nuncupatur.

60. HENRICVS CHICHLEY.

1414. *Hen.5. 2.*

POst Arũdelli obitum, eligitur in Archiepiſcopum à Monachis Cantuarienſibus Henricus Chichleius Menevenſis in Wallia Epiſcopus, quam electionem Rex niſi ex ſententia Pontificis noluit confirmare. Ille vero occaſionem inde libenter arripiens proviſionum ius iniquiſſimum repetendi; cum electionem Monachorum irritam declaraſſet, eidém electo Archiepiſcopatum confert proviſionis titulo. Natus eſt ille Highamæ-Ferreriorum in Comitatu Northamptonienſi, educatus vero Oxoniæ in Collegio Wiccamiano, vbi eo vſq; ſtudio ac induſtria profecit, vt gradu Doctoris in iure Civili Pontificioq; honeſtatus, Eccleſiæ Sariſburienſis Cancellariatum adeptus fuerit. Tum, Legati munere ſæpe functus, magna cum prudentię ſolertięq; laude; Henrici 4. Regis opera Epiſcopatui Menevenſi præficitur anno 1409. Vnde, poſt quinquennium, Rege Henrico quinto annuente, Cantuariam (vti diximus) tranſlatus eſt. Pallium accepit à Wintonienſi Epiſcopo traditum Iulij 29. 1414. & fructus vacationis tempore collectos (vacaverat autem ſedes bimeſtri ſpatio) redemit à Rege numeratis 600. marcis. Anno 1428. Legatus conſtitutus eſt Pontificius, ſed authoritatem eam exercere aut aliquid pro poteſtate ſibi conceſſa agere renuit, donec ad id facultas ſibi à Rege facta eſſet. Oppido de Higham-Ferreriorum (vbi natus eſt) multa impetravit à Rege privilegia, & ibidem anno 1425. Collegium ſimul & Xenodochium inſtituit. Ac Collegium quidem, in quo octo collocavit Sacerdotes, ſeculares, Clericos 4. totidemq; choriſtas, partim ab ipſo, partim à fratribus teſtamenti ſui executoribus latifundijs ampliſſimis locupletatum eſt, ita vt quo tempore ſub Henrico 8. dirueretur, redditus habuerit annuos 156. librarum & duorum itidem ſolidorum. Xenodochium porro proventibus dotavit quantum pauperibus aliquot alendis ſufficeret. His fundationibus abſolutis, duas adhuc alias Oxoniæ inchoavit & perfecit; Collegium nimirum D. Bernardo dicatũ quod abolevit Henricus 8. reſtituit vero atq; adauxit Thomas Whitus Prætor

tor (ſiue vt loquimur Maior) Londinenſis indito S. Ioannis nomine. Alterum vero illud quod Omniũ Animarum nuncupari voluit, inter ſpecioſiſſima illius Academiæ ædificia numeratur & Eccleſię Reipublicæq; viros doctos quotidie quamplurimos progignit. Huic Collegio Henricus 6. Rex Chichleio petente latefundia dedit Cœnobiorum 4. extraneis alendis deſtinatorum, Alberburiæ in Comitatu Salopienſi, Rumnciæ in Cantio, Langvenithæ in Wallia auſtrali & Wodonæ-Pinknciorum in Northamptonienſi pago. Magnam deinde pecuniam cum impendiſſet in reparatione bibliothecæ Eccleſiæ ſuæ, eandem libris quamplurimis ijſq; præſtantiſſimis inſtruxit. Quingentos per annos iam elapſos, Archiepiſcoporum nulli datum eſt tam diu illa ſede potiri; Cui nimirum præfuit annos 29. & Aprilis 12. 1443. è vivis excedens, tumulo conditus eſt alabaſtrino per ſe dum viveret extructo ab Aquilonari parte Presbyterij, in quo Epitaphium huiuſmodi inſculptum legimus;

Hic iacet Henricus Chichley Ll. Doctor, quondam Cancellarius Sarum, qui anno ſeptimo Henrici 4. Regis ad Gregorium Pp. 12. in ambaſſiata tranſmiſſus, in ciuitate Senenſi per manus eiuſdem Papæ in Epiſcopum Meneuenſem conſecratus eſt. Hic etiam Henricus anno ſecundo Henrici quinti Regis in hac ſancta Eccleſia in Archiepiſcopum poſtulatus, & à Ioanne Pp. 23. ad eandem tranſlatus, qui obiit anno Domini 1443. *menſis Aprilis die* 12.

Cœtus ſanctorum concorditer iſte precetur,
Vt Deus ipſorum meritis ſibi propitietur.

Cardinalem Romanum creatum fuiſſe ſunt qui tradant; perperam vt opinor, cum (vt nihil aliud dicam) in Epitaphio ciuſce rei mentio nulla facta fuerit. Vir certe fuit honore quovis dignus: Ea ſiquidem prudentia præditus, vt cum munus paſtorale laudatiſſime ſummaque cum integritatis laude obiverit; Principis tamen gratiam ſemper retinuerit; Eaque deinde pietate, vt opes vniverſas profunderet, vel egenos ſublevando, vel in literarum commodum Collegia extruendo.

61. IOANNES STAFFORD.

1443. *Elen.6. 22.*

DEfuncto Chichleio succeſſit, ab Eugenio quarto Pontifice deſignatus, Ioannes Staffordius Bathonenſis & Wellenſis Epiſcopus, qui Comitis Staffordiæ filius, natus eſt in pago Dorceſtrenſi in villa paterna Hook nuncupata, educatus autem Oxoniæ vbi legum Doctor creatus eſt. Tumq; cauſis agendis operam navavit, donec à Chichleio perſpecta hominis prudentia cum eruditione coniuncta, curiæ ſuæ Arcuatæ Decanus conſtitutus eſt. Cuius porro opera Decanatum obtinuit S. Martini & Præbendam de Milton in Eccleſia Lincolnienſi. Henrico deinde quinto ſatagente (qui hominem plurimum dilexit) factus eſt Decanus Wellẽſis, Præbendarius Sarisburienſis, & ſigilli privati cuſtos, ac dein Angliæ Theſaurarius. Inclyto illo Rege immatura morte ſublato, quanquam tanto præſidio orbatus, ad maiora tamen paulatim progreſſus, à Martino quinto Pontifice anno 1425. Epiſcopus renunciatur Bathonenſis & Wellenſis: Quam Eccleſiam cum annos rexiſſet 18. ad Cantuarienſem tranſlatus eſt. Interea vero (anno nimirum 1431. menſe Febr.) Angliæ fit Cancellarius, eoq; munere (quandiu hactenus vix alius quiſpiam) annos totos decem & octo perfunctus eſt. Dum Synodum Londini celebraret anno 1452. incidit in ægritudinem, & Maydſtonam diſcedens, vitam cum morte commutavit Iulij 6. Sepultus iacet Cantuariæ in loco Martyrium nuncupato ſub lapide marmoreo cui Epitaphium huiuſmodi inſculptum cernitur:

Quis fuit enuclees quem celas ſaxea moles?
Stafford antiſtes, fuerat dictuſque Ioannes.
Qua ſedit ſede, marmor quaſo ſimul ede:
Pridem Bathoniæ, regni totius & inde
Primas egregius. Pro Præſule funde precatus.
Aureolam gratus huic det de virgine natus.

De iſto vide plura apud Bathonenſes & Wellenſes.

62.

Digitized by Google

62. IOANNES KEMP.

POstquam Staffordo iusta sunt persoluta, Monachi Cantuarienses, à Rege pro more impetrata facultate, in successorem elegerunt Ioannem Kemp, Archiepiscopum Eboracensem. Quam electionem Papa confirmare noluit; alium tamen non ausus obtrudere, hunc ipsum Cantuariensi sedi præfecit. Crucem accepit Londini Septemb. 24. 1452. & postridie pallium traditum sibi Fulhamiæ, per Thomam Kemp Episcopum Londinensem suum ex fratre nepotem. Tum Decembris 11. sequenti magna cum solennitate inthronisatus. Natus hic fertur Wix in Comitatu Cantiæ, educatus autem Oxoniæ in Mertonensi Collegio, vbi legum Doctor creatus, factus est postea primum Archidiaconus Dunelmensis, tum Arcuatæ curiæ Decanus & Archiepiscopi Vicarius generalis. Anno 1418. consecratus est in Episcopum Roffensem; vnde Ciceſtriam translatus est anno 1422 & Ciceſtria Londinum eodem anno, ac inde Eboracum 1425. Anno vero 1439. Decemb. 18. Cardinalis creatus est titulo S. Balbinæ, quem titulum posteaquam Cantuariam pervenit relinquens, ad illum S. Rufinæ promotus est. Has omnes dignitates, vnico versiculo nescio quis complexus est, huiusmodi: 1462. *Hen.6.* 31.

Bis primas, ter Præses, & bis Cardine functus.

Sedem Cantuariensem vltra sesquiannum non tenuit, dierum plenus & senecta gravis extinctus Martij 22. stilo Anglicano 1453. Archiepiscopus adhuc Eboracensis, Ecclesiam Wiensem in Collegium convertit, in eoq; collocavit seculares aliquot sacerdotes, vt ibidem sacra celebrarent & pueros in literis instituerent; atq; horum rectorem sive præsidem Præbendarium voluit appellari. Collegium istud quo tempore demolitum est, redditus habuit annuos ad 93. libras & solidos duos. In eo sepultis parentibus statuit tumulum cum hoc Epitaphio, illorum temporum barbariem redolente.

Hic ſiſtunt oſſa Thomæ Kemp marmore ſeſſa,
Cuius opus prorum ſe probat eſſet bonum.
Dum vixit latus fuit & bonitate repletus,
Munificus viguit, pauperibus tribuit.
Iungitur huic ſatrix virtutum, ſponſa Beatrix,
Quæ partitur opes, ſpente iuuans impes.
Ex his proceſſit vt ramus ab arbore creſcit
Cleri præſidium, dux ſapiens ciuium.
Chriſto lectoris mens cunctis ſupplicet horis,
Vt patris Deitas luminet has animas.

Inter præcipuos Academiæ Oxonienſis benefactores hic Præſul numeratur, quamvis quid ſit quod contulerit me lateat. Magnas opes moriens reliquit, & tamen dum viveret propinquos aliquot affatim locupletavit, quorum poſteri in magna exiſtimatione etiamnū hodie florent. Humatus eſt è regione Chichileij ab auſtrali parte Pręsbyterij vbi tumulo ſatis eleganti iacet conditus.

63. THOMAS BOVRCHIER.

1454. *Hen.6. 33.* A Morte Ioannis Kempi 15. diebus elapſis Cantuarienſes Monachi licentiam noui Archiepiſcopi deſignandi à Rege impetrant, qui nec ſcripto quidem nec verbo quenquam ad id muneris voluit commendare, ne libertatem electionis videretur imminuere. Aprilis 22. 1454. eligunt illi Thomam Bourchier Epiſcopum Elienſem. Patre is natus eſt Henrico Bourchier Eſſexiæ Comite, educatus vero Oxoniæ, cuius Academiæ factus Cancellarius anno 1434 magiſtratum illum per triennium deinceps geſſit. Ex Decano S. Martini factus eſt Wigornienſis Epiſcopus 1435. vnde ad Elienſem ſedem tranſlatus eſt 1443. Electionem de illo à Monachis Cantuarienſibus factam Papa confirmavit, qua de re bullæ Pontificiæ Cantuariæ promulgatæ ſunt Auguſti 22. ac Ianuarij 26. ſequenti inthroniſatus eſt ibidem. Poſtea, nimirum Septemb. 18. 1464. Cardinalium albo aſcribitur, titulo aſſignato S. Cyriaci in Thermis, ab Archiepiſcopo Ravenuate galero magna cum ſolennitate tradito

De-

64. IOANNES MOORTON.

1486. *Henr.* 7. 2. QVi Bourchiero ſucceſſit. Ioannes Mortonus, natus eſt Beriæ in comitatu Dorſetenſi, & cum Oxoniæ iuris vtriuſq; ſtudio eò vſque operam dediſſet, vt Legum Doctor crearetur; in Arcuata-curia Londini cauſas aduocatus egit. Inde factum eſt vt in notitiam perueniret Bourchieri Archiepiſcopi, quem diu non poterant latere multiplices hominis virtutes, iuris non vulgaris peritia, eruditio, ſapientia. Quapropter, prouentibus Eccleſiaſticis honeſtatum vberrimis, Regi eum commendauit Henrico 6. à quo in numerum eorũ lectus eſt, qui ſibi eſſent ab arcanis & intimis conſilijs. Hunc principem multis cladibus fractum, quantumuis miſerum & ærumnoſum, deſerere tamen Mortonus non ſuſtinuit, à cæteris omnibus deſertum. Quam fidem Edwardus hoſtis adeo eſt admiratus, vt Henrico mortuo non deſtiterit ad obſequium ſuum hominem allicere, quem poſtea intimis cõſilijs admotum, omnium arcanorum fecit participem. Qui enim poterat de fidelitate eius dubitare, quem compererat alteri in aduerſis tam diù tamq; conſtanter adhæſiſſe? Certatum tum poſtea inter illos vter vinceret, obſeruantia Mortonus & diligentia, an beneficijs Rex, qui illum ſacerdotijs iam antea cumulatum ad Epiſcopatum tandem Elienſem prouexit anno 1478. Non multum dein temporis ſuperſtes Edwardus, moriturus, inter executores teſtamenti Mortonum vnum conſtituit, idque merito, cum non haberet in cuius fide prudentiaq; maiorem collocaret fiduciam. Quapropter, Dux Gloceſtrenſis Richardi Edwardi frater, cum decreuiſſet nepotes ſuos è medio tollendo viam ſibi ad regnum pateface-re; ac probe gnarus quam ſollicite ſaluti eorum Elienſis inuigilaret, quem muneribus aut pollicitationibus corrumpi, vel minis ab officio terreri poſſe deſperabat: Multa in eum ac grauiſſima confinxit crimina, tumq; inſontem in carcerem coniecit. Deinde horrendo parricidio occiſis pueris & regno occupato, rebuſq; ex animi ſententia confectis; è carcere quidem liberat Epiſcopũ, ſed ita, vt manere eum iubeat tanquã in libera cuſtodia apud Ducem Buckingamenſem, cuius opera

opera is plurimum vſus fuerat in his flagitijs perpetrandis. Dux ea tempeſtate Brechiniæ moram vt plurimum trahebat, & mutata repente voluntate, animo cœpit eſſe à nouo Rege alieno; ſiue quod propter magnitudinem ſcelerum non poſſet hominem nō odiſſe (quod præ ſe Dux ferebat) ſiue quod præmia pro meritis ab eo non fuerit conſequutus (id quod plurimi opinantur) ſiue denique inuidia motus propter fœlicitatem alterius, qua ſe ipſum digniorem exiſtimabat; (ſic enim nonnulli arbitrantur.) Quod cum ſagaciſſimum Epiſcopum non latuiſſet; author ipſi fuit, vt iniuriam filijs Edwardi Regis factam compenſare niteretur filiam eius natu maximam ad regnum euehendo: Quam rem non adeo difficile factu oſtendit, modo ipſe paululum conniti non grauaretur. Regem ſiquidem magna apud omnes inuidia laborare, tam exteros quam ciues: Lancaſtrenſes tantummodo metuendos, quorum principem Henricum Richmondiæ Comitem ſi coniugio cum Edwardi filia prędicta copulandum curarent; nihil facilius putabat, quam tyrannum è ſolio quod tot per ſcelera conſcenderat præcipitem deijcere. Quid plura? coniuratio initur in caput tyranni. Sed oportuit vtrunq; tam Ducem quam Regem, ſuæ in legitimum principem perfidiæ pœnas luere. Epiſcopus cum Ducem eo deduxiſſet vt regrediendi ſeque recipiendi nullum locum relictum ſciret; noctu, ſimulato habitu ad inſulam ſuam Elienſem profugit, ac inde tandem in Flandriam, vbi coniuratorum conſilia mirificè promouit. Dux immature bellum ciens, opprimitur, & Sarisburiæ ſecuri percutitur. Richmundanus attamen profligato ac cæſo tyranno, rerum potitur, & Rex factus, Elizabetham, Edwardi filiam (prout conſtitutum erat) ducit in vxorem. Domum tum reuerſus Elienſis, regni Cancellarius illico conſtituitur: & Bourchiero breui poſtea defuncto, à Monachis Cantuarienſibus eligitur in ſucceſſorem: Et Papa electionem eam cum ratam habuiſſet Oct. 6. 1486. Cardinalem porro deſignat tit: S. Anaſtaſiæ Sept. 20. 1493. Eccleſiam illam cum fœliciſſime gubernaſſet annos 13. in mannerio ſuo de Knoll moritur menſe Octobris anno 1500. Ad primum Archiepiſcopatus ingreſſum, magna pecuniæ pro-

uincialcs.

uinciales emunxit, coactos authoritate Papali ad sumptus translationis tantum impendere, vt à solo dioceſis suæ clero (est autem illa totius Angliæ fere minima) libras acceperit, noſtrates 354. ſecundum quam proportionem cæteris contribuentibus, exurget facile ſumma ad 30. millia aureorum. Paulo ante obitum, Anſelmum, Archiepiſcopum olim Cantuarienſem (non ſine ſumptu permagno) Sanctorum catalogo aſcribi curauit. Opes moriturus pene vniuerſas, teſtamento cõdito, aut in pios vſus erogandas, aut inter domeſticos quos hactenus non promouerat partiendas mandauit. Regi legauit portiforium; Reginæ pſalterium; Margaretæ eorum filiæ (cuius fuerat in baptiſmo ſuſceptor) ſcyphum aureum & 40. libras; & Eccleſiæ Elienſi mitram ac crucem ſuam. Executores teſtamenti iuramento obſtrinxit, ſtudioſos tenuioris ſortis 20. alere Oxoniæ, 10. vero Cantabrigiæ, per annos poſt mortem eius 20. In domorum Archiepiſcopalium reparatione ac ornatu ingentem profudit pecuniam, Knollæ nimirum, Maidſtonæ, Alingtonæ, Fordæ, Lamethæ, ac Cantuariæ. Propinquorum nonnullos, prædijs ampliſſimis locupletauit; ac vt tandem finem faciam, in ſubterraneo crypto Eccleſiæ ſuæ, elegantiſſimam capellam conſtruxit, in cuius medio ſepultus iacet ſub ſaxo marmoreo; attamen tumulum habet ab auſtrali parte dictæ capellæ, affabre factum & admodum ſpecioſum.

65. HENRICVS DEANVS.

1501. *Henr.7. 17.* MOrtono defuncto ſucceſſor deſignatur à Monachis Cantuarienſibus, Thomas Langtonus Wintonienſis Epiſcopus. Illum vero peſte contigit interire ante translationem perfectam. Epiſcopus tum Sarisburienſis ab ijſdem eligitur, Henricus Dean. Quo tempore nobilis ille impoſtor Petrus Warbecus ſe pro Richardo Duce Eboracenſe venditauit, Edwardi quinti fratre (quorum vtrunq; horrendo parricidio à Richardo tertio auunculo ſceleratiſſimo interemptos conſtitit) Deanus iſte (quem in collegio Nouo Oxoniæ educatum teſtatur in Eccleſiaſtica hiſtoria Harpfeldius, vtcunq; Cantabrigienſes eum pro ſuo vendicent) Abbas fuit Lan-

Lanthonienſis in Monumethenſi noſtro comitatu. Henricus autem Rex, hominis perſpecta prudentia, Cancellarium eum conſtituit Hiberniæ, in qua prouincia adulterinus ille Dux, Eboracenſis primum ementitam ſumpſerat perſonam. Illius conſilio diligentiaq; ex illis oris impoſtor breui eliminatus eſt. Dum hoc munus ſolerter exequitur, Bangorenſis in Wallia creatur Epiſcopus. Quæ ſedes, propter perpetua Wallorum cum Anglis diſſidia, populationibus obnoxia, inanem plerunq; titulum Epiſcopo iam diù largita eſt, dum ambitioſi homines & Eccleſiaſticis promotionibus antea locupletati, hunc præſulatum in titulum aſciſcerent, retentis per diſpenſationem Pontificiam quæ antea poſſederant; & Epiſcopi nomine cõtenti, in Anglia degebant, Epiſcopalib⁹ prędijs neglectis prorſus & vicinorum ſpoliationi relictis. Iam vero Henrico ſeptimo regno potito, qui & ortu & genere paterno Wallus erat, cum pax ſolida inter has gentes firmata videretur: Sedem Bangoræ figere Deano conſultum viſum. Magnum ibi certamen habuit cum nobilibus vicinis, qui pleraque prædia ad Epiſcopatum ſpectantia inuaſerant. Quod ſane ne in Anglia quidem nouum eſt: Videmus enim quotidie quanta cupiditate atque ferocia in Eccleſiaſticas poſſeſſiones vel minima data occaſione, ſub quolibet prætextu laici incurrant. Deanus vero cum Eccleſię ſuę iura ſedulo exploraſſet; magna animi conſtantia exturbatis & eiectis illis malæ fidei poſſeſſoribus, Epiſcopatui quæ ſua fuerant aſſeruit. Inter cætera, inſulam quandam quæ à phocis nomen habet (& ab aquilonari parte Monæ ſiue Angleſciæ ſita eſt) iure pro ſua euicit; quam tamen obtinere non potuit, priuſquam armatis ſtipatus eos qui ſibi vſurpauerant, poſſeſſione vi deturbaſſet. Eccleſiam & Epiſcopalem domũ quæ eſt Bangoræ ab Oweno Glendour iam olim ſub Henrico quarto incendio abſumptas reficere ſatagebat quidem: ſed opere non dum perfecto, ad Sarisburienſem Epiſcopatũ auocatus eſt. Succeſſori vero Pigoto, diſcedens, mitram dedit atq; pedum paſtorale non parui pretij ea lege, vt opera à ſe incæpta ad vmbilicum perduceret. Sarisburiæ annos nõ dum duos conſederat quando ad Cantuarienſem Archiepiſcopatum

ſeopatum poſtulatur. Pallium accepit, miſſum quidem per Hadrianum Caſtellanum Secretarium Pontificium (qui poſtea Cardinalis fuit & Herefordenſis primum, deinde Wellenſis Epiſcopus) traditum vero per Epiſcopum Couentrenſem, cuius etiam verba adiungam ab eo tunc vſurpata, ſicuti crucem tradentis in Courtneio. *Ad honorem* (inquit) *Dei omnipotentis & B. Mariæ Virginis, ac B. B. Petri ac Pauli Apoſtolorum, & D. N. Alexandri Pap. 6. & ſanctæ Rom. Eccleſiæ, nec nõ & Cantuarienſis Eccleſiæ tibi commiſſæ, tradimus pallium, de corpore B. Petri ſumptum, plenitudinem videlicet Pontificalis officij, vt eo vtaris infra Eccleſiam tuam certis diebus qui exprimuntur in priuilegijs ei ab Apoſtolica ſede conceſſis.* Accepto pallio, iuramentum porro Pontifici oportuit præſtare, quod ſemel adſcribere non pigebit.

Ego Henricus Archiepiſcopus Cantuarienſis ab hac hora in antea fidelis & obediens ero B. Petro ſanctæq; Apoſtolicæ Rom. Eccleſiæ, & Domino meo D. Alexandro Pap. ſexto ſuiſq; ſucceſſoribus Canonice intrantibus. Non ero in conſilio aut conſenſu vel facto vt vitam perdant vel membrum ceu capiantur mala captione. Conſilium vero quod mihi credituri ſunt per ſe aut nuntios, ad eorum damnum me ſciente nemini pandam. Papatum Rom. & regalia S. Petri adiutor ero eis ad retinendum & defendendum, ſaluo ordine meo contra omnem hominem. Legatum ſedis Apoſtolicæ in eundo & redeundo honorifice tractabo; vocatus ad Synodum veniam, niſi præpeditus fuero Canonica præpeditione. Apoſtolorum limina, Romana curia exiſtente citra Alpes ſingulis annis, vltra vero montes ſingulis biennijs viſitabo, aut per me aut per nuncium, niſi Apoſtolica abſoluar licentia. Poſſeſſiones vero ad menſam mei Archiepiſcopatus pertinentes non vendam, neq; donabo, neq; impignerabo, neq; de nouo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, inconſulto Rom. Pontifice, ſicut me Deus adiuuet, &c. Quo ritu crux tradi conſueuit, vide ſupra p. 172. Exceſſit è viuis hic Archiepiſcopus Lamethæ Febr. 15. (ſtilo Anglicano) 1502. conſecrationis ſuæ anno ſecundo. Cadauer eius à 33. nautis lugubri habitu veſtitis & multis cereis accenſis, ſecundo fluuio Feuerſamiam delatum eſt in cimba, ac inde Cantuariam deportatum perhonorifice tumulatur quin-

quingentarum librarum ſumptu, in medio loci qui Martyrium nuncupatur prope Staffordum anteceſſorem ſub marmore æneis laminis ornato. Eccleſiæ ſuæ legauit imaginem D. Ioannis Euangeliſtæ argenteam ponderis 151. vnciarum. Magnam partem domus Archiepiſcopalis quæ eſt Otfordiæ conſtruxit; & cancellos ferreos quibus pars dimidia pontis Roffenſis munita eſt, fieri curauit.

66. GVLIELMVS WARHAMVS.

GVlielmus Warham (qui ſucceſſit) familia ortus eſt nobili & antiqua in Comitatu Hantonenſi, educatus vero in collegio Wintonienſi, ac inde traductus adoleſcens ad collegium quod dicitur Nouum Oxoniæ, vbi gradum ſuſcepit Doctoris in legibus. Aduocatus deinde factus in curia Arcuata Londini, breui poſtea Rotulorum conſtitutus eſt (vt loquimur) magiſter. Quod muneris dum gereret, miſſus eſt à Rege Legatus ad Carolum Burgundiæ Ducem, oratum, ne figmentis vxoris ſuæ ſe decipi pateretur. Hæc enim cum æquis oculis intueri non poſſet, Henricum Lancaſtrenſem in ſolio ſedentem fratris ſui, cuius tamen filiam is duxerat vxorem; duos excitarat adulterinos principes, quorum opera ſi regno Henricum potuiſſet deijcere, ſperabat tum facile ſibi fore, Edwardum Comitem Warwicenſem, nepotem ſuum ex fratre Georgio Clarentiæ Duce, ad regnum euehere; quanquam is in carcere tunc temporis teneretur, non aliquod ob crimen, ſed vt ſeditionis materia tolleretur. Horum primus erat Pſeudorichardus, de quo antea, vero nomine Petrus Warbecus appellatus. Alter vero (Lambertus nuncupatus) eo impudentiæ proceſſit, vt ſibi nomen auſit imponere Comitis Warwicenſis antedicti, viuentis adhuc in cuſtodia, quem ideo Rex per vicos vrbis Londinenſis palam iuſſit circumduci ad impoſturam detegendam. Quomodo hij ſcenici Principes detracta tandem perſona, pœnas dederint nequitiæ, bello deuicti & capti; Lamberto culinæ regiæ miniſterijs deputato; ſed Warbeco, quod poſt datam veniam res nouas iterum fuiſſet molitus, capitali ſupplicio affecto; quærant qui volent, à Chronographicis, qui hæc ſatis

1504. *Henr.* 7. 20.

Digitized by Google

satis fuse tradiderunt. Warhamus interea munus sibi demandatum solerter adeo exequutus est, vt magnam prudentiæ diligentiæq; laudem à Rege reportarit, & maiora meritus, dignus putaretur, qui Londinensi sedi tum forte vacanti præficeretur. Hanc igitur Regis opera adeptus, biennio vix dum inde exacto, Deano demortuo, in Archiepiscopatu Cantuariensi successor sufficitur. Nou. 29. 1504. translatus, Martij 9. sequenti inthronisatur, idq; tanta cum solennitate & magnificentia, vt, sicuti iam antea crucis ac pallij tradendi, sic nunc tandem semel inthronisationis ritum describere, abs re futurum non existimem. Martij 8. Cantuariam venit Edwardus Buckingamiæ Dux, equitibus stipatus 140. qui Archiepiscopi erat & Senescballus & Pincerna. Tum vero cum vtrunque munus vnus exequi non posset; pincernam ea vice substituit Thomam Bourchier equitem auratum. Sequenti die, postquam omnia pro officio perlustrasset, Archiepiscopo ciuitatem ingredienti obuiam prodit donec ad templum S. Andreæ peruentum est. Tum pedibus nudis ad Ecclesiam Cathedralem incedentem, anteambulo magnificus præcedit. A Priore & conuentu ad portam Ecclesiæ exceptus, & ad thronum Archiepiscopalem deductus, in eo collocatur, tumq; ipse missam celebrat: Qua peracta, Duce sicut prius præeunte, palatium ingressus est, recepitque se primum in cubiculum interiorem; inde paulo post in magnam aulam publice pransurus prodijt. Ferculorum ibi varietatem, apparatum, magnificentiam, quid attinet dicere? Multis opinor regibus potuit sufficisse. Dux prædictus equo vectus, & scipionem candidum manu gestans (muneris insigne) ministros obsonia inferentes aperto capite antecedens, primo ferculo in mensa collocato, corpus humiliter inclinat, tumq; in cameram, pransurus secedit. Archiepiscopo conniuanti assidebant à dextris, Comes Essexiæ, Episcopus Sodorensis siue Mannæ insulæ, & Ecclesiæ Cathedralis Prior; à sinistris vero Baro Bergeuennensis, Brokius Baro, & Abbas D. Augustini. Cum Duce in camera sua discumbebant, Clintonus Baro, Edwardus Poynings miles, D. Fineux capitalis Iusticiarius, Gulielmus Scot, & Thomas Kemp milites, ac

But-

prius fuerat nupta. Hanc ille, moribus ſanctiſſimis fœminam & Hiſpanica grauitate, ſed ſæpius abortientem, & quæ filiam vnicam ſuperſtitem habuit Mariam, faſtidire cœpit poſt decimum ſeptimum coniugij annum, idq; Wolſæi Cardinalis artibus, qui iam (vti diximus) in faſtigio potentiæ apud Regem, ſui quodammodo erat impotens. Ille enim Carolo quinto Imperatori, Catharinæ è ſorore nepoti infenſior, quod Archiepiſcopatum Toletanum petenti denegaſſet, & Papatum ambienti non fauiſſet; vt Carolo ægre faceret, Henrico non nimirum vxorio author fuit, Catharinam Cæſaris amitam repudiaret, & è Gallia neſcio quam peteret vxorem; nuptias dicens cum Catharina quæ prius fuerat Arthuri fratris ipſius vxor, lege diuina eſſe prohibitas, licet Iulius ſecundus diſpenſatione ſua ratas eas habuiſſet. Regis cupiditatibus ſic freno laxato, iam fere quadragenarius deperire cœpit efflictim Annam Bolenam, egregia forma adoleſcentulam, cuius pudicitiam cum non poſſet expugnare, exturbata Catharina, vxorem eam ducere decreuit. Cauſa diuortij regij aliquot annos Romæ agitatâ, conſtituuntur à Papa delegati qui ea de re hic in Anglia cognoſcerent, Campeius Cardinalis, & noſter Wolſeius. Reginæ vero patroni aſſignati Warhamus Archiepiſcopus, & Nicolaus Weſt Elienſis Epiſcopus Legum Doctores, ac Io. Fiſherus Roffenſis, & Henricus Standiſhius Aſſauenſis Epiſcopus, Theologi. De cæteris ſuo loco. Warhamus autem, ita ſe geſſit in eo negotio, vt neque Reginam negligentia prodidiſſe, nec Regis offenſam nimium inſtando incurriſſe videretur. Wolſæus autem dum ſegnius agit, & rem trahit in longum, ſic volente Papa; iracundiam Regis ita commouit, vt Cancellariatu eiecto, omnia bona erepta & fiſco adiudicata, & proditionis porro crimen paulo pòſt fuerit intentatum. Quæ de re pluribus alibi. Statim vt ille mortuus eſt, Synodus indicitur, vbi certior fit Clerus ibi congregatus, vniuerſos in legem quandam peccaſſe, iuxta quam, omnibus bonis & facultatibus eſſent plectendi, quod Wolſæi poteſtati legatinæ, ſe, Rege inconſulto ſubmiſerint. Id quamuis verum eſſe nemo crederet, non auſi tamen refragari,

gari, vt ſe captos quam minimo redimant, paciſcuntur cum rege, accipiat à Cantuarienſi prouincia librarum millia centum, ab Eboracenſi vero 18. Sed neque hanc tantam largitionem Rex voluit accipere, priuſquam Eccleſiæ Anglicanæ caput ſupremum eum declaraſſent, atque poſt longam altercationem titulũ huiuſmodi diplomata conceſſionis inſeruiſſent. In eadem Synodo multi Canones contra Lutheranos eduntur, & de Papæ authoritate abroganda plurimis diſceptatum. Cũm ægre quicquam decerneretur in vtramvis partem, ſæpius ſynodus prorogata eſt. Indicitur tandem denuo in Octobris 5. 1532. Interea vero Warhamus ſenecta grauis moritur, Auguſti nimirum 23. 1532. cum ſedem Cantuarienſem tenuiſſet annos 28. Deceſſit in domo propinqui ſui Archidiaconi Cantuarienſis apud S. Stephani. Ibi nempe domicilium ſitum erat quod ad Archidiaconatum ſpectabat. Verum id iam dudum ſacrilegium deuorauit, vt niſi alibi de habitaculo ſit prouiſum, Archidiacono ſub dio poſthac ſit agendum. Sepultus eſt Warhamus ſine pompa funebri in capella à ſe ad id condita prope Martyrium, vbi tumulum habet ſatis elegantem. Propinquis multa viuens latifundia comparauit, & in ædificijs reficiendis Archiepiſcopalium domorum, ingentem erogauit pecuniam, librarum nempe (ſi ipſi credimus in teſtamento ſuo id aſſerenti) 30. millia: Eamque ob cauſam ſucceſſorem rogauit, quicunq; tandem is futurus eſſet, vt executoribus de domorum reparatione nollet eſſe moleſtus. Erant autem ij, Norfolciæ Dux, & Winſorius Baro.

67. THOMAS CRANMERVS.

ANnos plus minus quinque diuortij regij cauſa, error inextricabili in Curiæ Romanæ Labyrintho hærente, exitus tamen viam non videbatur habitura, niſi repertus tandem fuiſſet Alexander quidam, qui nodum hunc Gordium ingenio non ſolubilem, gladio ſcindendum docuiſſet. De nouis legatis Romam mittendis Rex tum forte conſultabat, quando per Cranmeri ſapientiam via compendiaria reperta ac Regi monſtrata eſt, quæ non ſolum præ- 1533. *Henr.* 8. 25.

Digitized by Google

ſentibus moleſtijs ipſum liberauit, ſed aditum etiam monſtrauit ad eam fœlicitatem qua hodie potitur Eccleſia Anglicana, tyrannidis Pontificiæ (qua miſerrime hucuſque fuerat oppreſſa) iugo, cervicibus noſtris penitus excuſſo. Contigit ea tempeſtate Gardinerum Secretarium, ac Edwardum Foxum eleemoſinarium Regium (quorum hic poſteà Herefordenſis, ille vero Wintonienſis Epiſcopus euaſit) cum iter facerent, in domum nobilis cuiuſdam, Creſſei nomine Waltamiæ diuertere, vbi ſorte fortuna tunc aderat, doctrina & pietate inſignis quidam Theologus, collegij Ieſu Cantabrigiæ ſocius, Thomas Cranmerus, qui duos Creſſei filios literis in ea Academia inſtituebat, ſed peſte id temporis ibi graſſante, Waltamiam adoleſcentulos ad patrem deduxerat, & aliquot iam menſes ibi cum illis triuerat. Hunc, iſti noui hoſpites, in Academia ſibi iam antea ſatis notum, epulis ſuis adhibuerunt, & cum virum noſſent doctum iuxta & prudentem, de cauſa Regia tam diu Romæ ventilata, ſententiam eius exquirere non verentur. Grauate quidem ille primò, ſed inſtantibus conſiliarijs Regijs, obtemperauit tandem, hac vſus oratione; Non decet hercle niſi meditatione præuia de re tanta, ac præſertim coram grauiſſimis viris verba facere, quibus tamen morem non gerere piaculum duxerim. Quoniam itaque plane vultis vt quid cenſeam profitear, ego certe ſic exiſtimo, ægre afflictæ conſcientiæ remedium fruſtra Regem Romæ quærere, vbi litium tot ſunt dilationes & anfractus, vt illarũ laqueis qui ſemel ibi tenentur vix vnquam ſe expediant. Proinde conſultius eſſe duco, vt Romanæ curiæ longum vale dicto; tam in noſtris quam alijs Europæ Academijs, doctiſſimi qui vſquam reperiri poſſunt Theologi conſulantur hac de re. Et ſi illorum tum iudicia ſequutus fuerit; non erit cur, quid Romana curia de ſua cauſa ſtatuat, multum ſane poſthac ſit ſollicitus. Cranmeri hoc conſilium ſaluberrimum, Foxus poſtridie defert ad Regem; qui tanquam diuinitùs datum amplexus illico, exclamauit, hic quiſquis eſt rem acu iam tandem tetigit, & viam demonſtrauit, quam ſi ante duos aut tres annos fuiſſem ingreſſus, iam decem millia librarum haberem in loculis

Digitized by Google

Blessed are the undefiled in the way, who walk in the law of the Lord.
Blessed are they that keep his testimonies, and seek him with the whole heart.
They also do no iniquity: they walk in his ways.
Thou hast commanded us to keep thy precepts diligently.
O that my ways were directed to keep thy statutes!
Then shall I not be confounded, when I have respect unto all thy commandments.
I will praise thee with uprightness of heart, when I shall have learned the judgments of thy righteousness.
I will keep thy statutes: O forsake me not utterly.

Beth.

Wherewithal shall a young man cleanse his way? even by ruling himself after thy word.
With my whole heart have I sought thee: O let me not go wrong out of thy commandments.
Thy word have I hid within my heart, that I should not sin against thee.
Blessed art thou, O Lord: O teach me thy statutes.
With my lips have I been telling of all the judgments of thy mouth.
I have had as great delight in the way of thy testimonies, as in all manner of riches.
I will talk of thy commandments, and have respect unto thy ways.
My delight shall be in thy statutes, and I will not forget thy word.

Gimel.

O do good unto thy servant, that I may live, and keep thy word.
Open thou mine eyes, that I may see the wonderous things of thy law.
I am a stranger upon earth: O hide not thou thy commandments from me.
My soul breaketh for the very fervent desire that it hath alway unto thy judgments.
Thou hast rebuked the proud, and cursed are they that do err from thy commandments.
O turn from me shame and rebuke: for I have kept thy testimonies.
Princes also did sit and speak against me: but thy servant is occupied in thy statutes.
For thy testimonies are my delight, and my counsellors.

Daleth.

My soul cleaveth to the dust: O quicken thou me according to thy word.
I have acknowledged my ways, and thou heardest me: O teach me thy statutes.
Make me to understand the way of thy commandments, so shall I talk of thy wondrous works.
My soul melteth away for heaviness: O stablish thou me according to thy word.
Take from me the way of lying, and cause thou me to make much of thy law.
I have chosen the way of truth, and thy judgments have I laid before me.
I have stuck unto thy testimonies: O Lord, confound me not.
I will run the way of thy commandments, when thou hast set my heart at liberty.

He.

Teach me, O Lord, the way of thy statutes, and I shall keep it unto the end.
Give me understanding, and I shall keep thy law: yea, I shall keep it with my whole heart.
Make me to go in the path of thy commandments: for therein is my desire.
Incline my heart unto thy testimonies, and not to covetousness.
O turn away mine eyes, lest they behold vanity: and quicken thou me in thy way.
Stablish thy word in thy servant, that I may fear thee.
Turn away the reproof that I am afraid of: for thy judgments are good.
Behold, my delight is in thy commandments: O quicken me in thy righteousness.

Vau.

Let thy loving mercy come also unto me, O Lord, even thy salvation, according to thy word.
So shall I make answer unto my blasphemers: for my trust is in thy word.
O take not the word of the truth utterly out of my mouth: for my hope is in thy judgments.
So shall I always keep thy law: yea, for ever and ever.
And I will walk at liberty: for I seek thy commandments.
I will speak of thy testimonies also before kings, and will not be ashamed.
And my delight shall be in thy commandments, which I have loved.
My hands also will I lift up unto thy commandments, which I have loved, and my study shall be in thy statutes.

Zain.

O think upon thy servant, as concerning thy word, wherein thou hast caused me to trust.
The same is my comfort in my trouble: for thy word hath quickened me.
The proud have had me exceedingly in derision: yet have I not shrunk from thy law.
For I remembered thine ancient judgments, O Lord, and received comfort.
An horrible fear is fallen upon me, for the ungodly that forsake thy law.
Thy statutes have been my songs in the house of my pilgrimage.
I have thought upon thy name, O Lord, in the night season, and have kept thy law.
This I had, because I kept thy commandments.

Heth.

Thou art my portion, O Lord: I have promised to keep thy law.
I made my humble petition in thy presence with my whole heart: O be merciful unto me according to thy word.
I called mine own ways to remembrance, and turned my feet unto thy testimonies.
I made haste, and prolonged not the time to keep thy commandments.
The congregations of the ungodly have robbed me: but I have not forgotten thy law.
At midnight I will rise to give thanks unto thee, because of thy righteous judgments.
I am a companion of all them that fear thee, and keep thy commandments.
The earth, O Lord, is full of thy mercy: O teach me thy statutes.

Teth.

O Lord, thou hast dealt graciously with thy servant: according unto thy word.
O learn me true understanding and knowledge: for I have believed thy commandments.
Before I was troubled, I went wrong: but now have I kept thy word.
Thou art good and gracious: O teach me thy statutes.
The proud have imagined a lie against me: but I will keep thy commandments with my whole heart.
Their heart is as fat as brawn: but my delight hath been in thy law.
It is good for me that I have been in trouble: that I may learn thy statutes.
The law of thy mouth is dearer unto me: than thousands of gold and silver.

Jod.

Thy hands have made me and fashioned me: O give me understanding, that I may learn thy commandments.
They that fear thee will be glad when they see me: because I have put my trust in thy word.
I know, O Lord, that thy judgments are right: and that thou of very faithfulness hast caused me to be troubled.
O let thy merciful kindness be my comfort: according to thy word unto thy servant.
O let thy loving mercies come unto me, that I may live: for thy law is my delight.
Let the proud be confounded, for they go wickedly about to destroy me: but I will exercise myself in thy commandments.
Let such as fear thee, and have known thy testimonies, be turned unto me.
O let my heart be sound in thy statutes: that I be not ashamed.

Caph.

My soul hath longed for thy salvation: and I have a good hope because of thy word.
Mine eyes long sore for thy word: saying, O when wilt thou comfort me?
For I am become like a bottle in the smoke: yet do I not forget thy statutes.
How many are the days of thy servant: when wilt thou be avenged of them that persecute me?
The proud have digged pits for me: which are not after thy law.
All thy commandments are true: they persecute me falsely; O be thou my help.
They had almost made an end of me upon earth: but I forsook not thy commandments.
O quicken me after thy loving kindness: so shall I keep the testimonies of thy mouth.

Lamed.

O Lord, thy word: endureth for ever in heaven.
Thy truth also remaineth from one generation to another: thou hast laid the foundation of the earth, and it abideth.
They continue this day according to thine ordinance: for all things serve thee.
If my delight had not been in thy law, I should have perished: in my trouble.
I will never forget thy commandments: for with them thou hast quickened me.
I am thine, O save me: for I have sought thy commandments.
The ungodly wait for me to destroy me: but I will consider thy testimonies.
I see that all things come to an end: but thy commandment is exceeding broad.

Mem.

O how love I thy law, O Lord: all the day long is my study in it.
Thou through thy commandments hast made me wiser: than mine enemies, for ever they are with me.
I have more understanding than my teachers: for thy testimonies are my study.
I am wiser than the aged: because I keep thy commandments.
I have refrained my feet from every evil way: that I may keep thy word.
I have not shrunk from thy judgments: for thou teachest me.
How sweet are thy words unto my throat: yea, sweeter than honey unto my mouth.
Through thy commandments I get understanding: therefore I hate all evil ways.

Nun.

Thy word is a lantern unto my feet: and a light unto my path.
I have sworn, and will perform it: that I will keep thy righteous judgments.
I am sore troubled: quicken me, O Lord, according to thy word.
Let the free offerings of my mouth please thee, O Lord: and teach me thy judgments.
My soul is alway in my hand: yet do I not forget thy law.
The ungodly have laid a snare for me: but I swerve not from thy commandments.
Thy testimonies have I claimed as mine heritage for ever: and why? they are the very joy of my heart.
I have applied my heart to fulfil thy statutes: always, even unto the end.

Samech.

I hate them that imagine evil things: but thy law do I love.
Thou art my defence and shield: and my trust is in thy word.
Away from me, ye wicked: I will keep the commandments of my God.
O stablish me according to thy word, that I may live: and let me not be disappointed of my hope.
Hold thou me up, and I shall be safe: yea, my delight shall be ever in thy statutes.
Thou hast trodden down all them that depart from thy statutes: for they imagine but deceit.
Thou puttest away all the ungodly of the earth like dross: therefore I love thy testimonies.
My flesh trembleth for fear of thee: and I am afraid of thy judgments.

Ain.

I deal with the thing that is lawful and right: O give me not over unto mine oppressors.
Make thou a good end of thy servant: that the proud do me no wrong.
Mine eyes are wasted away with looking for thy salvation: and for the word of thy righteousness.
O deal with thy servant according unto thy loving mercy: and teach me thy statutes.
I am thy servant, O grant me understanding: that I may know thy testimonies.
It is time for thee, Lord, to lay to thine hand: for they have destroyed thy law.
For I love thy commandments: above gold and precious stone.
Therefore hold I all thy commandments to be my guide: and all false ways I utterly abhor.

Phe.

Thy testimonies are wonderful: therefore doth my soul keep them.
When thy word goeth forth: it giveth light and understanding unto the simple.
I opened my mouth, and drew in my breath: for my delight was in thy commandments.
O look thou upon me, and be merciful unto me: as thou usest to do unto those that love thy name.
Order my steps in thy word: and so shall no wickedness have dominion over me.
O deliver me from the wrongful dealings of men: and so will I keep thy commandments.
Show the light of thy countenance upon thy servant: and teach me thy statutes.
Mine eyes gush out with water: because men keep not thy law.

Tzade.

Righteous art thou, O Lord: and true is thy judgment.
The righteousness of thy testimonies is everlasting: O grant me understanding, and I shall live.
My zeal hath even consumed me: because mine enemies have forgotten thy words.
Thy word is tried to the uttermost: therefore thy servant loveth it.
I am small, and of no reputation: yet do not I forget thy commandments.
Thy righteousness is an everlasting righteousness: and thy law is the truth.
Trouble and heaviness have taken hold upon me: yet is my delight in thy commandments.
The righteousness of thy testimonies is everlasting: O grant me understanding, and I shall live.

Coph.

I call with my whole heart, hear me, O Lord: I will keep thy statutes.
Yea, even unto thee do I call, help me: that I may keep thy testimonies.
Early do I prevent the dawning of the day: and cry unto thee.
Mine eyes prevent the night watches: that I may be occupied in thy words.
Hear my voice, O Lord, according to thy loving kindness: quicken me according as thou art wont.
They draw nigh that of malice persecute me: and are far from thy law.
Be thou nigh at hand, O Lord: for all thy commandments are true.
As concerning thy testimonies, I have known long since: that thou hast grounded them for ever.

Resch.

O consider mine adversity, and deliver me: for I do not forget thy law.
Plead thou my cause, and redeem me: quicken me according to thy word.
Salvation is far from the ungodly: for they regard not thy statutes.
Great is thy mercy, O Lord: quicken me as thou art wont.
Many there are that trouble me, and persecute me: yet do I not swerve from thy testimonies.
It grieveth me when I see the transgressors: because they keep not thy law.
Consider, O Lord, how I love thy commandments: O quicken me according to thy loving kindness.
Thy word is true from everlasting: all the judgments of thy righteousness endure for evermore.

Schin.

Princes have persecuted me without a cause: but my heart standeth in awe of thy word.
I am glad because of thy word: as one that findeth great spoils.
As for lies, I hate and abhor them: but thy law do I love.
Seven times a day do I praise thee: because of thy righteous judgments.
Great peace have they that love thy law: and they are not offended at it.
Lord, I look for thy saving health: and I have done after thy commandments.
My soul hath kept thy testimonies: and loved them exceedingly.
I have kept thy commandments and testimonies: for all my ways are before thee.

Tau.

Let my complaint come before thee, O Lord: give me understanding according to thy word.
Let my supplication come before thee: deliver me according to thy word.
My lips shall speak of thy praise: when thou hast taught me thy statutes.
My tongue shall sing of thy word: for all thy commandments are righteous.
Let thine hand help me: for I have chosen thy precepts.
I have longed for thy saving health, O Lord: and in thy law is my delight.
O let my soul live, and it shall praise thee: and thy judgments shall help me.
I have gone astray like a sheep that is lost, O seek thy servant: for I do not forget thy commandments.

nobilem quendam Normannum Crammerum nomine, qui eadem cum illo ſtemmata gentilitia ſiue inſignia geſtaret. Educationem ſortitus eſt (ſicut antea retulimus) in collegio Ieſu Cantabrigiæ, vbi inter ſocios aſcitus, locum tandem reliquit (collegij legibus id flagitantibus) quod vxorem duxiſſet. Ea vero poſt annum vnum aut alterum morte ſublata, in ſociorum numerū iterum aſcriptus eſt ibidem. Dum adhuc in Germania (Legatūs Regius) moram haberet, Warhamum Archiepiſcopū contigit vitam cum morte commutare. Quapropter Rex cui Cranmeri virtutes iam ſatis erant perſpectæ, Archiepiſcopū eum per monachos Cantuarienſes curat deſignandū: Qui eiuſce rei nuncio accepto, vehementer perturbatus eſt. Lubricitatem loci non poterat non horrere, homo literarum ſtudijs deditus, & aulicorum verſutijs nunquam aſſuetus. Præterea, ignarus non erat, ad mutationem neſcio quā periculoſam omnia vergere; & ſicunde incommodi quicquam accidiſſet, non eſſe nouum eiuſce rei culpā omnem in Cantuarienſem Archiepiſcopum protinus conijcere, vtcunque bene meritum. Id vero quod maxime angebat, conſcientia fuit vxoris ductæ (neptis ea fuit vxoris Oſiandri) cum ne in ſacros quidem ordines admitti coniungatum fas fuerit, multo minus Archiepiſcopū creari, idque præſertim poſtquam bigamus, primæ alteram ſuper duxiſſet vxorem. Domum igitur à Rege reuocatus, ſex totos menſes vltra tempus præſtitutum ſubſtitit, ſperans Regem, conſilio interea mutato alium quempiam Archiepiſcopum creaturum. Reuerſus in patriam, cum inſtaret Rex, vt primo quoque tempore conſecrationem ſuſciperet; iuramentum cauſatur Pontifici Romano præſtandum, quod à ſe ſalua conſcientia nullo modo fieri poſſe contendit. Cæterum Rex, neque ita quidem à conſilio ſuo ſe depelli paſſus, iuriſperitorū ingenio rationem quandā excogitauit, quo pacto proteſtatione neſcio qua prævia, ſacramentum pro more Pontifici diceret. Excuſationi proinde cum locus amplius iam non eſſet quo minus Archiepiſcopale ſolium conſcenderet, vſitato ritu conſecratus eſt Martij 30. 1533. per Ioannem Vayſeium Exonienſem Epiſcopum, Henricum Stan-

nunciata, inter indignationem & metum fluctuans; quasi per vices quasdam, nunc à Pontificijs auersus, reformatoribus fauebat; mox réconciliationis cum Pontifice spe ostentata, iugum Romanum denuo recipiendum suadentibus aures prebet non iniquas. Ira igitur prævalente, apud illum nihil non poterat Cranmerus: Quoties vero metus, Pontificijs aures illius occlusas, patefecerit, in summo is versabatur periculo. Quibus de rebus sigillatim dicere, instituti mei ratio non permittit. Verum ita fors tulit, vt permanente dissidio, quamvis multi conarentur Regem Papæ reconciliare; in summa authoritate & gratia Cranmerus floreret quoad Henricus vixit; à quo moriente, inter executores testamenti primus & præcipuus constitutus est. Illo defuncto, propter pueritiam Regis, summa rerum erat penes proceres, illos præsertim qui erant Regi ab arcanis consilijs, à quibus hucusque Archiepiscoporum Cantuariensium raro quisquam fuerat excluſus. Edwardo igitur regnante, magna Cranmero seneſtra patefacta est, ad reformationem Ecclesiæ perficiendam, sub Henrico cœptam. Cui rei omnibus ingenij neruis sedulo incumbens, tandem cuncta ex animi sententia confecit. Missam siquidem Papisticam eijci curauit; ex templis imagines amoueri; Euchariſtiam sub vtraque specie populo exhiberi; scripturarum sacrarum lectionem omnib' permittendam; preces publicas secundum liturgiæ formulam à se conscriptam, lingua vernacula concipiendas; Clericis coniugia permittenda, & alia secundum normam Ecclesiæ nostræ hodie præscriptam, omnium reformatarum (dicto absit inuidia) florentissimæ. Tum non ignarus, Academias fontes esse, vnde doctrinæ latices fluant ad regnum vniuersum irrigandam; ne illis superstitionibus fœcibus inquinatis, tota inficeretur Ecclesia; Stipendijs amplis propositis, accersiuit huc Theologos insignes, Petrum Martyrem (quem Oxoniæ collocauit) Martinum Bucerum & Paulum Phagium, quos Cantabrigiæ, vt puriori doctrina adolescentes imbuerent, in Ecclesiæ messe operarios futuros. Præter hos, innitati etiam venerunt in Angliam Immanuel Tremellius, Bernardinus Ochinns, P. Alexander, D. Valerandus,

quos

quos omnes cum liberis atque coniugibus abunde alebat Cranmerus; accersitis etiam Philippo Melanchthone & Musculo, qui à suis retenti, per literas sese excusarunt. Sed nihil illi maiorem creavit apud Pontificios invidiam, quam quod Episcoporum quosdam, hisce reformationis consilijs occulte repugnantes, exauthorari permiserit, & in ordinem redactos, carceribus mancipari; Gardinerum Wintonienſem, Bonerum Londinenſem, Tunſtallum Dunelmenſem, Heathum Wigornienſem & Daium Ciceſtrenſem; qui omnes per Mariam Reginam honoribus poſtea reſtituti, talionis reddendæ nimis fuerunt memores. Ij nãq; (ac præcipue Gardinerus, in cuius cõsilio Maria vnice acquiescebat) stimulare mulierẽ non desinebant ad vindictam, quæ muliebri ingenio iram propter divortiũ matris conceptã, iam tot annos coquebat.

---Manet alta mente repoſtum
Iudicum latum, ſpretæque iniuria matris.

Henricum Regem ferunt, cum Mariæ filiæ contumaciam carceribus coercere ſtatuiſſet, quod Pontificiam doctrinam pertinaciter adeo defenderet; ad Cranmeri ſolius interceſſionem, mutaſſe ſententiam. Deinde cum eandem à fratre Edwardo exhæredari oportuit; longa oratione ne id fieret, Archiepiſcopus (etſi fruſtra) contendit; neq; vt ſubſcriberet decreto, induci potuit, donec iuriſperitis vna voce aſſerentibus, legibus illud eſſe conſentaneum, Rex multis & aſſiduis precibus id ab eo evicerit. Apud ingratos adeo plus valet vnius iniuriæ opinio (ne dicam ſenſus) quam mille beneficiorum recordatio. Incerto rumore ferebatur eo tempore, religionem cum fortuna Cranmerum mutaſſe; adeo vt Reginæ gratificaturus, exequias Edwardi Regis Pontificio more celebrare pollicitus fuerit. Quare ſcripto primo quoque tempore edito, ſe purgavit; & decreta de religione ſub Edwardo ſe authore facta, vt Dei verbo & Apoſtolorum doctrinæ congruentia, tueri ſe paratum oſtendit; in eoque propoſito à P. Martyre confirmatus, ipſum ſibi ſocium & adiutorem in hoc negotio popoſcit. Sed à verborum diſputatione res ad vim vocatur. De boni viri nece omnino decretum erat; de modo patrandi ambigebatur. Placuit primum

mum, in eum vt perduellem lege agi, quod decreto de Iana Graia in Reginam provehenda, etsi invitus fere (vti antea retulimus) & omnium regni procerum postremus, subscripsisset. Novembris itaque 13. cum in turre aliquandiù detentus fuisset; vt existimationem eius apud populum imminuerent, maiestatis laesae eum reum peragunt, vna cum Iana ante memorata, quae Reginae personam aliquandiù non ita pridem gesserat, & alijs nonnullis. Ac eius quidem delicti, omnes vt sontes ad mortem damnati sunt. Ad Cranmerum vero quod attinet, adeo coepti eos mox puduit, vt venia illi statim à Regina impetrata fuerit ab illis ipsis, qui haereseos crimen statim ei impegerunt. Antequam custodiae traderetur, vt à certissima pernicie fuga se eriperet (confratrum aliquot suorum exemplo, qui in Germaniam iam dudum profugerunt) amicorum multi hortabantur. Quibus ille; Si furti (inquit) parricidij, aut cuiusuis sceleris postularer, quantumvis insons, induci fortassis possem ad fugam capessendam. Nunc vero cum de mea non in homines, sed in Deum fide, & sacrarum Scripturarum veritate, contra Pontificios errores agendum video; constantia vsus Christiano Praesule digna, vita constitui potius quam regno, hoc in tempore cedere. Datus igitur in carcerem, postquam per semestre aut amplius ibi iacuisset, Windesoram abductus est atq; inde Oxoniam, vna cum Ridleio, (Londinensi sede nuper exturbato,) & Latimero, qui Wigornienſi Episcopatu iam olim renunciarat (vti suo loco dicetur) vt cum Theologis tam Cantabrigiensibus quam Oxoniensibus, de sacra synaxi, solenni disputatione confligerent. Iniquissima plane conditione certatum est. Nam solo biduo ad se praeparandum concesso, ergastulis interim concluſi sunt; nemine ad colloquium admisso, quem interrogarent aut consulerent; à chartis & libris suis segregati, alienis tantummodo commodatis. Magnis clamoribus & tumultuosissime res gesta est; plurimis simul vnum impetentibus, sine ordine, sine modo, sine modestia. Aprilis 14. 1554. ex carcere ad templum B. Mariae producti, Pontificiorum sententiae subscribere iubentur, & recusantibus, dies edicitur disputandi:

Cranmero

CONFESSIONAL,

Or, Directions for the Visitation of the Sick.

Dearly beloved, know ye, that it is written in the Holy Scriptures, that we must patiently bear our infirmities, and the sickness that it hath pleased God to lay upon us; and that we must not be offended, neither think the worse of Almighty God for our sickness, or adversity, but rather we ought to consider that all things come of his fatherly hand for our profit and commodity, and for that he loveth us, and would have us to live with him in heaven after this life, therefore he sendeth us sickness and adversity in this world, that we should learn to know him, and to call upon him in our troubles, and to amend our lives. And there is no doubt, but that he will grant your petitions, and ease you of your pain, if it be good for your soul, and for his glory. Wherefore, when any person is sick, let him send for the minister of the parish, or some other preacher of God's word, and let him say unto him, or to them, as followeth.

Minister. The peace of God be with you, and with all that truly put their trust in him.

Sick. I thank God for it, and I pray God to send it unto you, and to all men.

Minister. Forasmuch as all men be sinners, and do offend God in many things, and that no man knoweth how often he offendeth, I require you to examine your conscience, and to search it as much as you may, and to call to your remembrance all the sins and offences that you have committed, from your youth hitherto, in thought, word, and deed, and to bewail them, and to ask forgiveness of them, and to make restitution and satisfaction for all injuries and wrongs done by you to any man, as much as in you lieth, and as you will answer before God at the great day of judgment, when the secrets of all hearts shall be disclosed.

Sick. I will do so, as I ought to do.

Minister. Do you forgive all men that have offended you, and do you ask forgiveness of every man, if you have offended any man, and if you have not offended any man, then you may boldly say, that you look for forgiveness at God's hand, for the only merits of Jesus Christ, and that you forgive all men, as you would have God forgive you.

Sick. I do forgive all men, and I pray God forgive them.

Minister. Then shall you say, that you believe all the articles of the Christian faith, and that you take them to be the very true and undoubted verity, according to the word of God.

Sick. I do believe them, and take them to be the very true and undoubted verity, according to the word of God.

Minister. Then shall you say, that you do not doubt, but that you are elected, and shall be saved by the only merits of Jesus Christ, and that you do not doubt, but that you are one of the number of them that shall be saved, and that you look for no other salvation, but only by the

eodem modo tractare quo postea Moronum Cardinalem, Poli amicum summum, quem in carcere quoad ipse vixit, detinuit. Hinc bonam spem conceperat Gardinerus, Archiepiscopatum etiam Cantuariensem consequendi, quem Polus velut sequester hactenus tenuit, neq; vivente Cranmero, aliter ingredi sustinuit. Hoc igirur callido consilio, Gardinerus putatur à supplicio Cranmerum reservasse, ne Archiepiscopatum Polus præriperet. Cæterum ista Wintoniensis ille dum totus meditatur, morbo articulari à pedibus curibusq; ad coxendicem ascendente, Novembris 12. extinctus est. Ita sublato illo, cuius opera hucvsque servatus est Cranmerus; à nece eius non est diutius temperatum. Quia Papa inconsulto, Archiepiscopum plecti canones vetant, mittuntur continuo Romam, qui causæ huius cognitionem ad Polum Legatum Pontificium curent reijciendum: qui id negotij detulit ad Iacobum Brocum Gloceſtrensem Episcopum, quocum amandare placuit, Ioannem Storeium & Thomam Martinum Legum Doctores, vt authoritate fulti Regia, Broco delegato adiumento atque subsidio forent. Quibus in Ecclesia B. Mariæ super excelsum pegma considentibus, Broco nimirum subter locum vbi panis Eucharisticus in pixide more Pontificio suspendebatur; ab vtroque latere Martino atq; Storeio, sed paulo inferiùs: Cranmerus, Doctoris Theologi, non Pontificali amictu indutus, in medium productus est. Ibi, monitus adesse, non solum qui Regiam personam gererent, Storeium & Martinum, sed Papæ etiam sanctissimi patris, Episcopum Gloceſtrensem; illos quidem aperto capite & flexo poplite magna cum reverentia salutavit; in Brocum vero vel oculos conijcere recusavit, non hominis (sicut tum statim professus est) contemptu, quem olim dilexerat; sed ne videretur authoritati Pontificis aliquid deferre (quod se nunquam facturum (in Anglia saltem, vbi nihil illi iuris esse, nullam authoritatem contendebat) sacramento se dixit Henrico Regi confirmasse. Multis tum verbis eorum singuli hortati sunt, vt mutata sententia, ad Ecclesiæ Catholicæ vnitatem redire vellet; ac monitis obtemperare recusantem, iubent octogesimo tum sequenti die

contractus, quo quis ad certum tempus, certam pecuniæ summam, certo fœnore, certis pactis, mutuo accipit. Ejus autem tres species sunt, quæ ad tres fœnoris species referuntur. Nam aut centesimæ, aut trientes, aut semisses in usuris pendendis pactum est. Centesimæ sunt, quæ ex centum aureis singulis mensibus singulos aureos pendunt. Trientes, qui ex centum aureis singulis mensibus quatuor aureos pendunt. Semisses, qui ex centum aureis singulis mensibus sex aureos pendunt. Quæ species fœnoris, quia nimia videbatur, ad semisses reducta est. Ex quo intelligitur, quod olim centesimæ fuerint, quæ nunc semisses s

in ſenſum, qui Henrico regnante capite mulctati ſunt. Antequam vero moriatur, rem facturam Deo hominibuſq; pijs gratiſſimam, ſi converſionem ad Eccleſiæ Catholicæ vnitatem ſinceram fuiſſe, publica iam confeſſione teſtatam faciat. Tali tamque inexpectato nuncio ſi Cranmerus conſternatus eſt, haud equidem mirer. Ille nihilo ſecius exurgens, & nullo pavoris ſigno edito, luculenta oratione populum præſentem alloquitur, in qua multa de morum ac vitæ emendatione præfatus; præcipua doctrinæ capita repetens, quid ſentiret breviter explicat, atque Pontificis potentia Antichriſti regnum contineri & ſtabiliri dicit: Ac poſtremo, quantopere Deum veritatis abnegatione offenderit demonſtrat: Sibi igitur decretum profitetur, vt pœnam prima, dextera luat, qua nefariè peccaverat, quippe qua, doctrinæ à veritatis adverſarijs propoſitæ, impie ſubſcripſiſſet. In huiuſmodi ſermone cum progredi vellet; clamoribus & convitijs impeditus, Pontificiorum (quorum ſpem pulcherrime eluſerat) & à loco in quo conſtiterat, ad ſupplicium protinus raptus eſt. Ibi videre erat ſpectaculum luctuoſiſſimum, quod vel à ſilice lachrymas exprimeret; regni ſummum Antiſtitem, ſumma modo potentia & principum gratia pollentem, moribus ſanctiſſimum, & ob ætatem, corporis ſpeciem, eruditionem, gravitatem, atque egregias animi dotes quamplurimas, ter venerabilem; obſoleta ad ludibrium veſte indutum (id enim curaverant Pontificij) convitijs contumelioſe exagitatum, ad mortem trahi, per horrendos ignis cruciatus ſubeundam. Ad palum alligatus, vbi primum flamma accenſa eſt, læva ad cœlum erecta, dextram longiſſime protenſam igni admouit, brachio nunquam reducto (niſi quod barbam ſibi demulcere ſemel viſus) donec tota ea combuſta eſt. Flamma tandem ſæviente, erectis in cœlum oculis, Domine ſuſcipe ſpiritum meum exclamavit, & corpore tam immotus perſtitit quam palus cui alligatus eſt, donec tandem placide in Domino obdormiſcens, expiravit. Cadauere alias in cineres redacto, cor integrum ac illæſum repertum eſt. Quod ſi Pontificij in ſua [illegible]ionis aliquo comperiſſent, pro magno miraculo celebratum id fuiſſet, & vel ſolum ſuffeciſſet ad eum in ſanctorum

Digitized by Google

rum album aſcribendum. De martyrio eius à Rodulpho Skinnero hæc carmina ſunt conſcripta.

Succubuit ſanctus Præſul Cranmerus iniqua
Pontificum rabie, fraude doloque peris.
Quod verbi inuicto deiecerat enſe Papatum,
Quod docuit pura quærere mente Deum.
Quodque Antichriſti ſubverterat impia regna,
Regna pijs Anglis heu tolerata diù.
Hinc pius & clemens crudeli addicitur igni,
Et dant innocui membra cremanda viri.
Huc vbi iam ventum eſt, dextram proiecit in ignem,
Proiectamque tenens, talia dicta dedit:
Primum peccaſti, primum & ſentire dolorem
Debes, oh Chriſto dextra inimica mea.
Immotamque tenet dum deflagrauerat omnis,
In cineres totam dum cecidiſſe videt.
Cætera cum pereant flamma (mirabile dictu)
Cor manet illæſum poſt vbi flamma perit.
Ecce inuicta fides cor inuiolabile ſeruat,
Nec medijs flammis corda perire ſinit.

68. REGINALDVS POOLE.

REginaldus Polus Cardinalis genere ortus eſt nobiliſſimo; Richardo nempe patre, Henrici ſeptimi Regis conſobrino, & Margareta Sarisburiæ Comitiſſa, Edwardi quarti nepte ex fratre Georgio Clarentiæ Duce. Quorum cura (indole docili ac moribus benignis commodiſq; præditus) literis in pueritia domi inſtitutus eſt, cumq; adoleuiſſet, Oxonium ad Magdalenenſe collegium miſſus, & poſt aliquantum temporis in numerum ſociorum aſcriptus collegij Corporis-Chriſti. Ad virilem ætatem non dum peruenerat, cum, vt eruditionē ſimul & vſum rerum compararet, ad trāſmarinas oras amandatus eſt. Ac Paduæ quidē hæſit plurimū, vbi ſeptem totos annos cōmoratus dicitur. Rex interea (præter ſtipendium ſatis amplum) contulerat illi Decanatum Exonienſis Eccleſiæ, & magno videbatur amore adoleſcentem complecti, quod genere tam materno quam paterno ſibi eſſet 1555. *Mariæ. 3.*

ſet propinquus, & indolis vſquequaque probatiſſimæ ſpecimen dediſſet. Cæterum poſtquam ad ſcholas aliarum gentium viſendas dimiſſus in Italiam peruenit, à Circes Romanæ poculis cito immutatus, ăltoris, Principis, propinqui ſui breui pòſt hoſtis deuenit capitalis. Nam tum neq; repudium Catharinæ probaret, nec authoritatem Papæ profligatam vellet, ăliaq; nuper à Rege in rebus Eccleſiaſticis inſtituta haud diſſimulanter damnaret; reuocatus domum non paruit, ideoq; & Decanatu & ſtipendio mulctatus eſt, ac perduellis publica præconis voce pronunciatus; quod ille ſuſq; deque habuit. Magna iam literarum, modeſtiæ, prudentiæq; fama celebris, Contareni Cardinalis commendatione (vt quidam) vel Bembi (vt alij) in noticiam peruenit Pontificis, qui, vt eo tanquam ariete vteretur in Rege oppugnando, purpureum illi galerum largitus eſt, eoque tanquam arrhabone ſuum fecit, qui purioris doctrinæ ſemina tum nuper hauſiſſe credebatur. Maij igitur 22. 1536. Cardinalis creatus tt: SS. Nerei & Achillei, libellum ſtatim exarauit, qui annum vnum aut alterum Romæ deliteſcens, in Germaniam primum, deinde & ad ipſum tandem Regem emanauit. *In eo* (inquit Sleydanus) *Regem Henricum affatur, graniterq; reprehendit quod ſe caput Eccleſiæ conſtituat: Nam ad ſolum Pontificem id munus pertinere qui ſit Chriſti vicarius, &c. Ad cauſam diuortij poſt accedit; Regem non conſcientiæ terrore, neq; metu numinis diuini (ſicuti præ ſe ferat) ſed libidine & caco quodam amore concitatum, deſeruiſſe Catharinam vxorem, quam Arthurus frater, 14. annorum adoleſcens & imbecillis virginem reliquiſſet. Annam Boleniam non licuiſſe ei ducere, cuius antea ſororem habuiſſet concubinam. Virginem autem fuiſſe Catharinam, ipſummet eſſe profeſſum, tum alijs, tum Cæſari. Vehementer etiam exagitat, quod dimiſſis literis ad omnes Academiãs, de primo ſuo matrimonio Rex conſilium exquiſierit; & ſua ſit ipſe latatus turpitudine, cum illud inceſtum nonnulli pronunciarent: Valde autem eſſe pudendum, quod ſcorti filiam legitimæ filiæ, & quidem probatiſſimæ virgini præferat. Poſt de ſupplicio Roffenſis Epiſcopi & Tho. Mori multum ſermonem habet, deteſtatus crudelitatem. Adhæc, quomodo Rex omnes ordines afflixerit, in*

quan-

quantam miseriam florentissimum regnum adduxerit, quantum ei periculum immineat à Cæsare propter repudiatam materteram, ac profligatam religionem, & quam nullum aut possit aut debeat à suis aut etiam externis auxilium expectare, qui tam sit male meritus de rep. demonstrat; & ad Cæsarem oratione conuersa, plurimis eum verbis vt familiæ suæ tam insignem contumeliam vlciscatur exacuit, & Turcicum semen per Angliam atq; Germaniam dissipatum esse dicit, doctrinam Pontificiam contrariam designans. Post multam deinde criminationem & acerrimam reprehensionem, ad pœnitentiam inuitat, nec vllum superesse dicit aliud remedium, quam vt ad Ecclesiæ gremium reuertatur, quam aliquando libris edits defenderit, glorioſſimo nimirum exemplo. Hæc Sleydanus, qui etiam (id quod alij plurimi tradiderunt) Legatum eum dicit ad Gallum missum à Papa, honesto quidem nomine pacis conciliandę inter eum & Cæsarem, reuera autem vt vtrunq; in Regem suum concitaret. Quod postquam Henricus olfeciſſet, egit cum Gallo per oratorem suum, vt Polum perduellionis læsæque maiestatis reum comprehenderet, & pro ea quæ inter ipsos intercederet amicitia, ad se confestim mitti curaret, quo tanti criminis debitũ supplicium subiret. Huic Regis postulato quanquam Gallus haud quaquam annuit, contra religionem iuraq; fœcialium esse dicens Legatum vllum (ac præsertim Papæ) ad supplicium tradere; Legationem tamen admittere recusauit, ne Regem offenderet, & Legatum quam celerrimè è finibus suis discedere mandauit. Hic igitur pro voto res cum neutiquam cecidisset; literis populares suos, amicos præsertim ac propinquos ad res nouas moliendas concitare aggreditur; quod Regi à Galfrido Polo Cardinalis fratre iuniore proditum, matri tum septuagenariæ, & fratri ætate maximo Vicecomiti Montacuto exitiale fuit, nec non alijs permultis, qui quod huiusmodi consilia celassent capitali supplicio affecti sunt. Quare cœptorum nihil prouenire videns, legatione Viterbiensi donatus à Papa, se totum dedit literarum studijs & quieti. Sed Papa paulo postea defuncto, Cardinales de more cõclaue ingressi vt nouum Pontificem eligerent, de Polo nostro statim agere cœperunt. Hij tunc suffragaturi,

turi, in duas præcipue factiones distracti erant; pars Cæsarianis rebus studebant, pars Gallo: Nonulli etiam fuere (eorum princeps, Farnesius, defuncti Papæ nepos) qui à factione integri, se medios inter vtrunq; gerebant. Isti, Cæsarianis coniuncti, vota vnanimiter in Polum contulerunt. Quod ipsi quam primum innotuit, temeritatis eos accusauit, iterum atq; iterum admonens, ne quam animi perturbationem in eo: silium adhiberent, aut aliquid amicitiæ & gratiæ darent, sed omnes suas cogitationes ad Dei honorem & Ecclesiæ vtilitatem referrent. Ita per ipsum Polum negotio mora iniecta; Galli Cardinales, rationem habendam clamitabant multorum è collegio suo qui propter viæ longinquitatem adesse non dum valuissent; iniquum esse dicentes, electionem præcipitari antequam omnes potuissent conuenire. Vnus enimvero qui cæteris authoritate videbatur eminere, sperans si Polum deiecissit, sese fortassis eligendum (is erat Caraffa, qui aliquot annis postea Papa factus, Paulus 4. appellatus est) ad calumnias & obtrectationes se conuertens, hæresis & incontinentiæ suspicionem Polo obiecit; in Germania dicens atq; Tridentina legatione (nam & illic vnus fuerat illorum qui Papæ gererent personam) Lutheranis aliquot nimiũ fuisse familiarem, cum Imm. Tremellio multam consuetudinem habuisse; Antonium vero Flaminium Lutheranismi suspectum, inter eius domesticos aliquandiù numeratum, & Ecclesiasticis dignitatibus ab eo locupletatum: In Viterbiensi Legatione sontibus plerunq; peperciſſe, & paucos modico supplicio, nullos autem morte affeciſſe. Neq; vero eam vultus grauitatem à luxuriæ suspicione tam immunem eum prẹstare, vt puellam quandam apud Moniales enutritam, à se genitam plurimi non existiment. Mirari proinde quid sibi velint, quot tanto impetu ad hunc vnum eligendum ferantur: Quasi homines Pontificatu dignos Italia non progigneret, ab vltima scilicet Britannia hunc arcessendum: At quem in finem? nempe vt Cæsar (cuius hic totus esset) Romam iterum quasi conviuando diriperet. His ita respondit Polus, vt non solum à criminibus obiectis se purgaret, sed etiam suffragatorum studia ad se Pontificem constituendum, amplius

plius adhuc multo accenderet. Nocte igitur quadam ad cubile eius conuenientes, Ludouicum Priolum Venetum (familiarem eius, eiq; ob morum consuetudinem percharum) excitare dormientem iubent, ideo se venisse testati, vt Pontificem eum electum pro more adorarent, atq; ita iam tandem negotium ad vmbilicum perducerent. Quod postquam expergefacto Priolus præ gaudio gestiens nunciasset, increpuit hominem amicè,& iam ad se accedentes Cardinales repulit; Nolle se nimirum tantam rem (quam pertimescendã potius quam appetendam censebat) tumultuose & temere, sed recte atq; ordine agi: Alienũ esse noctis tempus; Deum, lucis, non tenebrarum Deum esse; rem igitur in proximam lucem differri debere; tum enim (si Deo ita visum) melius confici posse. Cunctationem huiusmodi Itali Cardinales ignauiæ & stupiditati tribuentes, hominem cœperunt contemnere, & mutatis sententijs non multo post Montanum Cardinalem Pontificem crearunt, qui Iulius tertius nuncupatus est. Postquam ita Pontificatu, alieno potius quam suo vitio excidisset; à nouo Papa Iulio impetrato commeatu,ad cœnobium quoddam secessit agri Veronensis quod Maguzanum dicitur, & à Benedictinis Monachis incolitur, cuius ordinis ille dum Romæ fuit patronus extitit. Ibi cum semet abdere, & reliquam vitam tranfigere statuisset; fama quæ increbuerat de morte Edwardi Regis & successione Mariæ, intra claustri parietes delitescentem excitauit, & Romam iterum pertraxit. Cum non lateret hominem, Maria Regina quam esset studiosa Pontificiæ doctrinæ, sperabat (nec sine causa) honorificam legationem in patriam,sibi delatam iri à Pontifice, qui multum eum dilexit, postquam cunctatione eius Papatum ipse adeptus fuisset. Tumque duplicem sibi spem proposuit; regni videlicet si non secularis, at ecclesiastici tamen sub Legati titulo & Archiepiscopi Cantuariensis potestate consequendi.Educationem aliquot per annos Maria sortita erat Polo adhuc puero sub Margareta Poli matre (de qua antea) ita volente Catharina Regina, cui erat in animo(vt ferebatur)Mariam filiam alicui ex liberis dictæ Margaretæ si posset elocare, vt quoniam Edwardi quarti ex

Georgio fratre neptis ea extitiſſet, regni Angliæ ius illi, connubio eiuſmodi firmaret, ſi forte ſine prole maſcula Henricus decederet. Siue hanc, ſiue aliam ob cauſam, cum ſe Mariæ percharum Polus cognoſceret, ſi non regnum ex coniugio eius, at ex gratia qua apud eam pollebat, ampliſſima quæq; ſub illa conſequuturum, ſpem pluſquam certam concepit. Neque vero opinione vſquam falſus eſt: Nam & Maria ſtatim vt regnum adepta eſt, inuitauit eum ad ſeſe (interim nihil non pollicita) & Papa (haud ignarus rerum ſuarum fideliſſimum procuratorem cum in Anglia futurum) ad petitionem Reginæ amandauit extemplò cum ſumma poteſtate. Cæterum Cæſar (qui quid meditaretur Cardinalis, iam dudum olfeciſſe videtur, & Mariæ nuptias filio ſuo Philippo conciliare omnimodis decreuerat) cum Dandino Cardinale (Pontificis ad ſe Legato de pace inter Gallum & ipſum tranſigenda) diligenter egit, vt iter Poli aliquantiſper retardaret, ne aduentus eius in Angliam, rebus non dum confectis, rationes ſuas conturbaret. Quapropter Dandinus, vt Cæſari gratificaretur, per Franciſcum quendam Commendonum literas ad Polum dedit, quibus, ne adhuc in viam ſe daret, admonebat; quippe Cæſari eam legationem diſplicere, quę ſe inconſulto ſuſcepta ſit: Tum Anglos pleroſq; ac Londinenſes maximè, ipſum nomen Ro. Pontificis ſuaſq; legationes auerſari dicebat: Proinde non eſſe eos legatina poteſtate adeundos, donec ſuaſionibus ad eum æquo animo perferendum adducerentur. Has literas Polus cum in Maguzano cœnobio accepiſſet; vltra ſibi progrediendum non exiſtimauit, antequam de Pontificis voluntate amplius cognouiſſet. Ille autem cum Cæſaris potentiam adeo in immenſum augeri nollet tot prouinciarum acceſſione; ſtomachatus quod Dandinus itineri Cardinalis impedimentum obieciſſet, hominem reuocauit, & vtranq; tam in Angliam, quam ad Cæſarem atq; Gallum, de pace componenda legationem, vni Polo detulit: Qui munere libenter ſuſcepto, in viam protinus ſe dedit. Tridentum cum peruenisſet, & ad Cæſarem & Gallum nuncios præmiſit, qui de legatione ſua vtrunq; facerent certiorem. Cæſar autem cum artibus huiuſmodi amplius

amplius distineri cum non posse videret, ad vim conuersus, illustrem virum Ioannem Mendozam cum literis ad eum misit, in quibus, non dissimulauit, vereri sese, ne profectio eius, negotijs quibusdam magni momenti, quæ nunc tractarentur obfutura esset: Placere itaq; vt vel iter sistat, neq; vltra progrediatur, donec ex animi sententia omnia confecisset; vel saltem Leodij quiescat, si covsq; proficisci velit. His literis acceptis, Dilingam (quæ non procul à Tridento abest) reuersus; Pontificem de re tota certiorem facit, & ad Cæsarem literas expostulatorias dat, in quibus, quam sit indignum facinus ostendit, Pontificis Legatum, pacis & religionis causa missum, in media Germania sub ipsis hæreticorum oculis & conspectu, cum summo dedecore & Pontificis contemptu, Cæsaris præsertim iussu detineri. Dillingæ tunc erat Dominicus à Soto, magnus ille Theologus, qui Cæsari fuerat à sacris concionibus. Per hunc Cæsarem vrget, ne patiatur diutius legationem impediri, magno Christianæ rei, atque in primis Anglici regni detrimento. Vix tandem & ægre impetratum est (postquam de pactis nuptialibus conuentum Cæsar intellexit) vt Bruxellas ad ipsum venire liceret, conditione adscripta, ibi tantisper vt maneret, donec nuptiæ inter Philippum & Mariam celebratæ fuissent. Postquam igitur Bruxellas venisset, & Cæsarem (à quo perhumaniter exceptus est) salutasset; ne illic otiosus desidere cogeretur, alteram legationis partem placet aggredi, si qua forte iniri ratio posset pacis inter Cæsarem, Gallumq; conciliandæ. Ac Cæsarem primum ea de re tentauit: qui vt non iniqua respondere visus, ad Gallum se contulit, pacis similiter studium præ se ferentem: In ea tamen conficienda, propter animos inueterato odio exulceratos, nihil agi potuit. Spem vero Gallus concordiæ nonnullam faciens, abeuntem arctius complexus est, plurimum se dolere dicens, quod non rectius cum antehac nouisset: Nam se nullum alium quam ipsum creari maluisse Pontificem, si de summis eius virtutibus magis ex fide fuisset edoctus. Paulo postquam Bruxellas redijt, venere à Philippo & Maria ad Cæsarem Legati, Pagetus & Hastingus Barones, qui, Polum videndi studio & desiderio magno v-

trunq; flagrare oſtenderent; & vt primo quoque tempore cum bona eius gratia dimitteretur orabant, quo res Eccleſiaſticas longo ſchiſmate in patria labefactatas & turbatas, authoritate Pontificia conſtitueret. Menſe igitur Septembri impetrato commeatu, traijcere tamen non potuit propter aduerſam tempeſtatem ad Nouembrem vſq; quando ventos nactus propitios, nauem tandem conſcendit, & Doueram appulit anno 1554. Perhonorificè à Regibus cunctiſque proceribus, ſeu vere, ſiue ex metu ſimulate gaudentibus, exceptus eſt. Et quia ſanctione Parliamentaria hoſtis iudicatus ante annos 15. mortis pœnam iuxta leges ſubire oportebat; ſanctio huiuſmodi, ab ordinibus tum congregatis antiquata eſt, adeoq; ipſe omnis nobilitatis iuribus reſtitutus. Cumque leges apud nos latæ viribus caſſæ authoritate careant, donec à Principe comprobentur; Regum vterq; præter morem (nam tantum ſemel, cum coguntur & deinde cum dimittuntur, ad comitia venire ſolent) ipſi præſentes actionem eam ratam habuerunt, antequam ille Londinum peruenisſet. Paulo poſt aduentum eius in regia habitus eſt conuentus coram Regibus; vbi cum Wintonienſis Cancellarius de grato Poli aduentu quædam ad Proceres & vniuerſos ordines præmiſiſſet; ille (Cardinalis inquam) patria lingua orationem ſatis longam habuit, in qua Regi ac Reginæ, Proceribus atq; populo gratias ſummas agebat quod eorum tanto beneficio, omnibus exilij & proſcriptionis legibus abrogatis, in patriam reſtitutus eſſet; ſui proinde officij atq; gratitudinis eſſe dicebat, hoc meritum ita compenſare, vt cum illi à ſede Apoſtolica ſuperiori ſchiſmate defeciſſent, eoq; modo ab vnitate Eccleſiæ atq; regno Dei exulaſſent; eos authoritate ſibi à Papa (Chriſti ſcilicet vicario) data, ad ſedem Romanam, tanquam hæreditatem cœleſtem reducere. Quapropter hortatus eſt, vt ſuperiorum temporũ errorem ingenue agnoſcant & ex animo deteſtentur; & quod ijs beneficium Deus per Vicarij ſui Legatum deferat, id ſincera animorũ alacritate accipiant, ac ſedulo retineant. Hoc enim reliquum iam eſſe, vt cum ipſe adſit claues adferens, quibus Eccleſiæ valuas illis aperiat, quemadmodum

aditum

aditum ſibi in patriam feciſſent, legibus quæ illum excludebant antiquatis; ita ipſi leges omnes abrogandas curent, quæ contra ſedem Apoſtolicam nuper latæ, ipſos à reliquo Eccleſiæ corpore omnino diuulſos teneant. In hanc ſententiam cum pluribus deſſeruiſſet, & ex vltima antiquitate repetitis exemplis, quam religioſe ſedem Romanam maiores noſtri coluiſſent demonſtraſſet; oris grauitate, verborum concinnitate, & eleganti ordinis ſpecie, adeo permouit animos multorum qui Pontificijs ritibus erant dediti; vt eo demum die ad ſalutem ſe natos profiterentur. Non deerant tamen ex plebeijs in illo Parliamenti conuentu, qui iugum Papale fœliciter excuſſum, nullo modo recipiendũ contenderent. Sed vrgente Rege ac Regina, omnia tandem ex ſententia Poli confecta ſunt. Pontifici Rom: quicquid authoritatis in hoc regno olim vſurpaſſet, reſtitutum; Regibus ſupremi in Eccleſia capitis titulus abrogatus, & vt populus Cleruſque Anglicanus à ſchiſmatis ac hereſeos crimine abſoluantur, libello ſupplici ad Legatũ per Wintonienſem porrecto petitum eſt: Qui omnibus deinde ordinibus in genua procumbentibus, vniuerſos conceptis verbis Anglicè loquens abſoluit. Id poſtquam factum, ad ſacellum regiæ perrectum eſt, vbi BB. Anguſtini & Ambroſij hymnus decantatus, & Sabbato ſequenti, eius diei geſta à Wintonienſi prædicto pro concione ad crucem Paulinam habita recenſentur. Tum legatio decernitur ad Pontificem perhonorifica, quam nempe Regina miſſuram ſe receperat quo tempore primum regnum adepta eſt. Romam itaque miſsi, Epiſcopus Elienſis, Brownus (poſtea Montacuti Vicecomes) ac Edwardus Carnus iuriſconſultus, qui Reginæ & Philippi eius mariti nomine, obedientiam ſedi Ro: & Pontifici præſtarent: verum id fruſtra fuit: Nam antequam ij Romam peruenerunt, Pontifex diem ſuum obierat. Eligitur tum in defuncti locum Caraffa Cardinalis Theatinus, iam Paulus 4. nuncupatus, de cuius cum Polo contentione, in præcedentebus pluribus diſſeruimus, & quomodo ſibi mutuo per Iulium 3. nonum tum Pontificem reconciliati ſunt. Reconciliationem vero huiuſmodi ex parte Theatini parum

ſinceram fuiſſe, Papa creatus declarauit. Nam molitionibus Gardineri (de quibus in vita Cranmeri fecimus mentionem) mox fauit. Et cum tam Gardinero quam Cranmero è medio ſublatis, Archiepiſcopatus poſſeſsionem Polus nactus eſſet, conſecratus Martij 22. 1555. vt hunc iam non poſſet in alium transferre: Leui arrepta occaſione, vel potiꝰ prætextu, legationem illi abrogauit, Romamque reuocatũ, loco eius Petrum quendam Petow, Franciſcani ordinis Monachum, Cardinalem & legatum creauit, pauloque poſtea Epiſcopum Sarisburienſem deſignauit, indignum dicens hoc munere Polum, qui Reginam, pro ea qua apud illum valebat gratia & authoritate, à bello cum Gallo gerendo non inhibuiſſet. Quæ cum Reginæ nunciata eſſent; diligenter in primis cauit, vt Polum hęc omnia clam eſſent; prohibitis in regnum ingredi non ſolum nouo illo Cardinale, ſed quibuſcunq; alijs quos ſuſpicaretur mandata à Pontifice hac de re adferre, & literis magna cum diligentia interceptis. Oratori deinde ſuo Romæ agenti mandauit, vt Papam admoneret, quantum periculum religioni vix dum ſtabilitæ creaturus eſſet, ſi tanto viro contumeliam inferret, cuius authoritas ad gentis conuerſionem maximum pondus attuliſſet. Sed dum iſtis de rebus inter Papam & Reginam agitur, rem Polus (incertum vnde) ſubolfaciens, ab argentea cruce (legationis insigni) geſtanda, abſtinuit, neq; Legatinam authoritatem vſquam poſtea exercere voluit, donec. Ormaneti (Datarij in Anglia Papalis) opera & interceſſione, muneri prædicto reſtitutus eſt. Vixit in Archiepiſcopatu annos 2. menſeſque 8. Quartanæ febres plurimum graſſatæ anno 1558. prouectioris ætatis permultos ſuſtulerunt, ac ordinis præcipuè ſacerdotalis. Inter cęteros Polus, quando cum eo morbi genere aliquot ſeptimanis conflictatus, ad ſummam iam corporis imbecilitatem redactus fuiſſet, Regina moriente, mortis eius nunciò tanquam telo mortifero confixus, tertia ſequentis noctis hora expirauit, videlicet Nouembris 17. natus annos 58. & ſex menſes. Idem igitur illi contigit quod anteceſſorum ſuorum cuidam (nomen ei Deus dedit) qui eo ipſo die quo Ercombertus Cantię Rex, exceſsit è viuis. Vir fuit Polus egregie

egregie doctus, modestus, mansuetus, & moribus suapte natura placidissimis; prudens etiam & in rebus gerendis magnæ dexteritatis; vt nihil in eo desiderares, si Pontificia doctrina deprauatus, ad crudelitatem in veræ religionis professores exercendam, quasi invita Minerua & genio reclamante non deflexisset. Ad corporaturã quod attinet, statura fuit mediocri, corpore tereti atq; exili, colore candido rubro permisto, vultu latiori, & oculis lætis, animi placabilitatem indicantib⁹. In sacerdotia 19. ius patronatus à Regina impetrauit sedi suæ, cui alias vix quicquam profuit, nisi quod solarium quoddam orientem versus Lamethæ extruxit, & ędificia nonnulla vicina. In animo illi fuisse ferunt magnam pecuniam in palatij Cantuariensis structura impendisse si vixisset diutius. Ecclesiæ suę dedit (sicut annotatum reperi) duo candelabra argentea deaurata magni ponderis; crucem ex simili metallo deauratam itidem, thuribulum in navis speciem efformatum, argenteum quoq; & partim deauratum; mitram argenteam gemmis ornatam, pedum pastorale, & crucem gestatoriam argenteas aliqua ex parte deauratas; annulos duos Pontificales quibus gemmæ variæ insertę fuerũt magni pretij, ac deniq; ad aquã lustralem capiendam, vas argenteum, prędrande. Opes vniuersas moriens legauit Ludovico Priolo Italo veteri amico, qui omnes in pios vsus erogauit, nec quicquam inde voluit accipere, pręter libellos duos, Breuiarium videlicet & Diurnale. Cadauer defuncti capsę plumbeę inclusum & Cantuariam delatum, in capella S. Thomę tumulo conditum est, hoc tantum elogio breui, Epitaphij vice adscripto, *Depositum Cardinalis Poli.*

69, MATTHAEVS PARKER.

MAtthæus Parkerus Norwici natus Augusti 6. 1504. & patre orbatus, curante matre in Cantabrigiensi Academia bonis literis institut⁹, in sociorum numerum cooptatus est collegij cui à corpore Christi nomen est ibidem. Quo in loco, ea edidit prudentiæ cum eruditione non vulgari cõiunctæ specimina, vt Anna Bolenia Regina cui fuit à sacris Decanatum ei impetrarit à Rege collegij Stokensis, quod sub

1559. *Eliz.* 2.

ſub Edwardo Sexto, quantumuis invito & reclamante Parkero, ſuppreſſum ac diſſipatum eſt. Poſt Boleniæ mortem, ab ipſo Rege in Capellanum aſcitus eſt, quemadmodum & poſtea à filio eius Edwardo, qui eum Eccleſiaſticis dignitatibus varijs honeſtaverunt. Sub Henrico nimirum Eliēnſis prębendarius & collegij corporis Chriſti (vbi educatus eſt) Pręſes conſtitutus; ab Edwardo vero Lincolnienſis Decanus renunciatus & Prębendarius de Coldingham in eadem Eccleſia. Quæ omnia obivit munia (factus etiam interea Eccleſiæ parochialis de Landbeach propè Cantabrigiā Rector) donec regnum adepta Maria, his omnibus priuat⁹ ac per vim expulſus eſt, nullum aliud ob crimen, quam quod vxorem ſibi legitimo matrimonio copulaſſet. Illa igitur regnante, vxore ac liberis grauatus, in ſumma omnium rerum inopia vitam traduxit. At morte eius reſtincto incendio illo tam immani, quod tot pios doctoſq; viros abſumpſit; & vacante per interitum Poli Archiepiſcopatu; hunc potiſſimū delegit Regina prudentiſſima, matris ſuæ nonnunquam Capellanum, cui tantum munus demandaret. Quare, Decembris 17. 1559. (electus Canonicè à Capitulo Cantuarienſi) conſecratur, ritu in Eccleſia noſtra recepto; miniſteriū illud obeuntib⁹ viris quatuor grauiſſimis, pręſulatibus ſuis ſub tyrannide Mariana eiectis; Gulielmo Barloo (qui Aſaphenſis primò, mox Meneuenſis, ac tandem Bathonenſis extiterat & Wellenſis Epiſcopus, tunc vero Ciceſtrenſis elect⁹) Milone Couerdalo Exonienſi; Ioanne Scoræo (Roffenſi quondam, tum recens Ciceſtrenſi Antiſtite, & Herefordenſi iam electo) ac denique Ioanne Hodgekino Bedfordienſi Suffraganeo. De loco ſi quæris huius conſecrationis, haud alius fuit quam conſuetus, capella nimirum palatij Archiepiſcopalis Lamethenſis; vtcunque diuerſa tradant impudentiſſimi rabulæ, Hardingus, Fitz-ſimons, alij. Quanquam Hardingo, aliquo fortaſſis modo ignoſci poteſt, quod, quæ nemo adhuc arguerit, tradiderit, ſibi tametſi nunquam credita. Quis enim ſanæ mentis tam ridiculæ & ab omni probabilitate abhorrenti calumniæ fidem adhibuerit? Sed quod poſt tot reſponſiones, Iewelli (fœliciſſimæ memoriæ Antiſtitis)

tis) Maſoni & aliorum, huiuſce conſecrationis ſeriem enucleatè tradentium & publicarum tabularum fide confirmantium, vt tam craſſi mendacij malignitatem cæcus quivis ſi non intueri clarè, at manibus poſſet palpare; auſus tamen fuerit quiſpiam, eadem rurſus in medium proferre, quis ferat? Anne tales reuerendos patres producit ſocietas Ieſuitica? Errare, labi, decipi, humanum eſt: Sed fronte perfricta aſſeuerare, quæ nemo iam vel ſtupidiſsimus crediderit, adeoque ne ipſe quidem qui aſſeuerarit, ſumnę eſt tam dementię quam impudentiæ. Apageſis igitur Sinonis potius filius quã Simonis dicende, niſi mendacia tua ſtoliditatem nimium saperent. Vt alijs vero conſulatur per huiuſmodi homines in errorem perductis (ſi forte naris tam obeſæ quiſquam reperiatur, vt figmenti tam abſurdi vanitatem ſtatim non olfaciat) hortor primum, vt Archiua adeant Archiepiſcopalia, vbi nemini non licet videre, electionis Canonicę, & conſecrationis (ſecundum ritus authoritate Parlamentari, Sub Edwardo ſexto conſtitutos) quã Parkero, tam cęteris illorum temporum Epiſcopis impertitæ, totũ (vt loquimur) proceſſum. Hoc, quibus aut non vacat, aut non libet, aut deniq; copia non eſt faciendi; cõſulant (ſi placet) Alexandrũ Fayrcloth & Thomam Lathwait (alias dictum Scot) Ieſuitas; Ioannem Colliton (poſt Birkheadi interitum) pro tempore Archipreſbyterum, & Thomam Leak ſacerdotem. His nimirum iam ante annum, in prędentia Archiepiſcopi Cantuarienſis moderni, nec non & Epiſcoporum aliquot aliorũ (Londinenſis, Elienſis, Lincolnienſis, & Roffenſis) codex Regiſtralis eiuſdem Parkeri oſtenſus eſt (pulcherrimus ille quidem, & magna ſollicitudine inter publica monumenta aſſeruatus) quem, quantum libuit, ſpectarunt, contrectarunt, euoluerunt, perlegerunt: Et teſtimonio tam amplo omniq; exceptione maiori fidem (vt videbatur) habentes; quid viderint, literis ad Thomam Fitz-herbert Romæ degentem, perſcriptis, huiuſce rei veritatem teſtati ſunt. Quas literas Kelliſono traditas (collegij Anglicani quod eſt Duaci Prędecto) ad Fitzherbertum perferendas, dictus Kelliſonus in ſe recepit, neque dubito, promiſſi fidem ab eo exolutam. Ab his igitur

igitur (Fairclotho, Lathwaito, Collitono, Leako, imò & Kelliſono, Fitzherberto ac alijs Romano-catholicæ religionis profeſſoribus) harum rerum à me de Parkeri referuntur conſecratione, veritas, ſi vel pilum boni viri habeant, confirmabitur. Ad Parkerum iam redeo; qui cum ſupra annos 15. Lamethæ deceſſit Maij 17. 1575. pietatis ac munificentiæ teſtimonijs relictis quamplurimis. Ad inſtitutionem puerorum ſcholam fundavit Rochdaliæ in Comitatu Lancaſtrenſi. Collegio Corporiſ-Chriſti (vbi educatus eſt) comparavit prædia ad ſocios duos tredecim ſcholares alendos; Bibliothecam conſtruxit interiorem & duo conclavia eidem vicina; ac libros contulit quamplurimos, impreſſos nonnullos, alios manuſcriptos magnipretij. Dedit etiam eidem Collegio 310. vncias argenti cælati deaurati; ius patronatus Eccleſiæ S. Mariæ de Abchurch Londini; locationem quandam vnde per annos 17. colligerent 14. libras & 8. ſolidos; ac denique libras 100. ad emenda prædia quorum redditibus, ignis aleretur in aula ibidem, ab initio Novembris ad exitum Ianuarij. Sex conciones ordinauit quotannis habendas ſuis in ſumptibus in quinque Eccleſijs Dioceſis Norfolcienſis, idque in hebdomada Rogationum. Norwicenſi ciuitati vbi natus eſt, peluem dedit infundibulum ex argento deaurato, habentia pondus 173. vnciarum, & ſolidos 50. pauperibus ibidem quotannis diſtribuendos. Collegio quod à Gunwello ſimul & Caio Cantabrigiæ nomen habet, poculum dedit argenteum deauratum vnciarum 56. præter tres cyphos & libros aliquot. Aulæ Trinitatis, vnum ſcholarem adiecit, libros dedit & argentum cælatum eadem fere menſura qua Gunwellianis. Academiæ libros dedit centum, impreſſos, 50. & manuſcriptos totidem pretioſiſſimos: Multamque deinde pecuniam in alios pios vſus erogavit. In reparatione palatij Cãtuarienſis impẽdit libras 1400. Et Lamethæ multa conſtruxit. Sed nihil eſt quod libentius memorarim, quam rei antiquariæ præclarum in eo ſtudium, quod hiſtorias noſtræ gentio non paucas nobis ſervavit aliter (vt credibile eſt) perituras. Sepultus eſt in capella palatij ſui Lamethenſis, lapidem ibide tectus marmoreo.

70.

70. EDMVNDVS GRINDAL.

FEbruarij menſe qui obitum Parkeri proxime ſequutus eſt Edmundus Grindallus Eboracenſis Archiepiſcopus, Cantuariam eſt tranſlatus. Ortum hic habuit apud S. Begæ in Cũbria vulgo S.Bees,& ex ſocio Prçſes conſtitutus eſt aulę Pembrochianæ Cantabrigię,cuius Academię Procuratorumvnus fuit quandoq;. Inde Londinum profectus ,Ridlæo Epiſcopo à ſacris erat ad tempus,donec nimirum illius commendatione , in numerum allectus eſt ſacellanorum Regiorum. Paulo ante obitum Edwardi Principis,fama increbuerat Dunelmum tranſlato Ridlæo, Londini Grindallum ſucceſſurum. Irritæ vero reddidit hæc conſilia mors Regis , & pro dignitate ſperata exilium retulit in Germaniã pulſus, vbi Marianarum tempeſtatum procellas declinans moram traxit. Per Elizabethæ principatum ſerenitate reddita, remeavit in patriam & mox gubernaculo admotus eſt Eccleſiæ ſibi diu antea (ſicuti retulimus) deſtinatæ, Londinenſis conſecratus Epiſcopus Decemb. 21. 1559. Præfuit ibi plus quam decennio, & Maij 20.1570. Eboracum tranſlatus eſt; vnde etiam poſt ſexennium Cantuariam migravit. Diem is clauſit extremum Croidonæ Iulij 6. 1583. ętatis 64. cum per biennium oculis fuiſſet captus ; de quo ſic veriſſime Camdenus noſter. *Vir fuit pius & grauis, qui ab exilio ſub Maria reuerſus, primum Londinenſis Epiſcopus , poſtea Eboracenſis Arehiepiſcopus , & tandem Cantuarienſis , ſumma apud Reginam gratia diu ſl ruit, donec ſubdolis quorrundam artibus omnino excidit, quaſi turbulentorum miniſtrorum conuenticulis & prophetijs (quas vocarunt) fauiſſet; reuera, quod Iulij medici Itali illicitas cum alterius vxore nuptias Leiceſtrio fruſtra obnitente, damnaſſet. Opes quas parauit tenues. ad ſcholam apud S. Begæ in Cumberlandia (vbi natus) fundandam, & bonas literas in vtraque Academia promouendas contulit. Eiuſque curæ (ſi rem tantillam memorare liceat) Tamaricum Angli debent, quam induratam lienis paſſionem eximie iuuare expertus primus in Angliam tranſtulit.* Mihi vero opera illa pietatis ab illo paucis perſtricta ſigillatim duco recenſenda. Præter ſcho-

1575. *Eliz.* 17.

lam

Iam igitur prędictam ab illo apud S. Begæ inſtitutam (quam prædijs dotavit 30. librarum annui cenſus) Collegio Reginæ Oxonię contulit alia annuatim reddentia 20. libras, ad alimentum vnius ſocij & duorum ſcholarium, quos voluit ex ſcholæ prædictæ ſtudioſis deſumi. Dedit etiam eidem, librorum ſuorum partem multo maximam & argenti cęlati vncias 87. ac æs deinde alienum quod apud eum contractum fuerat ad ſummam 40. librarum condonavit. Aulæ Pembrochianę Cantabrigię dedit annuas 22. libras ad alimoniam Græci prælectoris, vnius ſocij & duorum ſcholarium, qui ſimiliter vt Reginenſes ex ſcholę Begenſis tyrocinio erant arceſſendi. Illis etiam vaſa argentea largitus eſt ponderis vnciarum 40. & librorum reliquos. Magdalenſi Collegio in eadem Academia contulit prędia 5. libras annuatim valentia, vni ſocio ibidem tribuenda qui itidem è ſchola prodiret Begenſi: Collegio Chriſti ibidem argenrea vaſa 40. vncias pendentia; Pauperibus quibuſdam Croydonenſibus 50. libras ad emenda prędia vnde ij poſſent ſuſtentari: Et civitati denique Cantuarienſi 100. libras ex quibus tenuioris ſortis hominibus, lanificio, aut ſimilibus artibus victitantibus, lana comparata aut alia artificij ſui materia, ad tempus poſſet commodari. Tumulo iacet, conditus, ſane haud quaquam ineleganti, à ſeptentrionali parte cancelli Eccleſię Croydonenſis.

71. IOANNES WHITGIFT.

1583. *Eliz.* 26.

SEptembris 23. anni prædicti 1583. Ioannes Whitgift, ſacrę Theologię Doctor Epiſcopus Wigornienſis, in Cantuarienſis Eccleſiæ Archipręſulem confirmatus eſt. Qui Grimsbeię in Comitatu Lincolnienſi natus, ſub tutela martyris ſanctiſſimi Ioannis Bradfordi educationem habuit aliquandiù in Aula Pembrochiana Cantabrigię, in numerum ſociorum Hoſpitij D. Petri poſtea cooptatus. Anno 1567. Theologię Doctor creatus eſt, & Aulę antedictę Pręſes conſtitutus, ante eiuſdem anni exitum ad Collegij ſanctę Trinitati, Pręfecturam vocatus eſt. Interea vero temporis, Prælectoris Theologici munere duplici fuerat functus; ſalarium

rium adeptus primum à Margareta Richmondię Comitiſſa aſſignatum, atq; inde illud à Rege. Aprilis 21. 1577. conſecratus eſt in Epiſcopum Wigornienſem & Septembri menſe tum proxime ſequenti, Wallię Proprętes deſignatus, eam rexit prouinciam menſibus 30. quamdiu nimirum Sidnęus, Prorex Hibernię prętuit. In huius viri laudes quam libenter excurrerem, ſi inſtituti mei ratio permitteret? Sed bene habet quod vitam eius veriſſime & diſertiſſime deſcripſit, edito ea de re libello, eques illuſtris Georgius Paulus, ad quẽm Anglicanę linguę non ignaros amandare licet. Audiant cæteri Camdenum noſtrum, in annalibus ſuis ſic de eo loquentem. *Grindallo ſucceſſit Ioannes Whitgiftus, à ſede Wigornienſi tranſlatus, vir optimus & eruditiſſimus, qui & iuſtitia in Walliæ prorefectura, & doctrina in Eccleſiaſtica Angliæ politeia propugnanda, ſingularem laudem conſequutus, quam fortitudine, prudentia & patientia indies adauxit. Hinc Regina (quæ vt in politicis, ita & in legibus Eccleſiaſticis nihil vnquam laxandum cenſuit) mandauit, vt antè omnia diſciplinam Eccleſiæ Anglicanæ, & vniformitatem in ſacris authoritate parlamentaria ſancitam reſtauraret, quæ præſidum conniuentia, nouatorum pertinacia, & nobilium quorundam potentia luxata iacuit, dum quidam è Miniſtris, Regiam in Eccleſiaſticis authoritatem tecte impugnarent, ſacramentorum adminiſtrationem à verbi prædicatione ſeiungerent, nouos ritus pro arbitrio in priuatis ædibus vſurparent, Liturgium, ſacramentorum adminiſtrationem conſtitutam, vt ſacris literis in quibuſdam contrariam, & Epiſcoporum vocationem omnino damnarent; ideoque templa adire recuſarent, & plane ſchiſma facerent, Pontificijs plaudentibus, multoſque in ſuas partes pertrahentibus, quaſi nulla eſſet in Eccleſia Anglicana vnitas. Ad hæc tollenda & vnitatem reducendam, ille hos articulos à Miniſtris ſubſcribendos propoſuit.*

„ *Primum, Reginam ſummam & ſupremam poteſtatem in*
„ *omnes intrà ſua regna natos cuiuſcunque ſint conditionis ha-*
„ *bere, nec alium quempiam Principem exterum aut Præſulem,*
„ *vllam poteſtatem Ciuilem aut Eccleſiaſticam in eiuſdem regnis*
„ *aut dominijs habere, aut habere debere. Secundum, librum*
„ *precum publicarum, & alterum de Epiſcopis & ſacerdotibus*

„ *ordi-*

„ *ordinandis nihil verbo Dei contrarium continere, ſed poſſe le-*
„ *gitime vſurpari; quodque illa & non alia vel precum vel ſa-*
„ *cramentorum adminiſtrandi formula vteretur. Tertium,*
„ *Articulos Synodi Londinenſis* 1562. *Regia authotitate pub-*
„ *licatos, approbarent & eoſdem verbo Dei conſonos crederent.*

Incredibile eſt quantũ hinc cõtrouerſiarum & diſputationum exortũ; quantũ ille odium, quantũ cõuitiorũ à Miniſtris factioſis & quantũ moleſtiarũ imo & iniuriarũ à nobilib°, qui promouẽdo minus idoneos in Eccleſiarem fecerunt, aut in Eccleſiæ bona ſpem extenderant, pertulerit. Conſtantia tamen, fortitudine, & patientia tandem vincit, & Eccleſiæ pacem reſtituit, vt non temere pro ſymbolo vſurpaſſe videretur, VINCIT QVI PATITVR. Februarij 1. 1585. admiſſus eſt in ſenatum concilij Regij, & nonnihil vltra ſeptuageſſimum ætatis annum vita producta, poſtquam Iacobo Regi (cui non minus quam Elizabethæ charus extitit) coronationis ſolennia impendiſſet, paralyſi correptus, dies perpaucos decnmbens debitum naturæ perſolvit Lamethæ Februari 29. 1607. à ſuſcepto Archiepiſcopatu annis 20. ac menſibus 5. Ptochotrophium interea pulcherrimum Croydonæ extruxerat pauperibus 28. cui ſcholam adiunxit & eiuſdem moderatori ædes, prædijs aſſignatis vnde præter pauperum alimenta pædagogo 20. libræ annuatim numerarentur. Humatus eſt ab auſtrali parte Eccleſiæ Croydonenſis, vbi ab hæredibus memoriæ eius monumentum erectum eſt pulcherrimum, modeſtiæ tamen illius congruentius quam cæteris tanti viri virtutibus, mauſoleo quantumvis ſuperbo non indignis.

72. RICHARDVS BANCROFT.

1604. *Iac.* 2. RIchardus Bancroft S. Theologiæ Doctor, Collegij Ieſu Cantabrigiæ alumnus, ab Eccleſia Londinenſi ad Cantuarienſem anno 1604. tranſlatus, in numerum breui poſt cooptatus illorum qui Regi erant ab arcanis conſilijs; Aprilis 22. 1608. Academiæ Oxonienſis Cancellarius eſt renunciatus. Cum annos ſediſſet plus minus ſex, calculi doloribus confectus, mortalitatem explevit Novembris 2. 1610.

73.

Digitized by Google

73. GEORGIVS ABBOT.

GEorgius Abbotus S. Theologiæ Doctor, Wintonienſis Decanus & Collegij Vniverſitatis Oxoniæ Præpoſitus (quem Magiſtrum vocant) Balliolenſis vero ſocius quandoque, in Epiſcopum Coventrenſem ac Lichfeldenſem conſecratus Decemb. 3. 1609. & ſub initium Februarij ſequentis Londinum tranſlatus, poſtquam ibi vix annum integrum ſediſſet, Iacobi Regis prudentiſſimo iudicio, ſucceſſor Bancrofto deſignatur, & cõſiliarijs ſuis paulo pòſt annumeratur. Cuius eruditionem, facundiam, vigilantiam, & indefeſſum ſcribendi concionandique ſtudium, in homine tanta occupationum mole obruto, erunt olim qui me vel tacente affatim celebrabunt. 1610. *Iac.* 8.

Archiepiſcopatus Cantuarienſis redditus annui (prout cenſentur apud rationes fiſcales) ſunt 2816.l. 17.s. 9.d. *Pontifici Rom. reddere conſueuit pro primitijs* 10. *millia Florenorum (quorum ſinguli valebant noſtræ monetæ* 4.s 6.d. *ac deinde pro pallio* 5000.

Eccleſia Cantuarienſi, Monachis per Henricum Octauum electis, ab eo ibidem collocati ſunt Decanus ac Præbendarij 12. præter Miniſtros ſacrorum, idque (vt teſtatur diploma inde confectum) Aprilis 8. 1541. Decani autem iam inde ab eo tempore præfuerunt illic hij quorum nomina ſubiungo.

1. Nicolaus Wotton Legum Doctor. 1541.
2. Thomas Godwin S. Theologiæ Doctor. 1566.
3. Richardus Rogers Doverenſis Epiſcopus Suffraganeus. 1584.
4. Thomas Nevil S. Theologiæ Doctor. 1597.
5. Carolus Fotherby S. Theologiæ Baccalaureus. 1614.

Digitized by Google

DE ARCHIEPISCOPIS. LONDINENSIBVS.

QVo tempore Christiana religio in hac insula publicitus primum recepta est; sedes dicuntur constitutæ Episcopales in eadem 28. Ac harum quidem tribus, Archiepiscopos placuit præfici; Eboracensi, Carlegionensi & Londinensi: Eboracensi autem suberant omnes Scotiæ Episcopi, & Angliæ etiam illi qui Septentrionalem eius partem incolerent. Carlegionensi, omnis ea regio quam hodie Walliam nuncupamus provincia assignata est. Londinensis denique cæteris Britanniæ præerat antistitibus. Ad Londinenses quod attinet (de quibus hoc in loco agendum) fatendum est, eorum, notitiam illam me non habere, vt catalogum omnibus suis numeris perfectum possim contexere. Non nullorum sane mentio in historicis nostris occurrit quandoque, quorum nomina subiungam, quanquam non ea fide tradita, vt Iovem lapidem iurare ausim, eorum quenquam Londini Archiepiscopum sedisse.

1. Theanus (vt fertur) à Cyrano adiutus, Lucij Regis pincerna, Ecclesiam construxit S. Petri in Cornhill, in eaq; sedem fixit Archiepiscopatus sui.

2. Eluanus successor eius designatur, qui in Collegio Avallonensi educatus, ad Eleutherium Episcopum Romanum à Lucio Rege Legatus missus est, vti supra demonstravimus. Hic bibliothecam condidisse perhibetur prope Ecclesiam antedictam & Druydum complurimos ad fidem Christianam convertisse.

3. Cadar.
4. Obinus.
5. Conanus.
6. Palladius.
7. Stephanus.
8. Iltutus

9.

Digitized by Google

9. Theodwinus, vel Dedwynus.

10. Theodredus.

11. Hilarius.

12. Reſtitutus, Britanniarum dictus Epiſcopus, homo coniugatus, decretis ſubſcripſit concilij Arelatenſis ſub Conſtantio Conſtantini filio, anno Chriſti 350. Cuius concilij Canones in Britanniam reverſus ſecum attulit, inter quos hunc vnum numerat Balæus, *Si diaconi in ordinatione ſua proteſtentur ſe vxores ducturos, vt liceat illis id ipſum facere, atque ſimul in miniſterio permanere.*

13. Guitelinus. Quando Romani crebris Scotorum & Pictorum populationibus defatigati, hanc inſulam reliquerunt; Guitelinus iſte in Britanniam minorem traijciens, Aldroeno Regi author fuit, vt Conſtantinum fratrem cum exercitu huc amandaret, qui rem hic ſtrenue gerens, exteros pepulit, & regnum ſibi pacatum aſſeruit.

14. Faſtidius. Huius mentionem facit Gennadius in Catalogo illuſtrium virorum & Britanniarum appellat Epiſcopum. Claruiſſe dicitur ſub Honorio & Theodoſio Augg. circa annum Chriſti 420. corruente apud Britannos ex quotidianis diſſidijs republica.

15. Vodin⁹. Hic clandeſtina molitione Hengiſti, Saxonum inter nos Regis primi, interemptus eſt anno 436. quod Vortigernum Britanniæ Regem iam antea coniugatum, prohiberet Rowennam Hengiſti filiam vxorem ducere. Poſtquam rerum in hac inſula potiti ſunt Saxones (à fide Chriſtiana gens ea tempeſtate alieniſſima) apud reliquias tamen Britannorum, veræ religionis cultus ſeruatus eſt; adeo vt Archiepiſcopos ſuos Londinum ſemper habuiſſe dicatur per annos trecentos, quanquam latentes & clanculum, ad ipſum nimirum tempus quo Auguſtinus huc appulit à Gregorio miſſus. Illorũ duntaxat vnus ab hiſtoricis memoratur.

16. Theonus. Gloceſtrenſis hic Epiſcopus, Londinum tranſlatus fertur anno 553. Anno vero 586. aſſumpto ſecum vniverſo clero, in Walliam dicitur ad populares ſuos profugiſſe, vna cum Thadioco Eboracenſi Archiepiſcopo.

DE LONDINENSIBVS EPISCOPIS.

1. MELLITVS.

606. POstquam Sanctus ille Augustinus Anglorum dictus Apostolus, sedem Metropoliticam Cantuariæ collocauit, propterea quod etiã Regum Cantianorum sedes esset, cuius imperio Orientalium,& australium Saxonũ reguli parebant: Consultum porro visum est,Vrbi quoq; Londinensi Episcopum præficere, totius insulæ, ea etiam tempestate emporio nobilissimo. Neq; vero alium delegit ad hoc munus, quam Mellitum, Abbatem quendam Romanum,quem vna cum alijs Gregorius nuper ad ipsum miserat, vt in hac messe Britannica cooperarium illum haberet. Consecratus videtur anno Christi 606.ac breui,postea Sebertum illius gentis Regem ab idolorum cultu ad fidem Christianam amplectendã induxit; qui Ecclesiam Westmonasterij primus condidisse perhibetur, ac Diuo deinde Petro dicasse. Ibi certe tumulus eius in hodiernum vsq; diem ostenditur. Mellito etiam adhuc sedente, Ethelbertus Cantiæ Rex,Diuo Paulo templum statuit Londini, quod ab Erkenwaldo Episcopo & alijs auctum, post quingentos annos incendio abolitum est; & deinde à Mauritio Londinensi Episcopo nouis iactis fundamentis; multorum annorum labore ac præsulum subsequentium industria præclara, ad id peruenit magnificentiæ & splendoris, vt priusquam campanile pyramide ornatum in immanem celsitudinem consurgens anno 1561. fulmine tactum conflagrauit, tecti etiam Ecclesiæ magna parte flammis consumpta & muris eodem incendio afflatis ac deformatis; haud multis certe orbis Christiani basilicis postponi debere videretur. Eccum vero si placet dimensionem eius à Stoo Chronographo traditam:

Longi-

Digitized by Google

Longitudo Ecclesiæ,		720.	
Latitudo,		130.	
Altitudo	Campanilis,	520.	Pedum.
	Turris,	260.	
	Pyramidis,	260.	
	Vel vt alius,	274.	
	Murorum,	150.	

Hanc vero, vt Ecclesia esset Cathedralis, constructam, assignatis prædijs dotauit Rex dictus Ethelbertus, inter alia Episcopo & successoribus Tillingamia concessa. De isto Mellito vide plura inter Cantuarienses, ad quam Ecclesiam mortuo Augustino translatus est.

2. CEADDA.

POst Melliti translationem, Ecclesia Londinensis pastoris solatio mansit destituta, donec post multorum annorum curriculum, Sigebertus regnum adeptus & ex consilio Oswij Northumbriæ Regis Christianus factus, Ceaddam hominem doctum iuxta & pium Episcopum consecrari procurauit. Quod munus nauiter ille quidem & sollicite obiuit. Tandem vero cum cœnobium conderet apud Lestinghen in aquilonari Angliæ plaga; opere non dum perfecto, peste, id temporis ibi grassante, sublatus est, vna cum Monachis recenter ibi constitutis fere omnibus. De hoc præsule multa habet Beda Eccles. Hist. lib. 3. cap. 22. & 23. Obijt Octob. 26. 664. & in prædicto Lestinghensi cœnobio tumulatus est. 654.

3. WINA.

EO circiter tempore quo è viuis excessit Ceadda, contigit Winam Occidentalium Saxonum Episcopum, inter ipsum & Regem orta contentione, ad Wolf herum Merciæ Regem profugere, à quo Episcopatum Londinensem pretio dicitur emisse. De illo vide plura apud Wintonienses. 666.

4. ERKENWALDVS.

DEfuncto Wina, Erkenwaldus, Offæ Orientalium Saxonum Regis filius, Londinensis Episcopus creatus est, 675.

Digitized by Google

vir doctus & sanctitate morum celebris. Patrimonium suum omne in extruendis ac dotandis monasterijs erogauit. Vnũ nempe Monachis posuit apud Chertesey am, & alium monialibus Barkingæ, Abbatissa ibi constituta sorore sua Edilburga. In Ecclesiæ suæ Paulinæ structura magnam impendit pecuniam, suis facultatibus redditus eiusdem auxit quamplurimum, & à principibus sui temporis magna illi impetrauit priuilegia. Cum annos sedisset plus minus 11. vitam cum morte commutauit circa annum Domini 685. & Sanctorum catalogo ascriptus est. Corpus eius in magni pretij feretro conditum, in Orientali parte Ecclesiæ suæ supra summum altare situm iacebat, donec annis abhinc octoginta sublatum disparuit.

POST ERKENWALDVM HIj ORDINE SVCCESSERVNT.

5. Waldherus, cuius mentionem facit Beda, Eccl. Hist. lib. 4. cap. 11.

6. Ingualdus Bedæ contemporaneus. Obijt anno 744.

7. Egwulphus. Hunc videtur Malmesburiensis Egtulphum appellare, quem perhibet Orientalium Anglorum Episcopum, concilio per Cuthbertum Archiepiscopum indicto præsentem adfuisse, anno 747.

8. Wighed.

9. Eadbright.

10. Eadgarus.

11. Kenwalchus.

12. Eadbaldus.

13. Hecbert, *alias* Heathobertus. Qui obijt anno 802.

14. Osmundus, *alias* Oswynus. Vixit ille anno 833.

15. Ethelnothus.

16. Ceolbertus.

17. Renulphus, *alias* Ceorulfus.

18. Suithulfus. Qui vixit anno 851.

19. Eadstan. Vixit anno 860.

20. Wlfsius.

21. Ethelwardus.

22. Elstan. Obijt ille (vt quidam) anno 898. vel (vt habent

Digitized by Google

habent Asserius & Wigornienſis) 900.

23. Theodredus cognomento Bonus ligneo ſacello diruto, in loco ſepulturæ S. Edmundi, fundamenta iecit baſilicæ nobiliſſimæ, quam etiam videtur perfeciſſe. Ipſe vero in excelſo quodam tumulo dicitur conditus, iuxta feneſtram cryptæ ſubterraneæ, quæ nunc Eccleſia Parochialis S. Fidis nuncupatur.

24. Wulſtanus.

25. Brithelmus. Obijt 958.

26. Dunſtanus. Cantuariam tranſlatus 961. De quo inter Cantuarienſes plura.

27. Alfſtanus, vixit anno 966. & 996.

28. Wulfſtanus.

29. Alhunus. Erudiuit ille liberos Etheldredi Regis, & in Normanniam eos comitatus eſt anno 1013.

30. Alwy.

31. Elfwardus, *vel* Alwordus, Abbas Eueſhamenſis, vna cum Epiſcopatu Abbatiam inſuper tenuit. Senio ingraueſcente præſulatum voluit abdicare, vt reliquum ætatis inter Eueſhamenſes ſuos Monachos tranſigeret. Verum ab illis, cum non reciperetur; multos libros quos eo comportarat donandi conſilio, abſtulit denuo (necnon & alios nonnullos quos non attulerat) & Eccleſiæ ornamenta complurima; quæ omnia Ramſeyenſi contulit cœnobio, vbi Iulij 25. 1044. mortuus, ſepelitur.

32. Robertus Normannus. De cuius ad Archiepiſcopatū Cantuarienſem anno 1050. tranſlatione, &c. Cantuarienſium ſi placet catalogum conſulas.

33. GVLIELMVS.

TRanſlato Roberto, neſcio quo pacto deſignatur ſucceſſor Spearheafocus Abindonenſis Abbas. Verum cum refragante Rege conſecrationem non poſſet obtinere; Gulielmus quidam Epiſcopus creatus eſt, patria etiam ſicuti anteceſſor Normannus, qui cum Emma Regis matre venerat in Angliam. Annos vix duos huic ſedi præfuerat, quando in gratiam Regis recepto Godwino Comite vna cum filijs; Normannorum plurimi (ſicuti in Roberti Cantuarienſis vita 1050.

narrauimus) Anglia excedere conſultum putarunt, interque eos, præter Robertum antedictum, & Vlſum Lincolnienſem Epiſcopum, iſte etiam Gulielmus; qui cæteris fœlicior, propter plurimas animi virtutes, manſuetudinem in primis ac comitatem, breui reuocatus eſt, idq; Londinenſium ſuorum magno bono. Nam cum Gulielmus Normanniæ Dux aliquot poſt annos Angliam ſubegiſſet: Iſte pro ea qua apud nouum Regem valuit gratia & authoritate, ciuibus ſuis omnia illa impetrauit priuilegia confirmari, quæ à ſuperioribus acceperant principibus. Cuius illi beneficij memores, anniuerſaria commemoratione idipſum dicuntur etiamnum celebrare ad tumulum eius, quem, in medio nauis Eccleſiæ ſuæ ſitum, epitaphio huiuſmodi in æs inciſo honeſtarunt.

Gulielmo, viro ſapientia & vitæ ſanctitate claro, qui primum Diuo Edwardo Regi & Confeſſori familiaris, nuper in Epiſcopũ Londinenſem erectus, nec multo poſt apud inuictiſſimum principem Gulielmum Angliæ Regem eius nominis primum ob prudentiam fidemq́, ſingularem in conſilium adhibitus, ampliſſima huic Vrbi celeberrima priuilegia impetrauit; S. P. Q. Londinenſis bene merenti poſuit. Sedit Epiſcopus annos 20. Deceſſit anno à Chriſto nato 1070.

Hæc tibi clare pater poſuerunt marmora cines.
Præmia non meritis æquiparanda tuis.
Namq; ſibi populus te Londinenſis amicum
Senſit & huic vrbi non leue præſidium.
Reddita libertas duce te, donataq; multis
Te duce, res fuerat publica muneribus.
Diuitias, genus, & formam breuis opprimit hora:
Hæc tua ſed pietas & bene facta manent.

34. HVGO DE ORIVALLE.

1070. *Guliel.* 1. 5. GVlielmo defuncto ſufficitur à Rege Gulielmo Normanno Normannus, Hugo de Oriualle. Qui non multo deinde tempore intercedente, in lepram incidit, ideoque ex medicorum conſilio exectus eſt. Nec tamen ab eo malo vel eunuchus, niſi morte potuit liberari. Obijt Ianuar. 12. 1085.

35.

35. MAVRITIVS.

MAuritius, Gulielmi Regis ſacellanus primum ac deinde Cancellarius, in Epiſcopum Londinenſem ſacratus eſt anno 1087. Vir moribus non vſquequaq; probatiſſimis, dignus tamen cuius memoriam poſteri concelebrent, propter generoſiſſimum conatum baſilicam ſuam Paulinam, ea quam nunc cernimus amplitudine extruendi. Ciuitatis Londinenſis partem multo maximam anno 1086. incendio fortuito contigit conflagrare. Cumq; inter alia ædificia, Cathedralis Eccleſia D. Pauli ab Erkenwaldo (vt retulimus) poſita, penitus fuiſſet abſumpta; noua iecit fundamenta tam ſpatioſa, vt qui ea tempeſtate vixerunt pleriq; cœptum hoc eius tanquam temerarium & audax nimium reprehenderent, nunquam futurum dicentes, vt molis tam ingentis ſtructura aliquando perficeretur. In eo loco vbi poſtea Kilwarbeius Archiepiſcopus Dominicanis ſuis cœnobium cõdidit, arx magna ſteterat à flammis in dicto incendio nuper deuorata. Huius arcis reliquias à Rege Mauritius impetrauit in ea ſtructura impendendas; quo etiam tempore donauit eum Rex Stortfordenſi arce & prædijs ad illam ſpectantibus. Verumenimvero his alijſq; multis rationibus adiutus, in viginti annorum ſpatio quibus huic ſedi præfuit, opus inchoatum parum promouiſſe viſus eſt, quamuis diligentiſſime & omnibus animi neruis in id vnum incubuerit. Deceſſit Sept. 26. 1107. 1087. *Guliel.* 1. 21.

36. RICHARDVS DE BEAVMES. I.

RIchardus de Beaumes, nonnullis etiam Rufus cognominatus (ad diſcrimen vt opinor illius & Richardi nepotis, qui ipſi ὁμώνυμος breui poſtea ſucceſſit) gratia & authoritate pollebat diu Rogeri Mongomerij Comitis Salopienſis; eiuſq; opera ad hanc ſedem prouectus, Pagamiæ conſecratus eſt anno 1108. A Rege tum ſtatim limitis Wallicæ præfectus conſtitutus eſt, & comitatus Salopienſis gubernator. Ille vero ad Eccleſiæ ſuæ ſtructuram totus intentus, ædificia quamplurima ipſi vicina à poſſeſſoribus redemit, quibus 1108. *Henr.* 1. 9.

Digitized by Google

quibus demolitis, areas illarum in cœmiterium conuertit, quod muro valde excelso cinxit vndique. Vix tamen hic murus, quanquam integer adhuc vt puto, comparet vsquam, à domibus hodie vsque quaque contectus. Sedit hic præsul sicuti anteceſſor, annos ferme 20. Quo toto tempore, omnibus Episcopatus fructibus in Ecclesiæ suæ fabrica impensis, de ea tamen absoluenda adeo tandem desperauit, vt paulo ante mortem tantorum sumptuum ac laborum pertæsus, liberalitatis suæ fontes alio decreuerit deriuare. Quapropter mannerij Ladsworthensis permutatione locum illum comparauit qui à S. Ositha nomen habet, & ibi Canonicis regularibus cœnobium condidit, quod quo tempore dissipatum ac demolitum est, annuum censum numerauit 758. libras Anglicanas, solidos 5. & 8. denarios, quæ summa conficit aureorum Gallicorum 2334. In hoc cœnobio, abdicato Episcopatu, Canonicus viuere decreuerat, seu potius dixerim mori; nam paralysi correptus lethali, præ foribus adesse mortem senserat. Illud tamen suum propositum dum exequi differt de die in diem, morte tandem intercipitur Ianuarij 16. 1127.

37. GILBERTVS VNIVERSALIS.

1128. *Henr.* 1.29. CAnonicus Lugdunensis huic sedi tum præficitur Gilbertus, *vir tantæ doctrinæ* (inquit Platina) *vt ob varietatem disciplinarum vniuersalis appellaretur.* Florentius Wigorn: hominem dicit probum fuisse & grandæuum; alij egregie & auarum & diuitem & doctum extitisse perhibent. Certe haud infimi subsellij antistitem habitum constabit illi, qui Epistolas à D. Bernardo ad illum conscriptas perlegerit. In itinere Romam proficiscens decessit anno 1133.

38. ROBERTVS *de* SIGILLO.

1140. *Steph.* 6. ANselmus Buriensis Abbas, Diui Anselmi nepos, mortuo Gilberto, Episcopus Londinensis à Capitulo renunciatur, & electio de illo facta in Romana curia confirmatur. Veruntamen exortis derepente accusatoribus, à criminibus nescio quibus obiectis adeo se non purgauit, vt neq;

ad

ad Epiſcopatum conſecrationem potuerit impetrare, neque Abbatiam retinere. Electores eius memorantur, Gulielmus D. Pauli Decanus, Radulph⁹ Langford, & Richardus Beaumes, ille (credo) qui poſtea Epiſcopus creatus eſt. His Rex niſenſus quod alium non deſignarint quem illis obtrudere nitebatur, *vxores eorum* (inquit Radulphus de Diceto) *fecit capi, ad turrim, atque illic captiuas teneri duci, donec de admiſſo crimine plene reſpondiſſent.* Ad Anſelmi vſq; Archiepiſc. tempora, clericorum pleroſque vxores habuiſſe dubitandum non eſt. At poſtquam ille tanto impetu in ſacerdotum coniugia debacchatus eſt, matrimonia illi aut occulta aut non impune habuerunt. Huiuſmodi turbarum & contentionum ratione, annos plus minus ſeptem vacauit ſedes. Annó tandem 1140. capto per Matildim Auguſtam Stephano Rege, illius mandato (quæ ſe tum appellabat Anglorum Dominam) Robertus de Sigillo monachus Redingenſis, aut (vt nonnulli tradunt) Archidiaconus Londinenſis, electus canonice & in Epiſcopum ſacratus eſt. Poſt annum tum vnum aut alterum à Galfrido de Mandeuilla, duce quodam Stephani Regis (qui ſe iam in libertatem vindicarat) captus eſt in domo ſua Fulhamiæ, & lytro (credo) non exiguo ſe redimere coactus. Præfuit huic Eccleſiæ annos circiter 10. D. Bernardus, Epiſtola 211. quam in eius gratiam ad Innocentium 2. Pontificem conſcripſit, *antiquum ſuum amicum, fidelem ſeruum, deuotum filium* appellat.

39. RICHARDVS BEAVMES.

1151. *Steph.* 17.

SVb initium Octobris 1151. Richardus Beaumes Archidiaconus Middleſexię, nepos Richardi Beaumes ſuperioris, vnus ex illis cõiugatis Canonicis de quib⁹ mentio modo facta eſt Epiſcop⁹ Londinenſis renunciatus eſt. Obijt. 1161.

40. GILBERTVS FOLIOT.

1161. *Henr.* 2. 8.

GIlbertus Foliot Abbas (vt habet Weſtmonaſterienſis) Gloceſtriæ, vt Balæus Leiceſtriæ, in Epiſcopum Herefordenſem conſecratus eſt anno 1149. Præfuit illi ſedi annos circiter 12. & Rege impenſius flagitante, Londinum tranſlatus

ſlatus eſt. 1161. In omnibus illis turbis & contentionibus quæ inter Bekettum & Regem excitatæ ſunt, conſtantiſſime ſemper fideliſſimeque Regi adhæſit, & omnium eius conſiliorum particeps fuit, ideoque Pontificem non leuiter habuit infenſum à quo nimirum excommunicationis fulmine bis tactus eſt. Clericos quoſdam Beketti neceſſarios cum Rex in exilium pepuliſſet; Gilberto huic noſtro mandauit, ſacerdotiorum ab illis poſſeſſorum fructus colligeret & fiſco inferendos curaret. Quod principis legitimo mandato paruiſſet, à Papa illico excommunicatur; ſed Regi Beketto reconciliato, abſoluitur. Illo vero interempto, ſuſpicari placet, hunc Epiſcopum, omnium regiorum conſiliorum (vti diximus) participem, Regi fuiſſe authorem vt eum curaret perimendum; Et hanc ſolam ob ſuſpicionem, ſacrum illud telum iterum in eum ſtringitur; neque abſolutione vulnus illatum ſanari oportuit, priuſquã iuramento fidem feciſſet ſuo nec conſilio nec conſenſu cædem patratam. Proteruiam Archiepiſcopalem ſolitus infectari, ad humilitatem nonnunquam his in verbis hominem dicitur hortatus, *Ad Zacchæum non diuertiſſet Dominus niſi prius de ſycomoro deſcendiſſet.* Hanc ſane ob cauſam hiſtoricos noſtros parũ æquos habet, qui inter multa ab illis perperam tradita, quib⁹ ſapientiſſimi viri & principis ſui conſiliarij fidelliſſimi famæ labem conantur inurere, huiuſmodi quippiam comminiſcuntur; reuerſum quandoque à Rege, quocum de Beketti rebus longũ ſermonem in multam noctem protraxerat, in cubile ſuum ſe recepiſſe; ibique in ſtrato decumbentis, atque colloquium inter ipſum & regem animo reuoluentis auribus, ignotam vocem inſonuiſſe in hæc verba, *O Gilberte Foliot, dum reuolnis tot & tot, Deus tuus eſt Aſcarot.* Adijciunt tamen, intrepide illum reſpondiſſe, *Mentiris dæmon, Deus meus eſt Deus Sabaoth.* Exceſſit è viuis Februarij 18. 1187. Vir non modo prudentiſſimus, ſed (vt illa ferebant tempora) egregie doctus, quod poſteritati teſtatum reliquit, ſcriptis editis quæ à Balæo recitantur. Iam vero non pigebit adijcere, quod de illo à Ioanne Sarisburienſi in Polycratico lib. 7. cap 24. memoratum repperi. *Venerabilis Pater* (inquit ille) *G. Herefordenſis*

Digitized by Google

denſis Epiſcopus mihi referre conſueuit clauſtralium morem quem in ſeipſo ſe fatebatur expertum. Cum enim monaſterium ingreſſus eſſet, feruens adhuc igne quem de nouo conceperat; magiſtratuum ſuorum ignauiam arguebat. Nec mora, promptus in modico, miſeratione complicium motus eſt, nondum tamen pepercit maioribus. Paulo poſt ad Priores aſcendit: Prioribus compatiens, carpere non ceſſauit Abbates. Factus eſt & ipſe Abbas; & propitius in coabbates, Epiſcoporum cœpit vitia intueri. Tandem & ipſe Epiſcopus, Epiſcopis parcit. Nec tamen inuidiæ vitio ipſum arbitror laboraſſe, Sed vir prudens, quod hominibus quodammodo ingenitum eſt, eleganter expreſſit. Et forte hoc ſibi præfatus pater impoſuit, vt ſic laborantium turbæ ſponte conſertus, benignius audiretur.

41. RICHARDVS NIGELLVS.

NIgellus Elienſis Epiſcopus (qui nepos erat Rogeri Sarisburienſis Epiſcopi) filium habuit Richardum, cui à Rege Henrico ſecundo pretio comparauit, (numeratis marcis 400.) Theſaurarij ſummi munus, quod toto fere tempore Regis prędicti obiuit, idque ea & fide & ſolertia, vt moriens Rex, centum millia marcarum in ærario reliquerit, quod continuis bellis (à quibus ille vix vnquam immunis) exhauſtum omnes exiſtimabant. Obſequij præmium tulit Epiſcopatum Londinenſem, ad quem Rex (non diu poſtea ſuperſtes futurus) eligendum eum curauit. Conſecratus eſt Dec. 31. 1189. In Eccleſiæ ſuæ & ædificiorum ad ſedem ſuam ſpectantium ſtructura magnam impendit pecuniam. Sedit annos plus minus nouem, & Septemb. 10. 1198. migrauit ab hac luce. 1189. *Ric.* 1. 1.

42. GVLIELMVS DE SANCTA MARIA.

CAnonicus D. Pauli ſucceſſit, Gulielmus de S. Maria, Regis Richardi primi quandoque Secretarius, qui conſecratus eſt Iunij 22. 1199. Hic vnus fuit ex illis qui vniuerſum regnum Pontificis nomine ſacris interdixerunt, & excommunicatum pronunciarunt Ioannem Regem, qui præterea quod eam ob cauſã quinquennali exilio mumulctauit eum (ſicuti 1199. *Ioan.* 1.

Digitized by Google

ſicuti ſupra pag. 121. fuſius enarrauim°) arcem eius Stortfordenſem, quam Sedi Londinenſi contulerat Gulielmus Primus, demoliuit anno 1211. & penitus deſtruxit. Epiſcopatum hic ſponte abdicauit Ianuarij 26. 1221.

43. EVSTACHIVS *de* FAVCONBRIDGE.

1222. *Hemr. 3. 6.*

FEbruarij 25. ſequenti Euſtachius de Fauconbridge electione Canonicorum Epiſcopus renunciatur, qua de re ſic luſit neſcio quis,

Omnes hic digni, tu dignior omnibus, omnes
Hic plene ſapiunt, plenius ipſe ſapis.

Conſecratus eſt Weſtmonaſterij Apr. 25. 1222. Anno deinde inſequenti lis diu agitata inter Canonicos ſuos & monachos Weſtmonaſterienſes, compoſita eſt per certos viros ad quos per compromiſſum cauſæ cognitio delata eſt, nempe Archiepiſcopum Cantuarienſem, Wintonienſem & Sarisburienſem Epiſcopos, Thomam Mertonenſem ac Richardum Duneſtabliæ Priores; qui conſtituerunt, Weſtmonaſterienſes à iuriſdictione Epiſcopi Londinenſis in poſterum immunes eſſe debere: Deinde Eccleſiam Stanenſem ijſdem adiudicarunt; mannerium vero vna cum Eccleſia Sunburienſi Canonicis Paulinis. Ad Euſtachium vero quod attinet, fuerat ille ante ordinationem vnus ex iudicibus regni quos Iuſtitiarios appellamus, deinde fiſci primum Cancellarius, ac poſtea Angliæ Theſaurarius, & regius ad Gallorum Regem bis Legatus. Quare, cum Eccleſiæ Londinenſis gubernaculis primum admoueretur, huiuſmodi diſtichō ad nomen eius quidam alluſit;

Euſtachi nuper bene ſtabas, nunc bene ſtabis:
Ille ſtatus valuit, præualet iſte tamen.

Eccleſiæ ſuæ magnus extitit benefactor, in eaque iacet humatus, vbi tumulum videmus marmoreum in auſtrali muro presbyterij. Obijt Octob: 31. 1228.

44.

Digitized by Google

Ps. 1. 3. Ps. 92. 12. Ps. 104. 16.

manu crucem geſtans, in altera vero panem Euchariſticum; rapitur tamen nihilominus ad turrim Londinenſem & in vincula conijcitur. Hinc magnam Eccleſiæ factam iniuriam Epiſcopus exiſtimans, Regem (Principem ſane religioſum) precibus obtundere non deſtitit, antequam Comitem, ad eundum locum vnde fuerat abreptus, reducendum curaſſet. Hoc pacto, Comiti, viro ſummo & de rep. optime merito, per invidorum calumnias de capite periclitanti, incolumitas parta & vita putatur ſervata. Nam quanquam ratio protinus inita fuerit, ne vel elabi vſquam aut evadere poſſet, aut alimenta quiſquam ad ipſum deferre, ſic vt deditionem facere cum brevi poſtea oportuerit: Regiæ tamen iracundiæ deferueſcendi tempus hinc datum, & ipſi criminum obiectorum diluendi: quod cum factum eſſet, in gratiam paulo poſtea receptus eſt & omnibus honoribus reſtitutus. Exceſſit è vivis hic præſul apud Biſhopſ-hall in parochia de Stupenheath Septem. 29. 1241. vt nonnulli habent, vt alij vero (perperã opinor) Octo. 3. 1243. Epitaphium vero tumulo infixum videtur annum deſignare 1240. Situm id eſt in pariete ſeptentrionali presbyterij paulo ſupra chorum, vbi hæc leguntur carmina.

Eccleſiæ quondam præſul præſentis, in anno
M. *bis* C. *quater* X. *iacet hic Rogerus humatus.*
Huius erat manibus Domino locus iſte dicatus.
Chriſte ſuis precibus veniam des, tolle reatus.

45. FVLCO BASSET.

1244. *Hen.* 3. 29.

SVb finem menſis Decembris inſequentis, Fulco Baſſet Eboracenſis Decanus in Epiſcopum eligitur, qui tamen conſecratus non eſt ante nonum Octobrts 1244. aduerſante nimirum Rege qui multum cupiebat, Petrum Herefordenſem Epiſcopum huc traducere. Familia ortus eſt Fulco nobiliſſima, vtpote fratrem habens Baronem Gilbertum, qui, equo quo vehebatur, in venatione ad ſtipitem offendente corruit & eliſo corpore poſt paucos dies expiravit, vnico relicto filiolo, quo etiam deinde paulo poſtea extincto, ad hũc Epiſcopum, Decanuũ tunc Eboracenſem hæreditas devoluta eſt, anno 1241. Hinc ab hiſtoricis noſtris vitio vertitur, quod

Digitized by Google

Kaninchenjagd, Jagd auf Kaninchen, die in Deutschland
in zwei Arten vorkommen, dem Wildkaninchen (Lepus cuniculus)
und dem Hauskaninchen (Lepus cuniculus domesticus). Das
Wildkaninchen ist kleiner als das Hauskaninchen, hat einen
kürzern Kopf, kürzere Ohren, einen kürzern Schwanz und
kürzere Läufe. Sein Pelz ist dichter und feiner, sein Fleisch
schmackhafter. Es ist in Deutschland nur noch in wenigen
Gegenden anzutreffen, wo es sich in Erdbauen aufhält, die
es sich selbst gräbt. Das Hauskaninchen, das in Deutschland
in vielen Abarten gezüchtet wird, lebt in Erdbauen, die es
sich selbst gräbt, oder in Erdbauen, die ihm von Menschen
hergerichtet werden. Es ist in Deutschland in allen Gegenden
anzutreffen, wo es gezüchtet wird. Das Wildkaninchen ist
ein scheues Tier, das Hauskaninchen ist zahm. Beide Arten
sind Nachttiere, die sich bei Tage in ihren Erdbauen aufhalten
und nur bei Nacht auf Nahrung ausgehen. Sie nähren sich
von Gras, Kräutern, Wurzeln, Getreide, Obst, Gemüse und
Rinde junger Bäume. Sie sind sehr fruchtbar und werfen
jährlich mehrmals. Ihre Jagd ist in Deutschland in den
meisten Gegenden nur den Grundeigentümern gestattet.

Kaninchenjagd. Kaninchen.

47. RICHARDVS TALBOT.

WInghamo defuncto, in succeſſorem eligitur Richardus Talbot Eccleſiæ Paulinæ Decanus, cuius porro electio confirmata eſt. Conſecratum vero negat T. Wike Chronici Oſneyenſis author. Conſecratus necne, fatum certe ſuum ille explevit dies pauculos ante feſtum S. Michaelis anni proxime inſequentis, videlicet 1262.

HENRICVS *de* SANDWICH.

1263. *Hen.3.48.* MAij 27. 1263. Henricus de Sandwich Archidiaconus Oxonienſis in Epiſcopum Londinenſem Cantuariæ ſacratus eſt; vna cum Sarisburienſi. Excõmunicatus hic fertur (nec immerito) ab Ottobono Pontificio Legato, quod à partibus ſtaret ſeditioſorum Baronum. contra legitimum Principem. Vt abſolutionem impetraret Romam profectus, ibi hæſit fere per ſeptennium antequam ſe caſſibus Pontificijs poſſet expedire. Deceſſit Septembris 16. 1273. & in Eccleſia ſua ſepultus eſt.

49. IOANNES *de* CHISHVL.

1274. *Edw.1.32* IOannes de Chiſhul Eccleſiæ D. Pauli Decanus, & Londinenſis quandoque Archidiaconus, poſtquam magni ſigilli Cuſtos fuiſſet ac deinde Angliæ Theſaurarius; in Epiſcopum Londinenſem conſecratus eſt Aprilis, 29. 1274. Deceſſit Febr. 10. 1279.

RICHARDVS *de* GRAVESEND.

1280. *Edw.1.9.* FVlco Lovel tum legitime electus, electioni de ſe factæ ſponte renunciavit. Richardus de Graueſend Archidiaconus Northamptonienſis, poſt illius recuſationem conſecratus eſt Coventriæ Aug. 12. 1282. Cœnobij Carmelitanorum quod fuit Maldoniæ hic primus extitit fundator. Obijt Fulhamiæ Decemb. 9. 1303. & in Eccleſia ſua ſepultus eſt.

51.

Digitized by Google

ἐπιστολὴν ἐπιστέλλειν, ἀλλὰ τὸν ἐπιστέλλοντα ἐπιστολὴν ἐπιστέλλειν. Ἐπιστολὴ δὲ ἐστὶ λόγος ἐπιστελλόμενος ἀπὸ τόπου εἰς τόπον

53. RICHARDVS NEWPORT.

1317. *Edw.*2.11. RIchardus Newport Archidiaconus Midelſexiæ conſecratus eſt Martij 26. 1317. mortuus vero Auguſti 24. 1318.

54. STEPHANVS GRAVESEND.

1318. *Edw.*2.11. STephanus Grauelend Ianuarij 14. ſequenti conſecratus eſt, & annos ſedit plus minus viginti.

55. RICHARDVS BINTWORTH.

1338. *Edw.*2.12. DE Richardo Bintworth Canonico Paulino electio facta confirmata eſt Maij 23. 1338. ac poſtea (de tempore parum conſtat) Epiſcopi Ciceſtrenſis Miniſterio conſecratus eſt Lamethæ. Obijt Dec. 8. 1339.

56. RADVLPHVS STRATFORD.

1339. *Edw.*3.14. CAnonicus etiam Paulinus Radulphus Stratford, Cantuariæ conſecratus eſt Martij 12. (ſtylo Anglicano) 1339. Aream quandam prope Smithfeldiam Londini pretio comparauit, Neminiſ-terram nuncupatam, & cadauerum ſepulturæ dicavit. Natus dicitur Stratfordiæ ſuper Avonam vbi capellam in honorem D. Thomæ ædificauit. Mortuus eſt apud Stupenheath cum annos ſediſſet circiter 14.

57. MICHAEL NORTHBROOK.

1355. *Edw.*3.30. IVlij 7. 1335. confirmata eſt electio de Michaele Northbrook facta legum Doctore: Qui poſtea conſecratus, cœnobium Carthuſianis Londini ponere aggreſſus eſt, quod (ipſo immatura morte ſublato) perfecit Walterus Mayny Eques auratus anno 1370. Epiſcopus vero peſte correptus interijt Copſordiæ Sept. 9. 1361.

58. SIMON SVDBVRIVS.

1361. *Edw.*3.36. SImon Sudburius alias dictus Tibaldus legum Doctor ſucceſſit. Cum annos 15. ſediſſet ad Cantuarienſem Metropolitanam tranſlatus eſt.

59.

Digitized by Google

59. GVLIELMVS COVRTNEIVS.

ANno 1375. quando Cantuariam tranſlatus eſt Sudburius, Gulielmus Courtneius Herefordenſis Epiſcopus Londinenſi ſedi præficitur, & eidem poſtea tam Cantuariæ quam Londini ſucceſſit, anno videlicet 1381. Interea vero anno 1377. ſimultas orta videtur inter ipſum & Ioannem Gaudavenſem Lancaſtriæ Ducem Regiſque patruum. Siquidem à Walſinghamo alijſque traditur convitio læſum Epiſcopum à Duce, idque tam graviter tuliſſe Londinenſes ciues, vt ad arma magno numero proruentes, domum eius viderentur expugnaturi vt ipſum trucidarent. Cumque fuga ſibi conſuluiſſe intellexiſſent, palatium eius ſubiecto igne incendere parabant, donec Epiſcopus ſemet interponens, hoc ne fieret, multis precibus ægre impetravit. Anno 1378 Cardinalis videtur creatus. Ita nimirum aſſerit Walſinghamus, illorum ferme temporum ſcriptor. Et Ciaconius vna cum Onuphrio Epiſcopum Londinenſem Cardinalem tum factum perhibent; ſed Adamum nuncupatum, contendunt. Neque vero dubium eſt, Adamo cuidam Anglo his temporibus purpurei galeri honorem datum, quem Eaſtonum appellatum author eſt Balæus. Theodoricus à Nyem in hiſtoria de ſchiſmate, &c. multam habet eius mentionem. Mihi proinde placet, tam Courtneio quam Eaſtono honorem Cardinalitium collatum, ſed Adamo per Gregorium 11 cuius rei authores habeo nonnullos. Cæterum de Courtneio iam antea pluribus inter Cantuarienſes. 1375. *Edw.3.50*

60. ROBERTVS BRAYBROOK.

RObertus Braybrook conſecratus eſt Ian. 5. 1381. Septembri deinde menſe Anglię conſtituitur Cancellarius; verum ſemeſtri vix ſpatio id muneris eſt functus. Obijt Auguſti 27. 1404. Sepultus iacet in medio capellæ B. Mariæ, lapide tectus marmoreo. 1381. *Rich.2.5.*

61. ROGEVRS WALDEN.

1404. *Hen.4.5.* THomas quidam Langleius à Canonicis Octobris 20. inſequenti in Epiſcopum eſt electus. Papa vero ab Arundello Archiepiſcopo rogatus, Decemb.10.1404. oraculo ſuo Epiſcopum pronũciavit Rogerum Waldenum, quem nuper in Arundelli gratiam à Cantuarienſis Archiepiſcopatus throno deturbarat. Vix quenquam reperias qui variantis fortunæ viciſſitudines magis ſit expertus.Nam ex ſumma pauperie tenuiſſimaq; fortuna, parvo temporis ſpatio Decanus evaſit Eboracenſis, & vrbis Caletenſis Theſaurarius, tum Secretarius regius ac inde ſummus Angliæ Theſaurarius; poſtremo ad Archiepiſcopale culmen provectus pulſo & exauthorato Arundello; Richardo Rege(cuius gratia floruerat) poſt biennium in ordinem redacto, omnibus fortunis derepente eiectus, Epiſcopus vixit ſine Epiſcopatu (nam, quod alias diximus, Epiſcopatus quatenus ordo, eſt character indelebilis) & in omnium rerum ſumma inopia vitam terminaſſet, niſi miſertus eius Arundellus, benignitate nunquam ſatis laudanda,in ſede Londinenſi ipſum collocandum curaſſet. Sed eo beneficio diu gaudere non licuit. Nam anno vix adhuc deinde circumacto,mortuus eſt. Sepultus iacet in Prioratu S. Bartholomæi iuxta Smithfeldiam. De illo in Arundello Cantuarienſi plura.

62. NICOLAVS BVBWITH.

1406. *Hen.4.7.* SEptembris 26. 1406. Nicholaus Bubwith in Epiſcopum Londinenſem Mortlaci conſecratus eſt. Qui ſub vnius deinceps anni curriculum bis tranſlatus eſt, Sarisburiam primum Auguſti 31. 1407. ac deinde Bathoniam Octob.5. De illo inter Bathonienſes vide plura.

63. RICHARDVS CLIFFORD.

1407. *Hen.4.9.* PApa per proviſionem, Epiſcopatum Bathonenſem & Wellenſem anno 1401. Richardo Clifford contulerat. Verum adverſante Rege, qui regno tum nuperrime potitus erat, Pontificatu ſperato excidit, & paulo poſtea Wigornienſis

Digitized by Google

ensis Ecclesiæ gubernaculo admotus est: vbi postquam annos circiter 6. sedisset, Londinum Octobris 13. 1407. translatus est. Anno deinde 1414. ad concilium Constantiense missus, coram Imperatore & Cardinalibus ibi congregatis concionem habuit Latine. In eo concilio, schisma illud diuturnum finem accepit, & omnium gentium consensu Martinus quintus vnicus & verus Pontifex declaratus. In eius electione, authoritate concilij constitutum est, vt electores 30. Cardinalibus adijcerentur, quorum vnus Londinensis noster designatus. Nec vero defuerunt inter illos, qui ipsum Papam creandum censerent. Ipse certe omnium primus Cardinalem Columnam nominavit, qui cæterorum accedente consensu, Pontifex declaratus, Martini nomen assumpsit. Moritur hic præsul Aug. 20. 1421. & sub lapide marmoreo iacet sepultus, inter locum vbi stetit olim S. Erkenwaldi feretrum, & tumulum Christopheri Hatton Angliæ non ita pridem Cancellarij.

64. IOANNES KEMP.

SVccessit illi Ioannes Kemp, Roffensis primum, deinde Cicestrensis Ecclesiæ Episcopus, vnde Februar. 27. 1421. huc translatus, Eboracum denique migrauit 1425. vbi cum annos 28. sedisset (Cardinalis interea renunciatus) Cantuariensem tandem thronum conscendit sicut alibi fusius declaravimus. 1421. *Hen.* 5. 10.

65. GVLIELMVS GRAIVS.

GVlielmus Graius Legum Doctor & Eboracensis Decanus, consecratus est Maij 26. 1426. & hinc Lincolniam trãslatus anno 1431. De illo apud Lincolnienses plura. 1426. *Hen.* 6. 5.

66. ROBERTVS FITZ-HVGH.

RObertus Fitz-hugh legum Doctor & Archidiaconus Northãmptoniensis, qui Legati munus in Germania bis & ad Pontificem semel obierat, Septemb. 16. 1431. consecratus est. Anno 1335. ad Eliensem Episcopatum postulatum, antequam electio confirmari posset mors intem- 1431. *Hen.* 6. 10.

Digitized by Google

peſtiva ſuſtulit Septemb. 22. Sepultus iacet ſub lapide marmoreo æneis laminis ornato, in præsbyterio paulo ſupra thronum Epiſcopalem.

67. ROBERTVS GILBERTVS.

1435. *Hen.6.14.* ROBertus Gilbertus ſacræ Theologiæ Doctor & Decanus Eboracenſis, Gardianus quandoq; Collegij Mertonenſis Oxoniæ, conſecratus eſt anno 1435. & ſub initium Iulij 1448. deceſſit.

68. THOMAS KEMP.

1449. *Hen.6.28.* NIcolas quintus Papa per proviſionem Epiſcopatum Londinenſem tunc contulit Thomæ Kemp, qui in Academia Oxonienſi anno 1437. vnus fuerat Procuratorum. Conſecratus eſt in palatio Eboracenſi, Weſtmonaſterij, vbi nunc Regia eſt, Febr. 8. 1449. miniſterio Ioannis Kemp Eboracenſis Archiepiſcopi patrui ſui. Sedit annos circiter 40. & è vivis exceſſit Martij 28. 1489. Sepultus eſt inter duas columnas in navi Eccleſiæ ſuæ verſus ſeptentrionem, vbi ſuper tumulum eius magno ſumptu capella extructa eſt, & Cantaria ni fallor inſtituta. Crucem Paulinam qua nunc forma cernitur conſtruxit; in ſtructura ſcholæ Theologicæ (quæ vulgo, ſed perperam ab Humfredo Gloceſtriæ Duce condita perhibetur) magnam impendit pecuniam. Nam parietibus ante 60. annis ab alijs excitatis ad tectum vſq; (vt videtur) laquear indidit fornicatum exquiſiti operis, tecto plumbato operuit, turriculis adiectis & valuis, & Doctoris cathedram artificioſe depictam, ad naturalis cœli imaginem ſtatuiſſe dicitur.

69. RICHARDVS HILL.

1489. *Hen.7.5.* A Canonicis tunc eligitur Richardus Hill, Auguſti 19. 1489. qui Novembris 15. ſequenti conſecratus, ſedit annos circiter 6. Marmoreo lapide iacet contectus in medio ferme nauis Eccleſiæ ſuæ verſus Septentrionem, vbi fugientibus tum literis inſculptum Epitaphium, olim me legiſſe memini. Ioannem quendam Marſhall his temporibus Londinenſem

Digitized by Google

dinenſem fuiſſe Epiſcopum traditum reperi. Sed librarij vitio Londinenſem mendoſe perſcriptum pro Landavenſi.

70. THOMAS SAVAGIVS.

THomas Savagius Cantabrigienſis Academiæ alumnus, à Roffenſi Eccleſia huc tranſlatus anno 1496. hinc deinde migravit Eboracum anno 1501. 1497. *Hen.7.12.*

71. GVLIELMVS WARHAM.

GVlielmus warham legum Doctor Londinenſis Epiſcopus creatus eſt ſub initium anni 1503. & ſub exitum anni 1504. Cantuariam tranſlatus. De quo ſupra pluribus. 1503. *Hen.7.19.*

72. GVLIELMVS BARNES.

EXiguo ſane tempore Gulielmus Barnes ſiue Barons(Rotulorum Cuſtos, quique Oxoniæ fuerat educatus) Eccleſię Londinenſi tum præfuit. Nam ſub initium anni 1505 conſecratus, ante exitum eiuſdem diem clauſit extremum. 1505. *Hen.7.21.*

73. RICHARDVS FITZ-IAMES.

RIchardus Fitz-Iames legum Doctor, in Epiſcopum Roffenſem conſecratus 1496. inde Ciceſtriam tranſlatus anno 1504. huc denique migravit 1506. confirmatus Auguſti 2. Nobili hic ortus proſapia, Oxoniæ in Collegio Mertonenſi educationem ſortitus eſt, factus tandem Gardianus eiuſdem, ſibi ac ſucceſſoribus ædes cõſtruxit elegantes ibidem. In reparatione Eccleſiæ S. Mariæ Oxoniæ magna ab illo pecunia erogata eſt, magnaq; itidem in Eccleſiæ ſuæ Paulinæ ornatu. Mortem obijt anno 1521. & ſepultus iacet ſub lapide marmoreo prope campanile, ad ſeptentrionem, inter duas columnas; vbi loci tumulum neſcio dicam an ſacellum ex materie conſtructum, campanilis incendium anno 1561. abſumpſit. 1506. *Hen.7.22.*

74. CVTHBERTVS TONSTALLVS.

CVthbertus Tonſtallus legum Doctor, Contabrigiæ educatus, Rotulorum Cuſtos ſimul & privati ſigilli, 1522. *Hen.8.14.*

li, consecratus fuit Octob. 19. 1522. & Dunelmum translatus Martij 25. 1530. Vir sane clarissimus, de quo inter Dunelmenses fusius.

75. IOANNES STOKESLEIVS.

1530. *Henr.*8. 22. IOannes Stokesleius in Magdalenensi Collegio Oxoniæ educatus, inthronisatus traditur Iulij 19. 1530. obijsse vero Septembris 8. 1539. In capella beatæ Mariæ iacet humatus sub lapide marmoreo æneis laminis ornato.

76. EDMVNDVS BONERVS.

1540. *Henr.*8. 32. EDmundus Bonerus martyromastix ille truculentus, qui Maria regnante vtriusq; sexus tot pios sanctosq; homines flammis adiudicauit, à Sauagio quodam sacerdote, adulterino concubitu genitus est vt ferunt. Oxoniæ hic in aula Lateportensi iuris ciuilis studio incumbens, Doctoris gradu honestatus est. Et cum à reformationis studiosis, haud alienus putaretur à religione puriori; illorum prono fauore subleuatus, ac præsertim Cromwelli, varias conscendit dignitates. Nam legationibus aliquot perfunctus; ex Archidiacono Leicestrensi, & Archiepiscopi Cranmeri ad Facultates Commissario siue Delegato, Episcopus Herefordensis in Legatione absens declaratur. Mox vt redijt, ad Ecclesiam antedictam non dum consecratus, in Londinensi Cathedra per installationem collocatur Aprilis 3. 1540. Octob. 1. præcedente electus. Cum Gardinerus in oratione de vera obedientia (quam typis editam vidi) vt apud Regem iniret gratiã, Pontificis primatum damnasset, & Catharinæ Reginæ repudium probasset, monachorum etiam vota superstitiosa pronunciasset; solenni præfatione, tam opere quam authore laudato, omnia Boner° probauit ac confirmauit. Paulo vero postea defuncto Henr Rege, Papismo ejecto, dum reformationi imperatæ segniter incumbit, neq; ea de re monit° sæpe à regijs consiliarijs, eam non tantum perfunctorie sed simulate atq; negligenter promouere videretur; ad crucem Paulinam concionem habere iubetur secundam normam sibi præscriptam: Id quod ille fecit tam frigidè, omissis earum rerum

rerum permultis, de quibus vti dissereret fuerat imperatum, vt in carcerem coniectus, Episcopatu fuerit amotus Octob. 1 1549. Per quadriennium deinde vincula perpessus, à rerũ potita Maria tam præsulatui quam libertati restitutus, lanienæ præficitur, in qua tam strennue res ab illo gesta est, vt vnus ille rogo plures commiserit, quam reliqui omnes totius Angliæ Episcopi. Qui illum reum fecerat coram Consiliarijs Regijs, Hooperus, viuicomburio inter primos sublatus est. Carnifex iste sanguinarius, nisi quod Episcopatu cum cæteris sui ordinis mulctatus est, nil mali ab Elizabetha Principe nimium clemente passus est. Nam quod in carcere conderetur, fuit ipsi salubre, qui crudelitate sua tantum populi odium in se concitarat, vt si in publicum prodiret periculum esset ne lapidibus obrueretur. In carcere igitur consenuit; sed vbi, si vidisses, inedia confectum non diceres: Viuebat opipare; horti erant & pomaria, si volebat spatiari; deniq; nisi quod certo spatio circumscriptus, haud quicquã instar carceris. Hoc tandem pulchre, quod Septembris 5. 1569. extinctus, sicario quouis crudelior, in loco humatus est, latronum & sicariorum sepulturæ destinato, cœmiterio videlicet Barkingensi.

77. NICOLAVS RIDLEY.

EXauthorato Bonero, successor designatus est Nicolaus Ridlæus, cuius viri summas virtutes meæ non est infantiæ pro dignitate explicare. Ex familia nobili & antiqua natus est in Comitatu Northumbriæ, & primis literarum elementis imbutus in oppido Noui castri vulgo New-castle, vnde ad Academiam missus Cantabrigiensem, in bonarum literarum studio strennuam nauauit operam, donec Theologiæ Doctor creatus, & Aulæ Pembrochianæ Præses declaratus, ad Episcopatum Roffensem breui postea postulatus est & consecratus Sept. 5. 1547. Edwardi sexti primo. Ne tamen Academiam nostram Oxoniensem tanti alumni gloria patiar fraudari, silentio prætercundum non est, Collegij Vniuersitatis ibidem socium eum quandoq; fuisse, mihi compertum. Paulo plus quam biennio Roffæ cum sedisset; ijs. 1547 *Edwar.* 1.

cui

qui rerum tunc potiti consultum visum, Bonero in ordinem redacto eum substituere: verum omine parum fausto. Annos non dum quatuor hic loci consederat, quando ad regnum euecta Maria, nemini prius manus inijcit. Præterea quod Boneri pulsi thronum occuparat; Mariæ causam apud Londinenses suos pro concione acerrime oppugnarat, non coactus (vt Cantabrigiæ Sandius) sed sponte, & magno animi feruore. Quare de supplicio de eo sumendo statim decretũ, quod Oxoniæ constantissime pertulit Octob. 16. 1555. postquam veritatem doctrinæ in publica disputatione ibidem strenuissime magnaque cum eruditionis laude defensitasset, prout in Cranmero Cantuariensi fusius explicauimus.

78. EDMVNDVS GRINDALL.

1559. *Eliz.* 2. ITerum depriuato Bonero, substitutus est ab Elizabetha Regina Edmundus Grindallus S. Theologiæ Doctor, qui Decemb. 21. 1559. consecratus, Eboracum translatus est Maij 20. 1570. & postea Cantuarjam.

79. EDWINVS SANDS.

1570. *Eliz.* 13. EDwinus Sands Wigornienſis Episcopus, ad hanc Ecclesiam translatus Iulij 13. 1570. postquam annos sedisset plus minus 6. Eboracum migrauit.

80. IOANNES ELMER.

1576. *Eliz.* 19. IOannes Elmerus sacræ Theologiæ Doctor Cantabrigiensis, Lincolnienſis Archidiaconus, Martij consecratur 24. 1576. homo doctus & cordatus, sed Puritanorum factioni plurimum inuisus. Fulhamiæ decessit Iunij 3. 1594. & sepultus est in Orientali parte Ecclesiæ suæ versus aquilonem.

81. RICHARDVS FLETCHER.

1594. *Eliz.* 37. POstquam multos per annos pastore destituta vacasset Ecclesia Bristolienſis, præsul ibidem designatus est Richardus Fletcher, sacræ Theologiæ Doctor, Collegij Corporis-Christi Cantabrigiæ quondam socius, tum vero Petroburgenſis Decanus, & sacellanus Regius, qui consecratus Dec. 14.

Digitized by Google

14. 1589. & Wigorniam inde translatus mense Februario 1593. in hac tandem Ecclesia consedit sub exitum anni 1564 Morte obijt repentina in Londinensi suo palatio, quando ante quartam horæ partem rectissime sanus, ne leuissima quidem ægritudine tentatus fuisset, Iunij 15. 1596. & in Ecclesia sua sepultus est.

82. RICHARDVS BANCROFT.

RIchardus Bancroft S. Theologiæ Doctor Maij 8. consecratus est 1597. & Cantuariam translatus mense Decembri 1604. 1597. *Eliz.* 40.

83. RICHARDVS VAVGHAN.

RIchardus Vahanus sacræ Theologiæ Doctor, Episcopus primum Bangorensis, deinde Cestrensis, Londinũ translatus, mense Ianuarij 1604. ex hac vita migrauit Martij 30. 1607. magno sui desiderio apud omnes bonos relicto, & in capella sepultus est à Thoma Kemp antecessore, in naui Ecclesiæ suæ extructa. 1604. *Iac.* 2.

84. THOMAS RAVIS.

THomas Rauis sacræ Theologiæ Doctor, Ædis Christi Oxoniæ Decanus, in Episcopum Gloceſtrensem consecratus Martij 17. 1604. huc translatus est Maij 19. 1607. Decessit Dec. 14. 1609. & in Septentrionali parte nauis Ecclesiæ suæ tumulo iacet conditus satis speciose, è regione capellæ Kempianæ. 1607. *Iac.* 4.

85. GEORGIVS ABBOT.

GEorgius Abbot S. Theologiæ Doctor, Decanus Wintonienſis, ad Episcopatum Couentrensem & Lichfeldensem consecratus, cum eum vnicum duntaxat mensem tenuisset, ad huius Ecclesiæ regimen vocatus sub exitum Ianuarij 1609. neque hic quidem pedem figens, Cantuariam translatus est paulo post annum vnum in hac sede exactum. 1609. *Iac.* 6.

86.

Digitized by Google

86. IOANNES KING.

1611. Iac. 91

IOannes King ſacræ Theologiæ Doctor, Ædis Chriſti Oxoniæ alumnus primum ac deinde Decanus, nec non & Nottingamenſis Archidiaconus, cuius auus paternus frater extitit Roberti King Oxonienſis Epiſcopi primi; in antiſtitem huius Eccleſiæ conſecratus eſt Sept. 8. 1611. Gratulor vobis Londinenſes, quod in Epiſcopos veſtros (ne dicam & Archiepiſcopos) à multis iam annis paulo iniquiores, (ceu vaneſcente errore factionis matre, ceu clariſſimis virtutibus nulla vel leuiſſima labe aſperſis, omnem inuidiæ malignitatem ſuperantibus) præſules iam tandem nacti eſtis quos merito ſuo, & ametis ſimul & admiremini.

Secundum rationem cenſus fiſcalis, valet hic Epiſcopatus annuatim 1119li. 8s. 4d. *& Papæ reddebat pro primitijs* 3. *millia florenorum.*

Catalogus eorum qui Eccleſiæ Cathedralis *D. Pauli Londini Decani extitiſſe perhibentur.*

Wulmannus.
Radulphus de Diceto.
Alardus Buckham.
Robertus Watford.
Martinus Pateſhull.
Hugo de Marinis.
Radulphus Langford.
Galfridus de Berry, quem Pariſienſis G. de Lucy videtur appellare, & anno 1241. defunctum ſcribit.
Gulielmus Stamman, alibi & rectius vt opinor, **Gulielmus nuncupatus de S. Maria.**
Henricus Cornell.
Walterus de Salern.
Robertus Barton.
Petrus de Newport.
Richardus Talbot, Epiſcopus London. 1262.

Gal-

Digitized by Google

Galfridus de Fering.
Ioannes de Chiſhull. Epiſc. London. 1274.
Herveus de Borham.
Thomas Egleſthorp.
Rogerus de Lalley.
Gulielmus de Montfort.
Radulphus de Baldock, Epiſcop. London. 1305.
Alanus de Cantilupo, Cardinalis.
Ioannes Sandulf, electus.
Richardus de Newpot, electus. Epiſcop. London. 1317.
Magiſter Vitalis.
Ioannes Eueriſdon.
Gulielmus Brewer.
Richardus Kilmingdon.
Thomas Trilleg, Epiſc. Roffenſis. 1363.
Ioannes Appleby.
Thomas Euer.
Thomas Stow.
Thomas Moore.
Reginaldus Kenton.
Thomas Liſieux.
Leonardus de Bathonia.
Gulielmus Say.
Rogerus Ratcliff.
Thomas Winterburn.
Gulielmus Worſley.
Robertus Sherbrook.
Ioannes Collet.
Richardus Pacy.
Richardus Sampſon, Epiſc. Cou. & Lichfelden. 1543.
Ioannes Incent.
Gulielmus May.
Ioannes Fecknam.
Henricus Cole.
Alexander Nowell. 1559.
Ioannes Ouerall, 1601. Epiſc. Cou. & Lichfeld. 1614.
Valentinus Cary. 1614.

DE

DE EPISCOPIS WINTONIENSIBVS.

ECclesia Cathedralis Wintonienſis (ſicut in manuſcripto quodam vetuſto traditũ reperi) per Lucium Regem primum eſt conſtructa, qui idolorum cultu profligato, Chriſtianam religionem dicitur amplexus circa annũ domini 180. ibidemque mònachos collocaſſe, aſſignatis illis quibus alerentur, prædijs ampliſſimis, quæ Flamines alijque ethnicorum ſacerdotes antiquitus poſſederant. Hæc Eccleſia (ſicut eidem placet authori) in Chriſti ſaluatoris honorem dedicata eſt Octob. 29. anno Dom. 189. per Faganum & Damianum Epiſcopos. Annos deinde plus minus centum pacem habuit Eccleſia Dei in hac inſula, videlicet, ad imperium vſque Diocletiani, qui omnibus ingenij neruis in id vnice incumbens, vt Chriſtianam religionem aboleret funditus ac radicitus extirparet; non ſolum profeſſores eiuſdem vbicunque repertos trucidauit, ſed templa etiam ad verum Dei cultum extructa demolitus eſt vbique & ſolo æquauit. Inter cætera tyranni immaniſſimi mandato diruta, hoc noſtrum Wintonienſe in primis memoratur, cuius incolæ & miniſtri vniuerſi qui fuga ſibi non conſuluiſſent, crudeliſſime feruntur interempti. Hæc (vt habet ſcriptor prædictus) anno Diocletiani ſecundo, hoc eſt Chriſti 289. Anno tum vix tranſacto viceſimo, reſtitui cœptum id templum, tanta prouincialium promptitudine & alacritate animi, vt tredecim menſium ſpatio, & templum ipſum, & ædificia cuncta, monachorum cęterorumque miniſtrorum habitationi deſtinata, omnibus ſuis numeris abſoluta & perfectæ redderentur, atque Martij 15. anno 310. ad petitionem Deodati noui iſtius cœnobij Abbatis primi, per Conſtantem Wintonienſem Epiſcopũ, Eccleſia conſecrata fuerit, & memoriæ dicata S. Amphibali, qui nuper ſub Diocletiano martyrij coronam reportarat. Ducentos dein & amplius annos

in

Digitized by Google

in eodem ſtatu permanſit, ad annum videlicet 519. quando Cerdicus Occidentalium Saxonum Rex primus, idolorum deditus cultui, Eccleſiam (inquit author prædictus) conuertit in templum Dagon, & monachos ibi incolentes partim fugauit, partim occidit. Atque hæc ſunt quę de prima Eccleſię Wintonienſis fundatione reperi perſcripta, ſed quam vere non pronuncio. Quæ iam deinceps de Epiſcopis eiuſdem Eccleſię ſunt commemoranda, fiducia aliquanto maiore ſum traditurus.

1. BIRINVS.

PRouincia ſiue regnum Occidentalium Saxonum (qui & Gewiſſi appellantur) regio ampliſſima (vtpote quæ omnem fere auſtralem inſulæ noſtræ oram complectebatur) longo tamen tempore vnum duntaxat habuit Epiſcopum, quæ hodie in octo dioceſes diſtributa eſt. Nam, præterquam quod de Wigornienſi, Herefordenſi, Gloceſtrenſi & Briſtolienſi aliqua ſubeſt dubitatio; certe Wintonienſis, Sarisburienſis, Lincolnienſis, Petroburgenſis, Bathonenſis, Oxonienſis, Elienſis & Exonienſis, hunc vnum tunc temporis habuerunt Antiſtitem. Poſtquam Saxones hanc regionem occuparunt, fidem primum Chriſtianam recepit ſub Kinigilſo Rege, idq; prędicatione Birini, primi ibidem Epiſcopi; qui homo pius, animarum Chriſto lucrandarum zelo ſuccenſus, ab Honorio Epiſcopo Romano licentiam impetrauit Euangelicam doctrinam in regionibus quæ ab ethnicis incolerentur diſſeminandi; propoſito quidem, ad extrema inſulæ penetrandi, & gentibus quæ barbarie feritateque morum maxime eſſent formidabiles, prædicandi. Quod cum in ſeſe oneris ſuſcepiſſet, Epiſcopus conſecratus eſt per Aſterium Genuenſem Antiſtitem. At enim cum in inſulam traiecciſſet, & hanc Gewiſſorum prouinciam ab ethnicis inſeſſam comperiſſet; vlteriori labore fruſtra quærendum ratus, quod hic inueniſſet; haud amplius progreſſus, ibidem conſedit. Conatibus eius eouſque Deus benedixit, vt breui temporis ſpacio, non ſolum è plebe & nobilitate magnum numerum, ſed Regem etiam ipſum, ad fidem Chriſti amplectendum induxerit & 635.

symbolum eius per regenerationis lauacrum suscipiendum. Oswaldus Northumbriæ Rex tunc præsens, Kinigilsum è sacro fonte leuauit quando per baptisinum Christo initiatus est, & sic pater eius factus cuius mox filius erat futurus aut saltem gener, ducta in matrimonium eius filia. Horum Regum consilio, Birino sedes cathedralis in ciuitate Dorcestrensi designata est, vbi cum annos circiter 15. prædicationi diligenter incubuisset, aliaque vigilantissimi pastoris munia ingenti cum profectu obiuisset, laborum mercedem amplissimam à Christo relaturus, ad vitam migrauit meliorem, & in Ecclesia sua tumulatus est.

2. AGILBERTVS.

650. ACciderat iam interea, moriente Kinigilso, Kenwalchũ filium, eius vice regnare; qui luxu perditus, & Christianę religionis seueritatem non ferens, dum regnum cœleste oblatum spernit, etiam terreno excidit. Vxorem duxerat filiam Pendæ Merciorum Regis, fastiditam repudiarat, & pellicem eius locõ sibi sociarat. Ob hanc tantam filiæ iniuriam, sibique contumeliam illatam, commotus Penda; In Kenwalchi ditionem impetu facto; regno hominem expulit. Extorris ille & regni expers, ad Annam confugit Essexiæ Regem, hominem pium, Christianęque religionis studiosissimum; & in illius regia moram faciens triennalem, Christo tandem initiatus, eiusdemque Regis ope regno quoque restitutus est. Pater eius, demolito Wintoniæ templo, idolorũ superstitionibus polluto, noui structuram inchoauerat, (quã morte interceptus absoluere nequiuit) & omnem circumcirca agrum citra septimum ab vrbe lapidem, ad ministrorũ eiusdem alimoniam addixerat. Hanc structuram perfecit, Kenwalchus, & non solum ratam habuit donationem paternam, sed eidem porro adiecit manneria de Downton, Alresford & Wordiam. Paulo post conuersionem Kenwalchi, Agilbertus quidam patria Gallus, qui Euangelium in Hibernia longo tempore prædicauerat, anno 650. in ea regione appulit, & sua sponte veritatis semina vbique spargens, rogatur tandem à Rege (cui iam perspecta erat hominis pietas,

tas, eruditio & solertia) vt illius prouinciæ munus pastorale susciperet; id quod ille non grauate fecit, in eoque annos quamplurimos transegit.

3. WINA.

REx tandem sermonis eius barbariem pertęsus (nam vernaculum Anglicanum non satis callebat) alium curauit Episcopum ordinari, nomine Winam, qui quanquam Gallus, sicuti Agelbertus, linguæ tamen Anglicanæ satis fuit peritus; Et in duas partes prouincia diuisa, alteram Agilberto reliquit, alteri nouum hunc præsulem Winam pręfecit, & sedem ei assignauit Wintoniam. Verum Agilbertus hanc partitionem ægerrime ferens, vtpote se inconsulto factam; iratus discessit in patriam suam, ibique Parisiensis factus est Episcopus. Wina sic Wintonienſis primus extitit Antistes, neque tamen ciuitati nomen dedit, quod stolide satis nonnulli augurantur. Ab antiquis Britannis Caer-guent iam olim appellata, quasi ciuitas Guenta; à Saxonibus (quod idem sonat) Wentchester, Wentancester & Wintoncester nuncupata est, vnde nostra Wintonia. Sed ad Winam redeamus, inter quem & Kenwalchum Regem simultas nescio quo pacto, statim vt discessit Agilbertus, exorta est. Cumque reconciliari non possent; pulsus tandem Wina, ad Wulfherum Merciæ Regem profugit, à quo (vti dicitur) Episcopatum Londinensem pretio nundinauit. Primus cui historiæ nostræ symoniæ labem invrunt. Hic vbi aut quando mortuus fuerit non repperi. Wintonię humatum constat. Supra fastigium parietis Presbyterij, aliquot principum & pręsulum ossa collocantur, quorum tumuli cum templum temere occuparent, huc à Foxo (ni fallor) Episcopo translata sunt & plumbeis capsulis decenter condita. Inter eas reperitur vna sic inscripta, *Hic iacent ossa Wini Episcopi.*

4. ELEVTHERIVS.

OCcidentalem Saxonum prouincia, aliquot tum per annos pastoris solatio mansit destituta. Kenwalchus tandem Rex, aduersis casibus quamplurimis afflictus, nec

quicquam ſibi recte ſuccedere animaduertens (quod annales noſtros euoluenti facile patebit) & memoria recolens, quomodo Chriſtianam fidem aſpernanti regnum ereptum, amplectenti poſtea reſtitutum eſt : Sibi iam cœpit perſuadere, iuſto Dei iudicio, has clades immiſſas, quod de cultu diuino parum ſollicitus, ditioni ſuę de pręſule non proſpexiſſet. Quapropter, Legatum miſit in Galliam, qui Agilberto factam iniuriam excuſaret, ac tentaret ſi forte homini poſſet perſuadere, vt relictum munus denuo repeteret. Quod ſane ille, ſibi nunc integrum non reſpondit. Attamen vt deſiderio Regis aliquatenus ſatisfaceret, miſit ad eum presbyterum quendam nepotem ſuum, nomine Eleutherium, quem paſtorali munere ſuo iudicio non indignum teſtabatur. Hunc ſuſceptum honorifice, à Theodoro Cantuarienſi Archiepiſcopo illico conſecrandum Rex curauit. Sedit ille Wintonię, annos plus minus ſeptem.

5. HEADDA.

673. ELeutherio ſucceſſit Headda, vir pi⁹ & grauis, ſed qui populo ſibi commiſſo morum potius & vitę ſanctitate quã prædicatione profuit ; nam eruditione haud nimium clarus habebatur. Deus tamen (ſi Bedæ fidem adhibemus) pręſulatum eius miraculis non paucis illuſtrauit. Deceſſit, anno, vt nonnulli 704. vt alij 705. idque (vt Martyrologium perhibet, vbi inter Sanctos numeratur) Iulij die ſeptimo.

6. DANIEL.

704. HEadda, poſtquam annos 30. pręfuiſſet defuncto ; Inæ Occidentalium Saxonum Regi conſultum viſum, ditionem tam ſpacioſam in duas dioceſes partiri. In earum altera propinquum quendam ſuum collocauit nomine Aldelmum, quem Sherbornæ voluit ſedere : Alteri vero pręfecit Danielem, qui cathedram iam poſthac non mouendam Wintoniæ ſtabiliuit. Hic vir egregie doctus, multa conſcripſit volumina, ac inter alia hęc quæ recenſebo. De rebus prouinciæ, Auſtralium Saxonum geſta, De vita Ceddæ Epiſcopi, De rebus Vectæ Inſulæ. Senio tandem grauatus anno Chriſti 744. Epiſcopatu ſe abdicauit, paſtorali munere

Digitized by Google

nere functus annos 40. & monachus factus Meldunæ siue Malmesburię, anno deinde sequenti diem clausit extremum.

7. HVMFRIDVS.

SVccessit illi Humfridus, qui pręfuit huic sedi annos 9. vel 10. Obijt anno 754. Adfuit in synodo per Cuthbertum Archiepiscopum celebrata anno domini 747. 745.

8. KINCHARDVS,

DE Kinehardo qui Humfrido successit nihil traditum repperi. 756.

9. HATHELARDVS.

HAthelardus, ex Abbate Meldunensi Episcopus Wintonienſis creatus, ad Metropoliticam Cantuariensem translatus est anno 794. De quo supra inter Cantuarienses.

POST ILLVM, HIj ORDINE SEDERVNT;

10. Egbaldus. 794.
11. Dudda.
12. Kineberthus. Hic Romam profectus est cum Ar- Archiepiscopo Cant. Athelardo anno 799.
13. Alhmundus.
14. Wigthenius.
15. Herefridus, à Danis in prælio interemptus anno 834.
16. Edmundus.

17. HELMSTANVS.

OBijt Helmstanus anno 837. & tumulatus iacet super parietem septemtrionalem presbiterij vnacum Kenulfo qui illi, ducentos fere post annos successit, sicuti hęc carmina testantur ibi loci inscripta.

Pontifices hæc capsa duos tenet incineratos,
Primus Helstanus, huic successorq; Kenulphus.

Hac circiter tempestate, Athulfum ceu Athelulfum, qui postea

postea Rex fuit, Episcopum Wintonienſem creatum contendunt historicorum nostrorum non pauci (Sim: Dunelmenſis, Henr: Huntindonius, Rogerus Houeden, alijque) & huic sedi annos 7. præfuisse. Id quod mihi nullo modo probatur. Subdiaconum in hac Ecclesia ordinatum constat: Et tum in Episcopum fortassis electus, (quod asserit sane Bramptonus Abbas Geruauxienſis) dispensante Pontifice, ex hoc cœnobio ad regnum assumptus est; Neque de hac re quicquam habeo amplius fide dignum quod tradam.

18. SVITHVNVS.

HElmstano successit (vt videtur) Suithunus, cuius fama pietatis, Sancti illi honorem apud posteros comparauit. Miracula quę ab illo edita feruntur, legat qui volet, apud Westmonasterienſem in anno 862. quo tempore Iul. 2. mortuus perhibetur. Vtcunque sanctitate, doctrina certe ac eruditione prędituſ fuit non vulgari: Ideoque Ethelwolfo Egberti regis filio minori, quem ex Subdiacono Regem factum retulimus, studiorum rector datus est. Non desunt qui asserant (satis hercle ridicule) Angliæ hunc Cancellarium extitisse. Huiusmodi vero muneris ne nomen quidem hic loci adhuc vnquam fuerat auditum. Sepultus est, secundum quod ipse viuus mandauerat, in cœmiterio.

19. ADFERTHVS.

863. ADferthus illi successit, *vir* (inquit Florilegus) *in rebus Ecclesiasticis sufficienter eruditus, qui vices antecessoris aliquanto tempore prudenter exegit.* Hunc ego crediderim Cantuariam translatum, & in illius Ecclesię. monumentis Athelredi nomine appellatum.

20. DVMBERTVS.

871. DVmbertus Adferthi successor, obijsse perhibetur anno 879.

21.

Digitized by Google

21. DENEWVLFVS.

PRovectæ iam ætatis vir & coniugatus Denewulfus, porcos olim paſcendo (vt fama ſaltem fertur) vitam ibi loci ſuſtentabat vbi Cœnobij Athelneyenſis parietinæ hodie cernuntur, in Comitatu videlicet Somerſetenſi. Contigit ea tempeſtate Alfredum Occidentalium Saxonum inclytum illũ Regem, à perſequentib⁹ Danis (qui regno eum exuerant) ita circumſeſſum, vtcum aliam effugij viam non reperiret; huic Denewulfo noſtro, porcos ſuos curanti, in famulitium ſe dederet; locum nimirum incolenti, paludibus & ſtagnis ita tum temporis circundatum (quæ iam olim alio derivatis aquis in paſcua læta aruerunt) vt vix aliquis ad illum pateret acceſſus. Hic, paucis eò commeantibus, tutum Rex latibulum ſibi nactus cum videretur, moram traxit tam diu, vt tam herum, quam vxorem eius tæderet tandem ſerui, in muneribus quæ ad hoc illorum artificium pertinerẽt parum prompti. Ac de muliere quidem traditur, dediſſe illam Regi placentas quaſdam ruſticanas igni torrendas, quas cum ille pro more convertere neglexiſſet, increpatus dicitur ab hera his verbis. 879.

Vrere quos cernis panes girare moraris,
Qui nimium gaudes hos manducare calentes.

Evenit tandem, vt amicis Rex coniunctus, qui copias mediocres coegerant, inſignem de hoſtibus victoriam reportarit, & non tantum Danos ſibi ſubiugarit, ſed vniverſam etiam Angliam in vnum Monarchiæ corpus redegerit. Memor tunc hoſpitis (herum potius appellauerim) quocum tam diu delituiſſet, quemq; ingenio comperiſſet acerrimo præditum; magiſtris eum tradidit in Academia Oxonienſi inſtituendum, ac tum poſtea cum mediocriter in literis profeciſſe viſus eſſet, vxore etiam fortaſſis defuncta, Epiſcopum eum Wintonienſem creandum curavit. Ita caſu mirabili, & non credendo, niſi omnium hiſtoricorum conſenſu id eſſet teſtatiſſimum, ſubulcus Epiſcopus Wintonienſis, & ſubulci ſervus, totius Angliæ Rex evaſit. Alfredus vero vt non minus Deo quam hominibus ſe gratum præſtaret, in loco vbi latebras tam tu-

tas nactus erat, Cœnobium condidit, patrum noſtrorum memoria everſum, quod Cœnobium appellavit de Athelney, quaſi dicas inſulæ nobilium. Ab Henrico Octavo id ſuppreſſum numerabat in cenſu annuo libras 209. & 3. ſolidos.

22. ATHELMVS.

DE Athelmo qui tum proxime ſucceſſit, hoc tantum memoratur, quod Alfredi Regis pecuniam magnam pauperibus diſtribuendam Romam mandato eiuſdem Regis detulerit anno 888. De illo præterquam apud Weſtmonaſterienſem nullibi fit mentio.

BERTVLFVS.

AB eodem etiam perhibetur, Bertulfum Wintonienſem Epiſcopum (cuius nomen opinor alibi non extat) ab eodem Alfredo gradianum ſiue præſidem regni conſtitutum anno 897. vt illud contra Danorum vim tueretur.

23. FRITHSTANVS.

905. CONſtat certe Frithſtanum anno 905. vna cum ſex alijs Epiſcopis in Wintonienſem antiſtitem conſecratum per Plegmundum Cantuarienſem, idq; mandato Edwardi ſenioris Regis. Cuius rei occaſionem ſupra fuſius expoſuimus. Hic vir, tam doctrina quam vitæ ſanctitate clarus, multos præfuit annos, ac tandem præſulatum ſponte renunciavit, deſignato pro ſucceſſore Brinſtano, anno 931. Proximo deinde anno migravit ex hac vita anno videlicet 932.

24. BRINSTAVS.

931. DIctus Brinſtanus, Epiſcopus (vt retulimus) creatus anno 931. cum annos duntaxat tres ſediſſet, anno 634. deceſſit. *Hic* inquit Malmesburienſis) *Dominici exempli ardentiſſimus executor, pedes egenis omni die, ſemotis arbitris lauabat, menſam & cibos apponens, nec minus pro diſciplina famulantium reliquias abſtergens. Obſequio conſummato, panperibuſque dimiſſis, ad multas ibi remanebat horas, orationibus (vt creditur) vacans. Quadam ergo die pro con-*

consuetudine ingressus. nulla antea interpellatus molestia agritudinis, subito clam omnibus, spiritu vitali carnit.

25. ELPHEVS CALVVS.

ELphegus cognomento Calvus qui successit, mortem obijt (vt plurimi) anno 946. at secundum Flor. Wigorn. 951. De his tribus postremis Episcopis, Monachi nostri multa narrant miracula. 946.

26. ELFSNIVS *alias* ALFSIVS.

POst illum sedisse perhibetur Elffinus alias dictus Alfiius, ad annum vsque 958. quo tempore muneribus & largitione se curavit ad Archiepiscopatum Cantuariensem transferendum, quo exiguo admodum tempore gauisus est. 946.

27. BRITHELMVS.

ELffino translato, Brithelmus quidam successit, qui anno 963. cum 5. annos sedisset defunctus est. 958.

23. ETHELWALDVS.

EThelwaldus Abendonensis Abbas, consecratus est anno 963. sedit annos 19. & Aug. 1. 934. decessit. *Nescios* (inquit Malmesburiensis) *in eo viro quid magis laudares, sanctitatis studium an doctrinarum exercitium, in predicatione instantiam, in ædificijs industriam.* Quomodo Brinstanus antecessor, illi eam mortuus apparuerit, Sancti honorem postulans, & alia huius generis, talium avidus, petat apud Westmonasterienſem anno 965. Monachismi magnus fuit patronus, & Clericorum coniugatorum acerrimus persecutor. Quo primum tempore Episcopus creatus est, Seculares Presbyteros à veteri Monasterio Wintonię expulit & Monachos introduxit. Cumque insulam Elienſem ceu prece ceu pretio à Rege comparasset, ex Cœnobio Elienſi (quod Cathedram Episcopalem nondum habebat) Clericos 8. vna cum coniugibus vi eiecit vt Monachos ibi collocaret. Tum apud Thorneiam & Pettoburgum, Monasteria per Danos solo equata restaurauit & magnifice extructa liberaliterq; dotata 963.

eodem

eodem genere hominum (Monachis dico) replevit. Qui de illo velit plura, vitam eius copioſe deſcriptam legat apud Malmesburienſem in libro de Pontificibus. Hoc interim non pigebit aſcribere prætermiſſum ab illo, quod in magna annonæ caritate, Eccleſiæ ſuæ omne argentum cælatum & ornamenta paulo pretioſiora vendidit; & pecuniam ita coactam pauperibus diſtribuit; dicens, Eccleſiæ de ornamentis vt proſpiciatur quandoque fieri poſſe; fame vero qui perierit, nullo pacto ad vitam revocandum.

29. ELPHEGVS.

984. ELphegus Bathonię Abbas ſucceſſit illi, vir pius & doctus. Anno 1006. ad Cantuarienſem ſedem tranſlatus eſt. De illo ſupra vide plura.

30. KENVLFVS *alias* ELSIVS.

1006. KEnulfus (quem nonnulli Elſium appellant) muneribus & largitione viam dicitur ad Epiſcopatum hunc ſibi munijſſe. Abbas erat Petroburgenſis, & honore coempto vix ſeſquiannum potitus, propter Symoniam infamis anno interijt 1008. Sepultus eſt (quod antea meminimus) ſupra Septentrionalem parietem præsbyterij in Eccleſia ſua.

31. BRITHWOLDVS.

1008. DE Brithwoldo (quem Weſtmonaſterienſis & Wigornienſis Ethelwoldum videntur appellare) hoc traditur. Orationi nocte intempeſta vacantem, in cogitationem incidiſſe de regio Anglorum ſanguine, iam fere ad nihilum redacto, eaque de re multa ſecum animo volventem ſomno correptum. Viſus illi tum D. Petrus, Edwardum illum Confeſſorem (tenerum adhuc adoleſcentulum & in exilio degentem) coronare, ac futurum prædicare, vt per annos 24. Anglorum genti imperaret, & ſine prole tandem decederet: Se vero amplius progreſſum, percunctatum fuiſſe, quis tum poſt eum eſſet regnaturus, & reſponſum accepiſſe huiuſmodi; regnum Anglorum regnum Dei eſt, cui ille de Rege providebit. Nonnulla Malmesburienſis exemplaria, hæc tradunt de Brith-

Digitized by Google

Brithwoldo, non Wintoniæ, ſed Wiltoniæ Epiſcopo qui vixit ad annum 1044. Et ſane, qui temporum rationem ſpectaverit, de illo probabilius hæc dici exiſtimabit quam de hoc noſtro qui anno 1015. diem clauſit extremum. Scribit Hovedenus, Alfigum quendam Epiſcopum Wintonienſem anno 1032. obijſſe, & ſucceſſorem habuiſſe Elfwinum Qua in re (quod eorum alibi non reperi mentionem) erratum ab illo non dubito.

32. ELSINVS *vel* EADSINVS.

ELſinus, alijs Eadſinus, capellanus erat Haraldi Regis, qui Eccleſiæ Wintonienſi præfecit eum, vnde anno 1038. Cantuariam tranſlatus eſt. 1015

33. ALWINVS.

QVi ſucceſſit Alwinus, gratia multum valuit apud Emmam Confeſſoris matrem, adeo vt ſtupri cõſuetudinem cum illa habuiſſe fama tunc temporis invaluerit. Hoc quatenus fidem mereatur, & quomodo illa, per novem ignitos vomeres nudis pedibus incedendo hanc labem abſterſerit, diximus antea in Roberto Cantuarienſi. Sepultus iacet ſupra parietem ſæpe-dictam presbyterij, vbi tumulo eius Epitaphium vidimus adſcriptum huiuſmodi, 1038.

Hic iacet Alwini corpus, qui munera nobis.
Contulit egregia, parcito Chriſte rogamus.
Obijt anno 1047.

STIGANDVS.

STigandus, Edwardo Regi Confeſſori à ſacris, ab illo donatus eſt Epiſcopatu Elmhamenſi (cuius ſedes Norwicum poſtea tranſlata eſt) anno 1043. Ibi multum moleſtiæ exhibitum illi à Grinketello quodam, qui muneribus & largitione corruptis iudicibus, neſcio etiã an teſtibus, Stigandũ curavit eijcendum, ſeq; loco eius ingeſſit, vnde brevi poſtea cognita veritate deturbatus eſt Stigando reſtituto, qui deinde ibi ſedit ad annum vſque 1047. quando Wintoniam 1047.

tran-

translatus est. Post quinquennium deinde, Cantuariensis Ecclesię gubernaculo admovetur, Roberto in exilium pulso. Sed, siue quod supersistite adhuc Roberto, Wintoniensem dimittere non auderet, ne ita præsulatum vtrunque amitteret; siue quod pecuniæ siti victus inexplebili, Cantuariensis sedis redditibus ampliſſimis non contentus, homo supra modum avarus, cupiditati suę hoc velum obtenderit; certe præter Cantuariensem, Wintoniensem porro, Roberto etiam mortuo retinuit, quod ipsi postremo exitio fuit. Qua de re inter Cantuariensis supra prolixius. Wintoniæ decessit in carcere anno 1069. paulo postquam exauthoratus est, & tumulatus iacet, supra parietem præsbyterij ibidem, in eadem theca conditus in qua Wina primus illius Ecclesiæ Episcopus, vti hæc brevis testatur inscriptio,

Hic iacet Stigandus Archiepiscopus.

35. WALKELINVS.

1070. EXauthorato Stigando, à Gulielmo Rege sufficitur Walkelinus, nonnullis Walkelmus, *cuius bona opera* (inquit Malmesburiensis) *famam vincentia, seniam à se vetustatis repellent quamdiu inibi sedes Episcopalis durabit.* Et deinde post pauca, *primo quidem aduena nouus, Monachos exosus fuerat; sed facile correctus, umbraticum illud odium sæpe deploranit, deinceps fouens eos vt filios, diligens vt fratres, honorans vt Dominos.* Subiungit tamen, quasi oblitus illorum quæ antea scripserat. *vna in re multũ illum peccasse, nimirum quod ad centum libratas terras* (sic loquiiur) *Monachis auferens, suis & successorum vsibus applicuit.* Idonei certe sunt authores, Monachos illum vbicunque data esset facultas, Cœnobijs expulisse, & seculares Præsbyteros introduxisse. Consecratus est ab Arminfrido Episcopo Sedunensi Legato Pontificio, in festo S. Trinitatis 1070. & præfuit annos 27. Illo sedente, anno nimirum 1079. Ecclesiæ Cathedralis fabrica quam nunc cernimus, primum erigi cæpta. Obijt Ian. 3. 1097.

36.

Paulus vocatus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei: & Sosthenes frater
Ecclesiæ dei quæ est Corinthi: sanctificatis in Christo Iesu: vocatis sanctis:
cum omnibus qui invocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco
eorum & nostro. Gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu
Christo. Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei quæ data est
vobis in Christo Iesu: quod in omnibus divites facti estis in illo in omni
verbo & in omni scientia: sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis:
ita ut nihil vobis desit in ulla gratia exspectantibus revelationem domini
nostri Iesu Christi: qui & confirmabit vos usque in finem sine crimine in die
adventus domini nostri Iesu Christi. Fidelis deus per quem vocati estis in
societatem filii eius Iesu Christi domini nostri. Obsecro autem vos fratres per
nomen domini nostri Iesu Christi: ut idipsum dicatis omnes: & non sint in vobis
schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Significatum
est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt Chloes: quod contentiones
inter vos sint. Hoc autem dico quod unusquisque vestrum dicit. Ego quidem
sum Pauli: ego autem Apollo: ego vero Cephæ: ego autem Christi. Divisus est
Christus? numquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli
baptizati estis? Gratias ago deo quod neminem vestrum baptizaverim nisi
Crispum & Gaium: ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis. Baptizavi
autem & Stephanæ domum: reliquum nescio si quem alium baptizaverim.
Non enim misit me Christus baptizare: sed evangelizare: non in sapientia
verbi: ne evacuetur crux Christi. Verbum enim crucis pereuntibus quidem
stultitia est: his autem qui salvi fiunt: id est nobis virtus dei est. Scriptum
est enim: Perdam sapientiam sapientium: & prudentiam prudentium reprobabo.
Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor huius sæculi? nonne stultam fecit deus
sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognovit mundus per
sapientiam deum: placuit deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.
Quoniam & Iudæi signa petunt: & Græci sapientiam quærunt: nos autem
prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum: gentibus autem
stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis & Græcis Christum dei virtutem & dei
sapientiam. Quia quod stultum est dei: sapientius est hominibus: & quod infirmum
est dei: fortius est hominibus. Videte enim vocationem vestram fratres: quia non
multi sapientes secundum carnem: non multi potentes: non multi nobiles: sed
quæ stulta sunt mundi elegit deus: ut confundat sapientes: & infirma mundi
elegit deus: ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus:
& ea quæ non sunt: ut ea quæ sunt destruat: ut non glorietur omnis caro in
conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu: qui factus est nobis
sapientia a deo: & iustitia: & sanctificatio: & redemptio: ut quemadmodum
scriptum est: Qui gloriatur in domino glorietur.

37. HENRICVS BLESENSIS.

1229. *Henr.1.* 30. DEfuncto Giffardo sufficitur opera Regis, Henricus Blesensis, suus ex Adela sorore nepos, Blesensis Comitis filius, & Abbas tum Glastonicnsis. Vir certe propter multiplices animi virtutes, eo munere non indignus iudicandus. Nam prudentiam habuit cum æquitate coniunctam (quanquam propter mansuetudinem & morum facilitatem, parum constans haberetur) & eruditione præditum non vulgari, scripta ab illo edita ostendunt quæ à Balæo sigillatim recensentur. Inter alia, extat etiamnum hodie opusculum ab illo exaratum, de famigeratissimi Arthuri sepulchro, sc Abbate Glastoniæ inuento. Quo tempore Henricus Rex auunculus eius decessit, quanquam Matildi Imperatrici Regis filiæ, & ipse & reliqui omnes regni Proceres Sacramentum dixerant: Cum tamen illa in Normannia id temporis hæreret,& populorum plerosq; animo ab illa alieniori existere animaduerteret, propter coniugium cum Comite Andeganensi non ita pridem initum: Metuens Episcopus ne Procerum quispiam, diadema regium tanquam in medio positum arriperet, & à suo sanguine aliorsum transferret: Pontifici cum esset Legatus à latere, synodum conuocauit,& pertracto in suas partes Rogero Sarisburiensi Episcopo illo potentissimo; reliquis è clero (qui omnia soli tunc poterant) persuasit,vt fratrem suũ Stephanum, Comitem Bolonicnsem, Regem constituerent. Id quod illi non grauate præstiterunt; eoq; libentius, quia iuramento nescio quo insolito fidem facere promisit,Ecclesię iura omnia & libertates illæsas semper sese seruaturum. Et iuramentum quidem Rex factus non abnuit; at de iuramenti fide exoluenda adeo parum erat sollicitus, vt beneficiorũ à clero præstitorum parum memor, in arces aliquot inuolaret Episcoporum, Sarisburiensis nimirum, Lincolniensis & Elicnsis, quas occupatas derepente,diripuit,sicut in vita Rogeri prædicti fusius Deo volente demonstrabimus. Quapropter Legatus, concilium Wintoniæ indixit, quo Rex etiam vocatus est. Ibi quomodo hæc res agitata est inter Legatum & oratores regios,lectorem quæso noscendi cupidum amandare

Monaſterium & Eccleſiæ viginti, ſunt qui numerent 40. Contigit hoc incendium Aug. 2. 1141. Ac paulo pòſt per eoſdem, monialium cœnobium Warwellenſe incenſum ſimiliter ac direptum eſt. Et Epiſcopus Wintoniam reuerſus, à cruce quæ in Monaſterio nouo igne fuerat deformata, eripuiſſe dicitur argenti libras quingentas, & auri marcas 20. tres item coronas cum totidem thronis obryzi ſiue auri Arabici puriſſimi. Sed hæc eum abſtuliſſe non puto alio propoſito, quam vt in meliorem vſum conuerteret. Quod facile iudicabit, qui opera per illum patrata ſpectauerit, pietatis & magnificentiæ ſuæ monumenta poſteris relicta. Xenodochium illud celeberrimum S. Crucis Wintoniæ dotauit & conſtruxit (in loco vbi neſcio quid cœnobioli ante aliquot ſecula poſitum, ſed à Danis dirutum & deſtructum fuerat) anno 1132. Fernhamiæ deinde arcem condidit ab Henrico tertio vaſtatam poſtea, & magna ex parte demolitam, ſed à Wintonienſibus Epiſcopis denuo reſtitutam. Et cœnobium ſanctimonialium per Giffardum anteceſſorem, Tauntoniæ fundatum, auxit mirifice ac locupletauit. Animo vir tam magno quam ortu & natalibus, Legatinæ poteſtatis prætextu, cum Archiepiſcopo Cãtuarienſi, quis dignitate potior eſſet, ſæpe contendit; quanquam ille, ſe etiam priuilegio ſedi ſuæ præ cõceſſo Legatum Pontificium (Legatum inquam natum) aſſereret. Perhibet Weſtmonaſterienſis, à Lucio Papa impetraſſe illum pallium & titulum Archiepiſcopalem, ſeptem etiam ſedes Epiſcopales illi ſubiectas, quæ quænam fuerint non exponit. Walſingamus vero in vpodigmate author eſt (& quantum perſpicio non falſus) Pontificem prædictum hoc quidem in animo habuiſſe, vt ſedem Archiepiſcopalem Wintoniæ collocaret, ſed morte interceptum, nihil præſtitiſſe. Antiquitatum Britannicarum author, Cardinalem eum dicit creatum, qua de re poſtea ſuo loco. Conſecrationis ſuæ anno 42. lethali morbo correptum, inuiſit benigne Henricus Rex; quem ille vultu parum blando excipiẽs, increpauit acriter pro nece Thomæ Becket, cui cauſam, illius iracundiam præbuiſſe credebat. Ea tamen manſuetudine Rex præditus eſt, vt non ſolum æquiſſime id tulerit, ſed

viri

viri grauiſſimi vltimum illud colloquium ſæpe poſtea grato animo recoluerit. Obijt Aug. 6. 1171. Sed vbinam loci tumulatus fuerit, nemo (quantum reperi) tradidit.

38. RICHARDVS TOCLIVIVS, *alijs* MORVS.

POſt mortem Bleſenſis vacauit ſedes annos 3. Anno tandem 1173. Cardinalium quorundam interceſſione mediante, electionis liberæ facultatem Rex Monachis Wintonienſibus conceſſit, qui Epiſcopum deſignarunt Richardum Tocliuium Archidiaconum Pictauienſem, ab alijs Morum cognominatum, ab alijs vero Richardum de Iuelceſter nuncupatum. Lamethæ ſacratus eſt anno ſubſequenti, vna cum tribus alijs, quorũ ſedes itidem ſicuti Wintonia longo tempore præſulibus extiterant viduatæ, Galfrido nimirum Elienſi, Roberto Herefordenſi, & Ioanne Ciceſtrenſi. Obijt (vt quidam) Dec. 22. 1187. vt alius vero Dec. 21. 1188. Epitaphium vero habet annum 1189. Tumulatus iacet iuxta ſeptentrionalem parietem Presbyterij infra Winam, vbi inſcripta legimus hæc verba. 1174. *Henr.* 2. 21.

Obijt anno Dom. 1189.
Præſulis egregij pauſant hic membra Ricardi
Tocliſ, cui ſummi gaudia ſunto poli.

39. GODFRIDVS DE LVCY.

GOdfridus de Lucy, filius Richardi de Lucy ſummi Angliæ Iuſticiarij, conſecratus eſt in Epiſcopum Wintonienſem Nou. 1. 1189. & cum annos ſediſſet 15. deceſſit anno 1204. Pretio hic comparauit à Ricardo primo Rege, manneria de Wargraue & Menes, quæ ad Eccleſiam Wintonienſem olim ſpectantia, neſcio quo pacto amiſſa fuerant. Prioratum etiam de Leſnes ſiue Weſtwood in Cantia, quem pater eius fundauerat, auxit quamplurimum. 1189. *Ric.* 1. 1.

40. PETRVS DE RVPIBVS.

SVb exitum eiuſdem anni, Petrus de Rupibus, Eques quidam auratus, in Epiſcopum Wintonienſem conſecratus eſt Romæ, ſed non niſi collatis ibi liberaliter xenijs vt 1204. *Ioan.* 6.

habet Weſtmonaſt. Prudentia vir magna præditus, & ea apud Henricum tertium authoritate, vt illis temporibus nemo extiterit potentior. Ille, vna cum Philippo Dunelmenſi Epiſcopo populari ſuo (fuit enim vterq; Pictauiēſis) & Ioanne Grayo Norwicenſi, Ioanni Regi authores fuerunt vt pontificiam excommunicationem nihili penderet, cuius conſilij omnes tandem pœnituit. Anno 1214. factus eſt Angliæ ſummus iudex ſiue capitalis Iuſtitiarius; quod Proceres regni male habuit, indignātes, extero poteſtatem in illos delatam. Poſt Ioannis mortem, Rege declarato Henrico eius filio, nouenni puero, omnia fere regni negotia ſuo rexit arbitrio. Sed Gulielmo Comite Mareſcallo defuncto; regni Regiſq; Protector conſtitutus eſt. Et poſtquam ex ephebis ille egreſſus, gubernaculo manum cœpit admouere, in iſtius Epiſcopi cōſilio vnicè acquieuit. Habuit is nepotem, aut (vt nonnullis libet ſuſpicari) filium, nomine Petrum de Oriualle Angliæ Theſaurarium, qui aliquandiu eiuſdem principis gratia multum quoq; pollebat. Sed vt fert humanarum rerum viciſſitudo, ne dicam aulicarum; offenſam incurrentes ſæpe, ex apice huiuſmodi fœlicitatis ad ima deturbati, ad ſumma tamen iterum emerſerunt. Anno 1226. profectionem ſuſcepit in terram ſanctam; vnde, poſtquam quinquennium abfuiſſet, incolumis reuerſus, *cum proceſſione ſolenni in Eccleſiam ſuam receptus eſt*, vt loquitur Pariſienſis. Exceſſit è viuis Farnhamiæ Iunij 9. 1238. cum ſediſſet annos 34. & ſicuti ipſe ordinauerat ſine vlla pompa ſolenni in Eccleſia ſua tumulatus eſt. *In eius obitu* (inquit Pariſienſis prædictus) *totū concilium regni Anglicani, tam regale quam Eccleſiaſticum iacturam incurrit irreſtaurabilem. Nec prætereundum, quod quicquid honoris & vtilitatis, ſiue per pacem, ſiue per treugam, vel etiam guerram in terra ſancta aduenientе Friderico Imperatore collatum eſt Eccleſiæ, eiuſdem Epiſcopi conſilio & auxilio magnifice procuratum eſt, & prudenter effectui mancipatum. Præterea, cum poſtea diſcordia inter D. Papā & Imp. mota, toti Eccleſiæ caſum minaretur, pacem inter tam nobiles perſonas per Dei gratiam fœliciter reformauit.* Cœnobia multa vel condidit, vel ab alijs condita auxit ac locupletauit. Primi gene-

ris sunt Edwardstow, & Dominicanorum illud Wintoniæ, quorum census rationem nō repperi initam; Deinde Hales, ordini Præmonstratensium positum quod annuos redditus habuit 357.li.7.s.7.d.ob. Tickford, eiusdē ordinis 280.li.19.s. 10d. ob. annuatim accipiebat: Halisowen, *alias* Saleburn, Canonicorū regularium S. Augustini 337.li.15.s.6.d. ob. & Xenodochiū Portesmuthæ 33.li.19.s.5.d. ob. Cætera narrabit suis verbis Parisiensis. *In terra sancta Ecclesiam S. Thomæ Martyris, à loco importuno ad idoneum transferendo, ordinem fratrum eiusdem Ecclesiæ in ordinem mutauit competentiorem, vt qui antea penitus erant seculares actu & habitu, auxilio fretus Patriarchæ Hierosolymitani, ordini Templariorum, crucem in pectore baulantes, subiacerent. Ioppen, nobile Christianorum refugium firmauit. Egregium nimis condens testamentum, cuilibet prædictorum locorum pecuniam impreciabilem legauit, ita scilicet, quod domui S. Thomæ Acconensi, cui minus contulit, quingentas marcas assignauit. Præterea Episcopatum opulentum successori suo reliquit instauratum, ita vt aratorum armentorum nulla fieret diminutio.*

41. GVLIELMVS DE RALEY, *alias* RADLEY.

PEtro de Rupibus defuncto, Rex omni ratione satagebat, vt in successorem eligeretur Gulielmus electus Valentinus Reginæ auunculus; quem Monachi pertinaciter reijcientes, & virum sanguinium appellantes; Gulielmum de Raley (authori Chronici Osneiensis de Radley) Episcopum Norwicensem, suis suffragijs Ecclesiæ Wintoniensi præficiendum decernunt. Qua re nunciata, excandescens vehementer; deierare sæpe Rex non est veritus, nunquam se destiturum, donec ex animi sententia hoc negotium confeciſſet. Episcopatus itaq; prædia deuastat, siluas cædit, & redditus omnes ærario publico addicit. Quod cernentes Monachi, consilio mutato, ad nouam electionem rursus conuenientes, Episcopum renunciarunt Radulphum Neuillium Cancellarium Regium & iam tum Episcopum Ciceſtrensem, hominē apud Regem (vt videbatur) valde gratiosum. Quod illum adeo non placauit, vt multo adhuc magis commotus, & non 1243. *Henr.*3. 28.

tantum electoribus ſed electo etiam infenſus, Cancellarij munere illum protinus exegerit. Electionem vero non ſine magno ſumptu Romæ caſſari, & inualidam curauit pronunciari. Annis iam plus minus quinq; in hac contentione abſumptis, Monachi, vt certamini tandem finem imponerent; iam tertio conuenientes (ſed clanculum) Norwicenſem iterum repetita electione deſignant, quæ Romæ priùs confirmata eſt, quàm factam ac celebratam Regi innoteſceret. Quapropter Rex ira ne quicquam deferueſcente, Prætori Wintonienſi mandauit, vt venientem nouum Epiſcopum vrbe excluderet; quod cum ab illo impigre factum fuiſſet, excommunicatus eſt ab Epiſcopo, & vniuerſa ciuitas interdicto ſuppoſita. Epiſcopus vero cum indignationis regiæ oneri ſe non ferendo parem intelligeret; in Galliam profugit, vbi à Rege honorifice ſuſceptus eſt. Bonifacio tandem Archiepiſcopo intercedente, & Pontifice tam Reginam quã Regem literis pro eo deprecante, reuocatus eſt & in gratiam Regis receptus. Sed ô manſuetudinem ſanctiſſimi patris, cui Epiſcopus ob paternam ſollicitudinem munuſculũ cum obtuliſſet gratitudinis ergo 6. millium marcarum; tantulam pecuniam accepit benigne, ne denarium quidem refundens. Vt pecuniam eam conficeret, tantum contraxit æris alieni, vti parciſſime per omnem deinceps ætatem vitam tolerans, nomina tamen non valeret vnquam diſſoluere. Obijt Sept. 20. 1249. Turonæ, quo ante annum cum comitatu perquam exili ſeceſſerat. Ad agentem animam vocat° eſt ſacerdos qui Euchariſtiæ Sacramentum laboranti impertiret. Qui venire hominem ſentiens, gradum ſiſteret magna voce admonuit: Non conuenit (inquiens) Dominus ad me veniat, æquum eſt potius vt proditorum more ego ad illum trahar, qui eum in multis heu prodidi. Quapropter à famulis ad ſacerdotẽ pertractus, cum lachrimis & ſuſpirijs multis Sacramento percepto, quod reliquum vitæ ſuperfuit, Deo ſoli intentus, precibus impendens, è viuis tandem exceſſit cum ſediſſet annos plus minus ſex.

Bey dieser Gelegenheit will ich noch eine Anmerkung machen, die mir sehr wichtig scheinet, und die ich in meinen Schriften nicht gefunden habe. Es ist nemlich eine Frage, ob die Physici, wenn sie von Ursachen der Dinge reden, nicht auch Ursachen angeben müssen, die sie nicht wissen können, und die sie also nicht angeben können, ohne sich zu verstellen? Ich will ein Exempel geben. Ein Physicus will die Ursache angeben, warum ein Stein, den man in die Höhe geworfen hat, wieder herunter fällt. Er sagt, es geschehe, weil die Schwere des Steins ihn wieder herunter ziehe. Ist das nun eine Ursache, die er wissen kann? Ich sage, nein. Denn er kann nicht wissen, was die Schwere ist, weil er nicht weiß, was die Materie ist. Er kann also auch nicht wissen, was die Schwere thut, und was sie nicht thut. Er kann also auch nicht wissen, ob sie den Stein wieder herunter ziehet, oder ob sie ihn nicht wieder herunter ziehet. Er kann also auch nicht wissen, ob sie die Ursache ist, warum der Stein wieder herunter fällt, oder ob sie nicht die Ursache ist. Er kann also auch nicht wissen, ob sie eine Ursache ist, die er angeben kann, oder ob sie eine Ursache ist, die er nicht angeben kann. Er kann also auch nicht wissen, ob sie eine Ursache ist, die er angeben darf, oder ob sie eine Ursache ist, die er nicht angeben darf. Er kann also auch nicht wissen, ob sie eine Ursache ist, die er angeben muß, oder ob sie eine Ursache ist, die er nicht angeben muß. Er kann also auch nicht wissen, ob sie eine Ursache ist, die er angeben soll, oder ob sie eine Ursache ist, die er nicht angeben soll. Er kann also auch nicht wissen, ob sie eine Ursache ist, die er angeben will, oder ob sie eine Ursache ist, die er nicht angeben will. Er kann also auch nicht wissen, ob sie eine Ursache ist, die er angeben kann, darf, muß, soll und will, oder ob sie eine Ursache ist, die er nicht angeben kann, darf, muß, soll und

quendam Sacerdotio, in quod nescio quid iuris sibi arrogabat, vi deturbarent. Ille vero non habens aliàs quo se reciperet; vim vi repellere tandiù annisus est, donec tandem ab Electi Wintonienſib⁹ satellitibus, interemptus est ipse, vnaque amicorum vnus aut alter. Hoc facinus, aliaq; eiusdem generis nonnulla, omnibus Pictauiensibus tantum conflauit inuidiæ, vt ad seditionem res spectare videretur. Quapropter, tempestatem ingruentem vt deuitarent, anno 1258. in patriam simul omnes profugerunt. Auri vim ingentem Ethelmarus accumulauerat, quod, dum ad se curat deferti, farcinis direptis, nuncij magna ex parte spoliati sunt, Douoriæ & alibi. Anno qui istorum hominum discessum sequutus est, de nouo præsule eligendo cœperunt cogitare. Sed non ausi aliquem designare qui apud Regem non esset gratiosus, in Henricum de Wingham consenserunt, qui Angliæ tum fuit Cancellarius. At ille, quanquam de Regis voluntate non dubitabat, tamen iure adhuc quodammodo ambiguo existente, nolebat litibus & contentionibus se immiscere; ideoque consensum electioni præbere abnuit, eruditionis defectum obtendens. Ad Regem quod attinet, electum quidem non improbabat, sed petebat vt opperiri vellent pauliſper, donec Pontificem tentaret, si forte exorari posset vt consecrationem illi impertiret. Dum in libramine huiusmodi incerto res pendent, Henricus de Wingham Episcopus factus est Londinensis anno 1259. & post biennium deinde Ethelmarus fato suo est functus. Sic plurimi tradiderunt. Author solus Chronici Osneiensis consecratum affirmat; cuius verba subijciam. *Ann. D. 1260. ad festum Ascensionis Domini, Ademarus electus Winton. frater Regis Henrici, consecratus est in Episcopum à D. Papa Alex. 4. cassatis in curia Ro. omnibus sibi obiectis à Baronibus Angliæ & Monachis Winton. cum magno apparatu Angliam adire disponebat, præmisso D. Vincentio Turonensi Archiepiscopo & sedis Apostolicæ Legato, cum plena potestate totam Angliam interdicto subijcere, nisi eum pacifice terram intrare, & Episcopatum Winton. plenius sinerent obtinere. Sed cum veniſſet Parisijs, graui languore correptus, qui Angliam perturbare disposuerat, ibidem morte præuentus, circa festum*

festum B. Luciæ Virginis, vltione vt creditur diuina defunctus est. Et sic suis cum confusione reuersis, gens Anglicana Dominum in suis beneficijs laudans & benedicens, valde gauisa est. Hęc ille. Defuncti corpus Lutetiæ tumulatum; cor vero Wintoniam deferri mandauit, vbi in australi pariete presbyterij collocatum est, sicuti hoc testatur elogium.

Obijt anno Domini 1261.
Corpus Ethelmari (cuius cor nunc tenet istud
Saxum) Parisijs morte datur tumulo.

43. IOANNES OXONIENSIS.

IOannes Oxonienſis vel de Gernſey (nam ſic etiam appellatum comperi) Cancellarius Eboracenſis; conſecratus eſt Romæ anno 1265. vbi dicitur pro conſecratione 6. marcarum millia Pontifici numeraſſe, & Iordano Pontificis Cancellario tantundem. Statim vt reuerſus eſt, per Ottobonum legatum Pontificium, ab executione officij ſuſpenditur, quod ſe Baronum ſeditioſorum partibus addixerit. Tam magno pretio empta dignitate, exiguo potitus tempore, anno 1268. in Italia extinguitur & Viterbij ſepulturam ſortitus eſt, dum abſolutionem impetraturus in curia hęret Rom: gratiam Pontificiam omnibus modis ambiens. 1265. *Henr.* 3. 50.

44. NICOLAVS ELIENSIS.

NIcolaus Elienſis, cum Wigornienſi Eccleſię anno vix integro præfuiſſet, ad hanc ſedem poſtulatus eſt & Aprilis 23. per legatum Pontificium confirmatus. Quam cum tenuiſſet annos 12. pr. Idus Feb. 1280. debitum naturæ perſoluit. Corpus eius Wauerleiæ iacet humatum; cor vero in auſtrali pariete presbyterij conditum eſt, vbi hęc verba legimus inſcripta. *Intus eſt cor Nicolai Epiſcopi, cuius corpus eſt apud Wauerly.* Nicolaus quidam Elienſis Anglię primum fuit Cancellarius, deinde Theſaurarius, circa annum 1260. neque dubito hunc ipſum fuiſſe. 1268. *Henr.* 3. 53.

45. IOANNES *de* PONTISSARA.

1280. *Edw.* 1.9. RIchardus de la More ſacræ Theologiæ Doctor, Epiſcopus Wintonienſis tum deſignatur. At Peckamus fraterculus, Cantuarienſis tunc temporis Archiepiſcopus, hoc illi pro magnō flagitio imputans, quod ſine diſpenſatione ſacerdotium plus quam vnum poſſideret; eo munere indignum illum pronunciauit. Pontifex igitur Romān' qui hac tempeſtate, pręſulatus vbique pro ſuo libitu cœpit diſponere, Ioanni de Pontiſſara Academiæ Oxonienſis quandoque Cancellario, hunc Wintonienſem tanquam ſui iuris contulit. Huic cum monachis Eccleſię ſuæ male conueniebat, quorum portiones multum dicitur minuiſſe vt ſuos augeret reditus. Obijt anno 1304. cum annos ſediſſet plus minus 24. Tumulum habet in auſtrali pariete presbyterij his verbis inſcriptum:

Defuncti corpus, tumulus tenet iſte Ioannis
Pountes, Wintoniæ præſulis eximij.
Obijt anno Dom: 1304.

46. HENRICVS WOODLOCK.

1304. *Edw.* 1.33. SVcceſſit Henricus Woodlock, Roberto Winchelſeio Cantuarienſi Archiepiſcopo in exilium per Edwardum primum Regem pulſo, qui proditionis crimen illi impegerat, contigit hunc Epiſcopum pro eo apud Regem intercedentem Dominū ſuum Archiepiſcopum appellare; quod ille tam grauiter tulit, vt illico bona eius omnia ærario addixerit & ipſum protectionis regię exortem pronunciarit. Quomodo ex his difficultatibus eluctratus ſit non comperi. Rege vero paulo poſt defuncto, Edwardum ſecundum eius filium, Archiepiſcopo prædicto annuente coronauit Ianuarij 22. 1307. & anno 1316. fato conceſſit, cum annos ſediſſet ferme 13.

47. IOANNES SANDALLVS.

1316. *Edw.* 2.10. IOannes quidam Sandallus ſucceſſit, quem Walſingamus Kendallum nominat. Fuit Angliæ primum Theſaurarius,

ac

ac deinde Cancellari°, consecratus anno 1316. & cum annos vix 4. sedisset, fato functº est 1320.

48. REGINALDVS ASSERIVS.

HVic sedi tum intrusus est à Papa, Reginaldus de Asser Legatus eius, Rege frustra irato. Recusante Cantuariensi Waltero, per Londinensem sacratur Episcopum; cumq; annos sedisset circiter duos, decessit 1323. 1320. *Edw.2. 14.*

49. IOANNES *de* STRATFORD.

IOannes de Stratford Legum Doctor successit. Quando huic sedi annos 10. prefuisset, Cantuariam translatus est anno 1333. Anglię vero interea per annos 4. fuit Cancellarius. 1323. *Edw.2. 17.*

50. ADAMVS *de* ORLTON.

ADamus de Orlton, siue Tarltonus legum Doctor Oxonienſis Herefordię natus, consecratus est in Episcopum Herefordensem Sept. 26. 1317. In Parliamento Londini coacto multi sunt accusati proditionis, quod Mortimero & alijs Baronibus suppetias tulissent contra Regem, interque eos, Episcopus Herefordensis. Qua de re, audi si placet authorem Antiquitatum Britannicarum, sic loquentem. *Episcopus Herefordensis Adamus à Regijs lictoribus deprehensus, & pro tribunali causa de læsæ maiestatis crimine dicere iussus est. Ac obiectis criminibus, pulsatus conuitijs & opprobrijs, cum diu obmutuisset, tandem sic ora reselvit. Domine Rex, vestra regia maiestate semper salua, Ego I. Ecclesiæ Dei minister humilis ac membrum, & Episcopus consecratus, licet indignus, ad tam arduа nequeo respondere, nec debeo absque Domini Cantuariensis Archiepiscopi, post summum Pontificem mei imediati iudicis, & aliorum patrum Episcoporum, meorum parium conniuentia vel consensu. Quo dicto, Archiepiscopi & Episcopi qui interfuerunt assurgentes, Regi pro collega suo interceſſerunt: Cumque Rex exorari nollet, totus Clerus Episcopum à Regis iudicio subeundo, tanquam Ecclesiæ membrum, vendicauit. Quorum actus clamoribus Rex cum Cantuariensi Archiepiscopo custodiendum,* 1333. *Edw. 3.7.*

alias

alias de criminibus responsurum tradidit. Sed paulo post, Regio iussu iterum captus & ad Regium tribunal ductus est. Qua re Episcopis qui Londini fuerant nunciata, Cantuariensis, Eboracensis & Dublinensis Archiepiscopi, crucibus erectis, decem alijs Episcopis magnaque huiusmodi caterua comitati, ad locum iudicij magna celeritate contendunt. Quorum aduentu fugatis ministris Regijs, confratrem & coepiscopum suum à cunctis derelictum ac solum, in custodiam suam susceperunt: Eoq; abducto, illico sub anathematis pœna indixerunt, ne quis ei manus violentas injicere præsumat. Rex hac Cleri audacia commotus, eo absente inquisitionem de suis perpetratis legitimam instituit. Ita conuocatis laicis (nam Clerici, iudicijs interesse, ac præsertim capitalibus, ne regia tunc authoritate adduci aut cogi poterant) proposita sunt crimina, quæ certis iam distincta formulis & articulis, ante Herefordensi obiecta fuerant. Et iureiurando astricti, inbentur vt inquisitione per legitimas coniecturas factique euidentiam ex iuris præscripto habita, reque tota inter se perpensa & communicata, quid de articulorum veritate crederent, communi responso referrent. Illi siue metu Regis, siue Episcopi odio, siue rei veritate aut probabilitate ducti, respondent, Episcopum Herefordensem omnium criminum in articulis comprehensorum sibi reum videri. Quo responso approbato, Rex Episcopum proscripsit, prædia eius omnia in suam custodiam cœpit, & bonis omnibus spoliauit. Hic post creatos in Anglia Episcopos, primus laicalia iudicia subijt. Hacten° author prędictus. Hic igitur qui Regem iam antea satis oderat, contumelia tam invsitata iritatus; Isabella Regina res nouas moliente & maritum Regem in ordinem redigere satagente, si Reginę partib° studuerit, haud equidem miror. Illa proinde cum Oxoniæ esset vna cũ filijs, magno exercitu stipata, conscenso pulpito, hic bonus Episcopus concionem habuit, in qua themate assumpto, *Dolet mihi caput*, ostendere conatus est, caput insanum, nec adhibitis oportunis remedijs conualescens, corpori dominari non debere. Rege vero tandem in potestatem suam redacto; metuens, ne si forte rerum ille quoquo modo potiretur, facinorum suorum pœnas lueret condignas; Reginæ sceleſtus, author fuit, vt Regem primo quoque tempore è medio tollendum curaret.

eſt, ſi omnia vænalia eam pecuniam ter auctiorem reddant hodie, quam quæ ante trecentos annos pro mercibus conſimilibus pendebatur. Hinc etiam provenit, quod principes nobileſque noſtri, maiorũ ſuorum magnificentiam & ſplendorem conſequi, aut ex priſtino cenſu tueri haudquaquam valeant; ex priſtino inquam cenſu, qui quanquam numerum fortaſſis parem, pondus tamen & quantitatem non paulo reddit minorem. Sed vt ad Edendonum noſtrum redeamus, fuit is etiam Angliæ Cancellarius, & anno 1366. paulo antequam moreretur in Archiepiſcopum Cantuarienſem electus, quam dignitatem dicitur non ſine cauilla recuſaſſe, Cantuariæ dicens Cratem pabularem altiorem quidem, ſed Wintoniæ præſepeopimius repereri; ſedem hanc innuens quanquam dignitate inferiorem, opibus tamen & redditibus affluentiorem fortaſſis cenſendam. Edendoniæ (vbi natus eſt) pro illo hominum genere quos Gallico vocabulo Bon-hommes appellamus, cœnobium condidit, quod eo tempore quo euerſum eſt annuos prouentus habuit 521li. 12s. 5d. ob. Obijt anno 1366. cum huic Eccleſiæ præfuiſſet annos ferme 21. & humatus iacet ab auſtrali parte aditus qui ducit ad chorum, vbi tumulum habet alabaſtrinum ſane non inelegans, ſed Epitaphio parum eleganti inſcriptum, quod tamen adijcere non pigebit.

Edindon natus Willmus hic eſt tumulatus,
Præſul prægratus, in Wintonia cathedratus.
Qui pertranſitis, eius memorare velitis.
Prouidus & mitis auſit cum mille peritis.
Peruigil Anglorum fuit adiutor populorum,
Dulcis egenorum pater & protector eorum.
M. C. tribus iunctum, poſt L. X. V. ſit I. punctum.

Wickhamus ſucceſſor, executores teſtamenti eius in ius vocatos, damnauit, & recuperauit ab eis pro ædificijs caducis ruinamque minitantibus, 1662li. 10s. præter boues 1556. verueces 4717. ouiculas 3521. agnos 3521. & ſues 127. quibus animalibus Epiſcopatus prædia tunc temporis erant inſtructa.

52.

Anno 1. Edward VI.

A Parliament holden at Westminster the fourth day of November, in the first year of the reign of our Sovereign Lord Edward the Sixth, by the grace of God, King of England, France, and Ireland, Defender of the Faith, and in Earth, under Christ, of the Church of England and Ireland the Supreme Head: Which Parliament was prorogued by the said King to the twenty-third day of December, and from thence to the twenty-seventh day of January, and from thence to the fourth day of February, and from thence to the first day of March, and from thence to the fourth day of March, and from thence to the twenty-first day of March, and from thence to the fourth day of November, in the second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-sixth day of November, in the third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-seventh day of January, in the fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-second day of February, in the fifth year of the said King's reign, and from thence to the fourth day of November, in the sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-third day of April, in the eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fourth day of November, in the ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the tenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the eleventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the twelfth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the thirteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the fourteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the fifteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the sixteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the seventeenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the eighteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the nineteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the twentieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the twenty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the twenty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the twenty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the twenty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the twenty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the twenty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the twenty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the twenty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the twenty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the thirtieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the thirty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the thirty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the thirty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the thirty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the thirty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the thirty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the thirty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the thirty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the thirty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the fortieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the forty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the forty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the forty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the forty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the forty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the forty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the forty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the forty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the forty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the fiftieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the fifty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the fifty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the fifty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the fifty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the fifty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the fifty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the fifty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the fifty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the fifty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the sixtieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the sixty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the sixty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the sixty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the sixty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the sixty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the sixty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the sixty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the sixty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the sixty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the seventieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the seventy-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the seventy-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the seventy-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the seventy-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the seventy-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the seventy-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the seventy-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the seventy-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the seventy-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the eightieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the eighty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the eighty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the eighty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the eighty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the eighty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the eighty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the eighty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the eighty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the eighty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the ninetieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the ninety-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the ninety-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the ninety-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the ninety-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the ninety-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the ninety-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the ninety-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the ninety-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the ninety-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundredth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and tenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and eleventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and twelfth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and thirteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and fourteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and fifteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and sixteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and seventeenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and eighteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and nineteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and twentieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and twenty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and twenty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and twenty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and twenty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and twenty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and twenty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and twenty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and twenty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and twenty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and thirtieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and thirty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and thirty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and thirty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and thirty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and thirty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and thirty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and thirty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and thirty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and thirty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and fortieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and forty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and forty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and forty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and forty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and forty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and forty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and forty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and forty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and forty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and fiftieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and fifty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and fifty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and fifty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and fifty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and fifty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and fifty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and fifty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and fifty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and fifty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and sixtieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and sixty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and sixty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and sixty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and sixty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and sixty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and sixty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and sixty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and sixty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and sixty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and seventieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and seventy-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and seventy-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and seventy-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and seventy-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and seventy-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and seventy-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and seventy-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and seventy-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and seventy-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and eightieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and eighty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and eighty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and eighty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and eighty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and eighty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and eighty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and eighty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and eighty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and eighty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and ninetieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and ninety-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and ninety-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and ninety-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and ninety-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and ninety-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and ninety-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the one hundred and ninety-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the one hundred and ninety-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the one hundred and ninety-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundredth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and tenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and eleventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and twelfth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and thirteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and fourteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and fifteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and sixteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and seventeenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and eighteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and nineteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and twentieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and twenty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and twenty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and twenty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and twenty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and twenty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and twenty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and twenty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and twenty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and twenty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and thirtieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and thirty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and thirty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and thirty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and thirty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and thirty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and thirty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and thirty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and thirty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and thirty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and fortieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and forty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and forty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and forty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and forty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and forty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and forty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and forty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and forty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and forty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and fiftieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and fifty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and fifty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and fifty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and fifty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and fifty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and fifty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and fifty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and fifty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and fifty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and sixtieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and sixty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and sixty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and sixty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and sixty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and sixty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and sixty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and sixty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and sixty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and sixty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and seventieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and seventy-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and seventy-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and seventy-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and seventy-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and seventy-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and seventy-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and seventy-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and seventy-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and seventy-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and eightieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and eighty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and eighty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and eighty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and eighty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and eighty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and eighty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and eighty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and eighty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and eighty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and ninetieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and ninety-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and ninety-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and ninety-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and ninety-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and ninety-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and ninety-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the two hundred and ninety-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the two hundred and ninety-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the two hundred and ninety-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundredth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and tenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and eleventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and twelfth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and thirteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and fourteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and fifteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and sixteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and seventeenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and eighteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and nineteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and twentieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and twenty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and twenty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and twenty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and twenty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and twenty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and twenty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and twenty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and twenty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and twenty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and thirtieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and thirty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and thirty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and thirty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and thirty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and thirty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and thirty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and thirty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and thirty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and thirty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and fortieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and forty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and forty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and forty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and forty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and forty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and forty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and forty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and forty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and forty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and fiftieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and fifty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and fifty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and fifty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and fifty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and fifty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and fifty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and fifty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and fifty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and fifty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and sixtieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and sixty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and sixty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and sixty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and sixty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and sixty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and sixty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and sixty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and sixty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and sixty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and seventieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and seventy-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and seventy-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and seventy-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and seventy-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and seventy-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and seventy-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and seventy-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and seventy-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and seventy-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and eightieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and eighty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and eighty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and eighty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and eighty-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and eighty-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and eighty-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and eighty-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and eighty-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and eighty-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and ninetieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and ninety-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and ninety-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and ninety-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and ninety-fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and ninety-fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and ninety-sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the three hundred and ninety-seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the three hundred and ninety-eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the three hundred and ninety-ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the four hundredth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the four hundred and first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the four hundred and second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the four hundred and third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the four hundred and fourth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the four hundred and fifth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the four hundred and sixth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the four hundred and seventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the four hundred and eighth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the four hundred and ninth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the four hundred and tenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the four hundred and eleventh year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the four hundred and twelfth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the four hundred and thirteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the four hundred and fourteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the four hundred and fifteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the four hundred and sixteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the four hundred and seventeenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the four hundred and eighteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the four hundred and nineteenth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the four hundred and twentieth year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the four hundred and twenty-first year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of April, in the four hundred and twenty-second year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of November, in the four hundred and twenty-third year of the said King's reign, and from thence to the twenty-fifth day of January, in the four hundred and twenty-fourth year of the said

novis ædificijs augebat & ornabat, Doveriæ, Windeſoræ, Henleyæ, Quinboroæ, & Yeſtanſtedæ. Solertia hominis perſpecta, hijs ſtructuris eum præfecit; quas ea & fide & prudentia procuravit, vt multum inde gratiæ apud Regem comparaverit,& eos brevi fructus perceperit,qui hominibus apud Principes gratioſis ſolent provenire, honores magnos, opum affluentiam. Et hic abs re fortaſſis non fuerit memoraſſe,turrim quandam in arce Windeſorenſi ipſo curante extructam, quæ ab ipſo Wintonienſi poſtmodum Epiſcopo Turris Wintonienſis denominata cenſetur.In huius interiori quodam pariete inſculpſiſſe dicitur hæc verba(quæ tam appoſite & facete Latine nequeunt exprimi) **This made Wickham**, id eſt, *Hoc fecit Wickham*. Quæ loquutio, in Anglicana lingua, quæ caſibus raro diſcriminatur, tam ambigua eſt, vt incertum ſit inde, vtrum is turrim, an turris eum dicatur è pulvere excitaſſe. Hoc Regi à calumniatoribus quibuſdam in eius inuidiam ita delatum eſt, quaſi Wickhamus omnem extructi ædificij laudem ſibi arroganter vendicaſſet. Quod cum Rex iniquo animo tuliſſet, eiq; probroſe obiecciſſet;Non ſibi tam magnificæ regiæq; ſtructuræ laudes adſcripſiſſe; ſed ſtructuræ huic ſuas dignitates acceptas ſe retuliſſe,reſpondit. Nec enim (inquit) ego hanc turrim effeci, ſed effecit turris, vt ego ab ima conditione tanquam è terra exurgens, ad Regis gratiam, opes & honores eveherer. Sacerdotium quod primum obtinuit, fuit S. Martini rectoria Londini; tum collegij eidem ſancto dicati Decanus factus eſt; ac ſucceſſive, Lincolnienſis,Northamptonenſis,& Buckingamenſis Archidiaconus, donante Bokingamo veteri amico, Lincolnienſi tum Epiſcopo,quocum fere ſolo (niſi forte etiam cum Simone Burleio Equite poſtmodum aurato magni nominis) Oxoniæ verſati familiariter conſueverat. Deinde præter iſta, Præpoſituram habuit Eccleſiæ Wellenſis & alibi Præbendas ſiue Canonicatus duodecim, ſacerdotiaque cum cura plus quam ſatis. Adhæc muneribus præfuit multis quæſtuoſiſſimis,laicis hominibus ſæpe demandari ſolitis,factus Secretarius Regius Priuati Sigilli Cuſtos, pupillorum regiorum Præfectus & Regis in Gallia proventuum Quęſtor,vt de alijs mul-

multis nihil dicam, quorum nomina iam adeo ſunt obſoleta, vt quid ſibi velint non intelligam. Eccleſiaſticarum vero promotionum fructus, ſecundum taxationem à Pontificijs Legatis antiquitus factam, creſcebant annuatim ad 876.l.13.s. 4.d. In Wintonienſem Epiſcopum conſecratus eſt anno 1367. & paulo poſtea Angliæ conſtituitur Cancellarius. Sunt qui aſſerant (quod mihi nondum eſt exploratum) Theſaurarium porro fuiſſe. Fuerit vero necne, certo hoc certius eſt, multos poſt conſecrationem eius annos, omnia grauiſſima regni negotia, illi⁹ curę fideiq; à ſapiẽtiſſimo rege demãdata. Ex hac potentiæ eius amplitudine bina Rex commoda percepit; Primum, quod omnia ſine ſua ſollicitudine pulcherrime haberet adminiſtrata, vtpote à ſervo fideliſſimo prudentiſſimoque. Alterum, quod ſi quid vſpiam incommodi accidiſſet (& accidere nonnunquam erat neceſſe) eiuſce rei culpam ac dedecus à ſe iam poterat amoliri & in Wintonienſem reijcere. At enim cum per magna diuturnaq; bella (in quibus plerunq; tam victor quam victus paulatim conteritur) abſumptum fuiſſet, non id tantum quod celeberrimę aliquot victorię invexerant, captis duobus Regibus, & opulentiſſimis regionibus ſubactis, inq; ditionem redactis; vetum & alia ingens pecunia quam ad bellorum ſumptus ſubditi magna alacritate contulerant; ac æris deinde alieni tantum contractum fuerit, vt ad diſſolvenda nomina Regi iam opus fuerit artificio aliquo quo loculos ſubditorum iterum expugnaret: Arripuerunt hinc occaſionem, invidi nonnulli quos adminiſtratio & livor (vt fit) in Epiſcopum concitarant, perſuadendi Regi, ad rem quam pararet nihil fore conducibilius, quam Wintonienſi accuſationem intentari, quaſi is plurima vel intervertiſſet nequiter, vel praue adminiſtrando vaniſſime abſumpſiſſet; fierique non poſſe vt pecunię ſumma tã ingens tam citò fuerit dilapſa. Hoc cum placeret conſilium, accuſatio magno cum tumultu inſtituitur. Accepiſſe eum oſtendunt mille librarum millia prætereaq; 109600. ac deinde etiam à Duce Mediolanenſi Galeacio, francorum millia centena. Huius pecuniæ ſummæ tam immanis, rationem ſubito depoſcunt, ac inſuper multa comminiſcuntur,

partim

partim falſa, partim futilia, quibus tamen ſperarent, plebis oculis caligine offuſa, huiuſce incommodi invidiam in eum reijciendam. Iſtorum omnium facile Princeps erat Ioannes Gādavenſis Lancaſtriæ Dux, qui Edwardo principe demortuo, Regis iam filius erat natu maximus, quiq; ob cauſam mihi non ignotam (quam tamen perſcribere fortaſſis non erit ex vſu) Epiſcopum implacabili odio proſequebatur. Hic Rege iam ſenio languente, cum omnia fere regni negotia ſolus obiret, per Gulielmum Skipwith ſummum Angliæ Iuſticiarium, tanquam omnium criminum obiectorum reum Wickhamum noſtrum facile curat damnandum. Tumq; omnia Epiſcopatus temporalia (vt loquuntur) ablata, Richardo Walliæ Principi conferuntur regni hæredi, ac Epiſcopo denunciatum ne ad viceſimum ab aula Regia lapidem accederet. Anno 1376. hoc illi exhibitum eſt moleſtiæ, quod ſcenæ mox in Parliamento agendę prologum dicere poſſis aut prędudium, cuius finis & ſcopus pecunia erat ſubſidij nomine impetranda, ad quam per inſontis præſulis vexationem via ſternebatur. Clero tum congregato cum vehementer doleret, virum de rep. tam præclare meritum, tam indignis modis exagitari, (neq; enim quenquam paulo naſutiorem latebat, quanta cum fidelitate, ſolertia, integritate, patriæ ſuæ commodis iam inde ab eo tempore quo ad remp. gerendam acceſſerat invigilaſſet) De re quapiam propoſita tractare aut verba facere pertinaciter recuſarunt, priuſquam Wintonienſis Epiſcopus cœtus indicti membrum (vt aiebant) præcipuum, vocatus acceſſiſſet. Hoc pacto commeatu impetrato, Londinum venit libenter, ſperans ibi loci per amicos de integra eius reſtitutione aliquid cōfici poſſe. Verum is qui non niſi magna famulorum caterva ſtipatus iter facere conſueverat; ſive quod pecunia indigere vellet videri qua ſumptus toleraret, ſive vt miſerationem apud vulgum commoveret, ſiue tutius id eſſe exiſtimans ad inſidiantes inimicos fallendum; raro cum famulitio, haud regia via incedens, per diverticula iter inſtituit quaſi ab invidis vim metuens. Poſtquam per ſeſquiannum his ærumnis fuiſſet exercitus & iacturam pertuliſſet decem millium marcarum; temporalium reſtitutionem

Cum Gratia & Privilegio Regiæ Majestatis.

ſus eſt, aliquid cœpiſſe potius quam præſtitiſſe ea in re videatur. Sedi ſuæ ſumptu non exiguo magna à Regibus Priuilegia impetravit. Viginti marcarum millia in reparatione ædificiorum Epiſcopalium impendit. Pauperibus qui cum nominibus non eſſent diſſolvendis, in vinculis eam ob cauſam erant detenti, duo dedit librarum millia quib. æs alienũ exoluerent. Viam quæ Wintonia Londinum ducit vniverſam munivit egregie. Miniſtris ſuis condonavit duo marcarum millia ſibi ab illis debita. Clientibus ſuis remiſit 520. libras ſibi ad primum Epiſcopatus ingreſſum debitas. Cantariam Suthwici ordinavit pro quinque ſacerdotibus. Viginti quatuor pauperes in familia ſua ſemper habuit. Studioſis 50. in Academia ſeptem per annos antequam Collegia ſua inſtituta eſſent alimenta exhibuit. Et in loco vbi parentes ſui tumulati ſunt, Capellam vti antea memoravimus conſtruxit. Monumentum denique paravit ſibi in quo conderetur, inter duas columnas in navi Eccleſiæ ſuæ prędicta ſitum. Ac iſta quidem tam magnifica poſtquam pręſtitiſſet, teſtamento tamen condito legavit 6270. libras Anglicanas, & pecuniam numeratam reliquit in loculis vnde legata ſoluerentur. Hæredi prædia contulit quæ redderent annuatim centum libras; & domos Epiſcopales omnes pretioſa ſupellectile affluenter inſtruxit. Hæc poſtquam geſſiſſet, tam præclara tam memorabilia, vitæ longiſſimæ curriculum octogenarius peregit ſub finem Septembris anni 1404. & in loco à ſe diu antea prępărato eſt conditus. Inſculptum ibi legitur Epitaphium, illius ſeculi barbariem redolens, quod tamen non inſerere piaculum duxerim.

Wilhelmus dictus Wickham iacet hic nece victus,
Iſtius Eccleſiæ Præſul, reparauit eamq;.
Largus erat dapifer, probat hoc cum diuite pauper.
Conſiliis pariter regni fuerat bene dexter.
Hunc docet eſſe pium fundatio Collegiorum.
Oxoniæ primum ſtat, Wintoniæque ſecundum.
Iugiter oretis tumulum quicunque videtis,
Pro tantis meritis vt ſit ſibi vita perennis.

Wasserkunst.

Wasserkunst, Wasserwerk, Wasserhebung, Wasserleitung, Wasserbau, Wasserbaukunst, Wasserbaumeister, Wasserbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeister, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeister, Wasserbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeister, Wasserbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeister, Wasserbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeister, Wasserbaumeisterkunst, Wasserbaumeisterwerk, Wasserbaumeisterhebung, Wasserbaumeisterleitung, Wasserbaumeisterbau, Wasserbaumeisterbaukunst, Wasserbaumeister, Wasserbaumeister

continua maximaq; bella ære alieno ingenti contracto; in opes Ecclesiæ(quæ id temporis ad summum pervenerant)oculos cœpit conijcere. Neque deerant permulti, qui ex spolijs eiusdem inopiam suam sublevaret, hortarentur. Quapropter Præsul hic noster (qui Divitis Cardinalis Elogio plurimum innotescit) vt huic malo tum primum pullulanti obviam iret,viginti librarum millia ex suis loculis deprompta, nepoti Regi mutuo dedit. Martinus quint° Papa,bellum contra Bohemos gesturus,quod tyrannidis Pontificię iugum excussissent; hunc Cardinalem constituit Legatum suum, ita nimirum appellare placuit, quem revera copiarum suarum ducem & Imperatorem constituit. In huiusce expeditionis sumptus, omnium Ecclesiasticarum proventuum decima à Clero concessa est. Copijs ea pecunia conductis ad 4000. per Galliam (vbi contra patriæ suæ hostes rem fortiter satis aliquandiu gessit) in Bohemiam penetravit anno 1429.Inde post aliquot mensium moram revocatus à Pontifice; hominis cum non instrennui, tum egregie prudentis laudem reportavit. Vix dum ex ephebis egressus, sane antequam initiaretur sacris ordinibus, filiam genuit nomine Ianam ex Alicia, Richardi Arundelliæ Comitis filia,Archiepiscopi Cantuariensis sorore, quam postea desponsavit Edwardo Stradling è Comitatu Glamorganensi Equiti aurato, Ioannis Stradling Baronetti atavo; cuius vtrum eruditionem egregiam aliasque animi virtutes regio sanguine dignas an erga me summam benevolentiam, nescio magis suspicerem ac exoscularer, nisi quæ reip.prosunt privatis commodis anteferenda perspicerem. Ad senium vero quamprimum cœpit vergere Cardinalis hic noster,in Ecclesię sibi commissæ curâ totus incubuit,nisi quatenus reip. gerendæ necessitas,ab Ecclesiasticis ad politica invitum nonnunquam revocarunt. Inter alia bona opera ab illo præstita, memoratur præcipue Xenodochium siue nosocomium prope illud S.Crucis Wintoniæ quod prædijs dotavit, annuas 158. libras & 12.s.atq; denariorum 4.reddentibus, ac insuper transferri ad id curavit, quicquid ad Collegium de Fordingbridge spectavisset. Alebantur in eo Præses (Magister appellatus) capellani 2. pau-

pauperes 35. & mulieres quę eos curarent ęgrotos 3. Obijt Aprilis 11. 1447. cum Epiſcopatui Wintonienſi annos præfuiſſet 41. à tempore vero quo primum conſecratus eſt annos quinquaginta. Præter Thomam Bourchier, qui Pontificatus diuturnitate hunc vno anno ſuperavit, Anglorum opinor nemo tam diu conſecrationi ſupervixt. Conditus iacet in tumulo non ineleganti pone ſummum altare ad auſtrum verſus. Epitaphij vero prętęr hæc verba nihil ſupereſt, *Tribularer ſi neſcirem miſericordias tuas.* Angliæ Cancellarium diverſis vicibus ter extitiſſe traditur; (ſemel nimirum per biennium dum adhuc Lincolniæ ſederet, & bis Wintoniæ, per annos primum quatuor, deinde iterum biennali ſpacio)necnon, Hieroſolymam vſque anno 1417. laborioſo iuxta ac periculoſo itinere profectum.

54. GVLIELMVS WAYNFLET.

VIr magnus & memorabilis ſucceſſit, Gulielmus Waynfletus, collegij Eatonenſis (tum nuper ab Henrico 6. rege fundati) præpoſitus, qui nouem fere per annos Angliæ fuit Cancellarius, videlicet ab Octob. 11. 1449. donec Iulij 7. 1458. paulo ante prælium Northāptonenſe vltro abdicauit, tradito Regi magno Anglię ſigillo. Fili⁹ hic fuit natu maxim⁹ Rich. Pattin antiquę proſapię nobilis, & frater Ioan. Pattin Decani Ciceſtrēſis, ac Rich. Pattin qui Baſloæ vixit in Comitatu Derbienſi, vbi liberos reliquit, quorum poſteri quantum audio in illis adhuc regionibus reperiuntur. Hinc patet cognomen illi genuinum fuiſſe Pattini, Waynfleti aſcititium, ex more illius temporis Clericorum (à Monachis ac fraterculis donec ij in noſtra Anglia diſparuerint vſurpato) qui nomen plerunq; aſſumpſerunt ex loco vbi nati ſunt, ſicuti in Wickhamo alijſq; quam plurimis facile oſtenditur. Gulielmus iſte, ſiue Waynflet⁹, ſiue Pattin⁹, educat⁹ eſt in Collegijs Wickhamicis, Wintoniæ primū, deinde Oxonij donec Ludimagiſter Wintonienſis ſcholæ cōſtitut⁹ eſt, quam annos 12. moderat⁹; ab Henrico 6. Rege (cui hominis eruditio non vulgaris, cum pietate ac prudentia inſigni coniunctę ſatis erant perſpectæ) in Eatonenſis ſui collegij Præpoſitum aſcitus eſt. Conſecratus

1447. *Hen. 6. 26.*

eſt Iulij 30. 1447. & annos ſedit 39. Temporis ſpacium ſanè quam longum; quo tamen à Beaufordo Bourchiero & alijs ſuperatus eſt, qui pietatis monumenta poſteris haud reliquerunt cum Waynfletianis vllo modo comparanda. Neq; tamen dubium eſt, maiora multo eum præſtiturum, niſi bello illo inteſtino Eboracenſium ac Lancaſtrenſium toto fere præſulatus ſui tempore exagitata Anglia, temporum infœlicitate impeditus, voti ſui compos eſſe nequiverit. Patronum ſuum Henricum 6. poſt plurimas acceptas clades, deſerere tamen nunquam ſuſtinuit. Illo igitur devicto, ac tandem in carcere indigna nece affecto; Victor Edwardus 4. cui erat exploratum quanta fidelitate Hērico hoſti ſuo adhęſiſſet, alieno ſemper fuit erga illum animo. Temporis tamen ſpacium tam longinquum & opulentiſſimi Præſulatus redditus, facultatem illi ſuppeditarunt, Collegij Magdalenenſis Oxoniæ inſtituendi, cui, in toto Chriſtiano orbe haud temere reperias aliud conferendum, ſi magnificentiam ſtructuræ, reddituum amplitudinem, politiam & adminiſtrationem, ac denique omnium partium inter ſe mutuam concinnitatem, ſpectemus, quas in alio quoquam coniunctas tam præclaras, vt omnibus numeris perfectius liceat dicere, nullibi quantum auguror invenias. Hic tantus vir mortalitatem exuit Auguſti 11. 1486. cum magna ſua lætitia, regnum, Lancaſtrenſi familiæ in Henrico Septimo reſtitutum vidiſſet. Ita vt inter tempus conſecrationis Gulielmi Wickham ac iſtius Præſulis obitum, anni interceſſerint, quam 119. non pauciores. Conditus iacet in tumulo qui eſt è regione monumenti Beauſortio poſiti, cui etiam forma (quantum memini) haud diſſimilis. Epitaphij vero (quod me male habuit) nihil ibi potui reperire. Sed iſta quid ego memoro? monumentum habet ære perennius, Collegium antedictum; & multorum Epitaphiorum inſtar, vitam eius, ceu vero nomine appellandam παλιγγενεσίαν, à Gulielmo Buddeno legum doctore Collegij ſui alumno eloquentiſſime deſcriptam.

55.

55. PETRVS COVRTNEIVS.

NOuembri menſe anni 1477. conſecratus eſt in Epiſcopum Exonienſem, Petrus Courtneius, Philippi Courtneij de Pouderham equitis aurati filius, & Elizabethæ, quæ Walteri Baronis Hungurfordi fuit filia, Legum Doctor Paduæ creatus, ſed Oxonię incorporatus. Qui ſub exitum anni 1486. ad Winton. ſedem tranſlatus eſt. Campanile quod eſt ad aquilonarem Exonienſis Eccleſiæ partem non dum abſolutum, magnis impenſis perfecit & nola prægrandi inſtruxit, quę propter pondus immenſum, ſine multorum hominum labore non poteſt pulſari, eamq; ob cauſam duplicem habet rotam funeſq; binas quarum ope circumagatur. Obijt Sept. 22. 1492. cum annos hic præfuiſſet ſex, & in Eccleſia ſua Wintonienſi ſepultus eſt. 1468. *Henr. 7. 2.*

56. THOMAS LANGTONVS.

QVando annum iam integrum ſedes vacaſſet, transfertur huc ab Eccleſia Sarisburienſi Thomas Langtonus, qui anno 1483. in Epiſcopum Meneuenſem conſecratus, poſt biennium Sarisburiam migrauerat. Wintonię ſedit annos 7. & Cantuarienſis deſignatus Archiepiſcopus, ante tranſlationem perfectam, peſte correptus interijt anno 1500. Capellam conſtruxit ab auſtrali parte Eccleſię ſuę Wintonienſis, in cuius medio, conditus iacet ſub marmoreo tumulo elegantiſſimo. Socius hic olim fuit Aulæ Pembrochianæ Cantabrigię, ac in eius rei memoriam craterem argenteum deauratum ponderis 67. vnciarum, Aulæ dedit prædictæ, his verbis inſculptum. *Thomas Langton Winton: Epiſcopus, aulæ Pembrochianæ olim ſocius, dedit hanc taſſiam coopertam eidem Aulæ* 1497. *Qui alienarit anathema ſit.* 1493. *Henr. 7. 9.*

57. RICHARDVS FOXVS.

QVo tempore Henricus Richmondiæ Comes Venetijs moram trahens, ab optimatum quamplurimis rogatus vt Angliam, per ſceleratiſſimum parricidam tyrannidis iugo miſere afflictam & oppreſſam, in libertatem vindicaret 1502. *Henr. 7. 18.*

dicaret sibi regnum asserendo, cui rei ille fœliciſſime poſtea dedit effectum: Vt tantæ molis negotio præsidium compararet, à Gallorum rege copias decreuit petere quibus tyrannum expugnaret. Lutetiam igitur accedens, Regi Carolo octauo rem tantum aperuit, & occupationū plenus alio se conferens, vt petitionem vlterius persequeretur, reliquit Richardum Foxum tūm Parisijs agentem, qui Oxoniæ legū Doctor fuerat creatus, quanquam Cantabrigię incorporatus Aulæ Pembrochianæ Præses, siue (vt loquimur) Magister euaserit. Vtrum is iam antea Comiti innotuerit, vel tum primo statim congressu prudentiam hominis insignem habuerit perspectam, me latet. Hoc certum est, quod idoneum iudicaret qui tanti momenti tractaret negotium. Neque vero opinione falsus est. Hic namq; ea rem gessit solertia, vt breui temporis spatio ex animi sententia confecerit omnia. Quapropter Comes regni postea potitus, huius officij memor, primum custodiam illi demandauit priuati sigilli, deinde Secretariū summū eum declarauit, & in numerum eorum asciuit qui sibi essent ab arcanis consilijs, & promotionib⁹ Ecclesiasticis paruo temporis spatio bene onustum reddidit. Interea vēro eius consilio domi, & foris, in legationibus obeundis opera plurimum vsus est. Regni anno secundo in Scotiam missus est ad fœdus ineundum cum illius gentis Rege. Vix inde reuersus, ad Episcopatum Exoniensem per Courtneij translationem vacantem postulatur. Ibi cum sedisset annos 6. ad Ecclesiam Bathonensem ac Wellensem, & inde post biennium Dunelmum transfertur. Sed neque hic figit pedem. Post sexennium Wintonię tandem consedit, vbi reliquum deinde ætatis in magna tranquillitate transegit. Rex siquidem longe prudentissimus, in illius tamen consilio vnice acquieuit, vt gratia & authoritate nemo vnquā apud ipsum fuerit validior. Inter multos quos illi detulit honores, haud postremo loco numerauerim, quod Henrico filio natu minori (qui postea Rex fuit) susceptorem delegerit, qui sacro fonte baptisatum leuaret. Vna tandem res fœlicitatem hanc nimiam ad temperiem redegit, ne dicam euertit. Aliquot ante mortem annos oculis captus, ac cœcus, vixit. Vnde

non

Digitized by Google

58. THOMAS WOLSEIVS.

1530. *Henr.*8.32. DE Wolſæo qui ſucceſſit, hęc breuiter hic loci tradidiſſe ſufficiat; Epiſcopatus Tornacenſis(tum nuper ab Henrico 8. expugnata ciuitate) adminiſtrationem ad temp⁹ eum habuiſſe,Lincolnienſem deinde factum Antiſtitem,ac poſtea Eboracenſem Archiepiſcopum,& Cardinalem tandem creatum anno 1515. quando prioribus non contentus, Epiſcopatum Bathonenſem & Wellenſem primum, eoque reſignato Dunelmenſem aſſumpſit in Commendā,(vt loquimur) ac illo etiam tandem relicto Wintonienſem, cui longo tempore inhiauerat, ſed longo tempore potiri nequiuit, anno non dum circumacto(Nouembris videlicet 29.1530.)morte ſublatus.

59. STEPHANVS GARDINERVS.

1534. *Henr.*8. 26. QVatuor ferme annos Eccleſia Wintonienſis poſt Foxi obitum, Epiſcopo manſit deſtituta. Stephanus tandem Gardinerus legum Doctor & aulę S. Trinitatis Cantabrigię Præſes, Edmundoburgi in Comitatu Suffolcienſi natus, ad eius prę ſulatum Regis beneficio euectus,conſecratus eſt anno 1534.Annos poſtea quatuordecim exactis,videlicet Iunij 30. 1548. in arcem Londinenſem coniectus eſt, quod pridie dogmata quædam pro concione non expoſuiſſet ad crucem Paulinam,provt à Conſiliarijs Regijs ſibi fuerat imperatum. Deinde poſt biennium, quod reformationem tum inſtitutā in Eccleſia nollet probare, Epiſcopatu priuat⁹ eſt, & in vinculis retentus, quandiu vixit Edward⁹ ſextus Rex. Cæterum Maria regno potita, non ſolum liberatus eſt è carcere,ſed Epiſcopatui illico reſtitutus, & Auguſti 23. 1553. Anglię Cancellarius renunciatus. Interea vero Academiæ quoque Cantabrigienſis anno 1559.Cancellarius fuerat deſignatus. Vir fuit proculdubio haud indoctus (quod opera eius ſatis teſtantur) & ingenio vltra quam expediret acri,eo niſi recti⁹ vſus fuiſſet. Pro odio quo veram religionem proſequutus eſt capitali, non ſolum multos bonos viros flammis tradidit abſumendos, verū & in hoc omnibus ingenij neruis incubuit,

vt

vt Elizabetham nuper Reginam quoquo modo tolleret è medio; fruſtra, dicens, folia decuti, ramuſculos amputari; radicem hanc & hæreticorum ſpem vnicam excindendam ac ſtirpitus eradicandam, alias nihil eos acturos. Et ſane niſi Maria Regina inſigni pietate princeps, pro eo quo ſororem amplectebatur amore, conatibus iſtorum obſtitiſſet; fieri non poteſt quin præualuiſſent tandem ſcelerata horum hominum conſilia. Et quid nihilominus effeciſſent, niſi hoc duce Dei ſumma prouidentia mature fuiſſent orbati, ambiguũ eſt. In ipſa regia Weſtmonaſterij podagricis doloribus abſumptus interijt Nouemb. 12. 1555. immenſa pecunia in loculis relicta (ſi verum eſt quod habet Balęus) quadraginta videlicet marcarum millibus, præter ſupellectilis pretioſiſſimæ magnam copiam. Corpus eius ſecundo Tameſi fluuio ad ædes ſuas Suthwercanas delatum plumbo incluſum ac tumulo lateritio ad tempus in Eccleſia vicina conditum; tandem Febr. ſequenti currui imponitur atrato, vna cum ſtatua defunctum ad viuum referente, mitra cæteroque pontificali ornatu induta, & Wintoniam deductum eſt per teſtamenti ſui executores, Montacutum vicecomitem & Elienſem Epiſcopum. Ibi tumulo illatus eſt (provt ipſe mandauerat) qui à ſeptentrionali parte ſũmi altaris viſitur, tam forma quam ſitu Foxiano monumento (cui eſt è regione) reſpondens.

60. IOANNES POYNETVS.

GArdinero ſic vt retulimus exauthorato ſufficitur Ioannes Poynetus ſ: Theologię Doctor, qui Epiſcopus Roffenſis tum nuper fuerat creatus. Hic in Cantia natus & in collegio Regio Cantabrigiæ educatus eſt. Rerum potita Maria, in Anglia nihil tuti ſibi reliquum exiſtimans, profugit in Germaniam, vbi iuuenis diem obijt Argentorati non dũ quadragenarius, Apr. 11. 1556. Vir egregie doctus, quod abunde teſtantur opera ab illo tam Latinè quam Anglice edita. Græcam vero etiam linguam callebat ad amuſſim, Italicam quoque & Germanicam mediocriter. Mathematicarum porro ſcientiarum ad miraculum vſque peritus, Henri-

1550. *Edw.* 6. 4o.

co

co octauo dicitur horologium sciotericum fabricasse, quod non solum horas vulgares ostenderet, sed diem etiam mensis, mutationes lunares, & fluxus atque refluxus maris tempora. Ad hæc, magna vi dicendi præditus, per concionnes aliquot egregias innotuit Regi etiamnum puero, cuius tamen singulari fauore ad has dignitates dicitur proiectus.

61. IOANNES WHITVS.

1556. *Mar.* 4. POst Gardineri mortem, Reginę fuit in animo, Cardinali Polo huius Episcopatus administrationem demandare; querenti nimirum, angustam sibi rem esse, neque Archiepiscopatus fructus sub Edwardo sexto vehementer imminutos, Cardinali pro dignitate alendo sufficere dicenti. Ioannes vero Whitus Lincolnienſis Episcopus, eo quod Wintoniæ natus & ibidem collegij Wickamici fuerat Gardianus, ad eum pręsulatū importune anhelabat. Huic igitur ea lege ac conditione conceditur, vt Cardinali mille libras pendat quotannis dum viueret, & vno etiam anno testamenti eius executoribus post mortem. Cum annos vix tres sedisset, sub Elizabetha Regina exauthoratus & in ordinem redact⁹ est, quod reformationi institutę repugnaret, eoque promptuis quod in concione quadā quā habuit in funere Mariæ Reginę, cū immodicis illā laudib⁹ extulisset, Elizabethæ regnātis tam frigidam fecerit mentionem, vt palam esset vituperare maluisse si fuisset ausus, *homo* (vt inquit Camdenus) *meus vulgariter doctus, & poeticæ facultate, vt illa ferebant tempora tolerabilis.*

62. ROBERTVS HORN.

1560. *Eliz.* 30. FEbruarij 16. 1560. Robertus Hornus, natus in Episcopatu siue comitatu Dunelmensi, educatus in collegio S. Ioannis Cantabrigię, & sub Edwardo 6. Dunelmensis Ecclesię Decan⁹, ex Germania tum nuper reuersus, vbi Maria regnante vixerat in exilio, in Episcopū Wintonienſem consecratus est. Sedit annos prope 20. In ædibus suis Suthwercanis Londini obijt, & in sua Ecclesia prope pulpitum iacet tumulatus sub marmore, cui hęc verba reperi inscripta.

Robertus

Digitized by Google

Robertus Horn Theologiæ Doctor eximius, quondam Christi causa exul, deinde Episcopus Winton: pie obijt in Domino Iun. 1. 1589. Episcopatus sui anno decimo nono.

63. IOANNES WATSON.

PAulo postea quam ille fato suo functus est, Ioanni Watson, huius Ecclesiæ curam Regina demandavit, ad quam ille consecratus est Sept. 18. 1580. Sepultus est è regione antecessoris, marmore tectus, in quo hæc verba leguntur: 1580. *Eliz.* 23.

D. Ioannes Watson, huius Ecclesiæ Wintō: Præbendarius, Decanus, ac deinde Episcopus, prudentissimus pater, vir optimus, præcipue erga inopes misericors, obijt in Domino Ianuarij 23. anno ætatis suæ 63. Episcopatus quarto 1583.

64. THOMAS COVPERVS.

THomas Couperus S. Theologiæ Doctor successit, à Lincolnienſi sede translatus. Educatus est Oxoniæ in collegio Magdalenensi; & in schola collegio adiuncta aliquandiu Ludimagister, factus est patris mei in Decanatu ædis Christi successor, tumque Febr. 24. 1570. in Episcopum Lincolnienſem sacrat⁹ est. Wintoniæ sedit annos 10. Excessit è viuis Apr. 29. 1594. Ea vir grauitate, eruditione vitæque sanctimonia, vt in eius laudum campum excurrere gestiat mihi animus. Sed instituti mei ratio id non patitur. 1584. *Eliz.* 27.

65. GVLIELMVS WICKHAMVS.

GVlielmus Wickham, collegij Regij Cantabrigiæ quandoq; socius, dein socius itidem Eaton. collegij, Windesorensis Ecclesiæ Præbēdarius, & Lincol⁹ Decanus, in vtroq; Episcopatu Coupero successit. Episcoporum Wintonienſiū nemo tam paruo tempore ea dignitate potitus est. Lincolnia translatus sub exitum Martij mensis 1595. calculo sublatus interijt Iunij 12. sequenti, cum per dysuriam clausa vesica 14. dierum spatio lotium non reddidisset. 1595. *Eliz.* 38.

66.

66. GVLIELMVS DAYVS.

1595. *Eliz. 39.* GVlielmus Dayus qui educationem sortit⁹ est sicuti antecessor in collegio Regio Cantabrigiæ,(vbi anno 1557. munus obijt procuratorium) ex Decano Windesorensi & collegij Eatonensis Præposito fit Wintonienſis Episcopus, Ianuarij 25. 1595. consecrat⁹; & diuturnitate sedendi Wickhamo haud multùm fœlicior, Septembrem mensem proxime sequentem non excessit. Hic frater fuit Georgij Daij qui ante quadraginta annos Ciceſtrensis Episcopus sub Maria Regina mortem obierat. Ac istum ferunt Cantabrigię bonis literis tunc operam nauantem, petijsse à fratre, vt ad libros emendos & alia necessaria submini∫tranda pecunia aliquantula ipsum iuvaret; Episcopum vero (qui fratrem à Pontificia religione alienum nouerat) respondisse, æquum non esse vt hostis Ecclesiæ ex bonis Ecclesiæ aleretur, adeoque, ne teruncium largitum.

67. THOMAS BILSONVS.

1597. *Eliz. 40.* THomas Bilsonus S: Theologiæ Doctor, Wintonienſis collegij Gardianus, qui in collegijs Wickamicis vtrisq; fuerat educatus, hoc nimirum Wintonię, illo vero Oxonię, in Episcopum Wigornienſem consecratus Iunij 13. 1596. cum ibi vix duos annos sedisset, Wintoniam transfertur 1597. (vbi in hodiernum vsq; diem viuit) & sub ipsum tempus quo à me hæc scribuntur, in honoratissimũ illorum cœtum adscitus est qui Principi nostro sunt ab arcanis cõsilijs, vir grauissimus & quantus Theologus, si quenquam lateat, libros petat ab illo doctissime conscriptos.

Episcopatus Wintonienſis secundum æstimationem Regiſtrorum fiſcalium valet hodie annuatim 2491. li. 9. s. 8. d. ob. q;. *In primo vero ingreſſu reddebat Papæ ab vnoquoque Episcopo* 12. *millia ducatorum.*

DE

EPISCOPI ELIENSES.

ANnæ (orientalium Anglorum Regis) filia Etheldreda(cuius nomini Eccleſia Cathedralis Elienſis dedicata eſt) duos habuit maritos, Tumbertum orientalium Anglorum Principem(qui illi in dotem inſulam contulit Elienſem) ac eo poſt 3. coniugij annos defuncto, Egfridum Northumbriæ Regem, cum quo concorditer vixit annos 12. Tandem tamen commeatu ab illo impetrato, mundique vanitatibus longum valere iuſſis, quo ſic viueret vti Deo placituram ſperaret, in inſulam ſuam Elienſem reuerſa eſt, ibique monaſterio ſeſe abdidit. Ethelbertus Cantiæ Rex ibi loci eccleſiam condiderat, ex Auguſtini conſilio ante annos tum 70. anno videlicet Chriſti 607. Hanc, cum non reficeretur, iam tum fatiſcentem & ruinæ proximam, reparauit illa, & auxit anno 677. (Wilfrido quidem cõſulente Archiepiſcopo Eboracenci,ſed pecunias conferente Aldulpho mulieris fratre, Orientalium Anglorum rege) & in monialium cœnobium conuertit,quarum ſeipſam conſtituit Abbatiſſam. Poſt eam Sexburga ſoror eius, vxor Ercomberti Cantiorum regis in eodem loco Abbatiſſa conſenuit.Illi ſucceſſit Ermenilda filia quæ fuerat vxor Wulferij Regis Merciorum; & hinc deinde aliæ atque aliæ, per ducentorum annorum ſpacium, donec per Danos Inguarem & Hubbam, Chriſtianæ religionis hoſtes acerrimos, monialibus fugatis, ipſum monaſterium euerſum eſt. Locum tandem per multos annos deſertum, octo ſacerdotes occuparunt, quos Ethelwoldus Wintonienſis Epiſcopus per vim eiecit (vti antea diximus) vna cum coniugibus liberiſque. Is totam inſulam ab Edgaro rege parua pecunia coemit, & Abbate monachiſque ibi collocatis, multa impetrauit priuilegia. Abbatum primus conſtitutus eſt Brithnodus Præpoſitus Wintonienſis, anno 970. qui necatus dicitur ab Elſti-

cha

cha Edilredi Regis vxore ſubulis ſub alis perfoſſus, quod tanquam Actæon, magicis artibus in nemore quodam incumbentem conſpexiſſet. Secundo loco Abbas fuit Elfius; tum Leoſinus, poſt illum Leofricus, ac deinde Leoffinus alter. Hic Rege annuente villas monaſterij elocauit, ea inita ratione, vt ij quibus eæ eſſent elocatæ, monaſterio de commeatu per totum annum proſpicerent. Shalford videlicet pro duabus hebdomadis, Stapleford pro vna, Littleburia pro 2. Triplaw pro duabus, Hawſton pro vna, Newton pro vna, Melburn pro duabus, Grantſden pro duabus, Toſten pro vna, Cotnam pro vna, Wellingham pro vna, Ditton pro duabus, Horningſey pro duabus, Stenchworth pro duabus, Balſam pro duabus, Cathenho pro quatuor diebus, pro tribus vero diebus Swanſham, Spaldwich pro duabus hebdomadis, Somerſam pro duabus, Blunſham pro vna, Colne pro vna, Horthirſt pro vna, Drinkſton pro vna, Ratſden pro duabus, Hackham pro duabus, Berking pro duabus, Needing pro vna, Wederingſeat pro vna, Bickhā pro duabus, Pulham pro duabus, Thorp pro duabus, Dirham pro duabus, Norwald pro duabus, & denique Feltwell pro duabus. Merhamenſibus iniunctum vt ad eccleſiam quandam in Norfolcia pecuniam aliaq; neceſſaria deferrent, vnde commeantes ad monaſterium, vel inde proficiſcentes, hoſpitio commodo poſſent excipi. Wilfricus Abbas ſextus emit mannerium de Bereham, pro 25. marcis aureis. Thurſtani Abbatis ſeptimi tempore, Saxonum nobilium quamplures inſulam munierunt contra Regem Gulielmum qui tum nuper Angliam ſubegerat. Ille igitur, Walteri Herefordenſis atque aliorum conſilio, omnes fructus prædiorum ad eccleſiam Elienſem ſpectantium quæ extra inſulam ſita eſſent, militibus ſuis conceſſit. Saxones vero, poſtquam ſeptem totos annos inſulam propugnaſſent, partim ſe dediderunt, partim vero fuga ſibi conſuluerunt; tumque locus in poteſtatem ceſſit Regis victoris. Delirant Reges, plectuntur Achiui. Miſeros monachos, nobilium iſtorum culpam luere oportet. Vt prædijs ſuis, & antiquis priuilegijs reſtituantur, dant Regi numeratis pecunijs mille marcas. Vt pecuniam conficiant, quicquid

quid haberent argenti, siue cælati, siue alias ad ornamenta Ecclesiæ spectantis, diuendunt. Rex porro metuens ne in tam munito loco simile sibi periculum crearetur posthac, præsidium ibi reliquit quadraginta militum ab ijs alendum, qui inde non recesserunt, donec ab ipso post quinquennium, vt alibi rem gererent auocarentur. Abbas octauus fuit Theodwinus, Godfridus nonus, Simon vero decimus. Richardus filius Comitis Gilberti tum vndecimo loco Abbas creatus est.

I. HERVÆVS.

AD id opulentiæ monasterium Elienſe iam creuerat, vt perciperet annuatim mille & quadragintas libras, quæ tunc temporis, siue auri, siue argenti pondere (ausim dicere) libras pecuniæ nostræ modernas quaternas millenas superabāt. Ex illis mille & quadragentis, trecētas libras monachis dabat Richardus, reliqua seruabat sibi. Iste igitur, pro generis claritudine opumque affluentia animos attollens, Episcopō Lincolnienſi (in cuius dioceſi Elienſis insula sita erat) subesse dedignari cæpit, & ex Abbate Episcopus fieri cupiens, hos ambitioni suæ prætextus obtendit: Dioceſim Lincolnienſem magnitudine sua laborare, neque ad tam amplæ regionis gubernationem vnum quempiam sufficere. Minuendam igitur & in plures distribuendam, si forte Ecclesiæ possint reperiri nouis sedibus idoneæ. De Elienſi non ambigendum, quæ cum structuræ magnificentia nostratium paucis cedat Abbati reddat annuatim quantum suis Episcopis binæ ternæue sedium Anglicanorum nonnullæ. His rationibus additis muneribus, facile permotus est Rex, vt non solum mutationi huiusmodi consentiret, sed Papam etiam rogaret vti suo calculo eam vellet ratam habere. Res iam erat confecta, neq; tamen Richardus voti compos factus est. Cum iam iam esset consecrandus, morte intempestiua sublatus interijt. Episcopus Lincolnienſis interea, huic nouo hospiti, adlatrabat donec offa obiecta bene opima conticuit. Ad resarciendum damnum sibi inferendum, Rex de alieno corio ludens, largitus est illi, & successoribus tria manneria ad Ecclesiam *1109. Henr. 1. 10.*

Digitized by Google

Elienſem huiuſque ſpectantia, nimirum Spaldwich, Bicclesworth & Bokden. Ad hæc, vt amiſſis hijs mannerijs, Epiſcopales redditus, illis Abbatum ſuperiorum nihilo eſſent exiliores, hæc ratio excogitata eſt : Monachorum numerum (qui hactenus quadragenarius fuerat) redegerunt ad triccnarium. Sed Richardo (vt diximus) defuncto, Henricus Rex monachis conſentientibus Heruæum quendam dedit Epiſcopum, qui Bangonenſi nuper ſedi præfuerat, ſed quando illi cum Wallis haud bene conueniret, in Angliam nouas ſedes quæſitum venerat. Tranſlatus eſt anno 1109. ſedit annos 22. & Auguſti 30. 1131. migrauit ab hac luce.

2. NIGELLVS.

1133. POſt mortem Heruæi vacauit Epiſcopatus per biennium Maij deinde 28. 1133. Nigellus, Rogeri Sarisburienſis Epiſcopi nepos, in hac ſede dicitur collocatus. In ciuitatem ſuam Elienſem magno cum gaudio exceptus eſt. Obuiam itum eſt illi ab omni clero cum proceſſione, & in omnibus vicis qua erat tranſiturus, domus viſebantur aulæis ac tapetibus coopertæ. Propterea quod illius opera ac conſilio Principes vterentur plurimum, munia paſtoralia pro officio ipſe nequiuit obire; eamque ob cauſam Epiſcopatus omnem adminiſtrationem alteri commiſit, videlicet Ranulpho cuidam, monacho quandoque Glaſtonienſi (ſed qui cucullum abiecerat) homini auaro, & nequam. Nigellus vero pro eximia fidelitate erga patronũ Henricum primum & poſteros eius, magnopere ſuoque merito laudatur. Cum Stephanus Blecenſis Comes, contra iuramentum Henrico Regi præſtitum, regnum Matildi debitum (Henrici filiæ) occupaſſet; induci nunquam potuit vt illam deſereret; & quod illius partibus ſemper adhæreret, à Stephanianis multa paſſus eſt. Qua de re vide plura in Rogero Sarisburienſi. Sed tempora tandem affulſerunt illi lætiora, Henrico Matildis filio ad regnum euecto. Vnde facultatem nactus eſt, Canonibus regularibus Hoſpitale ſtatuendi vbi loci nunc ſitum eſt collegium D. Ioannis Cantabrigiæ, cuius fundatio bis mutata eſt; primum per Hugonem Norwold iſtius Nigelli poſt centum annos

Hen. .34.

ſucceſ-

ſucceſſorem, qui ſtudioſos aliquot ibi collocauit vt vna cum Canonicis degerent, prædijs aſſignatis quibus alerentur; ac deinde per Margaretam Richmondiæ comitiſſam Henrici 7. matrem, quæ partim ipſa adhuc ſuperſtes, partim per teſtamenti executores, conſtruxit de nouo & ampliſſime dotauit, quod iam propter alumnorum multitudinem ſtructuræq; recens amplificatæ magnificentiam, inter primaria Cantabrigiæ Collegia merito recenſetur. Præfuit Nigellus huic ſedi annos 46: & mortem obijt Maij 29. 1169. Per triennium antequam moreretur, cum paralyſi conflictatus, & grabato perpetuo affixus, nuſquam niſi famulis baiulantibus proceſſit. Sepultus dicitur ante altare S. Crucis, quod vbi loci ſitum fuerit me latet. De illo vide plura apud Richardum Londinenſem Epiſcopum, qui filius eius perhibetur.

3. GALFRIDVS RYDALL.

PEr totum quinquennium ſedes tum vacauit. Octobris vero 6. 1174. Galfridus Ridall Archidiaconus Cantuarienſis ad eam cõſecratus eſt. Homo arrogantis ingenij & parum comis, vnde Superbi agnomen meritus. Magnam impendit pecuniam in ſtructura occidentalis partis Eccleſiæ ſuæ & campanile vtrunque fere vſque ad pinnas a fundamentis excitauit. Inteſtatus deceſſit Wintoniæ Aug. 21. 1189. quatriduum antequam Richardus primus coronatus eſt, relictis in loculis 3060. marcis argẽteis, & aureis inſuper 205. quam omnem pecuniam Rex abſtulit, ad coronationis ſumptus perferendos. Sedit annos 14. menſes 10. ac dies 15. 1174. *Henr.* 2. 21.

4. GVLIELMVS LONGCHAMP.

VLtimo die Decembris anni prædicti, Gulielmus de Longo-campo Angliæ Cancellarius, in Epiſcopum Elienſem conſecratus eſt. Qui apud Richardum Regem magna gratia ac authoritate præpotens, propter plurimas animi virtutes hac potentia videri poterat non indignus, niſi virtutibus vitia & plura & maiora præponderaſſent. Quando inclytus ille Rex ad Terræ Sanctæ expugnationem profectus eſt, conſtituit illum (antea Cancellarium) meridionalis partis 1189. *Ric.* 1. 1.

Digitized by Google

Angliæ ſummum Iuſticiarium,nec non regni ſe abſente Protectorem. Et ne quicquam illi authoritatis deeſſe videretur, à Rege rogatus Papa, Legatum ſuum illum deſignauit, ſed non antequam ipſi mille eam ob rem numeraſſet libras. Verum eſt quod dici ſolet, magiſtratus iudicat virum. Is qui ante fortunam omnibus viſus eſt magna non ſolum prudentia, ſed humilitate etiam præditus; ad hoc potentiæ & authoritatis euectus, multa protinus cœpit agere, non inſcite ſolum & imprudenter, ſed arroganter etiam & proterue; atque ita, vt ſimul imperitiam proderit & rerum gerendarum inſcitiam,atque animum tam crudelitate & auaritia inquinatum, quam ſuperbia & elatione turgentem. Id quod vitio illi vertunt præcipue Monachi hiſtoriarum ſcriptores, (per Legatinam poteſtatem conuocata Londini ſynodo; ad petitionem Hugonis Couentrenſis Epiſcopi, Eccleſiâ illâ Monachos pepuliſſe, & ſeculares clericos ibidem collocaſſe)mihi non ſolum non diſplicet, verumetiam ſuſpitionem affert, hominem de rep: non male meritum, ab infenſis illis, plurimis calumnijs oneratum,multis criminibus ingeſtis,quæ aut à veritate fuerunt aliena, aut recte poterant excuſari. Certe Petrus Bleſenſis in epiſtola ad Hugonem Epiſcopum antedictum perſcripta, vbi hominem increpat tanquam huic Epiſcopo parum æquum,ne dicam inuidum & malevolentem, *Epiſcopum* appellat *dilectum Deo & hominibus*, ac laudem illi tribuit *viri ſapientis, amabilis, generoſi, benigni & mitis, & in omnes liberalitates effuſi, &c.* Sed accuſatores iſtos audiamus: Quos miniſtros Rex ipſe diſcedens certis muneribus deputarat, hos (inquiunt)ille loco mouit, alioſque pro libitu ſubſtituit. Galfridum Eboracenſem Archiepiſcopum & Regis fratrem naturalem,quo primum tempore conſecratus in Anglia appulit, captum, ac ab ipſo altari Eccleſiæ S. Martini Doueriæ pertractum, detruſit in carcerem. Ioannem Regis fratrum legitimum (qui poſtea etiam ipſe Rex fuit) multis affecit contumelijs, Plebem intolerandis oneribus grauauit,ſolitus iter facere non ſine mille & quingentis iumentis, & in cœnobio aliquo hoſpitari, vbi ſumptu ingenti Monachorum oportuit illum excipi. Imo in toto Regno non fuit

Eccleſia

Eccleſia aliqua vel Cathedralis, vel comentualis cui non fuerit aliquo modo oneroſus. Sed quid loquimur Eccleſias? Opes vniuerſi regni ipſe & miniſtri ſui tanquam vorago inexplebilis abſorpſerunt. Sic Matthæus Pariſ. E plebe vix cuiquam balteus argenteus eſt relictus, mulieri monile aut armillæ, aut nobili annulus in digito geſtandus. Cancellarius autem villas & prædia paſſim coemit, & Abbatias ac Sacerdotia pro libitu diſpoſuit, vnde famulos & propinquos ſuos ingentibus diuitijs cumulauit. Inter cæteras eius ineptias, conatum ferunt Turrim Londinenſem ingenti ſumptu, ſed irrito labore aqua è Thameſi deducta circumfundere conatum. Hæc & alia huiuſmodi in circulis paſſim iactata, vera fuerint ſiue falſa, magnam certe inuidiam ipſi apud plebem creauerunt. Cuius rei ille non ignarus, optimatibus conuocatis, coram illis obiectorum criminum pleraque ſic diluit. Miniſtros à Rege conſtitutos ideo dixit loco mouiſſe, quod conqueri populares paſſim animaduertiſſet, pro vno Rege, iam multos tyrannos ceruicibus ſuis graues imminere. Alios quidem impoſuiſſe ſeſe, ſed qui ex ipſo toti penderent, vt quamuis illi rem gerere viderentur, ipſe tamen reuera omnia ſolus adminiſtraret. Ad comitem Ioannem quod attinet; res nouas molitum, ne ipſe quidem poterat inficiari. Quod etſi non feciſſet, illius tamen omnia conſilia ſuſpecta merito habenda, ne ſi forte Regi aliquid humanitus contigiſſet, Regnum ſibi conaretur aſſerere: Arthuro fratri eius natu maiori quanquam in Britannia abſenti, ſuperſtiti tamen debitum. Archiepiſcopo Eboracenſi ipſum Regem interminatum, ne ante tres annos exactos in Anglia pedem poneret; idque Regi ab Archiepiſcopo promiſſum, imo & iuramento confirmatum. Se nihilo ſecius de capiendo illo ne quicquam mandaſſe, iureiurando fidem facere paratum, quod etiam poſtea ab illo præſtitum. Tributa exacta, magna quidem illa eſſe, ſed qualia tam magnum bellum merito poſtulet. Neque vero vel ea in re, vel alia vlla, quæ paulo maioris eſſet momenti, aliquid ipſum mouiſſe, ſine iuſſu & authoritate regia. Hæc illius apologia inuidorum ora (ne dicam calumniatorum) ita non obturauit, quin quærelæ paſſim in-

numeræ ad Regem aduerſus illum deferrentur. Quapropter, quo populum continuis exactionibus grauatum aliquatenus Rex placaret, in ordinem hunc cenſuit redigendum. Cumque haud commode cecidiſſe videret, quod tantam vni poteſtatem detulerit; exauthorato ſucceſſorem dat Gulielmum Archiepiſcopum Rothomagenſem, ſed collegis etiam aliquot adiunctis. Ad hæc nunciata, inimici eius in immenſum gaudium elati; & tempus ſe iam nactos oportunum rati, vindicta animum explendi; ſynodum Londini curant conuocandam, & ibi Elienſem modo regni protectorem excommunicandum propter vim Archiepiſcopo Eboracenſi illatam, illis porro omnibus eodem anathemate percuſſis, qui huiuſmodi facinoris fuiſſent, ſiue authores, ſiue quoquo modo adiutores. Hac illi quamprimum innotuiſſent, grauiora veritus, de profugiendo cœpit illico cogitare: Verum non ignarus quanto cum periculo iter eſſet facturus, ſi de conſilio eius inimici aliquid inaudiuiſſent; ad dolos conuerſus, fæminino habitu mulierem mentitus, ad mare ſe contulit; vbi cum nauem conſcenſurus ſederet in littore, vlnam dextra tenens, in ſiniſtro cubitu telam portans; nauta neſcio quis libidinoſus ſcortum ſe nactum arbitratus, impudentius ei cœpit illudere. Cui cum nihil poſſet reſpondere, quod Anglicanæ linguæ omnino eſſet ignarus; aliunde etiam, neſcio qua ſumpta coniectura, ſuſpicari ſubijt (id quod res erat) in muliebri habitu virum latere. Quapropter vocatis aliquot fœminis, author illis eſt, vt peplũ quo os homini fuit obductum vi eriperent. Tumque loqui coactum, ex maſcula voce vultuque virili (tametſi barbam raſiſſet) mentitum ſexum agnoſcentes, ſublato clamore, magnus hominum fit concurſus, inter quos agnitus, pro odio quo plebs illum proſequuta eſt immenſo, parum abfuit quin diſcerperetur. Certe humi deiectus, multis affectus verberibus, conſputus & omni verborum opprobrio exagitatus, à magiſtratu Doueriano (Doueriam enim nauem conſcenſurus fuerat profectus) è furentium manibus ægre ereptus, in carcerem compingitur, famulis ſuis vt ab illis etiam ipſum liberarent fruſtra ſatagentibus. Operæprætium iam eſt videre, quomodo

...ſtament, Deuteronomy. The Hebrew Bible is divided into three parts, the Law, the Prophets, and the Hagiographa, or holy writings. The Law contains the five books of Moſes, called by the Hebrews Pentateuch, or the five fifths of the Law. The Prophets are divided into former and latter. The former contain the hiſtory of the Jews from the death of Moſes to the captivity, and are Joſhua, Judges, Samuel, and Kings. The latter are Iſaiah, Jeremiah, Ezekiel, and the twelve leſſer Prophets. The Hagiographa are Pſalms, Proverbs, Job, Canticles, Ruth, Lamentations, Eccleſiaſtes, Eſther, Daniel, Ezra, Nehemiah, and the two books of Chronicles. The Chriſtians divide the Old Teſtament into hiſtorical, doctrinal, and prophetical books. The hiſtorical books are Genesis, Exodus, Leviticus, Numbers, Deuteronomy, Joſhua, Judges, Ruth, the four books of Kings, the two books of Chronicles, Ezra, Nehemiah, Eſther, Job, Tobit, Judith, the two books of Maccabees. The doctrinal books are Pſalms, Proverbs, Eccleſiaſtes, Canticles, Wiſdom, Eccleſiaſticus. The prophetical books are Iſaiah, Jeremiah, Lamentations, Baruch, Ezekiel, Daniel, Hoſea, Joel, Amos, Obadiah, Jonah, Micah, Nahum, Habakkuk, Zephaniah, Haggai, Zechariah, Malachi. The New Teſtament contains the hiſtory of our Saviour's life, and of the firſt propagation of the Chriſtian religion, and the doctrine of the Goſpel. It is divided into hiſtorical, doctrinal, and prophetical books. The hiſtorical books are the four Goſpels, and the Acts of the Apoſtles. The doctrinal books are the Epiſtles of St. Paul, the Epiſtles of St. James, St. Peter, St. John, and St. Jude. The prophetical book is the Revelation of St. John.

TESTAMENTUM, in the civil law, a ſolemn inſtrument, whereby a man diſpoſes of his eſtate after his death. Teſtaments are either written or nuncupative. A written teſtament is that which is written by the teſtator himſelf, or by another perſon at his command, and ſigned by him. A nuncupative teſtament is that which is declared by the teſtator before ſeven witneſſes, and afterwards reduced into writing. Teſtaments are alſo diſtinguiſhed into abſolute and conditional. An abſolute teſtament is that which is made without any condition annexed to it. A conditional teſtament is that which is made upon ſome condition, which if it happens to be performed, the teſtament is valid, but if not, it is void. Teſtaments are alſo diſtinguiſhed into ſimple and privileged. A ſimple teſtament is that which is made in the uſual manner, and with the uſual formalities. A privileged teſtament is that which is made in time of war, or in the camp, or in the time of a plague, or in a ſhip at ſea, or in a priſon, or in the time of a ſiege, or in the time of a ſhipwreck, or in the time of a fire, or in the time of a flood, or in the time of an earthquake, or in the time of a famine, or in the time of a peſtilence, or in the time of a war, or in the time of a rebellion, or in the time of a tumult, or in the time of a ſedition, or in the time of a mutiny, or in the time of a conſpiracy, or in the time of a plot, or in the time of a treaſon, or in the time of a murder, or in the time of a robbery, or in the time of a theft, or in the time of a fraud, or in the time of a forgery, or in the time of a counterfeiting, or in the time of a coining, or in the time of a clipping, or in the time of a ſweating, or in the time of a waſhing, or in the time of a rounding, or in the time of a filing, or in the time of a ſcraping, or in the time of a cutting, or in the time of a breaking, or in the time of a burning, or in the time of a drowning, or in the time of a hanging, or in the time of a beheading, or in the time of a quartering, or in the time of a boiling, or in the time of a roaſting, or in the time of a frying, or in the time of a ſtewing, or in the time of a baking, or in the time of a brewing, or in the time of a diſtilling, or in the time of a ſalting, or in the time of a pickling, or in the time of a preſerving, or in the time of a drying, or in the time of a ſmoking, or in the time of a ſalting, or in the time of a pickling, or in the time of a preſerving, or in the time of a drying, or in the time of a ſmoking.

TESTAMENTUM, in the civil law, a ſolemn inſtrument, whereby a man diſpoſes of his eſtate after his death. Teſtaments are either written or nuncupative. A written teſtament is that which is written by the teſtator himſelf, or by another perſon at his command, and ſigned by him. A nuncupative teſtament is that which is declared by the teſtator before ſeven witneſſes, and afterwards reduced into writing. Teſtaments are alſo diſtinguiſhed into abſolute and conditional. An abſolute teſtament is that which is made without any condition annexed to it. A conditional teſtament is that which is made upon ſome condition, which if it happens to be performed, the teſtament is valid, but if not, it is void. Teſtaments are alſo diſtinguiſhed into ſimple and privileged. A ſimple teſtament is that which is made in the uſual manner, and with the uſual formalities. A privileged teſtament is that which is made in time of war, or in the camp, or in the time of a plague, or in a ſhip at ſea, or in a priſon, or in the time of a ſiege, or in the time of a ſhipwreck, or in the time of a fire, or in the time of a flood, or in the time of an earthquake, or in the time of a famine, or in the time of a peſtilence, or in the time of a war, or in the time of a rebellion, or in the time of a tumult, or in the time of a ſedition, or in the time of a mutiny, or in the time of a conſpiracy, or in the time of a plot, or in the time of a treaſon, or in the time of a murder, or in the time of a robbery, or in the time of a theft, or in the time of a fraud, or in the time of a forgery, or in the time of a counterfeiting, or in the time of a coining, or in the time of a clipping, or in the time of a ſweating, or in the time of a waſhing, or in the time of a rounding, or in the time of a filing, or in the time of a ſcraping, or in the time of a cutting, or in the time of a breaking, or in the time of a burning, or in the time of a drowning, or in the time of a hanging, or in the time of a beheading, or in the time of a quartering, or in the time of a boiling, or in the time of a roaſting, or in the time of a frying, or in the time of a ſtewing, or in the time of a baking, or in the time of a brewing, or in the time of a diſtilling, or in the time of a ſalting, or in the time of a pickling, or in the time of a preſerving, or in the time of a drying, or in the time of a ſmoking, or in the time of a ſalting, or in the time of a pickling, or in the time of a preſerving, or in the time of a drying, or in the time of a ſmoking.

fuit qui excommunicationem à Pontifice contra Ioannem Regem effulminatam promulgarunt, & vniuersum regnum interdicto suppoſuerunt. Ob quod facinus, iracundiam Regiam (nec sine causa)veritus,in exilium sponte profugit, anno nimirum 1208. Post quinquennium Pontifici Rege reconciliato, revocatus est, anno videlicet 1213. & non multo tempore supervivens, decessit Redingi Febr. 3. 1214. Ædificium ab occidentali parte Ecclesiæ suę quod Galilęa vulgo nuncupatur, ab illo ferunt constructum.

6. IOANNES DE FONTIBVS.

1219 *Hen.*3.4. DEfuncto Eustachio in successorem eligitur Galfridus de Burgo Archidiaconus Norwicensis, Huberti de Burgo Cantiæ Comitis & Angliæ capitalis Iusticiarij frater. Sed ante huius electionis publicationem, electus est etiam à Monachis Robertus quidam Eboracensis,qui fructibus Episcopalibus sine consecratione incubans,per annos totos quinq; sacerdotia contulit, aliaq; cuncta pro libitu tanquam Episcopus disposuit. Papa tandem vtraq; electione cassata, Ioanni Abbati de Fontibus Episcopatum contulit, viro ob egregiam pietatem apud historicos nostros celebri,qui consecratus Martij 8. 1219. Downhamiæ decessit Maij 6. 1225. Angliæ is fuit Thesaurarius per quinquennium, & sepultus dicitur in Ecclesia sua ante Altare D. Andreæ dicatum.

7. GALFRIDVS DE BVRGO.

1225 *Hen.*3.10. IOanne defuncto, Galfridus de Burgo antedictus, repetita electione Episcopus iterum declaratus, consecratus est in festo D. Petri 1225. De illo Polydorus Virgilius eodem vtitur elogio,quo de antecessore eius Westmonasterienſis hominem dicens,in divinis pariter & humanis literis eruditum. Ducentas acras soli paludosi Monachis suis Elienſibus contulit. Præfuit annos circiter 4. & Maij 17. 1229. decedens, ab australi parte chori in Ecclesia sua sepulturam sortitus est.

8.

8. HVGO NORWOLD.

HVgo Norwold S. Edmundi Abbas ſucceſſit, & conſe- 1229.
ceratus eſt vna cum Richardo Cantuarienſi & Rogero *Hen.3.14.*
Londinenſi Epiſcopo, per Iocelinum Bathonenſem & Wellenſem Antiſtitem, in feſto Trinitatis 1229. Iunij videlicet 10. Multum hic laudatur, tanquam pauperibus valde munificus, & egregie præterea hoſpitalis; quod iure quis miretur qui ſpectaverit, quantam pecuniæ vim profuderit in Eccleſiæ ædiumq; ſuarum ſtructura. Presbyterium à fundamentis excitavit, & Campanile ex materie curavit fabricari iuxta Galilæam in Occidentali parte Eccleſiæ ſuæ. Hoc opus ſeptendecim annorum labore, perfectum eſt ſumptu 5350.l.18. s.8.d. hoc eſt auræorum Gallicorum 16950. Et Septemb. tum decimo ſeptimo Eccleſia dedicata, in præſentia Regis, Edwardi Principis, Epiſcoporum Norwicenſis atq; Landavenſis & Procerum complurium. Quos omnes, & è plebe præterea numerum ingentem, epulis quotidie exquiſitiſſimis per multos dies adhibuit, in palatio ſuo Elienſi apparatis, quod tum antea nuper integram conſtructam plumbo operuerat. Dittonæ item & in alijs ædificijs ad ſedem ſuam ſpectantibus magnam impendit pecuniam. *In eleemoſynis nihilominus* (inquit Pariſienſis) *& alijs charitatis operibus ſibi palatia cœleſtia præparando. Hic quoque ſicut in menſa ſpirituali (ſcilicet altari) deuotus extitit, & exitus aquarum deducebant oculi eius, ita in menſa corporalis refectionis dapſilis fuit, iocundus & ſerenus. In cuius obitu flos magiſtrorum obijt & Monachorum, quia ſicut Abbas Abbatum in Anglia extiterat, ita & Epiſcopus Epiſcoporum coruſcauit.* Obijt Auguſti 9. 1254. nec (vt præ ſe ferebat) invitus, poſtquam Eccleſiæ ſuæ ſtructuram abſolutam conſpexiſſet. Sedit duos menſes vltra annos 25. & in Præsbyterio à ſe conſtructo ſepultus eſt.

9. GVLIELMVS DE KILKENNY.

CIrca menſis Octobris inſequentis medium Gulielmus 1255.
de Kilkenny Archidiaconus Coventrenſis (qui Angliæ *Hen.3.39.*
ad

Digitized by Google

ad tempus fuerat Cancellarius) per Monachos electus est & Boloysæ in Sabaudia consecratus per Bonifacium Archiepiscopum Cantuariensem ibi tum degentem Augusti 15. sequenti. Capellanus is fuit Regis, & (vt Elienſis liber habet, neque enim alibi id traditum reperi) Angliæ Cancellarius. Homo dicitur egregia corporis forma præditus, facundus, prudens, & legum municipalium admodum peritus. Ecclesiæ huic, tempore præfuit exiguo. In Hispaniam profectus Legatus, decessit ibi in festo S. Matthæi 1256. cum annum sedisset vnicum, mensem item vnum & dies 6. Ad Ecclesiam Elienſem cor deferendum, ibique sepeliendum mandavit.

10. HVGO BALSAM.

1247. *Hen.* 3.42. QVamprimum ad Regem de obitu Kilkennensis nuncius pervenit, literas illico dedit ad Priorem & Conventum Elienſem, quibus petebat enixe, vt Henricum de Wengham Cancellarium suum in Episcopum eligerent, rationibus multis allatis, cur id ab illis fieri debere contenderet. Ij vero commendationem Regiam suæ scientiæ postponentes, Novembris 13. Hugonem Balsam, vel de Bedesale (nam sic etiam nuncupatum comperi) Subpriorem suum in pastorem sibi cooptarunt. Hoc Rex ferens iniquissimè, electionem reiecit, nemora ad Episcopatum spectantia succidit, vivaria devastavit, & prædia vniuersa hostilem fere in modum populatus est. Monachis postmodum omni ratione persuadere annisus est vt repetita electione, alium designarent; haud convenire dicens, vt locus tam munitus, tutelæ committatur hominis raro claustrum egressi & in rebus Politicis ne quicquam versati. Quapropter electus, Curiam petere Romanam decrevit, ibi sperans se impetraturum quod domi non poterat. Quod subodoratus Bonifacius Cantuariensis Archiepiscopus; quanquam post captiosum examen, nihil in illo reperisset quod iure posset redarguere; literis tamen ad amicos Romæ degentes perscriptis, causam eius quantum poterat gravabat, & Adamum quendam de Mariſco subornavit, qui hunc Episcopatum ambiret, & Balsamo electo, si vllo id pacto posset fieri, præriperet. Vir fuit egregie doctus

ILLYRIA, a country of Europe, bounded on the N. by Pannonia, on the E. by Dacia and Mœsia, on the S. by Macedonia, and on the W. by the Adriatic Sea. It is now divided into Dalmatia, Croatia, Sclavonia, Bosnia, Servia, Albania, and Romania. The Illyrians were a very warlike people, and were governed by kings, who had their residence at Scodra, now Scutari. Their chief cities were Salona, Epidamnus, Apollonia, Dyrrachium, Lissus, Scodra, Issa, Pharia, Corcyra, Nigra, Corcyra, Melæna, Tragurium, Epetium, Rhizon, Narona, Olcinium, Ragusium, Sirmium, Cibalis, Mursa, Siscia, Sirmium, Taurunum, Singidunum, Viminacium, Naissus, Ulpiana, Lissus, Dyrrachium, Apollonia, Amantia, Byllis, Oricum, Aulon, Nicopolis, Actium, Buthrotum, Onchesmus, Phœnice, Panormus, Antigonea, Bargulum, Tomi, Callatis, Dionysopolis, Odessus, Marcianopolis, Nicopolis, Ulpia Trajana, Ratiaria, Almus, Oescus, Sexaginta Prista, Durostorum, Axiopolis, Tropæum Trajani, Dinogetia, Arrubium, Noviodunum, Aegyssus, Carsium, Tomi, Histria, Tyras, Tiberina, Ulmetum, Troesmis, Arcidava, Sacidava, Dierna, Drobeta, Pelendava, Sucidava, Romula, Malva, Castra Nova, Transmarisca, Durostorum, Dorostorum, Bononia

non malit parvo cõtentus vivere, quam tot ſimul munerum, tot animarum curam ſuſcipere. Ad hanc tamen Eccleſiam Iulij 26. 1286. electum, idem Peckamus in Sacerdotem ordinavit Feverſamæ Sept. 21. ſequenti, & poſtridie in Epiſcopum Cantuariæ conſecravit. Cum annos ſediſſet 3. menſeſq; 6. in febrim incidit acutiſſimã, ex qua cum ſibi viſ' fuiſſet convaluiſſe, neglecta dieta, in morbum priſtinum reincidit, eoq; Martij 26. 1290. extinctus eſt, *A tempore* (inquit Oſnienſis) *quo nactus eſt Præſulatus celſitudinem* (Rege extra regnum agente) *continuo vſque ad finem vitæ fallibilis officio Theſaurariæ Scaccarij D. Regis, non ſegniter incumbebat; adeo vt de animarum ſibi commiſſarum cura penitus non curaret. Quinetiam prætextu officij ſui, vltramodum prædeceſſorum ſuorum ſe extulit ſupra ſe, vt nomen Theſaurarij nomen Pontificis totaliter adumbraret. Sane credebatur à vulgo* (inquit ille) *quod ſi tanto tempore ſuperuixiſſet, vt præſumptuoſa factorum inſolentia deueniſſet in diſcuſſionem, manus Regis vltrices nullatenus enaſiſſet.* In Eccleſia ſua celebratis per Radulphum Walpoole Norwicenſem Epiſcopum (qui illi poſtea ſucceſſit) exequijs, ab Aquilonari parte chori ante altare S. Ioannis Baptiſtæ tumulatus eſt.

12. GVLIELMVS DE LVDA.

1290. *Edw.* 1. 19. QVarto die Maij qui Kirkbeij mortem inſequutus eſt, ſucceſſor illi deſignatur Gulielmus de Luda, S. Martini Decanus, Dunelmenſis Archidiaconus & hoſpitij Regij Theſaurarius. *Hunc vocat Oſnienſis virum magnificum & eminentis ſcientiæ, qui* (inquit ille) *diutius Theſaurariæ Garderobæ D. Regis officium geſſit ita laudabiliter & honeſtè, vt & maiorum & minorum animos ſibi (nec immerito) redderet complacatos.* In vigilia feſti S. Trinitatis eiuſdem anni Diaconus ordinatus eſt per Archiepiſcopum Cantuarienſem Lenhamæ, deinde eodem die in Epiſcopum Elienſem confirmatus, Præsbyter vero creatus Bockingæ in Eſſexia Sept. 16. & conſecratus demum in Dominica proxima poſt feſtum S. Michaelis in Eccleſia ſua. Præfuit annos ſeptem, & conditus iacet inter duas columnas iuxta aditum Capellæ anti-

qui-

quioris B. Mariæ; nam (vt arbitror) duæ olim extiterunt. Episcopus iste mannerium de Oldburn sedi suæ contulit ea lege, vt successor suus mille marcas impenderet in prædijs cõparandis, quorum fructibus tres Capellani alerentur, qui sacris in Capella ibidem operarentur.

13. RADVLPHVS WALPOOLE.

MAgna iam lis exarsit de novi Episcopi electione. Inter Monachos namq; orta discordia, pars vna, eaque potior, Ioannem elegit Priorem suum, altera vero Ioannem Langtonum Angliæ Cancellarium. Hac electione coram Archiepiscopo ventilata, ille sententia lata Priorem rite pronunciavit electum. Quare Cancellarius, ad Pontificem provocavit, & Romam illico iter arripuit. Quod cum Priori esset nunciatum, ipse etiam quanta potuit celeritate eo quoq; properavit. Neque longo intervallo Priorem Cancellarius antevertit, licet Priori proficiscenti, in itinere multa obiecta essent impedimenta. Illuc cum peruenissent, eo sunt inducti, vt renunciato iure quod sibi dicerent acquisitum ex electione, rem vnius Pontificis arbitrio terminandam relinquerent. Is igitur in Monachorum gratiam, eligendi denuo, integram illis facultatem permittit, hac lege, vt ex totius Angliæ Abbatibus vnum eligant, tribus tantum exceptis, videlicet Westmonasterienſi, Burienſi & S. Augustini Cantuariæ, quos non oportuit attingere. Verum huic decreto Conventus Elienſis procuratores nullo voluerunt pacto consentire. Quare iratus Papa, ex plenitudine potestatis, Elienſi Ecclesiæ ingessit Radulphum Walpoole Norwicensem Episcopum; Norwicensem vero contulit Elienſi Priori antedicto; & ne inanis Cancellarius rediret, Archidiaconum eum creavit Cantuariensem loco Richardi Feringes, qui eadem ipsa tempestate Archiepiscopus Dublinensis constitutus fuerat. Ad Radulphum vero istum quod attinet, consecratus est in Episcopum Norwicensem sub initium anni 1288. & præfuit ibi annos 11. In Elienſi vero Ecclesia cum annos vix 3. sedisset, Martij 22. decessit in exitu anni (stilo Anglicano) 1301. Humatus est in pavimento Presbyterij ante summum altare. 1299. *Edw.* 1. 28.

14.

14. ROBERTVS ORFORD.

1302. *Edw.* 1. 31. FOElicius iam Monachi inter se conspirarunt, & consentientibus votis Ioannem Orford Priorem suum Episcopum renunciarunt, Aprilis 14. sequenti. Cæterum Archiepiscopus Cantuariensis Winchelsæus, literarum causatus insciti am, consecrationis ritum impendere recusavit. Quare ad Pontificem provocatum est, qui in Consistorio coram Cardinalib⁹ examinatum, probavit hominem, tam eruditione quam prudentia eius laudata, & Archiepiscopo propter iniuriam ipsi illatam graviter increpato. Sed eam eruditionem qua Episcopatum comparavit, pretio emit Romæ (vt auguror) postquam illuc accessit. Nam illinc redijsse traditur quindecim librarum millibus (ô immanem summam) obæratus. Sedit annos paulo plus quam septem, & vitam terminavit Dunhamæ Ianuarij 21. 1309. atq; in pavimento antedicto prope Walpolum est sepultus.

15. IOANNES DE KEETON.

1310. *Edw.* 2. 4. SVccessit illi Ioannes de Keeton Ecclesiæ Elienſis Elemosynarius, qui similiter annos sedit septem, & Maij 14. decedens 1316. in prædicto pavimento extitit tumulatus.

16. IOANNES HOTHAM.

1316. *Edw.* 2. 10. ANte annum circumactum, Ioannes Hotham, alijs Hothun Capellanus Regius, Præpositus quandoq; Collegij Reginæ in Academia Oxonienſi & tam eiusdem Academiæ quam fisci Regij Cancellarius, Episcopus Elienſis creatus est. Anno deinde insequenti, videlicet 1317. fit etiam Angliæ Cancellarius; vt triplici Cancellariatu fuerit perfunctus. Homo & prudens, & pius, sed indoctus admodum. Postquam per biennium munus antedictum obivisset, eo abdicato Thesaurarius Regni summus constitutus est. Sed & Thesaurariatu etiam cessit post vnum mensem, seque totum Ecclesiæ suæ administrationi dedidit. Illo sedente, Ecclesię dictæ campanile, fragore terribili edito, noctu corruit. Campanile illud (hodie dictum Laterna) illius tempore Præsulatus, restitutum est 20. annorum labore, & sumptu 5094. l. 18 s. 10.

Digitized by Google

s.10.d.ob.q;. Præter quam pecuniam, hic Episcopus in perficiendo presbyterio quod Hugo Norwold iam antea inchoarat, impendit 2034.l.12.s.8.d.ob.q;. sicut inscriptio testatur in Aquilonari pariete eiusdem Presbyterij adhuc visenda. Cæterum si omnia in vnum cumulum conijciamus, quæ ab illo solo in fabrica Ecclesiæ Elienſis sunt insumptæ, summam conficient 4441.l.9.s.7.d.ob.q;. Præterea deinde sedi suæ possessionem confirmavit mannerij de Oldburn cum sex tenementis eidem pertinentibus, & Ecclesiæ dedit calicem duosque scyphos in vsum sacrorum ex auro solido. Sedit annos 20. & postquam paralysi correptus per totum biennium grabbato affixus iacuisset, Somersamæ decessit Ianuarij 25. 1336. Tumulo condjtus est Alabastrino operis egregij, quanquam hodie deformi & mutilo; & hoc & cęteris huius Ecclesiæ monumentis, nescio cuius petulanti stolidaq; insania misere & pudendum in modum laniatis. Situm vero id est, altari minori ab oriente, in medio, sed ad Occidentalem partem vergens dicti Presbyterij.

17. SIMON MONTACVTVS.

CIrca medium mensis Martij insequentis, Benedictus 11. Papa à Wigornienſi sede (cui annos 3. præfuerat) Simonem Montacutum trastulit ad Elienſem, qui frater erat Gulielmi Comitis Sarisburienſis. Hic structuram incepit Capellæ speciosissimæ, Beatæ Virgini dicatæ, quæ ab Aquilonari parte Ecclesiæ cernitur, in eaq; ingentem pecuniæ vim profudit, sed morte interpellatus perficere nequivit. Ioannes de Wisbich, Monachus (ni male memini) Elienſis, opus continuavit, & hominum piorum adiutus beneficentia, absolvit tandem. Fertur ille quidem inter fodiendum dum egereret humum, in ollam incidisse pecunia plenam, vnde longo post tempore operarijs merces persoluta est. Episcopus vero iste cum paulo plus quam septem annis sedisset, die obijt Iunij 20. 1344. & in Capella antedicta sepultus est. Academiæ Cantabrigienſi privilegia nescio quæ is dicitur impetrasse. 1336. *Edwar.* 3. 11

18.

18. THOMAS LYLDVS.

1334. *Edw.* 3. 19. ALanus de Walsingham Prior Elienſis tum electus, à Clemente 6. Pontifice, caſſata electione reiectus eſt, & Thomas Lyld frater Dominicanus ex plenitudine poteſtatis Epiſcopus declaratus, ac Auenione conſecratus menſe Iulio 1344. Doctor is fuit Theologus, Cantabrigię educatus, & propter eruditionem (vt illa ferebant tempora) non vulgarem, multum celebris: In concionib⁹ etiam aſſiduus, multa porro perſcripſit à Balæo recenſita. Ante mortem eius anno vno aut altero, plurimum illi moleſtiæ exhibitum eſt per fœminam quandam prænobilem, Blanchiam Wake, Regis propinquam; cuius rei hiſtoriam paucis commemorare non pigebit. Hęc mulier prædia habuit nonnulla ædibus Epiſcopalib⁹ vicina; vnde fiebat, vt de finibus ſubinde aut rebus conſimilibus, lites inter eos orerentur. Epiſcopus moribus erat paulo aſperior, & à comitate aulica ita alienus, vt iniurias perferre aut comiter expoſtulare neſciret, quales præſertim illaturam credibile erat Dominam, genere, diuitijs, & Regis propinquitate tumentem. Ex altercationibus igitur ad ſimultatem cito peruentum & à ſimultate ad inimicitias ac odium capitale. Quare iracundię mulier (vt facile ſolet ille ſexus) indulgens, & animi, vindictæ cupiditate flagrantis, explendi occaſionem captans, huiuſmodi tandem nacta eſt. Papa Rege petente (aut potius fortaſſis Edwardo Principe filio eius) ad Epiſcopatum Lichfeldenſem quendam Robertum Stretton conſecrari mandauerat, hominem multas ob cauſas tanto munere indigniſſimum. Bonus iſte præſul (Elienſis inquã noſter) Baptiſtæ æmul⁹, ad Regem accedens, veritus non eſt illum eam ob rem acriter increpare; quod ille ferens iniquiſſime, faceſſere hominem iuſſit & præſentia ſua in poſterũ eum prohibuit, quoad accerſeretur. Wakia iam Domina prædicta, iracũdiæ regiæ oportunitatem non amittendam rata, Epiſcopum in ius vocat, litis hanc cauſam prętexens. Homines quidam leues (per temulentiam fortaſſis) neſcio quid ædificij ad illam ſpectantis incenderant, & deprehenſi, vt gratiam eius demererentur, mendacio parum veri-

verisimili, Episcopi consilio hoc facinus perpetratum asserebant. Episcopo igitur ob hoc damnum dica impingitur, sed clanculum adeo, vt prius quam aliquid illam, aduersus se moliri intelligeret, à duodecemuiris, inauditus damnatus fuerit & libras illi pendere nongentas iussus; id quod oportuit illum facere, provt paulo post fecit, pecunia numerata. Quæ quamvis grandis esset, magis tamen dedecore & ignominia stimulatus quam nummorum iactura, impetrata licentia, Regem adijt, eumq; supplex obtestatus est, vt sua authoritate, à duodecimuiris ac testibus contra se productis, iudicij testimonijque lati rationem exigendam curaret. Et ille, siue deferuescente iracundia, siue iusta petenti obsecundandum ratus annuit quidem, sed irrito effectu. Nam cum præstituto publicis iudicijs tempore Huntindoniæ res esset tractãda, mulieris malitiosæ technis effectũ est, vt prioris iudicij formulã siue exemplar is non potuerit impetrare, adeoq; omnis hic conat⁹ in nihilũ reciderit. Vnde ira doloreq; iustissimo percit⁹, apud Regem acriter conquest⁹ est de hac tanta iniuria, obsecrans vehementer, vti sicut legum vita esset ac dux, se tam iniuste contra fas & æquũ opprimi non pateretur. Quę verba incompti⁹ (vt Regi visum) & asperi⁹ enunciata, atq; ita vt Regi nonnullã iniustitię labem inurere videretur; veterem iracundiæ flammã sopitam antea (sic visum) ita rursus suscitarunt, vt ad parliamentum tũm forte nuper coactũ querimoniam de Episcopo detulerit. Et huic quidem ingestum est, quicquid calumniarum inimicorum ingenio probabiliter excogitari potuit, vnde illi conflarent inuidiam. Obiectorũ nonnulla partim is negauit, partim excusauit; Rege vero in verbo regio multa tanquam sibi comperta asserente & nonnunquam testium faciente mentionem, de probationis validitate nemo ausus est ambigere. Ita Parliamenti iudicio condemnatus, pœna (nescio an alia) hęc certe inflicta est, vt Regis præsentia in perpetuum arceretur. Non multo deinde tempore intercedente, contigit, Episcopi famulis nonnullis, Wakianis quibusdam in via factis obuiam, tumultum inter eos excitari, in quo, Wakiæ famulorum vnus interemptus est. Huiusce cædis Episcopum con-

conſcium cenſeri placet, eamque ob rem illico accuſandum. Qui quanquam ab eo ſcelere immunem ſe probe cognoſceret; arbitratus tamen, huiuſce litis non meliorem fore ſucceſſum quam earum quę nuper ipſi fuerant intentatæ; bonis omnibus mobilibus diuenditis, pecuniam ab ijs collectam amicorum fidiſſimis ſeruandam commiſit, ſeque apud illos occultauit. Ille nihiloſecius per inquiſitionem à Coronatore factam damnatus eſt, & Epiſcopatus redditus omnes ærario publico addicti, ſiue (vt more noſtro loquar) temporalia in manum Regis ſeiſita. Tum à regijs Iudicibus citatus vt pro tribunali hanc cauſam ipſe ageret, Cantuarienſi & nonnullis alijs Epiſcopis comitatus comparuit. Cumque declinatorijs exceptionibus ſubterfugere laicorum iudicium non poſſet; homicidium obiectum non ſolum perpetraſſe ſe negauit, ſed vel conſultorem vel conſcium fuiſſe, aut ipſum homicidam vidiſſe poſtea, aut a ſe aliove quoquam mandato ſuo receptum, occultatum, vel quouiſmodo adiutum. De quo petijt vt per pares ſuos, cum ipſe de paribus regni vnus eſſet, diſcerneretur. Id quod illi, Iudices (in Regis gratiam infenſi & his noſtri temporis ob integritatem credo non conferendi) denegarunt illi, vt ex leuiſſimis nebulonibus duodecemviratu conflato, inſontem damnarent, quod ea ratione haud ægre pręſtiterunt. Iſti enim boni viri (duodecemviri inquam) edita ſententia damnandum pronunciant Epiſcopum, non cædis perpetrati; aut quaſi conſcium antequam ea eſſet perpetrata, ſed quod Radulfum Carles Camerarium ſuum, qui Gulielmum Holmes Wakiæ famulum occiderat (ipſorum iam verbis vtar provt tradita reperi) *poſt perpetratam feloniam receptaſſet ſcienter*; id quod ille (vir non malus) ad vltimum vſque halitum conſtantiſſime ſemper & magna cum aſſeueratione pernegauit. Ita iudicio de eo tanquam ſonte perlato, iniuriæ atrocitate, ac pręſertim ignominiæ turpitudine commotus, vt hanc dilueret, ab Archiepiſcopo petijt, vti coram illo, ſe liceret à tam famoſo crimine immunem per canonicam purgationem declarare; quod ille aliquandiu viſus eſt annuere. Et proclamationibus pro more editis, aliquouſq; res proceſſerat, quando eum Archiepiſcopus

pus monere cœpit, vt tentaret si ad gratiam Regis vllo pacto posset aditum reperire. Hinc Episcopus coniiciens, non ausum Archiepiscopum secum agere secundum æquum & ius ne Regem offenderet: Ad Papam decreuit confugere, cui (Auenionem profect°) rem omnem aperuit, qui Episcopi misertus, non solum aduersarios, sed præclaros illos Iudices regios, (quamvis milites essent aurati) edictis in valuis Ecclesiæ Paulinę propositis, ad curiam suam citandos mandauit; videlicet Gulielmum Shareshull, Gulielmum Thorp, Henricum Greene, Gulielmũ Noćton, & Simonem Drayton; ex quorum posteris vix credo quenquam hodie superesse. Et vnde id conijciam si perconteris, hanc accipe rationem. Si parentum carnalium cultoribus Deus mercedem proponit vitam longæuam, contemptoribus vero mortem minitatur immaturam; quanto magis huiusmodi homunciones (nam hominum vix dignor appellatione) quibus pro ludo est illis contumeliam irrogare, quos vt patres suspicere deberent ac venerari, si illud Christi attenderent, *Qui vos spernit, me spernit*: quanto magis inquam putemus hos Deum plectere, nec in se tantum sed in posteris quoque qui impietatem, etiam à posteris luendam denunciauit, vsque ad tertiam & quartam generationem? Vos igitur qui tales estis (si qui tales, sed nunquam vt auguror pauciores) vtcunque inique agendo diuitias forsitan accumuletis, nolite putare post ducentesimum annum illustriores fore posteros vestros quam Shareshullorum aut Noctonorum quos hodie opinor nouit nemo; aut memoriam vestram quam illorum futuram gratiorem, quos pauci credo sine execratione memorant. Sed hęc (quod aiunt) extra oleas. Qui ad tribunal Pontificium citati sunt, non compauerunt, & ob contumaciam excommunicati sunt. Lincolniensi Episcopo mandatum, vt hanc excommunicationem promulgaret (id quod ille fecit, quamvis inde Regis offensam grauissimam incurrerit) ac deinde, vt si illorum quisquam interea temporis obijsset (obierant autem nonnulli, ac in primis bonorum Iudicum vnus, Simon Draytonus) exhumatus, sacrata terra protinus eijceretur. Citati vero cum nihilominus in contumacia persisterent, agros il-

Iorum omnes ac prædia interdicto Papa ſuppoſuit. Regem hæc vehementer pupugerunt, adeo vt non minus Pontifici quam Elienſi iratus, edicto proſcripſerit omnes qui literas aut cenſuras papales quaſcunq; aut importarent in regnum aut promulgarent. Cumq; non deeſſent qui Epiſcopo Roffenſi Anglię tunc Theſaurario literas tamen pontificias hiſce de rebus traderent, ſeque armis antequam id facerent munirent, ſe tamen ocius ſubducerent; perquiſiti ij ac deprehenſi, varijs affecti ſunt pœnis, alijs membrorum mutilatione, diuturno carcere alijs, nonnullis vero ſuſpendio mulctatis. Qua re nunciata, excanduit vehementer Pontifex, & literis illico perſcriptis, mandauit vt de iniurijs quib⁹ Elienſis Epiſcop⁹ ab iniquis Iudicibus & alijs miniſtris regijs fuerat affectus, ſine mora ſatisfactionem fieri curaret: Id ſi facere ſuperſederet, atrociſſima quæq; minabatur. Rex autem bello petitus vndique, ne domi tumultum Papa concitaret veritus, ad hanc tam grauem litem componendam, legatos miſit, qui ad Romanam curiam peruenientes, cum Elienſi colloquium habuerunt. Cùm vero ad concordiam res ſpectare videretur & fere eſſet tranſacta; Elienſis, tam diuturnæ controuerſiæ moleſtijs fatigatus vitæque pene tædio confectus, mortem obijt, Iunij nimirum 23. 1361. & in illis regionibus ſepult⁹ eſt. Collegio ſiue hoſpitio S. Petri Cantabrigię, hic Pręſul benefactor cenſetur egregius.

19. SIMON LANGHAM.

1361. *Edw.* 3. 36. INnocentius 6. Papa, poſt mortem Lildi, tranſtulit illico à ſede Wigornienſi ad Elienſem Reginaldum Brian, qui morte ſublatus, beneficio hoc Pontificio vti non potuit. Ioannes Buckingamus (poſtea Lincolnienſis Epiſcopus) tunc electus eſt à monachis, ſed à Papa reiectus, qui Epiſcopatum contulit Simoni Langham Abbati Weſtmonaſterienſi. Præfuit hic annos duntaxat quinque (factus interea Angliæ primum Theſaurarius, deinde Cancellarius) anno 1366. Cantuariam tranſlatus. Qua de re facetus neſcio quis (ſed in illum non optime animatus) hos compoſuit verſiculos.

Latentur

Digitized by Google

Lætentur cœli, quia Simon transit ab Ely,
Cuius in aduentum, flent in Kent millia centum.

De illo supra apud Cantuarienses plura.

20. IOANNES BARNET.

IOannes Barnetus Bathonensis & Wellensis Episcopus, ad Elienſem ſedem tranſlatus eſt eodem ipſo tempore quo ad Cantuarienſem Langamus. In Wigornienſem Epiſcopum conſecratus ille anno 1362. Bathoniam migrauit 1363. & grandæuus tandem Elienſis Eccleſię curam ſuſcipiens anno (vti diximus) 1366. hic tamen ſex annos perdurauit. Ab vtraque Presbyterij parte binas hic erexit feneſtras & vitro obduxit. Cum Angliæ aliquandiu extitiſſet Theſaurarius, diem clauſit extremum apud Hatfeild-Epiſcopi Iun. 7. 1372. & ni fallor eo loco ſepultus iacet vbi tumulum videmus ab auſtrali parte ſummi altaris, olim (quod facile cernas) ſplendidiſſimum, ſed nunc turpiter mutilatum, ſtatuæ ſuperimpoſitæ capite detruncato. 1366. *Edw.* 3. 41.

21. THOMAS ARVNDELLVS.

BArneti morte nunciata, perſcriptis ad Elienſes literis benixe petit Rex vt Ioannem Woodrouium Confeſſorem ſuum in Epiſcopum velint eligere. Illi vero coeuntes, ſuffragia ſua contulerunt in Henricum Wakefeild hoſpitij regij Seneſcallum; Qua electione caſſata, Pontifex ex plenitudine poteſtatis Epiſcopum Elienſem declarauit, annoſum quendam, quemque virum facile credas grauiſſimum, Thomam Arundellum, Roberti Comitis Arundellę & Warrennæ filium, Tauntonenſem Archidiaconum, cum iam (ô capularem ſenem) ætatis annum expleuiſſet fere viceſimum ſecundum, & Subdiaconus nuper factus eſſet. Sic plerique. Non deſunt tamen qui tradant, prouiſionibus papalibus authoritate Parliamentaria hac tempeſtate prohibitis, electum canonice Arundellum, & per Wittleſeyum Archiepiſcopum Otfordię conſecratum Apr. 6. 1375. Cum à prima deſignatione annos iam ſediſſet 14. menſes 3. ac dies 18. Eboracum transfertur primum & poſtea Cantuariam. Inte- 1375. *Edw.* 3. 50.

Digitized by Google

rea vero, Octob. 23. Ricardi secundi anno 10. summus Angliæ Cancellarius constitutus est. Inter aliam supellectilem ædibus suis Elienſibus relictam, mensa quędam præcipue memoratur auro gemmisque ornata quam ab Hispano Rege comparatam, tunc Episcopo vendidit Edwardus Princeps pro 200. marcis. Magnam etiam portam, seu vestibulũ ędibus Oldburnenſibus adiecit Arundellus; de quo inter Cantuarienſes fusius.

22. IOANNES FORDHAM.

1388. *Rich.2.12.* DIes vix 14. sedes vacauerat, quando Ioannes Fordhamus Dunelmenſis Episcopus ad Elienſem sedem per Papam translatus est. Ex Decano Wellenſi Dunelmenſis consecratur Antistes Maij 29. 1381. & ibidem inthroniſatur Septembri mense 1382. Anglię Thesaurarium, exauthoratum sese anno 1386. & Ioannem Gilbertum Episcopum Herefordenſem surrogatum, tulit iniquissime. Dunelmenſi Ecclesiæ postquam annos 7. præfuisset, authore Pontifice Sept. 27. 1388. in Elienſi consedit, quam tenuit annos totos 37. vltra mensem 1. & dies 22. Obijt Nou. 19. 1425. & sepultus dicitur in occidentali parte capellæ B. Marię. Sic à primo consecrationis tempore Episcopus vixit annos plus quam 46. De illo apud Dunelmenſes plura.

23. PHILIPPVS MORGANVS.

1425. *Henr.6 4.* QVi Regis tunc infantis tutelam habebant, & procerum quamplurimi, adlaborabant impense vt à monachis Elienſibus eligeretur in Episcopum Gulielmus Alnwicus, legum Doctor, Regi à confessionibus, & priuati sigilli custos, qui postea Lincolnienſis Episcopus creat' est. Illi vero Petrum designarunt Priorem suum. Hic cum ab Archiepiscopo non probaretur, curiam petijt Romanam, vbi electionum nulla habita ratione, mos inualuerat, præsulatus vacantes Pontificis arbitrio disponendi, quoties Episcopi prius non constituerentur, quam vacasse sedem illi innotesceret. Et secundum hunc morem, Elienſium electionem ne flocci quidem pendens, Philippum Morganum suo oraculo

culo Elienſem pronunciauit Epiſcopum. Hic legum Doctor, Wigornienſis fuerat Epiſcopus conſecratus anno 1419. & non multò poſt Fordami obitum, videlicet anno 1425. non dum exacto, Elienſi Eccleſiæ (vt retulimus) ingeritur à Papa. Vir hercle egregie prudens, quique magna moderationis laude munus demandatum obiuit per annos 8. & menſes 6. Apud Hatfeild-Epiſcopi deceſſit Octob. 25. 1434. & in cœnobio Carthuſianorum Londini ſepultus eſt.

24. LVDOVICVS LVXEMBVRGENSIS.

POſt Morgani obitum, ne Papa anteuerteret, elegerunt illico in Epiſcopum ſuum Elienſes Robertum Fitz-hugh Epiſcopum Londinenſem, qui tranſlatione ſua non dum perfecta defunctus eſt. Rex tum perſcriptis ad Priorem & Conuentum literis, vt Thomam Rodburn Epiſcopum Meneuenſem eligerent rogauit. Cęterum illi, vota nihilo ſecius contulerunt in Thomam Bourchier Epiſcopum Wigornienſem, cuius electionem Papa etiam confirmauit; Sed quod temporalia eius ſedis Rex illi tradere pertinaciter recuſaret, electioni de ſe factę renunciauit. Quare Rege annuente, Epiſcopatus illius adminiſtrationem commiſit Papa Ludovico Luxemburgenſi Cardinali, Rothamagenſi Archiepiſcopo & tam Gallię quam Normannię Cancellario ſub Henrico 6. Anglię Rege tum nuper Pariſijs in Francorum Regem coronato, cui ſanguine dicitur propinquus. Hunc Luxemburgenſem perperam vocari contendit Ciaconius, mutuato nempe nomine à ſorore, quę Vualera de Lutcemburgo eſſet nuncupata, cum vero nomine Ludovicus de Bar fuiſſet appellandus. Ex Epiſcopo Morinenſi Archiepiſcopus Rothamagenſis, ac deinde Decembris 18. 1439. Presbyter Cardinalis tt. SS. Quatuor Coronatorum creatus eſt. Obijt apud Hatfeild-Epiſcopi, Septembris 18. 1443. cum ſediſſet annos 6. menſeſque totidem, ac in Eccleſia Elienſi dicitur ſepultus inter duas columnas prope altare reliquiarum.

1435. *Henr.6.14.*

Digitized by Google

25. THOMAS BOVRCHIER.

1443. *Henr. 6. 22.* REpetita electione, Thomas Bourchier antedictus, iam denuo electus & Rege annuente confirmatus est in Elienſem Epiſcopum Martij 12. ſequente. Hic Henrici Eſſexiæ Comitis frater, ex Decano S. Martini Wigornienſis fit Epiſcopus anno 1435. ibique ſedit annos 8. Hic loci vero præfuit annos 10. menſes 6. & diebus 12. quo ſpatio temporis confecto, ad ſedem Metropoliticam Cantuarienſem promotus eſt.

26. GVLIELMVS GRAIVS.

1454. *Henr. 6. 33.* QVatuordecim dies nec amplius cum ſedes vacaſſet, Nicolaus 5. Papa, Gulielmum Graium S. Theologiæ Doctorem pro ſummo quo eum amore complexus eſt, Epiſcopum declarauit Elienſem. Hic nobiliſſima ortus proſapia familia, nempe Baronum Gray de Codnor, quod ab ineunte ætate indole fuiſſet egregia, & ad literarum diſciplinas valde propenſa, magna cura educatus & in literarum ſtudijs inſtitutus eſt, Oxonij primum in Balliolenſi collegio, deinde Ferrarę in Italia, vbi Guarinum Veronenſem longo tempore audiuit, & magnam merito laudem ex linguis elimatis ac varia rerum cognitione fœliciter ſibi comparauit. Multa ſcripſiſſe perhibetur & ante & poſt acceptas Romæ inſulas. Neque vero literis adeo vnicè intentus fuit vt cæterarum rerum rudis & imperitus extiterit. Henricus 6. Rex, egregiam hominis prudentiam cum magna ſolertia coniunctam rerumque gerendarum dexteritatem eximiam, perſpectam habens, procuratorem ſuum conſtituit, vt negotia ſua Romæ curare expedienda apud ſummum Pontificem; qui recondita eius eruditione delectatus, huic ſedi vltro & vix rogatus eum præfecit. Fieri non potuit vt huius tanti viri opera in reip. adminiſtratione Rex non vteretur. Quapropter reuerſus in patriam, Angliæ conſtituitur Cancellarius. Sedit annos 24. menſes 2. & dies 21. Interea vero, magnam impendit pecuniam in ſtructura campanilis quod ab Occidentali parte Eccleſiæ ſitum eſt; atque Auguſti 4. 1478. Downha-

mæ,

mæ moriens, multam ſacram ſuppellectilem legauit Eccleſiæ ſuæ, in qua ſepultus iacet inter duas columnas.

27. IOANNES MORTON.

SVccеſſit illi vir celebris,&nunquã ſatis laudatus,Ioannes Mortonus legum Doctor; cuius prudentiæ acceptam feramus oportet fœliciſſimam illam Lancaſtrenſis familiæ cum Eboracenſi coniunctionem, qua, inteſtinũ illud bellum ſopitum eſt quo nunquam vidit noſtra Anglia vel funeſtius, vel diuturnius. Natus eſt Berreyæ prope Blanfordam in Dorceſtria, & factus eſt primum Eccleſiæ S. Dunſtani apud Londinum rector, tum S. Decumani in Eccleſia Wellenſi Præbendarius, & rotulorũ magiſter,ac Angliæ deniq; Cancellarius. Auguſti 9. die videlicet quinto poſt Graij obitum, electus eſt canonice ab Elienſibus. De conſecrationis tempore nil comperi. Sediſſe vero traditur annos plus minus 8. donec anno 1486. Cantuariã tranſlatus eſt. Cæterum ante diſceſſum in ædium ſtructura,ac præcipue Hatfieldenſium magnos ſumptus fecit; quemadmodum & in arce Wisbichenſi, cuius magnam partem, videlicet molem illam lateritiam à fundamentis totam excitauit. Aggerem etiam iecit illum quem hodie,The new leame appellamus,vt vecturam Elienſes ſui haberent expeditiorem, cuius tamen vſus his temporibus permagnus non eſt. Et queruntur incolæ,Nenni fluuij curſum in mare per Clowroſſ multum inde impeditum. De iſto qui plura volet, petat Cantuarienſes. 1478. *Edw.* 4.19.

28. IOANNES ALCOCK.

POſt tranſlationem Mortoni, ſedes (ſecundum quoſdam) annos 3. vacauit. Cæterum mihi videtur conſtare, eodem ipſo anno, videlicet 1486. ab Eccleſia Wigornienſi ad Elienſem tranſlatum Ioannẽ Alcocum Legum Doctorem. *Qui* (authore Balæo) *ab ipſa pueritia bonarum literarum ſtudijs ac pietati deditus, ita à virtute in virtutem creuit, vt eonemo per Angliam maiori ſanctitatis nomine inſignirctur. Parciſſime per totam ætatem victitaſſe dicitur, duriterque vigilijs ſtudijs, abſtinentia & alijs caſtigationibus domuiſſe prurientis ſuæ carnis illecebras.* 1486. *Henr.* 7.2.

Digitized by Google

illecebras. Natus est Beuerleiæ in comitatu Eboracensi, Cantabrigiæ educatus, & ex Decano S. Stephani Westmonasterij ac rotulorum Præfecto, Roffensis anno 1471. consecratus Episcopus; à qua sede ad Wigornienſem anno 1476. & Walliæ Præses constitutus, Elienſis tandem Ecclesiæ gubernaculo admouetur, & Angliæ Cancellarius a sapientissimo Principe Henrico 7. designatur. Dum adhuc Wigorniæ subsisteret, Westburienſem ecclesiam auxit permultū à septentrionali latere, quod eleganti opere nouum extruxit: Deinde Kingstonæ ad Hullum fluuium scholam fundauit, & capellā ædificauit ab australi parte Ecclesiæ, vbi parentes sui fuerant humati, atq; Cantariā (vt appellamus) ibi ordinauit. A fundamentis deinde excitauit aulam illam tam speciosam quā spacioſam palatij sui Elienſis, vna cum solario pulcherrimo ibidē & in singulis fere domibus Episcopalib⁹ multa ædificauit. Collegium deniq; bonarū literarum studioſis Cantabrigiæ instituit, Iesus nomini sanctissimo dicatum, vbi monialium quandoq; fuerat Cœnobiū S. Radegundis dictum; quod, fatiscentibus ædificijs & deuastatis prædijs, monachæ iam deseruerant omnes præter duas, quarum vna dicebatur abiturire, altera ex ephebis nondum excesserat. Quapropter impetrata ab Henrico septimo Rege licentia, in collegium conuertit hoc Monasterium Alcocus, in quo Præsidem collocauit siue magistrum, socios sex; & scholarium numerū mihi incompertum, qui aliorum dein munificentia multum auctus est. Et hoc collegium honori dedicauit sacratissimæ Trinitatis, Beatæ Virginis & S. Radegundis. Reddituum Episcopalium quicquid in his structuris non esset impensum, eleëmosinæ ac mensa hospitalis absumpserunt. Cum annos sedisset 14. ab hac vita ad aliam translatus est (operum tam piorum mercedem accepturus) Octobris primo 1500. Humatus est in Capella à se constructa ab Aquilonari parte presbyterij, vbi monumentum visitur olim splendidissimum, sed à vecordibus nescio quibus pudendum in modum deformatum. Inter tot præclaros viros quot ex hoc collegio prodierunt & prodeunt quotidie, quàm vellem non deesset qui (Henrici Sauilli Equitis aurati pietatem laudatissimam

æmulatus)

Digitized by Google

æmulatus)patrono de se optime merito tumuli honorem debitum restitueret.

29. RICHARDVS REDMAN.

POst Alcoci mortem, integrum per annum sedes vacauerat, quando Richardus Redmanus S. Theologiæ Doctor, Cantabrigiæ educatus,ac Assaphensis in Wallia primum,deinde Exoniensis Episcopus, huc transfertur. Annos sedit duntaxat tres, sex mensibus adiectis, & Augusti 25. 1505. defunctus, ab Aquilonari parte presbyterij sepultus est inter duas columnas, vbi tumulum videmus speciosum ex polito lapide affabrefactum. Erga egenos munificentia eius multum laudatur. Quoties iter faceret,singulis petentibus nummum dabat, qui ad minimum sex denarios nostrates valeret, hoc est,aurei partem duodecimam; & ne dandi materia careret, aduentum suum vbique qua transibat campanæ pulsatione significare consueuit. Verisimile est illum qui tam multum palam donabat,plurima etiam contulisse clanculum quæ omnibus non innotescerent. 1501. *Henr.* 7. 17.

30. IACOBVS STANLEY.

SVccessit illi Iacobus Stanleius S. Theologiæ Doctor,Comitis Derbiensis frater, de quo præterea nihil boni traditur. Anno 1506. consecratus,annos sedit 8. cum dimidio, cuius temporis in Ecclesia sua parum aut nihil absumpsit. Æstatem plerunque Somersamæ transigebat, vbi mulierculam alebat (ne dicam concubinam) cuius consortio plus quam nimium vtebatur. In hyeme vero cum fratre degebat vt plurimum in comitatu Derbiensi. Sic voluptatibus immersus, familia ex qua natus est nobilissima tantoque munere indignus vitam exegit, & nulla re præstitita memorabili, anno 1515. interijt. 1506. *Henr.* 7. 22.

31. NICOLAVS WEST.

OCtobris 7. 1515. Nicolaus West S. Theologiæ Doctor, & Windesorensis Decanus, in Episcopum Eliensem consecratus est, qui Putneyæ natus, patrem habuit Ioannem 1515. *Henr.* 8. 7.

Digitized by Google

annem Weſt piſtorem. Literis puer inſtitutus eſt Eatonæ, vnde Cantabrigiam tranſlatus, in Collegio Regio ibidem educationem reliquam ſortitus eſt. Primis adoleſcentiæ annis & antequam gradum aliquem ſcholaſticum ſuſcepiſſet, Academia electus eſt, quod factionibus nimis addictus, collegij ſui Præſidi de procuratoris neſcio cuius electione ſuccenſens, noctu ædes eius iratus incendiſſet. Poſtea tamen indoli eius egregiæ datum, vt quanquam collegio excluſus, in Academiam tamen rurſus reciperetur, vbi fama ſatis ſecunda multos per annos poſtea vixit. Aluit hic Epiſcopus in familia (ſicut traditum reperi) famulos centum, quorum quinquaginta percipiebant annuatim ſinguli 4. marcas, reliqui 40. ſolidos, omnes vero panni ad veſtem hiemalem conficiendam 4. vlnas, ad eſtiualem vero 3. vlnas cum dimidio. Pauperibus deinde ducentis dabat quotidie obſonia cocta, & annona cum eſſet cara pecuniam præterea multam. In Eccleſia Putneienſi vbi natus eſt, ex lapidibus politis capellam extruxit, laqueari contectam exquiſiti operis. Cum Eccleſiæ Elienſi annos 17. præfuiſſet, quod cauſæ diuortij Regis cum Catharina vxore non nimium fauiſſet, offenſam eius incurrit; vnde ſuſpicantur nonnulli, morbum ex nimio mœrore contractum, qui illi fuerit letalis. Probabilius eſt, fiſtulam in ano, qua certum eſt laboraſſe, perniciem illi attuliſſe. Quæcunque demum cauſa fuerit, Aprilis 6. deceſſit 1533. Sepultus iacet in Capella à ſe dum viueret magno ſumptu extructa, quæ à præsbyterio ſita eſt ad ortum hiemalem. Collegij Regij (vbi fuerat ſcholaris) benefactorem eum egregium extitiſſe audio. Sed quid præſtiterit ſigillatim recenſere nequeo.

32 THOMAS GOODRICH.

1534. *Henr.* 8.26. DEfuncto Weſto, ſucceſſor deſignatur Hawkinus legum Doctor, cui auunculus fuit Weſtus & in baptiſmo ſuſceptor, etiam Archidiaconatum Elienſem ei contulit. Educatus hic eſt ſicuti auunculus in collegijs Eatonenſi primum, ac deinde Regio Cantabrigię; & quo tempore ille obijt, Legatum Regium agebat in partibus tranſmarinis, vnde accerſitus

Digitized by Google

cerſitus, cum ipſe tum vniverſa fere familia dyſenteria correpti ſunt, quo morbo, inter cæteros, ipſe, priuſquam deſtinatum ſibi thronum poſſet conſcendere, ſublatus eſt è medio. Poſt annuam tandem vacationem, iſtius Eccleſiæ adminiſtrationem cœpit capeſſere Thomas Goodrichus legum Doctor vt nonnulli, Theologię vt alij, qui etiam Cantabrigiæ creatum contendunt. Conſecratus eſt April. 19. 1534. & ſedit ſupra 20. annos, dies 20. Extruxit iſte ſolarium pulchrũ ab Aquilonari parte palatij ſui Elienſis & in ornatu illarum ædium multum impendit pecuniæ. Obijt Somerſamæ Maij 10. 1554. & in meditullio fere Presbyterij iacet humatus. Quæ iam vlterius de eo dicenda reſtant, malim alienis verbis audiatis quam meis. Ad ea namque tempora iam pene perventum, de quibus loquendum parcè; mihi iudicans neq; tutum illos reprehendere, nec decorum laudare (quantumvis vere) quorum memoria recens, & (ſi non ipſi) propinqui tamen & neceſſarij ſuperſtites apud nos vivunt. Erit fortaſſis tempus, quando me ad ſperatam in cœlis patriam tranſlato, de meorum temporum Pontificibus ſcripta (quæ iam nunc meditor) edi poſſint, ſine vel metu offenſę vel adulationis ſuſpicione. Cætera proinde de hoc antiſtite perſcribenda, narrabit Epitaphium:

Thomas Goodricus annis plus minus 20. *huius Eccleſiæ Epiſcopus, hoc loco ſepultus eſt. Duobus Angliæ illuſtriſſimis Regibus, varijs & religionis & reipub. muneribus pergratus fuit: Foris enim apud exteros Principes ſæpe Legatus, domi quidem cum Rege Edwardo eius nominis ſexto aliquandiu Conſiliarius extitiſſet, magnus tandem factus Angliæ Cancellarius. Charior-ne Principi propter ſingularem prudentiam, an amabilior populo propter integritatem, & abſtinentiam fuerint, ad iudicandum eſt perquam difficile.*

33. THOMAS THIRLBY.

QVando Henrico Octauo viſum Eccleſiam Cathedralem Weſtmonaſterij collocare, Epiſcopum inibi primum (qui porro poſtremus fuit) collocavit Thomam Thirlbæum Legum Doctorem, quem nonnulli Cantabrigiæ educatum ibique

1554. Mar. 2.

ibique Theologię Doctorem creatum contendunt. Conſecrationem accepit Decemb. 19. 1540. Anno vero 1550. Norwicum tranſlatus eſt ſub Edwardo Rege, ac inde ad hanc Eccleſiam per Mariam Reginam, quæ etiam in album aſcripſit eorum qui ſibi eſſent ab arcanis & intimis conſilijs. Illa defuncta, quod reformationi ab Elizabetha Regina inſtitutæ magna pertinacia adverſaretur, in turrim Londinenſem coniectus, & lata lege exauthoratus eſt. Poſt cuſtodiam neque arctam admodum neque diuturnam, per amicos à Regina clementiſſima facile impetravit, vt in Archiepiſcopi Cantuarienſis (Parkeri) familia degeret vna cum Boxallo non ita pridem Secretario, & Tunſtallo ab Epiſcopatu Dunelmenſi nuper etiam amoto. Humaniſſime ab Archiepiſcopo excepti ſunt, qui rerum humanarum viciſſitudinem recolens, inde potuit diſcere, omnipotentiæ divinæ quam fuerit facile, ipſum in apice modo collocatum Eccleſiaſticæ dignitatis mox deijcere, ac ſicut iſtos, à ſummis honoribus ad infima quæq; deturbare. Quanquam iſtos quid nomino? quos habeo perſuaſiſſimum in hac cuſtodia (ſic enim quibuſdam placet appellare) tranquillius vixiſſe & veræ ſinceręque voluptatis plus multo percepiſſe, quam quo tempore fortuna vti maxime propitia viſi. Deceſſit Lamethæ Aug. 26. 1570. & ſaxo tectus marmoreo, in medio Cancelli Parochialis Eccleſiæ quæ eſt ibidem ſepultus iacet, ad Tunſtalli Dunelmenſis caput. *Hic Romana legatione, de obedientia ſedi Romanæ deferenda, & Cameracenſi tractatu, magnam prudentiæ laudem conſequutus eſt.* Sic de eo Camdenus noſter. Traditum etiam reperi, Sacerdotiorum ſex ius patronatus, Collegio Ieſu Cantabrigiæ contuliſſe.

34. RICHARDVS COX.

1559. *Eliza. 2.*

THirlbæo in ordinem redacto, ſubſtitutus eſt ab Elizabetha Regina Richardus Cox, S. Theologiæ Doctor, qui Decemb. 21. 1559. conſecratus eſt. Hic in Collegio Regio Cantabrigiæ aliquandiù educatus eſt, donec videlicet à Wolſæo Cardinale propter indolem egregiam avocatus eſt inde, vt Collegij à ſe recens Oxoniæ inſtituti fieret alumnus.

Eato-

Eatonẽſis tum Ludimagiſter, ſcholam rexit ibidem tempore haud longo, Edwardi Regis in bonis literis inſtitutioni operam iuſſus navare. Ab illo Decanus fit tam Weſtmonaſterienſis quam Oxonienſis, & illius Academię Cancellarius, cõſtitutus etiam eidem Regi ab eleëmoſynis, necnon (teſte Balæo) ab arcanis conſilijs. Maria regnante, exul in Germania vixit. Elienſi vero præfuit Eccleſiæ annos 21. & menſes 8. Sepultus iacet prope Goodricum ſub marmoreo ſaxo, cui, magna Epitaphij parte amiſſa, hæc carmina inſculpta reperi.

Vita caduca vale, ſalueto vita perennis,
Corpus terra tegit, ſpiritus alta petit.
In terra Chriſti Gallus Chriſtum reſonabam,
Da Chriſte in cœlis te ſine fine ſonem.

35. MARTINVS HETON.

VAcavit ſedes poſt Coxi obitum annos ferme 20. Elizabethæ Reginæ viſum tandem, Martinum Hetonum S. Theologiæ Doctorem eidem præficere, Wintonienſem Decanum, & ædis Chriſti (vbi fuerat educatus) Prębendarium. Conſecratus eſt Februarij 3. 1599. & Iulij 14. 1609. migravit ex hac vita. 1599. *Eliz.* 42.

36. LANCELOTVS ANDREWS.

LAncelotus Andrews Aulæ Pembrochianæ in Academia Cantabrigienſi ſocius primum, ac deinde Pręſes ſiue (vt loquimur) Magiſter, cum Ciceſtrenſis eſſet Epiſcopus, & Iacobo Regi ab eleëmoſynis, huc tranſlatus eſt ſub initium anni 1610. Vir quanta dicendi vi prædítus ac in concionibus pręcipue ſacris, loquatur Aula Regia, loquatur vniverſa Anglia, quanta eruditione, loquetur ſed non ſine ſtomacho credo, ab illo tortus, Tortus ille Cardinalis. 1609. *Iacob.* 7.

Secundum rationem Scaccarij aut fiſci Regij valet hic Epiſcopatus annuatim 2134. *l.* 18. *s.* 5. *d.* ob. q. *In Regiſtro vero Pontificio ducatos* 7000. *l.*

EPIS-

Digitized by Google

EPISCOPI LINCOLNIENSES.

ILlius Dioceſis Epiſcopus, cuius nunc ſedes eſt Lincolnia, Dorceſtriæ primum Cathedram habuit conſtitutam, quę Oxonia orientem verſus ad decimum lapidem ſita eſt. Niſi forte verum ſit quod à quodam Simone de Burnſton traditur, apud Buckleſworth primum Epiſcopum conſediſſe; qua de re apud cęteros Scriptores, nullam vſquam reperi mentionem. Iuriſdictioni eius parebant omnes illę regiones quę hodie noſcuntur ſubeſſe Wintonienſi, Lincolnienſi, Sarisburienſi, Bathonenſi, Exonienſi, Petroburgenſi ac Oxonienſi Epiſcopo, neſcio vero annon etiam Wigornienſi, Herefordenſi, Gloceſtrenſi, & Briſtolienſi. Et ille, licet Merciorum populos Epiſcopo aliquandiù carentes tunc temporis regeret, Occidentalium tamen Saxonum Epiſcopus appellatus eſt. Huiuſce territorij tam ampli primus fuit antiſtes Birinus, ſecundus autem Agilbertus, è Gallia oriundus: Quo ſedente, Kenwalchus Occidentalium Saxonum Rex, duas in his regionibus ſedes cathedrales conſtituit, cuius vnam Agilberto reliquit Dorceſtriæ (vt retulimus) ſedenti, alteri pręfecit Winam, Wintonię iuſſum conſidere. Poſt Agilbertum, Dorceſtria multos per annos proprio caruit antiſtite, Wina & ſucceſſoribus vtriuſque Dioceſeos curam ſuſcipiente, aut eius ſaltem partis, multo maximę. Contigerat ſiquidem brevi pòſt Oſwyum Merciæ Regem ſedem Epiſcopalem Lichfeldiæ conſtituere, Diuma quodam in eadem collocato, cui ſuberant pleręq; Anglię regiones mediterraneę, ſicuti ſucceſſoribus illius 6. vel 7. ad annum vſq; Domini 678. quando Sidnaceſtrēſis Epiſcopus inſtitutus eſt Eadheadus, cui ante annum tranſactum ſublato, ſucceſſit Ethelwinus, & deinde iſti.

3.

3. Edgarus.

4. Kinebertus. Embertus Bedę qui in Eccleſiaſtica hiſtoria conſcribenda, ſe multum adiutum ab illo fatetur ingenue. Obijt anno 733.

5. Alwigh. Interfuit Synodo à Cuthberto Cantuarienſi Epiſcopo indictæ anno 747. defunctus 751. 733.

6. Eadulfus anteceſſoris ſui Archidiaconus, deceſſit anno 764. 751.

7. Ceolulfus obijt 787. 764.

8. Ealdulfus. 787.

Poſt mortem Ealdulfi, multos per annos vacavit ſedes. Anno tandem 872. Brightredus fit Epiſcopus. Interea vero, anno videlicet 737. alia adhuc ſedes Legeceſtriæ erigitur (quę nunc Leceſtria) ſed breui poſtea Dorceſtriam tranſlata, vbi hij ſederunt.

Tota.

Edbertus, conſecratus 764.

Werenbertus. Obijt 768.

Vnwora illi ſucceſſit ſecundum Florilegum. Alij Werenberto pręponunt. Vixit anno 806.

Rethunus, Abbas Abendonenſis. Obijt 851.

Aldredus, conſecratus 861. vel potius ſecundum Weſtmonaſterienſem 851. Deprivatus eſt anno 873.

Ceolredus, conſecratus 873.

Halardus. Ab Alfredo Rege conſtitutus eſt vnus è Gardianis regni, vt illud contra vim & incurſiones Danorum tueretur anno 897. quo quidem anno defunctus eſt.

Kenulfus, vel rectius Ceolulfus conſecratus anno 905. vna cum 6. alijs per Plegmundum Cantuarienſem Archiepiſcopum. Cuius rei rationem alibi reddidimus.

Leofwinus. Illius regimini Sidnaceſtrenſis etiam dioceſis relicta eſt, quę per annos iam 10. paſtore deſtituta manſerat, & nunc Dorceſtrenſi vnita eſt. Cœnobio Ramſeyenſi hic multa contulit beneficia & anno 959. defunctus eſt.

Ailnothus, conſecratus 960.

Aſcwyn alias Æſcwy.

Alſhelmus.

Eadnothus, Præpositus Ramseyensis, prælio cæsus à Danis anno 1016.

Eadhericus. Obijt 1304. & Ramseiæ sepultus est.

Eadnothus. Ecclesiam constituxit B. Mariæ apud Stow, & obijt anno 1050.

Vlfus. Hic patria Normannus, in Angliam venit cum Emma Ethelredi Regis coniuge, quæ soror fuit Richardi Normanniæ Ducis. Cuius filius Edwardus, matris precibus adductus, eum, licet admodum indoctum, Dorcestrensem Episcopum renunciavit. Anno 1052. tam ipse quam cæteri omnes Normanni, (qui omnia præcipua regni munia invaserant) regno pulsi sunt. Huic visum ad Concilium Vercellis congregatum se conferre, vt de iniuria sibi facta apud Pontificem querimoniam instituerent. Vbi eovsque inscitiam suam prodidit, vt habuerit in animo Papa, Pontificali munere ipsum privare, donec muneribus permulsus, ab eo destitit incœpto. Mœrore (vt par est credere) brevi postea absumptus, interijt.

Wulfinus vel Wulfsinus, consecratus anno 1053. Wintoniæ decessit 1067. & in Ecclesia sua Dorcestrensi sepultus est. Hucvsque de Episcopis qui Sidnacestriæ (vbi loci ea civitas sita fuerit mihi incompertum) Legecestriæ & Dorcestriæ consederunt. Ad Lincolnienses iam tandem perventum.

1. REMIGIVS DE FESCHAMP.

1070. *Gul. 1. 5.* DOrcestrensium Episcoporum postremus, Lincolniensium vero primus, fuit Remigius, Monachus Fiscamnensis, Sacerdotis filius. Huic Gulielmus Normannus qui Angliam postea subegit, propter plurima officia illi præstita, Episcopatum aliquem promiserat, si contingeret, in bello quod tum parabat victoria potiri. Neq; vero fidem fefellit. Nam vt primum Wulfini morte vacua facta est hæc sedes, illum inibi constituit Episcopum. Hæc cum inaudivisset Alexander 2. Pontifex Romanus; donationem huiusmodi Simoniacam adiudicavit, & Præsulatu hominem Romæ tunc agentem privavit. Sed Lanfranci Cantuariensis precibus inductus, annulo & baculo traditis, in integrum eum resti-

reſtituit. Illico vt ordinatus eſt, magnæ neſcio quid molitus, Dorceſtriæ cœpit ędificare. Cum vero in Synodo Londini coacta, Rege hoc ipſum ſuadente, decretum eſſet, Epiſcopales ſedes in oppidulis minutioribus ſitas (quarum in Anglia tunc plurimę) ad vrbes quaſque celeberrimas tranſferendas; Dorceſtria relicta, Lincolnię cathedram figere Remigio viſum, *quæ ciuitas vna ex populoſioribus Angliæ, emporium eſt hominum terra marique venientium.* Sic Malmesburienſis. *Mercatu igitur prædijs* (vt loquitur Huntindonenſis) *in ipſo vertice vrbis iuxta. caſtellum turribus fortiſſimis eminens, in loco forti fortem, pulchro pulchram, virgini virginum conſtruxit Eccleſiam, quæ & grata eſſet Deo ſeruientibus, & (vt pro tempore oportebat) inuincibilis hoſtibus. Prouinciam tamen Lindiſſe Archiepiſcopus Eboracenſis calumniabatur ex antiqua temporum ſerie. Remigius vero nihili ducens impetitionem eius, non ſegniter opus inceptum peregit, peractumque Clericis doctrina & moribus approbatiſſimis decorauit,* videlicet Prębendarijs 21. Sed loquatur iam iterum Malmesburienſis. *Hæc in eo erant iucundiora, quia ipſe pro exiguitate corporis pene portentum hominis videbatur; luctabatur excellere & foris eminere animus, eratque*

Gratior exiguo veniens è corpore virtus.

Quem ideo natura compegiſſe videtur, vt ſciretur, beatiſſimum ingenium in miſerrimo corpore habitare poſſe. Fœliciter ergo acta vita, in ipſo apparatu conſecrationis ſuæ, Lindecolniæ, pridie futuræ dedicationis æmula illum mors tantis gaudijs ſubtraxit. Nam & magnanimi viri hortatu, omnes vndique Pontifices regium edictum acciuerat. Solus Robertus Herefordenſis venire abnuerat, & certa inſpectione ſyderum, dedicationem tempore Remigy non proceſſuram viderat nec tacuerat. Obijt Maij 9. 1092. Tacendum vero non eſt, præter opus illud antedictum, quod tam incipere auſum, quam potuiſſe perficere, mirandum; Monaſteria duo, videlicet Stowenſe & Bardneienſe de novo integra conſtruxiſſe. Illius etiam conſilio inductum, ferunt Gulielmum Regem Cœnobia duo condidiſſe, Cadomenſe in Normannia, & illud de Bello, eo ipſo in loco vbi Haraldum Saxonem debellaverat. *De Regia quidem proditione fueras impetitus* (Huntindonienſis iterum) *ſed famu-*

lus eius ferri igniti iudicio dominum purgans, regio restituit amori, & maculam pontificali detersit decori: Sed & alia nescio quæ miracula, posteri in superstitionem procliues, ab illo non viuente, sed iam olim mortuo, præstita crediderunt. At non ego credulus illis. Matthæus Parisiensis, qui in historia anni 1085. de huius Ecclesiæ fundatione hæc ipsa tradidit, quæ ab Huntindonensi, & Malmesburiensi perscripta retuli illorum temporum scriptoribus, quęque omnium historicorum consensus testatissima reddit; tam sibi ipsi quã omnibus alijs repugnans, longam narrationem instituit postea de Ecclesia Lincolniensi per Regem Gulielmum Rufum constructa. Quam, quia ab omni non solum veritate sed probabilitate alienissima est, his nostris inserere operę pretium non duxi. Petat qui volet authorem prædictum apud quem, inter res gestas anni 1241. descriptam reperiet.

2. ROBERTVS BLOETVS.

1092. *Wil. Ruf. 6.*

REmigio defuncto, contigit paulo pòst Gulielmum Regem graui morbo correptũ, & de vita desperantem, ad pœnitentiam de anteacta vita (non nimis hercle piæ) agendam, animum adiecisse. Inter alia scelera quorum memoria languentis pupugit animum, maximum dolorem concepisse visus est, quod pręfulatus hactenus pretio vendidisset: ac in emendationis argumentum, Cantuariensem & Lincolniensem Ecclesias vacantes eueſtigio contulit, illam quidem Diuo Anselmo, hanc vero Roberto Bloëtto Cãcellario suo. Postquam conualuit, pœnitentiæ huiusce non satis (vt videtur) sinceræ, pœnituit hercle sincerè, ac vt temeratię donationis culpam emendaret, concitauit contra hunc nouum Episcopum, Archiepiscopũ Eboracensem Thomam, qui de ciuitate & comitatu Lincolniensi in sua (vti dicebat) tam dioceſi quam prouincia sitis, litem intenderet. Neque terminari hęc poterat, priusquam Regi Episcopus numerasset libras, vt Parisiensis, quingentas, Stobęus habet mille, Huntindonensis vero (mendose vt credo) 1500. qui de homine fortasse rectius quam de pecunia, eo dicit *non alterum fuisse forma venustiorem, mente sereniorem, affatu dulciorem.*

rem. Hoc etiam debuit adieciſſe, admodum fuiſſe indoctum, libidinoſũ, & leuiſſimis moribus prędituin. Refert Balæus filium illi fuiſſe nothum, Simonem nomine, quem Decanum conſtituit Lincolnienſem. Eccleſiam certe, conſtructam ab anteceſſore non ſolum dedicauit, ſed ornamentis affatim inſtruxit & Prębendarijs 21. à Remigio inſtitutis, totidem alios adiecit quos prędijs dotauit à ſe pretio comparatis. Conſecratus anno 1092. annos præfuit ferme 30. & repentina tandem morte ſublatus interijt Ianuarij 10. 1122. Dum fermocinans iuxta Regẽ equitaret Woodſtochię, apoplexia aut morbo aliquo conſimili correptus, ab equo ſubitò delapſus eſt, & ad cubile ſuum deductus, expirauit illico. Viſcera eius Enſamiæ ſepulta ſunt, in cœnobio quod ipſe olim condiderat, ſecundum nonnullos, alij dicunt reſeciſſe tantum. Monachos vero Stowenſes eo migrare coactos ab illo ſatis conſtat. Sed eccum tibi Epitaphium tumulo eius (vt ferunt) inſculptum.

Pontificum Robertus honor, quem fama ſuperſtes
Perpetuare dabit, non obiturus obit.
Hic humilis dines, (res mira) potens, pius vltor,
Compatiens, mitis cum pateretur erat.
Noluit eſſe ſuis Dominus, ſtuduit pater eſſe,
Semper in aduerſis murus & arma ſuis.
In decima Iani fallacis gaudia mundi
Liquit, & euigilans, vera perenne vidit.

3. ALEXANDER.

ROgerus Sarisburienſis Epiſcopus ille apud hiſtoricos noſtros celeberrimus, ea iam gratia & authoritate apud Henricum primum Regem, vt quicquid ipſi libitum fuiſſet ab eo facillime impetraret; haud difficulter obtinuit vt Alexandrum, ſuum ex fratre nepotem, Lincolnienſem Epiſcopum renunciaret, ortu quidem Normannum, quem non ita pridem Archidiaconum Sarisburienſem creauerat, & ſummum Angliæ Iuſtitiarium deſignari curauerat. Conſecratus eſt Cantuarię Iulij 22. 1123. Anno deinde ſequente Eccle- 1123. *Hen.* 1. 25.

Digitized by Google

ſia eius Cathedralis nuper conſtructa & vix dum abſoluta, fortuito incendio conflagrauit. Quam refecit ille & contra ſimiles caſus muniuit, laqueari addito fornicato. Numerum porro auxit præbendarum Eccleſiæ ſuę, cui etiam manneria quædam & alia prædia comparauit. Sed arcibus extruendis præcipue ac ſuper omnia incubuit, patruum in hoc æmulatus Sarisburienſem Epiſcopum, quod hunc perdidit (de quo ſuo loco) & minimum abfuit quin illum quoque euerteret. Tres ſiquidem conſtruxit, vnã quidem Banburiæ, aliam Slefordię, ac tertiam apud Newark. Neubrigenſis author eſt, duo etiam inſtituiſſe cum cœnobia, vnum Canonicis regularibus ſimul ac Monialibus apud Hauerholm, aliud Tamæ monachis albatis; quorum hoc ſuppreſſionis tempore valebat 256.l.13.s.7.d. ob. illud vero 88.l.5.s.5.d. Arces vero cum ſui iuris facere Rex Stephanus concupiſceret, Epiſcopis derepente vincula indidit, arces ſibi aſſeruit, atq; præter ſupellectilis pretioſæ magnam copiam, pecuniam immenſam in illis repertam aſportauit. Præſidiarij Newarcani, ſe ad regium mandatum dedere recuſarunt, donec ab ipſo Epiſcopo certiores eſſent facti (id quod verum fuit) iuramento Regem confirmaſſe, omnino nihil eum guſtaturum donec in poteſtatem regiam arx ceſſiſſet. Ita niſi fame Dominum vellent perire, caſtro ſibi excedendum cognoſcentes, portas regijs aperuerunt. Neque tamen illico vinculis ſolutus ille, poſt aliquot menſium cuſtodiam, ægre licet, liberatur tandem. Ita de vanitate admonitus inſtituti quod hactenus tenuerat; ad meliorem frugem ſe componit, & ad Eccleſiã ſuam adminiſtrandam ornandamque accingitur, quam tandem totius Anglię æuo illo longe ſpecioſiſſimam reddidit. Romam bis profectus eſt, annis nimirum 1142. & 1144. vbi ita ſe geſſit, vt magnam inierit gratiam tam apud Regem quam Pontificem. Ac prima quidem profectione Legatus Pontificius conſtitutus eſt, quo ſynodum conuocaret, id quod fecit & canones nonnullos edidit ad illorum temporum vitia corrigenda apprime vtiles. Tertium deinde iter ad Pontificem ſuſcepit in Gallia agentem, vbi Auguſto menſe anni 1147. per æſtum nimium ægritudinem contraxit, ex qua, domum

non

non ſine magna difficultate reuerſus, mortu⁹ eſt cum ſediſſet annos 24. De illo Huntindonenſis hęc habet carmina quæ non pigebit aſcribere.

Splendor Alexandri non tam reniteſcit honore
Quam per eum reniteſcit honor, flos namque virorum,
Dando tenere putans, theſauros cogit honoris;
Et gratis dare feſtinans, ne danda rogentur,
Quod non dum dederit, non dum ſe credit habere.
O decus, O morum directio, quo veniente,
Certa fides, hilaris clementia, cauta poteſtas,
Lene iugum, doctrina placens, correctio dulcis,
Libertaſque decens venere, pudorque facetus.
Lincoliæ gens magna prius, nunc maxima ſemper;
Talis & ille diu ſit nobis tutor honoris.

Hæc poetice ne dicam adulatorie Huntindonius qui viuenti hiſtoriam illi dedicauit, in cuius præfatione, *florem & cacumen regni & gentis* ipſum appellat, & his verbis compellat,

Tuque Pater patriæ, princeps à Rege ſecundus
Præſul Alexander, &c.

Poſtea vero illo iam mortuo, ſic hominem depingit: *Nutritus inſummis delicijs à Rogero auunculo ſuo Salisberienſi Epiſcopo, maiores inde animos contraxit quam oportunum eſſet ſuis. Siquidem præterire volens principes cæteros largitione munerum & ſplendore procurationum, cum proprij redditus ad hoc non ſufficere poſſent, à ſuis ſummo ſtudio carpebat, vnde egeſtatem ſuam nimietate prædicta comparatam complere poſſet; nec tamen complere poterat, qui ſemper magis magiſq; diſpergebat. Fuit autem vir prudens, & adeo munificus, vt a curia Romana vocaretur, magnificus.* Hæc Huntindonius.

4. ROBERTVS DE CHESNEY.

ALexandro ſuccedit, ante finem Septembris eiuſdem anni conſecratus, Robertus Archidiaconus Leiceſtrenſis, homo multum iuuenis, à nonnullis de Cheſney & de Cheſneto ab alijs de Querceto cognominatus, hoc idem Latinè 1147. *Steph.* 13.

quod illud Gallice ſonante. Hic vnam Præbendam adiecit illis quæ ab anteceſſoribus in Eccleſia ſua antea extiterant fundata. Ædes comparauit ſibi ſucceſſoribuſq; prope nouum Templum Londini: Palatium ſuum Epiſcopale à fundamentis fere totum conſtruxit, & cœnobium ſiue Prioratum S. Catherinę prope Londinum Gilbertinis poſuit, quod ſuppreſſionis tempore dicebatur valuiſſe 270.li. 1. s. 2.d. annui cenſus. Æris alieni per hęc, apud Aaronem quendam Iudæum contraxit, trecentas libras, quod à ſucceſſoribus ſuis non niſi longo poſt tempore diſſolutum eſt. Obijt Ianuarij 8. 1167.

5. WALTERVS DE CONSTANTIJS.

1183. *Henr.* 2. 30. VAcauit tum ſedes poſt mortem dicti Roberti annis ferme 17. augurantibus pleriſq;, Epiſcopum Lincolniam iam poſthac nunquam habituram. Monachus neſcio quis Tamenſis qui multa iam antea prędixerat, quorum euentus prædictioni ad amuſſim reſponderat, ideoque ſemipropheta habitus eſt; aſſeuerauit conſtanter, Robertum illum modo defunctum, Eccleſię Lincolnienſis poſtremum futurum antiſtitem. Vanum hoc vaticiniũ viſum & ab omnibus irriſum eſt, quando Galfridus nothus regius & Lincolnienſis Archidiaconus, in Epiſcopum Lincolnienſem electus eſt. Cæterum ille fructibus Eccleſiæ contentus, conſecratione abſtinuit, vtpote oues tondendi magis gnarus quam paſcendi. Septem per annos, electionis huiuſce prętextu redditus Epiſcopales percepit; ac tandem patre iubente, iuri ſuo per electionem antedictam acquiſito renunciauit, & octo annorum ſpatio aulicis rebus vacauit: Sed ad Eccleſiam iterum reuerſus, Archiepiſcopus tandem factus eſt Eboracenſis. Sub exitum anni 1183. cum de veritate vaticinij monachalis, amplius iam nemo ambigeret, Walterus de Conſtantijs Archidiaconus Oxonienſis, in Epiſcopum electus & conſecratus eſt Andegaui per Archiepiſcopum Cantuarienſem. Electioni de ſe factæ non niſi timide & cunctanter aſſenſum ſuum præbuiſſe dicitur, veritus ne in fatis eſſet ſe aut quenquã alium quantumvis millies electum illo Epiſcopatu nunquam poſſe potiri.

potiri. Hic loci vix conſederat, quando Archiepiſcopatum Rothomagenſem vltro oblatum non renuit accipere, dignitate quidem, præſulatu quem iam obtinebat potiorem, redditibus vero & opulentia (vide quid poſſit ambitio) multis gradibus poſtponendum. Altero igitur à conſecratione anno Rothomagum tranſlatus eſt, anno nimirum 1184.

6. SANCTVS HVGO.

POſt tranſlationem Walteri per annos duos integros ſedes vacauit, ad quam in feſto S. Matthæi conſecratus Hugo, Cœnobij Carthuſianis Witthamæ in Somerſetia ab Henrico ſecundo Rege nuper poſiti, Prior. Hugo iſte (qui propter vitæ morumque ſummam integritatem, & miraculorum quæ illi credula poſteritas aſcripſit famam Sanctis annumeratur) natus eſt Gratianopoli, quæ ciuitas eſt Burgundiæ. Patris conſilio, qui vxore mortua, regularis Canonici habitum ſuſcepit, eundem ordinem, ipſe etiam ingreſſus eſt, multum adhuc adoleſcens: adultior vero factus Carthuſianorum regulis, quam Canonicorum paulo rigidioribus, ſe aſtrinxit; quibus ita paruit diligenter, vt propter ſummam vitæ auſteritatem celeberrimus euaſerit. Inter cæteros vero eiuſce rei fama ad Regem peruenit Henricum, qui cum ea tempeſtate, Cœnobium illius Regulæ hominibus Wittehamæ (vti dixi) condidiſſet, Reginaldum Bathonenſem Epiſcopum miſit in Burgundiam, vt huic viro tam ſancto perſuaderet, Cœnobij ſui regimen ſuſciperet, id quod ab illo tandem, quamuis ægre, factum eſt. Rex deinde paulo pòſt, male ſibi conſcius, Lincolnienſem ſedem tot annos paſtore viduatam manſiſſe ſua culpa, hanc iniuriam iam compenſare decreuit, virum ſanctitate tam clarum, ibi collocando. Quapropter Hugonem hac de re, ne per ſomnum quidem cogitantem, Epiſcopum Lincolnienſem curauit eligendum. Adminiſtratio eius talis erat, qualem expectares ab homine & ſeuero & animo haudquaquam puſillo; talis tamen, vt cum apud plurimos, ne dicam omnes, in magna eſſet veneratione, eum tamen plures amarent quam metuerent. Excommunicationes vero eius omnes vehementer formidabant, eoque magis, quod

1186. *Henr.* 2.34.

ſæpe

Digitized by Google

ſæpe fuerat animaduerſum cladem aliquã inſignem eas plerunque ſequutam. Eccleſiam ſuam Lincolnienſem (quam totius Angliæ ſpecioſiſſimam iam antea reddidiſſe Alexandrum, ſupra expoſuimus) multum tamen auxit, excitata à fundamentis illa parte quam hodie nouum opus appellant. Deinde Regi dedit mille marcas, vt receptam redimeret conſuetudinem, in ſingulis feſtis Circumciſionis, pelles quaſdam pretioſas quas ſablas nuncupamus, ipſi quotannis exhibendi: *Anno 1200. a Carthuſia principali eiuſdem ordinis domo* (inquit Pariſienſis) *viſitatis ex longo deſiderio Priore & fratribus eiuſdem domus, in Angliam rediens; in vrbe Londinenſi apud vetus templum, quartanis febribus cœpit grauiter ægrotare. Venit ergo ad eum Rex Ioannes vt eum viſitaret: ſed antequam recederet, ad viri Dei petitionem teſtamentum ipſius confirmauit, & in Domino premiſit, quod de cætero rata haberet teſtamenta rationabilia Prælatorum. Cumque indies langnor ingraueſceret, nunquam alicuius conſilio cilicium quo iugiter vtebatur ad horam permodicam deponere voluit, &c.* Sic Pariſienſis. Obijt ex morbo prædicto Londini Nouemb. 17. 1200. Cadauer Lincolniam deportatum eſt, quo tempore Ioannes Angliæ Rex cum Gulielmo Scoto ibidem congrederetur. Tantos Reges non puduit, feretro humeros ſubmittentes, corpus tam ſancti viri ad portas ciuitatis exceptum, ad Eccleſiam vſque baiulare. Occurrunt ibi obuiam prodeuntes Præſules magno numero, qui ad valuas Eccleſiæ ſuſceptum, in chorum detulerunt, vbi celebratis exequijs, in Orientali parte Eccleſiæ prope altare D. Ioannis Baptiſtæ ſepulturæ tradiderunt. Romæ deinde anno 1220. in ſanctorum Album relatus eſt. Et anno 1281. Octob. 7. in capſulam argenteam oſſa perhibent tranſlata. Si cui libitum eſt miracula perlegere, quæ ſanctitati eius aſcribunt Monachi rerum noſtrarum ſcriptores, petat Pariſienſem, qui in hiſtoria anni 1200. hæc omnia fuſius perſequitur. Inter cætera haud viſum præterire ſilentio, quod alibi de eo traditum reperi: Godſtoam venientem (ſanctimonialium Cœnobium iuxta Oxonium) feretrum vidiſſe tapetibus ſericis contectum, cereis circumcirca ardentibus; & percontanti quiſnam ibi loci eſſet

esset tumulatus, responsum, Rosamundam, formosam illam Henrici Regis pellicem illic humatam, quæ multa beneficia Cœnobio illi contulisset. Quod cum intellexisset, effodi iussit illico cadauer & in cœmiterio sepeliri, talem honorem scorto haud deberi contendens.

7. GVLIELMVS BLESENSIS.

GVlielmus Blesensis Ecclesiæ Lincolniensis Præbendarius ac Præcentor, electus est in Episcopum anno 1201. sed non consecratus vsque ad festum S. Bartholomæi, anno 1203. Obijt in vigilia Ascensionis 1206. 1203. *Ioan. 5.*

8. HVGO WALLIS.

HVgo Archidiaconus Wellensis, & Angliæ aliquando Cancellarius, successit anno 1209. quo tempore interminatus illi Rex ne consecrationem susciperet a Langtono Cantuariensi (qua de re Cantuariensis consulas) ad Rothomagensem Archiepiscopum eum amandauit. Ille nihilo secius ad Cantuariensem rectà proficiscens, ab ipso consecratus est, id quod Rex ęgerrime ferens, temporalia ipsi eripuit & quinque per annos detinuit. Quo pacto vero reddita sint, supra in Langtono Cantuariensi pluribus exposuimus. Pontifici tandem postea Rege reconciliato, adhæsit tamen iste Baronibus seditiosis primum, ac postea Ludouico Gallo, qui Angliam subiugare totis viribus est annisus. Patriæ suæ Principisque proditor nequissimus, hoc ob scelus iure excommunicatus est; neque potuit absolui, quoad Papæ mille marcas numerasset, & Legato eius centum. Cum Iocelino Bathonensi & Wellensi Episcopo hic collata stipe, Xenodochium pulchrum Welliæ constituit, vbi Archidiaconus fuerat (sicuti apud Bathonenses pluribus demonstrabitur) & Lincolniæ salarium constituit missificaturis pro se sacerdotibus, quod Cantariam solemus appellare. Vidi testamenti cuiusdam formulam ab illo anno 1211. conditi, in quo præter multa propinquis ac necessarijs legata, in pios vsus eroganda mandauit 5. millia marcarum. Annos po- 1209. *Ioan 11.*

stea

ſtea multos vixit, nimirum vſque ad Febr. 7. 1234. Quo tempore defunctus, in Eccleſia ſua ſepultus eſt.

9. ROBERTVS GROVT-HEAD.

1235. *Henr.* 3. 19. IVnij 11. ſequenti Robertus Grout-head, ſiue Groſſeteſte, (nonnullis Latino vocabulo tantundem ſonante, Groſſocapite) Epiſcopus Lincolnienſis conſecratur. Homo propter egregiam eruditionem aliaſque animi virtutes ſuo merito celeberrimus. E Suffolcienſi comitatu oriundum ferunt, natalibus obſcuris, ne dicam pudendis in vico Stodbrook appellato; educatum vero ad tempus in Academia Oxonienſi, donec (pro more illis temporibus recepto) in Galliam proficiſceretur, cum bonarum literarum cauſa, tum etiam vt linguam Gallicam perdiſceret, cuius illo ævo multus apud gentem noſtram vſus. Reuerſus, Leiceſtrenſis fit Archidiaconus & Lincolnienſis dein Epiſcopus ſicuti retulimus. Illo ſedente, tyrannis Pontificia, ad id conſcenderat potentiæ, eòque ſe demiſerat iniquitatis, nihil vt fuerit tam iniuſtum quod non poſſet, nihil tam prauum quod lucri gratia noluerit efficere. Inter cætera, duæ res erant de quibus Eccleſiaſticæ gentis homines, tunc temporis plurimum conquererentur. Iniurias ſibi illatas ſi vindicari cuperent per Eccleſiaſticum Iudicem, appellatio ſtatim litem ad Romanam curiam trahebat, vbi ingens pecunia erat profundenda cum in cauſa quantumuis iuſtiſſima nemo ſibi poſſet de remedio confidere inde petendo, vbi largitio nihil non impetraret. Deinde omnes Præſulatus, Sacerdotia omnia paulo opimiora, per prouiſiones & reſeruationes Papales, rapiebant Itali, vel vt ipſi fruerentur, vel ijs cõcederent qui plurimum afferrent nummorum. Hinc fiebat vt Eccleſia noſtra quaſi diluuio quodam ea tempeſtati inundaretur exterorum hominum, quorum non pauci pueri erant, plurimi literarum expertes, alienigenæ omnes, qui cum linguæ Anglicanæ eſſent ignari, populis ſibi commiſſis nihil poterant prodeſſe, præſertim cum, in patria ſua deſidentes, Eccleſias ſibi commiſſas ne ſemel quidem aſpicere per totam plerunque vitam dignarentur. Certe cum anno 1252. hac de re inquiſitio facta eſſet,

eſſet, compertum, redditus annuos exterorum, ſeptuaginta millia marcarum confeciſſe, cum Rex (vt perhibet Pariſienſis qui illo tempore vixit) vix viginti millia quotannis perciperet. Hæc Epiſcopus noſter cum ferret moleſtiſſime, Romam decreuit ipſe proficiſci, vt de remedio aliquo oportuno tantis malis adhibendo cum Pontifice ageret. Profectus eſt, auditus eſt & cum multis blandis pollicitationibus dimiſſus. Sed cum reuerſus nihil emendatum videret, epiſtola perſcripta auſus eſt hominem acriter increpare ; ac oſtendere, quantum à ſanctitate anteceſſorum ſuorum moderni Papæ degeneraſſent ; ſimul obteſtatus, vt vitia illa enormia corrigere niteretur, quæ à Romana curia tanquam à fonte venenato fluentia, vniuerſam Eccleſiam ſuo contagio inficerent. Hæc Epiſtola (ſi cui libet perlegere) apud Pariſienſem habetur. Pontifex, qui ante neſcio quot annos vocem forte liberam non audierat, his literis conſpectis, ita incanduit, vt ira exæſtuans, & minas anhelans, tantæ (vt putabat) contumeliæ ſibi illatæ atrociſſimam meditatur vindictã. Sed hanc omnem rem ſuis verbis explicabit Pariſienſis. *Hæc* (inquit ille) *cum ad Domini Papæ audientiam peruenissent ; non ſe capiens præ ira & indignatione, toruo aſpectu & ſuperbo animo ait ; Quis eſt iſte ſenex delirus, ſurdus & abſurdus, qui facta noſtra audax imo temerarius iudicat ? Per Petrum & Paulum niſi moueret nos innata ingenuitas, ipſum in tantam confuſionem præcipitarem, vt toti mundo fabula foret, ſtupor, exemplum, & prodigium. Nonne Rex Anglorum noſter eſt vaſallus, & vt plus dicam mancipium, qui poteſt cum nutu noſtro incarcerare & ignominiæ maneipare ? Et cum hæc inter fratres Cardinales recitarentur, vix compeſcentes impetum Papæ, dixerunt ei ; Non expediret Domine vt aliquid durum contra Epiſcopum ſtatueremus. Vt enim vera fateamur, vera ſunt quæ dicit. Non poſſumus eum condemnare ; Catholicus eſt, imo & ſanctiſſimus, nobis religioſior, nobis ſanctior, & excellentioris vitæ, ita vt non credatur inter omnes Prælatos, maiorem imo nec parem aliquem habere orbem Chriſtianum. Nouit hoc Gallicana & Anglica cleri Vniuerſitas. Noſtra non præualeret contradictio. Huiuſmodi Epiſtolæ veritas, quæ iam forte multis innotuit,*

multos

multos contra nos poterit commouere. Magnus enim habetur Philoſophus, Latinis & Græcis literis ad plenum eruditus, zelator iuſtitiæ, lector in Theologia ſcholis, prædicator in populo, caſtitatis amator, perſecutor ſimonialium. Hæc dixerunt D. Ægidius Hiſpanus Cardinalis; & alij quos propria tangebat conſcientia, conſilium dederunt D. Papæ, vt hæc omnia connuentibus oculis ſub diſſimulatione tranſire permitteret, ne ſuper hoc tumultus excitaretur, maxime propter hoc, quia ſcitur, quod quandoque diſceſſio eſt ventura. Conſilio iſtorum acquieuiſſe Pontificem nonnulli tradunt: Aſſerentibus alijs (& vtrunque ſimul verum eſſe poteſt) excommunicatum Epiſcopum poſtea & varijs modis (nova fortaſſis aliqua arrepta occaſione) à Papa exagitatum. Inter alios, Balæus author eſt, eo ipſo tempore quo defunctus eſt excommunicatum, fuiſſe & Epiſcopatu etiam privatum, quem contulerit ille Roberto adhuc ſuperſtite Alberto homini Germano, Pruſſiæ Archiepiſcopo, ſed è Livonia à popularibus pulſo. Vt quod conſtat perſcribam, hoc certum eſt, Pontificis faſtum, avaritiam ac tyrannidem in concionibus ſuis publice, quamvis modeſte ſæpenumero taxaſſe. Neque vero induci potuit vnquam vir conſtantiſſimus, vt iniuſtiſſimis proviſionum & reſervationum Papalium Bullis obtemperaret, quantumvis atrociter iratus Pontifex minitans intonaret. Qua de re cum familiaribus nonnunquam diſceptans, idque eo præcipue tempore quo lethali morbo æger decubuit, auſus eſt affirmare, Papam hæreticum iure potuiſſe appellari, imo & Antichriſtum. Sic Pariſienſis. At his moleſtijs quantumvis exagitatus; in concionibus tamen fuit aſſiduus; libros ſcripſit fere ducentos, quos Balæus enumerat; & in Dioceſis ſuæ adminiſtratione multum inſumpſit laboris. Deceſſit tandem Buckdenæ Octob. 9. 1253. cum prius teſtamento condito, libros ſuos omnes legaſſet bibliothecæ fratrum Minorum Oxoniæ. Humatus iacet in auſtrali parte Eccleſiæ ſuæ, vbi tumulum habet ſatis ſpecioſum ex marmore æreis laminis ornato. Sunt qui tradant, de eo poſt ſepulturam exhumando Pontificem cogitaſſe. Eccum vero iuſtum Dei iudicium. Ijdem ipſi ſunt authores (Ioannes Burienſis, Pari-

Parisiensis, Westmonasteriensis & Fabianus) hunc Pontificem, Innocentium quartum, apud Neapolim decumbentem, ab eo iam ante annum mortuo in visione percussum, vt mane latus cruentum sit repertum, eoque ex vulnere breui pòst is interiecit. Inter cæteros vero Parisiensis multa ipsi tribuit miracula, quanquam in eum tam bene animatus Papa non fuerit vt in Sanctorum numerum referendum curaverit. Vir proculdubio fuit clarissimus, & omnium scriptorum consensu, multo illustrior quam vt à me paucis (sic enim fert instituti mei ratio) possit depingi. Hoc tamen Parisiensis de eo Elogium non pigebit ascribere: *Fuit* (inquit ille) *Domini Papæ & Regis redargutor manifestus, Prælatorum corrector, Monachorum correctior, Presbyterorum director, Clericorum instructor, scholarium sustentator, populi prædicator, incontinentium persecutor, Romanorum malleus & contemptor. In mensa refectionis corporalis dapsilis, copiosus, & ciuilis, hilaris & affabilis: In mensa vero spiritualis deuotus, lachrimosus & contritus: In officio Pontificali sedulus, venerabilis & infatigabilis.* Propter has tantas ac tales virtutes, vulgus vt Sanctum veneratus est. Imo & Academia Oxoniensis (sicuti testatur Gasconius literis suis ad Clementem 4. perscriptis) vt Sanctorum catalogo ascriberetur petierunt, *& in illis literis testantur* (vt loquitur ille) *quod propter magna & plura miracula, & propter emanationem olei ab eius tumba, Sanctus Robertus in Anglia dicebatur.* De structuris eius aliud non reperi, nisi quod monialibus Cœnobiolum posuerit apud Grimsby quod tempore suppressionis redditus annos habuit qui valere dicebantur libras nostrates 12. tres solidos & denarios 7.

10 HENRICVS LEXINTON.

REx iam cum Capitulo Lincolniensi multis egit, vt hominem sibi admodum charum in Episcopum eligerent Petrum de Egueblank Heresfordensem Episcopum. Illi vero alienigenam dicentes, Anglicanæ linguæ ignarum, moribus pravis, & muneris sibi olim demandati parum sollicitum, id facere recusarunt, & suffragijs suis pastorem sibi designarunt Henricum 1254. *Hen.* 3. 39.

Henricum Lexintonum Eccleſiæ ſuæ Decanum: qui electus Decembris 30. 1253. & Maij 17. ſequenti conſecratus, diem obijt Auguſti 8. 1258. & in Eccleſia ſua tumulatus eſt. Anno 1257. menſe Martij, venerunt ad *S. Albanum* (inquit Pariſienſis) *quidam magiſtri Oxoniæ, circiter nouem artiſtæ, qui querula voce coram Rege in Capella Sanctı Oſwini repoſuerunt querimoniam de Epiſcopo Lincolnienſi, qui contra ſtatuta Vniuerſitatis antiqua & approbata, nitebatur libertates ſcholarium enernare, &c. Eodemque die ſecretius dixit frater (qui & hoc ſcripſit) Domino Regi, Domine, pro Domino curam habe de Eccleſia iam vacillanti. Vniuerſitas enim Pariſienſis, tot altrix & magiſtra ſanctorum Prælatorum, non mediocriter perturbatur. Si ſimiliter vno tempore perturbetur Oxonienſis Vniuerſitas, cum ſit ſchola ſecunda Eccleſiæ, imo Eccleſiæ fundamentũ, timendum eſt vehementer, ne Eccleſia tota ruinam patiatur. Et Rex, abſit quod hoc contingat, meo maxime tempore.* Hæc non grauatè adſcripſi, vt pateat qualis ac quanta fuerit etiam ea tempeſtate, Academiæ noſtræ Oxonienſis celebritas. Cæterum de hoc Antiſtite illud etiam memoratur, quod viam publicam quæ fuit infra oppidum Tamenſe, magno incolarum commodo, per medium oppidum deduxit.

11. BENEDICTVS DE GRAVESEND.

1258. *Hen.* 3. 46. SVcceſſit (qui etiam Decanus fuit Lincolnienſis) Benedictus de Graueſend, quem alicubi Richardum nominatum reperi. Conſecratus eſt Novembris tertio 1258. & diem clauſit extremum Decembris 18. 1279. Per Ottobonum Legatum Pontificium anno 1265. hic excommunicatus eſt vna cum Epiſcopis Lonidinenſi, Wintonienſi, & Ciceſtrenſi, quod ſeditioſorum Procerum partibus ſeſe addixiſſent contra Regem. Quare Romam profecti, ibi longo tempore hæſerunt, abſolutionis gratiam omnibus modis ambientes.

12. OLIVERVS SVTTONVS.

1280. *Edw.* 1. 9. OLiverus etiam Suttonus (vt habet Walſinghamus Decanus fuit Lincolnienſis. Homo bonus & pius. Electus eſt

est in Episcopum Febr.6.consecratus autem Martij 18.1280 Dei nomen pie invocans,in medio ferventissimæ orationis animam exhalavit Novemb. 7. 1299. & saxo tectus marmoreo, in superiori parte Ecclesiæ Aquilonem versus sepultus iacet prope Flemingum, qui illi postea successit.

13. IOANNES D' ALDERBY.

IOannes de Alderby, nonnullis dictus de Aderly post annum successit, Lincolnienſis Cancellarius; & in vivario Stowensi decessit Ianuarij 5. 1319. Sepultus est Lincolniæ in inferiori transepto. Tumulus eius amotus est, propterea quod à plebe superstitiose freqentaretur & ipse tanquam Sanctus coleretur. 1300. *Edwar.*1.29

14. THOMAS BEAK.

IAnuarij 24. sequenti Canonici Lincolnienſes, in Episcopum elegerunt Thomam Beak,Antonij nuper Dunelmensis Episcopi fratrem, qui etiam sicuti anteceſſor Lincolniensis fuit Cancellarius.Archiepiscopus, qua de causa non comperi, electionem reiecit : Romæ vero (vbi omnia venalia) confirmata est. Iste (sicuti traditum reperi) Hugonem anteceſſorem suum , in Sanctorum album ascribi curavit. Anno 1278. Thomas quidam le Beak Archidiaconus Dorceſtrenſis Angliæ Thesaurarius constitutus est. Facile inducor vt credam hunc illum ipsum fuisse. Et hinc certe conijcio ætate admodum provectum Episcopum factum , quod exiguo tempore præfuerit; quod in causa fuisse credo cur à nonnullis inter Episcopos huius sedis non numeretur. Tumulatus est (vt accepi) in Septentrionali parte superioris transepti. 1319. *Edw.*2.12.

15. HENRICVS BVRWASH.

HEnricus Burwash Oxoniæ educatus,nepos fuit Bartholomæi de Badilismer Baronis de Leeds , qui sub Edwardo secundo vir magni nominis erat & valde potens, à quo exoratus Rex hunc illi Præsulatum impetravit. Inthronisatus dicitur sub exitum Decembris 1320. Anno vix vno aut altero elapso, offensam Regis incurrit , eousque vt tem- 1320. *Edw.*2.13.

poralia eius fisco suo addici Rex curaverit. Anno 1324. illi sunt restituta, & ipse in gratiam receptus. Eiusce tamen rei memoria tam alte illius animo infixa est, vt Regina res nouas moliente, & Regem maritum in ordinem redigere satagente (quod etiam postea effecit) nemo promptior operam illi detulerit contra Principem legitimum, quàm iste, quem maxime decuisset fidelitatis & obedientiæ exemplum cæteris se præbuisse. Angliæ fuit & Thesaurarius primum, ac deinde Cancellarius. Homo avarus & qui potentia sua ad vicinorum oppressionem facile abuteretur. Non multo ante obitum, feris apud Tinghurst instituit vivarium, cui, inter alia prædia quæ sui iuris essent, latifundia includit aliena, nimirum pauperum quorundam, quos ea res pessime habuit, quique eam ob causam homini sæpe dira imprecati sunt. Post mortem apparuisse dicitur nobili cuidam qui ipsi nuper fuerat famulatus, brevi tunica indutus eaque viridi, arcum pharetram & sagittas manibus gestans, necnon cornu venatorium ad cervicem pendulum, & huiusmodi verbis cum affatum: Nosti quod non sine offensa Dei & iniuria pauperum, istum vivariũ clauserim. In cuius rei pœnam constitutus iam sum eiusdem custos & viridarius, quovsque terræ hic inclusæ pristinis possessoribus restituantur. Quare obsecro, Canonicos Lincolnienses meo nomine roges, vti fossis complanatis & sepibus deiectis, sua cuiq; prædia curent restituenda. His rebus Canonicis nunciatis, missus est illico ex eorum sodalitio quidam W. Bacheler, qui hæc omnia perficeret à spectro sic vti diximus petita. Aut illusionem hanc fuisse diabolicam, aut missificantium commentum, ad quæstuosam illam de purgatorio doctrinam confirmandam, sanus opinor nemo dubitaverit. Excessit è vivis Gandavi hic Episcopus, in viridem viridarium mox transformatus, sub exitum Decembris 1340 & sepultus est in orientali parte Ecclesiæ suæ versus Septentrionem. Ad pedes eius humati iacent frater quidam eius nomine Robertus, Eques auratus & miles habitus non instrenuus, ac Bartholomæus dicti Roberti filius, scholæ ad puerorum institutionem Lincolniæ fundatores, prædijs relictis vnde quinque presbyteri, & quinque pauperes scholares ibi in perpetuum alerentur. 16.

Digitized by Google

16. THOMAS LE BECK.

HEnrico prædicto succeſſiſſe dicitur Thomas le Beck *Clericus nobilis & excellens* (vt loquitur Walſinghamus) nonnullis dictus Thomas Beak. Sepultus iacet in inferiori tranſepto. Quamdiu ſederit, aut quo tempore obierit, non comperi. 1341. *Edw.* 3. 15.

17. IOANNES SYNWEL.

IOannes Synwel Archidiaconus Northamptonenſis Oxoniæ educatus, in Epiſcopum Lincolnienſem confirmatus eſt Iulij 3. 1351. Quo ipſo annno lis eſt exorta inter ipſum & Oxonienſes Academicos de Cancellarij admiſſione; qua de re ſupra pluribus apud Simonem Iſlepum Cantuarienſem. Hoc interim obſervaſſe non pigebit, perperam traditum à nonnullis, ſub Bokingamo Epiſcopo hanc controverſiam agitatam, quando ille huiuſce ſedis cathedram non conſcenderit niſi defuncto Synwello, qui Lidintonæ deceſſit Aug. 5. 1362. Iſte, ni fallor, Capellam conſtruxit S. Mariæ Magdalenæ extra Septentrionalem parietem Eccleſiæ ſuæ, in cuius navi ſive Occidentali parte tumulatus eſt. 1351. *Edw.* 3. 23.

18. IOANNES BOKINGAM.

REge quamvis enixius petente, non ſine largitione tamen & magno molimine, huic ſedi ſe ingeſſit, Ioannes Bokingamus Privati ſigilli cuſtos, anno 1363. Habetur à nonnullis indoctus admodum, & erat fortaſſis. Conſtat tamen Ioannem quendam Bokingamum his temporibus vixiſſe, Academiæ Oxonienſis Doctorem in ſpinoſa illa ſcholaſticorum Theologia verſatiſſimum, cuius opera nonnulla Balæus recenſet. Et hunc ipſum fuiſſe, ego certe facile crediderim. Anno 1397. Papa neſcio vnde offenſus, invitum & quantum licebat repugnantem, tranſtulit ad ſedem Lichfeldenſem: Cuius redditus cum multo eſſent exiliores quam Lincolnienſis Epiſcopatus; accipere oblatum dedignatus, & præſulatu exactus quem ante tenuerat, cucullum Cantuariæ induit, ibique Monachus interijt. Inter fundatores pontis Roffenſis, hic, haud inter poſtremos numeratur. 1363. *Edw.* 3. 37

19. HENRICVS BEAVFORT.

1397. *Rich.2.21.* ABdicato Bokingamo succeſſit Henricus Beaufort, Henrici quarti Regis frater, qui apud hiſtoricos noſtros opulenti Cardinalis nomine vt plurimum innoteſcit. Sedit hic loci annos 7. (interea per vnum annum functus munere Cancellarij Oxonienſis, anno nimirum 1399.) & anno deinde 1404. Wintoniam tranſlatus eſt. De quo ſupra ſatis prolixe.

20. PHILIPPVS REPINDON.

1405. *Henr.4.6.* PHilippus Repindonus S. Theologię Doctor, Canonicus primum, ac deinde Abbas Leiceſtrenſis, quique anno 1400. Academię Oxonienſis (vbi fuerat educatus) Cancellarius extitit, conſecratus eſt in Epiſcopum Lincolnienſem Martij 29. 1405. Vir (vt illa ferebant tempora) egregie eruditus, ac inter cæteras bonas artes quarum ſtudio operam nauarat, poetices non ignarus, ad Neckami nomen hoc diſticho alluſit;

Et niger & nequam cum ſis cognomine Neckam,
Nigrior eſſe potes, nequior eſſe nequis.

Quam facetiam ſimili eiuſdemq; generis ille ſic rependit;

Phi nota fœtoris, lippus malus omnibus horis,
Phi malus & lippus, totus malus ergo Philippus.

Hic doctrinæ Wiclefianæ propugnator aliquandiù acerrimus, in corruptelas Pontificias, tam in concionibus & lectionibus publicis quã ſcriptis (quæ hodie dicuntur extare) vehementer inuehebatur. Tandem aduerſæ factionis ſeu minis ſeu blanditijs euictus, ad crucem Paulinam palinodiam cecinit, tumque omni honorum genere cumulatur. Epiſcopus cum ſediſſet annos tres, à Gregorio 12. Cardinalis creatus eſt tt.SS.Nerei & Achillei Sept. 18. 1408. Deinde Maij 12. 1420. Epiſcopatu ſe ſponte abdicauit. Sub ſaxo marmoreo iacet tumulatus prope Growtheadum.

21.

LA BASSE LANGUE-DOC.

BAS-LANGUEDOC, Bassa Occitania, Bassa Gallia Narbonensis, Bassa Gallia Narbonensis, Bassa Occitania, Bassa Occitania, Bassa Occitania

comij quod est Londini. Educationem hic pręsul sortitus est in collegio Balliolensi Oxoniæ, quam Academiam Cancellarius rexit aliquando.

23. GVLIELMVS ALNEVVICK.

1436. *Henr. 6. 18.* ANno 1426. Gulielmus Alnewicus legum Doctor & priuati sigilli custos in Episcopum Norwicensem consecratus est. Hic portas occidentem versus in Ecclesia cathedrali ibidem & fenestram magnam fieri fecit. Anno 1436. Lincolniam translatus est. Obijt mense Decembri 1449. & in naui Ecclesiæ suæ sepultus est. Homo propter doctrinam & morum sanctitatem tam celebris, vt priscorum Regum sanctissimus Henricus sextus, in confessorem eum sibi asciuerit.

24. MARMADVCVS LVMLEY.

1450. *Henr. 6. 29.* MArmaducus Lumleus ex prænobili & antiqua Baronum Lumlæorum (vt videtur) natus prosapia, consecratus fuit in Carliolensem Episcopum 1430. & postquam ibi sedisset annos 20. huc translatus est 1450. vbi annuo vix spatio confecto, Londini decessit. Hic Angliæ aliquando Thesaurarius, ad structuram collegij Reginę Cantabrigię (cui Academię Cancellarius præfuit) contulit 200. libras. Et bibliothecam collegij prædicti egregijs libris complurimis instruxit.

25. IOANNES CHADVVORTH.

1452. *Henr. 6. 31.* IOannes Chadworth è comitatu Gloceſtrenſi oriundus & in collegio Mertonensi Oxoniæ ad tempus nutritus, traductus est ad collegium Regium Cantabrigiæ; & in secunda quæ celebrata est electione ibidem, in sociorum numerũ cooptatus; secundus etiam Præpositus factus est eiusdem, quando Gulielmus Millington exauthoratus est, Nou. 5. 1446. Id muneris strennue obiuit donec anno 1452. Ecclesiæ Lincolniensis gubernaculo admotus est. Anno vero 1454. per delegationem authoritas concessa est huic Episcopo simul & Waynfleto Wintoniensi ab Henrico 6. Rege, vtriusque

trivſque collegij à ſe conditi, Eatonæ & Cantabrigiæ, ſtatuta reformandi & corrigendi. Saxo coopertus marmoreo, tumulatus iacet prope Suttonum, non procul à Flemmingo, ac ſedit(provt conijcio)annos circiter 18.

26. THOMAS SCOTVS, *al*: ROTHERAM.

THomas Scotus, à patria Rotheramus vulgo dictus, Epiſcopus Roſſenſis, Lincolniam tranſlatus eſt anno 1471. & inde poſt annos 9. Eboracum. Interea vero, anno videlicet decimo quarto Edwardi quarti Regis, Angliæ Cancellarius conſtitutus, id muneris adminiſtrauit quoad vixit. Eodem porro tempore, Academiæ quoque Cantabrigenſis extitit Cancellarius. 1471. *Edw.* 4. 12.

27. IOANNES RVSSEL.

IN ſede Lincolnienſi Rotheramo ſucceſſit Ioannes Ruſſellus S. Theologiæ Doctor & Archidiaconus Berkenſis; cuius pietas, ſapientia, multus rerum vſus, & eruditio ſingularis, à Thoma Moro magnis efferuntur laudibus. Academiæ Oxonienſis Cancellarius perpetuus, hic primus conſtitutus eſt. Siquidem ante illum munus illud annuum extitit. Ad tempus vero fuit etiam Angliæ Cancellarius, à tyranno conſtitutus Richardo Gloceſtrenſi Duce, Regis protectore, quem poſtea crudeliſſime necauit, regno ſibi vendicato. Deceſſit hic præſul in mannerio ſuo de Nettleham Ian. 30. 1490. & tumulo conditus eſt non ineleganti, in capella quæ muro ſuperiori inferitur auſtralis partis Eccleſiæ. 1480. *Edw.* 4. 21.

28. GVLIELMVS SMITH.

ANno 1492. Gulielmus Smithus, ſocius quandoq; Aulæ Pembrochianæ Cantabrigiæ, conſecratus eſt in Epiſcopum Couentrenſem & Lichfeldenſam. Ac Lichfeldiæ quidem xendochium inſtituit Magiſtro, duobus ſacerdotibus, ac decem pauperibus: Scholam etiam ad inſtitutionem puerorum, cui per Henricum ſeptimum conferri curauit Hoſpitale ſiue Xenodochium de Donhall in comitatu Ceſtrenſi, cum prædijs ad id ſpectantibus. Farnworthæ vbi natus eſt, fundos, 1495. *Henr.* 7. 11.

Digitized by Google

fundos, qui valerent decem libras annuatim comparauit, vt inde Ludimagister aleretur ibidem. Collegium deniq; cœpit condere, Oxonienſiũ iam non poſtremum, quod ab æneo naſo nomen habet, ſed morte immatura præreptus, abſoluere nequiuit. Lichfeldiæ cum ſediſſet annos 4. Lincolniam tranſlatus 1495. extremo Decembri moritur 1513. In naui Eccleſiæ ſuę iacet humatus. Primus hic fuit Walliæ Prę ſes, eamque prouinciam rexit à decimo ſeptimo anno Henrici 7. ad Henrici 8. quartum, quo anno (vti diximus) vitam cum morte comminutauit. Fuit etiam Academiæ Oxonienſis Cancellarius.

29. THOMAS WOOLSEY.

1514. *Henr.* 8. 6. PAruo temporis ſpatio, anno vix integro, Woolſæus poſtea Cardinalis Lincolnienſis extitit Epiſcopus. Conſecratus eſt Martij 26. 1514. & eodem anno non dum exacto, Eboracum tranſlatus eſt. De illo infra pluribus.

30. GVLIELMVS ATWATER.

1514. *Henr.* 8. 6. GVlielmus Atwaterus (qui anno 1496. & aliquot deinceps annis ſequentibus Oxonienſis Academię fuerat Vicecancellarius, aut provt tunc appellari conſueuit, Commiſſarius) ad Lincolnienſem ſedem conſecratus eſt Nou. 12. 1514. ſedit annos plus minus quinque, obijt ſub initium Februarij 1520. & in occidentali parte Eccleſiæ ſuæ traditus eſt ſepulturæ.

31. IOANNES LONGLAND.

1521. *Henr.* 8. 14. IOannes Longland Oxonienſis & è collegio Magdalenenſi Theologiæ Doctor, Confeſſor Regius, conſecratus eſt in Lincolnienſem Epiſcopum Maij 5. 1521. & annos ſedit quam plurimos, eoque fere tempore toto Oxonienſis Academiæ fuit Cancellarius. Obijt anno 1547. & tumulo illatus eſt prope Ruſſellum, illius etiam monumento quam ſimillimo.

32.

32. HENRICVS HOLBECH.

HEnricus Holbech Theologiæ Doctor Cantabrigiensis, in Bristoliensem Suffraganeum consecratus, Ecclesiæ Rossensi præficitur anno 1544. vnde Lincolniam translatus 1547. cum sedisset ibi annos ferme quinque diem obijt sub initium Augusti 1551. 1547. *Edw.6.1.*

33. IOANNES TAYLER.

IOannes Tayler S.Theologię Doctor & collegij S.Ioannis Cantabrigiæ Præses, ceu mauis Magister, consecratus est Iunij 26. & Maria primum regnante, cùm missæ celebrationi interesse recusaret, exauthoratus est, & grauiorem pœnā (qua mulctandus videbatur à Pontificijs) oportuna morte euasit, morbo breui postea sublatus è medio Ankerwici. 1552. *Edw.6.6.*

34. IOANNES WHITVS.

IOannes Whitus S. Theologiæ Doctor, in collegio Wickamico (quod Nouum dicimus) Oxonię educatus, Lincolniensis Episcopus à Maria Regina designatur anno 1553. Anno vero 1557. Wintoniam translatus est. 1553. *Mariæ 1.*

35. THOMAS WATSON.

TRanslato Whito sufficitur Thomas Watsonus S. Theologiæ Doctor, Dunelmensis Decanus & collegij S. Ioannis collegij Cantabrigiæ Prędes, consecratus Aug. 15. 1557. Vix hic consederat, quando quod reformationi Ecclesiæ pertinacius aduersaretur, authoritate Parliamentaria amotus est. Homo in spinosa Theologia multum versatus, sed austera grauitate adeo morosus vt ferri non posset. In ædibus Eliensis Episcopi primum, mox Roffensis, liberiùs aliquandiu habitus, rerum tandem nouarum metu, in arcem Wisbichensem compingitur, vbi (ni fallor) diem obijt anno 1584. 1557. *Mariæ 5.*

36.

Digitized by Google

36. NICOLAVS BVLLINGHAM.

1559. *Eliz.2.*

NIcolaus Bullingamus Legum Doctor Cantabrigiæ creatus, sed Oxoniæ in Collegio Omnium Animarum educatus, Lincolnienſis conſecratur Epiſcopus Iannarij 21. 1559. Cum ibi ſediſſet annos 11. Wigorniam transfertur Ianuarij 16. 1570.

37. THOMAS COWPER.

1570. *Eliz.13.*

THomas Couperus S. Theologiæ Doctor & Ædis Chriſti Oxoniæ Decanus, sed Magalenenſis olim Collegij ſocius, conſecratus eſt Febr. 24. 1570. Anno 1584. Wintoniam migrauit.

38. GVLIELMVS WICKHAM.

1584. *Eliz. 27.*

GVlielmus Wickham (de quo plura inter Wintonienſes) Coopero vtrobique ſucceſſit; ad Lincolnienſem Eccleſiam conſecratus Dec. 6. 1584. ad Wintonienſem vero tranſlatus ſub exitum Martij 1594.

39. GVLIELMVS CHADERTON.

1594. *Eliz. 35.*

GVlielmus Chadertonus S. Theologiæ Doctor, Collegij quod Chriſto Cantabrigiæ dicatur ſocius, & poſtea Magdalenenſis Præſes, in Epiſcopum Ceſtrenſem conſecratus Nouemb. 9. 1579. & ſub initium anni 1594. Lincolniam tranſlatus eſt. Obijt ineunte Aprili menſe 1608.

40. GVLIELMVS BARLOWE.

1608. *Iacob. 6.*

GVlielmus Barlow S. Theologiæ Doctor, Aulæ Trinitatis Cantabrigiæ aliquando ſocius, huc tranſlatus à ſede Roffenſi Iunij 27. 1608. & morte quodammodo repentina ſublatus eſt Sept. 7. 1613.

41. RICHARDVS NEILE.

1613. *Iac. 11.*

RIchardus Neile S. Theologiæ Doctor, ex Decano Weſtmonaſterienſi, Roffenſis primum Epiſcopus, ac deinde Couentrenſis & Lichfeldenſis, huc tranſlatus anno 1613. Lincolnienſis Epiſcopus etiamnum viuit.

Digitized by Google

DE EPISCOPIS COVENTRENSIBVS ET LICHFELDENSIBVS.

1. DWINA.

OSwius Merciorum Rex, Episcopalem sedem Lichfeldiæ instituit, Episcopumque præfecit eidem qui Dwyna appellatus est, anno 656. Cum annos is sedisset duos, Feppingæ decessit. 656.

2. CELLACH.

EPiscopus Lichfeldensis secundus fuit Cellach, è Scotia (sicuti etiam antecessor) oriundus. Annos non multos cum præfuisset, deposito sponte Episcopatu, redijt in patriam suam.

3. TRVMHERVS.

QVi successit, Trumherus, Anglus fuit, sed educatus ac institutus apud Scotos. Abbas is fuerat Ingethlingensis, Cœnobij nimirum ibi loci constructi, vbi prælio cœsus occubuit olim Oswinus Rex, cuius hic Trumherus erat propinquus. 656.

4. IARVMANNVS.

ORientales Saxones, qui apostatantes, fidei Christianæ professionem abiecerant, Iarumannus ad sanitatem denuo reduxit. Illo sedente, videlicet anno 666. Ecclesia Cathedralis Lichfeldiæ primum constrvi cœpta. 664.

5. CEDDA.

ANno 666. Cedda in Archiepiscopum Eboracensem sacratus est, absente Wilfrido, ita vt reuersurus non videretur. Redeunti vero, sedem cessit, ac Lestingeagæ Monasticam vitam amplexus est donec anno 669. Wulfherus 669.

Merciæ

Merciæ Rex Eccleſiæ Lichfeldenſi eum præfecit. Homo fuiſſe videtur egregie pius, ſicuti vitam eius apud Bedam legenti facile patebit. Obijt Martij 2. 672. cum annos duos ſediſſet, ac 6. menſes, & in Eccleſia ſua Lichfeldenſi ſepultus eſt.

6. WINFRIDVS.

672. EPiſcopus illius vice ordinatus eſt Winfridus, qui a dicto Cedda inſtitutus fuerat, ac propter modeſtiam & pietatem a Beda plurimum laudatur. Attamen Theodorus Cantuarienſis Archiepiſcopus ob neſcio quã contumaciam Præſulatu ipſum dicitur priuaſſe, anno 674. Ejectus, Eadbarnam ſe contulit, Cœnobium a Cedda inſtitutum, ibiq; ſanctiſſime viuens, conſenuit.

7. SAXVLFVS.

672. WInfrido exauthorato, viſum eſt Dioceſim eius in binas deſpertiri; quarum vna Saxulfo commiſſa eſt qui Lichfeldiæ ſedem continuauit: In altera vero collocatus eſt Eadheadus (cuius ſucceſſorum catalogum habes ſupra p. 336.) & is Sidnaceſtriæ conſedit. Iſte vero Saxulfus Abbas iam antea fuerat Cœnobij apud Medmeſhampſtead, quæ hodie Petroburgum appellatur; & Wolfero Merciorum Regi author fuit vt id conſtrueret. Obijt (vt habet Weſtmonaſterienſis) anno 705.

8. HEADDA, *alias* EATHEADVS.

692. MOrtuo Saxulfo, Dioceſis quæ illi fuerat relicta, in duas etiamnum finditur, Legeceſtriæ Epiſcopo conſtituto cui nomen Wilfridus. Illo vero poſt breue temporis ſpatium exacto, Headda illius etiam nouæ ſedis iuriſdictionem ſibi rurſus aſſeruit. Deceſſit anno 721.

9. ALDWINVS.

721. HEaddę ſucceſſit Aldwinus, dictus etiam Wor, Bedæ contemporaneus, qui deceſſit anno 737.

10.

10. WITTA.

MErciorũ Regio tunc iterũ diuiſa, tres ſuſcepit Epiſcopos. Quorũ vn⁹ in veteri ſede Lichfeldię collocat⁹ eſt; alius Legeceſtriæ; tertius vero Dorceſtriæ; Lichfeldiæ nimirum Whitta, Legeceſtrię Tota, & Dorceſtriæ Eadheadus; de quib⁹ ſupra inter Lincolnienſes. Witta & Tota ſynodo interfuerunt per Cuthbertum apud Cliff celebratæ anno 747. 733.
Wittæ ſucceſſerunt iſti;

11. Hemel, qui obijt 764. 764.
12. Cuthfridus.
13. Berthunnus, qui obijt 785.
14. Higbertus. 785.
15. Aldulpus, quem Papa ad petitionem Offæ Merciorum Regis, Archiepiſcopum creauit, Suffraganeis illi aſſignatis Wintonienſi, Herefordenſi, Legeceſtrenſi, Sidnaceſtrenſi, Helmhamenſi, & Dunwicenſi Epiſcopis. Vixit Aldulfus iſte menſe Iunio 793. Sed quam diu ſederit aut quando obierit, mihi incompertum.

15. Humbertus. Hunc Weſtmonaſterienſis obijſſe perhibet anno 795. & Archiepiſcopum appellat Lichfeldenſem quemadmodum & Higbertum ſucceſſorem; quanquam cæterorum omnium ſcriptorum conſenſu ſit teſtatiſſimum, Aldulfum, ſicuti primum, ita & poſtremum huiuſmodi ſedis Archiepiſcopum extitiſſe.

16. Herewinus vixit an. 833. ſicut ex diplomate cõſtat per ipſum confirmato, cuius formulã apud Ingulfum videre eſt.

17. Higbertus.
18. Ethelwoldus. Obijt 857.
19. Humberhtus. Obijt 864. 858.
20. Kenferth *alias* Kiſiebertus. Obijt 872. 864.
21. Cumbertus. 872.
22 Tunbriht, *alias* Bumfrith. Obijt 928.

Commemorare iam abs re non fuerit, Florentium (a quo Malmesburienſis non multum diſſentit) Epiſcoporum ſupradictorum aliam ſeriem contexere, nimirum hanc.

Berthunus.
Higbertus.
Aldulfus.

Aldulfus.
Herewnius.
Ethelwaldus.
Hunberhtus.
Cineferthus.
Tunbrightus.

Ego vero Weſtmonaſterienſem ſequor; eoque libentiùs, propterea quod, non nuda ſemper nomina aſcribit vt illi, ſed obitus ſæpe & conſecrationum tempora ſubuingit. Poſt Tunbrightū,(quod non ambigitur)hij ordine ſucceſſerunt;

23. Ella.
928. 24. Alfgar.
25. Kinſy. Vixit annis 948. & 966.
26. Winſy.
27. Elſeth, *alias* Ealfeagus.
28. Godwinus.
29. Leofgarus.
30. Brithmarus. Obijt 1039.
1139. 31. Wulſius. Obijt 1054.
1054. 32. Leofwinus Abbas Couentrenſis.

33. PETRVS.

1067. *Wil.* 1.1. SEdem Epiſcopalem hic Petrus Lichfeldia Ceſtriam tranſtulit anno 1075. Conſecratus eſt 1067. & anno 1086. defunctus; Ceſtriæ eſt tumulatus.

34. ROBERTVS DE LIMESEY.

1067. *Wil.* 2.2. RObertus de Limeſey conſecratus 1088. anno deinde 1095. ſedem tranſtulit Couentriam. Obijt Septemb. 1. 1116. & Couentriæ voluit ſepeliri.

35. ROBERTVS PECHE, *alias* PECCAM.

1117. *Henr.* 1.18. RObertus, vocabulo Gallico Peche cognominatus (quod peccatum ſonat) Capellanus erat Henrici primi Regis. Conſecratus 1117. deceſſit Aug. 22. 1127. & Couentriæ iacet ſepultus.

36.

36. ROGERVS DE CLINTON.

EPiſcopatum hunc Rex tum contulit Rogero de Clinton Archidiacono Buckingamenſi, nepoti Galfridi Baronis Clintoni viri ea tempeſtate potentiſſimi. In Presbyterum ſacratus eſt Decemb. 21. 1129. & poſtridie in Epiſcopum huius ſedis. Magnam partem Eccleſiæ Lichfeldenſis à fundamentis ille conſtruxit: Numerum Prębẽdarum auxit ibidem: Civitatem Lichfeldenſem foſſa munivit: & in arcis ſtructura tam invtilem quam magnum fecit ſumptum; nam ædificiorum illius pars nulla hodie ſupereſt. Foſſa qua cingebatur oſtenditur; & area, campus arcis etiamnum appellatur. Cruce tandem ſignatus hic Epiſcopus, Hieroſolymam ſuſcepto itinere, Antiochię obijt Apr. 16. 1148. Cęterum ſilentio prętereundum non eſt, Rogerum quendam Epiſcopum dictum Ceſtrenſem, Monaſterium Ciſtercienſibus condidiſſe apud Bildewas, cujus annui cenſus ſuppreſſionis tempore valebant 129. l. 6. s. 10. d. Rogerum deinde Coventrẽſem & Lichfedenſem Epiſcopatũ appellatum, Prioratum S. Ioannis Lichfeldię fundaſſe, ſimiliter comperi. Hæc vero vtrum præſtiterit Rogerus iſte de Clinton, an alius aliquis huius ſedis Epiſcopus recentior qui Rogeri nomine ſit appellatus, non poſſum pro certo conſtituere. Quod hic Coventrenſis & Lichfeldenſis vocetur Epiſcopus, ille vero Ceſtrenſis, nihil refert, cum certum ſit, multos per annos has appellationes, huiuſce ſedis Epiſcopos circa hæc tempora promiſcue vſurpaſſe. 1129. *Henr.* 1. 30.

37. WALTERVS DVRDENT.

WAlterus Durdent Eccleſiæ Cantuarienſis Prior, conſecratus 1149. obijt 1161. & Coventriæ ſepultus eſt. 1149. *Steph.* 15.

38. RICHARDVS PECHE.

RIchardus Peche, Roberti eiuſdem cognominis filius, & ab illo Archidiaconus Coventrenſis creatus, Durdento in hoc Epiſcopatu ſucceſſit anno 1162. Ætate provectiori, habitum hic ſuſcepit Canonici in Eccleſia S. Thomæ prope Staffordiam, cuius Cœnobij traditur à nonnullis fundator extitiſſe. 1162. *Hen.* 2. 9.

extitisse. Decessit secundum Hovedenum 1182. & in Cœnobio antedicto sepultus est.

39. GIRARDVS PVELLA.

1182. *Hen.2.29.* DE Girardo Puella (quem scriptores nostri vocabulo Gallico La Pucelle plerunque nuncupant) Robertus Montensis sic scribit; *Magister Gerardus cognomento Puella, vir magnæ literaturæ & honestatis, electus est anno Domini 1182. in Episcopatum in Anglia Cestriensem, qui Episcopatus tres habet Episcopales sedes, Cestriensem, Conientriensem & Lichfeldensem.* Obijt Ianuarij 12. 1184. & Coventriæ iacet sepultus.

40. HVGO NVNANT.

1186. *Henr.2. 33.* ANno 1186. Hugo Nunant vel Novant è Normannia oriundus (sed qui in Academia Oxoniensi bonis literis olim operam nauaverat) in Episcopū Lichfeldensem consecratus est. Capto & in vinculis detēto Richardo Rege per Leopoldum Austriæ Ducem, cum è terra sancta reverteretur; Ioanni Mortoniæ Comiti Regis fratri hic præsul se adiunxit, regnum occupare conanti. Quæ res & ipsi & amicis multum peperit molestiæ, vt in Hovedeno videre est, qui perhibet, gratiam eius culpę redemisse eum, numeratis marcarū quinq; millibus. Antea vero (vti videtur) ab eodem Rege mercatus fuerat facultatem Monasterium Coventrense pro libitu disponendi. Et cum inde Monachos ejicere, ac eorum loco seculares Clericos collocare decrevisset; milite armato stipatus ad Cœnobium accessit, ac Monachis imperata non facientibus, impetu in illos facto, viam ferro apperuit, Monachorum nonnullis vulneratis, fugatis cæteris. Ita Cœnobio potitus, sacerdotibus quos seculares vocant locum complevit. Anno hæc gesta sunt 1190. Haud incruentam hanc victoriam victori Episcopo extitisse tradit Balæus, qui author est, vulneratum ipsum in conflictu, idq; in ipsa Ecclesia summo altari adstantem. Homo videtur cum doctus & non imprudens, tum animo haudquaquam pusillo, licet actionum

&

Digitized by Google

& morum ſuorum cenſor fortaſſis non nimium ſeverus, ſaltem ſi Monachis credimus, qui ſoli illorum temporũ Chronographi extiterunt, quoſque credibile eſt, Monachomaſtigi huiuſmodi immeritas laudes non temere aſcripturas. Sed & hij tamen exitum eius tanquam pium & religioſum plenis (quod aiunt) buccis decantant. In promptu cauſa eſt. Romam proficiſcens, in Normannia (patria ſua) morbo corripitur, & morti ſe vicinum ſentiens, multis tam ob eruditionem quam pietatem ſpectatis viris, ad ſe vocatis, anteactæ vitæ nequitiam cum gemitu & lachrimis confitetur. Non diſplicet. Rogat porro impenſe vt precibus pro illo apud Deum intercedant: Non male. *Pecuniam & omnia quæ poſſidebat* (inquit Pariſienſis) *in auro & argento, & vaſis pretioſis, domibus religioſis & pauperibus erogauit.* Iam pulchre: Hic vero palmam retulit: *Cum ingenti mœrore recognouit*, (Pariſienſem audis) *qualiter expulſis Monachis Couentrenſibus, ad cumulum omnium malorum Clericos introduxit. Ad cuius flagitij ſatisfactionem, aliud genus correctionis non inuenit, niſi vt in eorum habitu vitam finiret. Et ſic in ſpe bona omnium aſſiſtentium ſine inſperato quieuit*, Martij 27. 1199. in loco quem Betherleuinum noſtri nominant, & Cadomi ſepultus eſt. Anno 1193. dum ad Regem in vinculis agentem properaret, latrones neſcio qui prope Cantuariam, ſarcinas eius ingenti pecunia onuſtas diripuerunt. Et paulo pòſt in exilium pulſus eſt, quod Ioanni Regis fratri res novas molienti adhæſerit; neq; revocatus eſt, donec (quod ante monuimus) marcarum quinque millibus donatis, iratum Regem placaſſet.

41. GALFRIDVS DE MVSCHAMP.

HVgone Epiſcopo defuncto, Coventrenſes Monachi rerum ſuarum ſatagentes, electores ejiciunt; Papa adiuvante, Clericos ſeculares curant ſummovendos quos ibi collocarat Hugo prædictus, ſeque denuo reſtituendos. Qua re perfecta, Ioibertum quendam ſibi aſciſcunt in Priorem, qui eo ipſo tempore tribus alijs Cœnobijs Prior præfuit, Daventrenſi, Wenlocenſi & de Bermundeſcia: Nunc vero *Hubertus Archiepiſcopus* (inquit Pariſienſis) *vt auaritiæ eius* 1199. *Ioan. 1.*

ſatisfaceret, tribus illis Prioratibus hunc quartum curauit adiiciendum. Neque illi hominem eminentis in ſecularibus prudentiæ (vt loquitur ille) rebus ita turbatis, gravate ſuſcipiunt. Sic dignum patella nacti operculum, ad Epiſcopi electionem ſe accingunt; hoc vnice cauentes, ne eum ſibi præponant, qui bonis Monachis otium velit interturbare. Renũciatus eſt tandem Galfridus Muſchamp Archidiaconus Cliuelandiæ, qui conſecratus eſt Weſtmonaſterij (vt quidam) Martij 15. 1199. vel ſecundum Pariſienſem, Cantuariæ Iulij 21. eiuſdem anni, quo tempore electum perhibet Weſtmonaſterienſis. Obijt anno 1208. & Lichfeldiæ conditus requieſcit.

42. WALTERVS DE GRAY.

1210. *Ioan. 12.* ANno 1210. Walterus de Gray in Epiſcopum huius Eccleſiæ conſecratus, Wigorniam anno 1214. transfertur, ac inde poſtea Eboracum.

43. GVLIELMVS DE CORNHVL.

1215. *Ioan. 17.* GVlielmus de Cornhul Archidiaconus Huntindonenſis conſecratus Ianuarij 25. 1215. obijt Iunij 19. 1223. & Lichfeldiæ iacet ſepultus.

44. ALEXANDER DE SAVENSBY.

1224. *Henr. 3. 9.* ALexander de Sauensby, quem Balæus Alex. de Wendock videtur appellare, ex Academiarũ in diverſis regionibus aditu, diſciplinas ita hauſit, vt multarum rerum cognitione plures ſui temporis tam Philoſophos, quam Theologos ſuperaſſe diceretur. Bononię namque pluribus annis ſtuduit, atque in Tholoſano gymnaſio Theologorum ſcholas rexit. Interim viſiones neſcio quas nocturnas habuit & in ſomnijs portentoſas oſtenſiones, quibus exurgentes fraterculorum ſectas in concionibus publicis approbabat. Scripſit Poſtillas in Pſalmos & alia nonnulla. Conſecratus eſt Romæ in feſto Paſchalis 1224. Illo ſedente, lis in Curia Romana diu agitata inter Monachos Coventrenſes & Canonicos Lichfeldenſes de iure eligendi Epiſcopum ſic terminata eſt, vt alternis vicibus eligerent, ſed ita,

ita, vt vtrobique ſcilicet tam apud Lichfeldenſes quam ſuos, Prior Coventrenſis ſuffragium ferret, idq; omnium primum. Huic Epiſcopo cum Comite Martiali magna interceſſit familiaritas; vnde res novas moliente Comite, Epiſcopi fidem Rex multum habuit ſuſpectam. Qua re cognita, vt ſe à tanti ſceleris ſuſpicione purgaret, hanc inijt rationem: Pontificalibus veſtibus indutus, omnes qui de prodendo Rege vel cogitarent, diris proſequutus eſt. Hinc placatus Rex, omnem eiuſce rei ſuſpicionem abiecit. Poſtquam Lichfeldiæ ad occaſum hibernum Cœnobium condidiſſet Minoritis fratribus, Andoveræ deceſſit Decemb. 26. 1238. & Lichfeldiæ ſepultus eſt in Eccleſia ſua.

45. HVGO DE PATESHVL.

ALexandro defuncto, Coventrenſes Monachi nemine impediẽte, elegerũt ſibi in Epiſcopũ Gulielmũ Raleyũ, quem paulo poſtea, Norwicenſes etiam ſibi poſtularunt, & obtinuerunt. Hinc nata eſt controverſia inter Coventrenſes & Lichfeldenſes; quorum iſti, ſibi iam competere ius electionis dicebant, electione iam ab illis celebrata; iſtis è contra contendentibus, omnia ſibi adhuc integra, donec electionis huiuſmodi ratione Epiſcopatu aliquis fuiſſet potitus. Quare Lichfeldenſes ſuum ſibi eligunt Decanum, Coventrenſes vero Nicolaum de Fernham, qui poſtea Dunelmenſis Epiſcopus factus eſt. Et Fernhamus accepto eiuſce rei nuncio, electioni conſentire recuſavit. Decanus vero (homo bonus, ſed annoſus admodum) fama commotus Fernhami ſecundiſſima, & ideo conſenſum electioni eum non præbere exiſtimans quod litem inde orituram putaret: Suos Lichfeldenſes precibus non deſtitit obtundere, donec & illi ipſum elegiſſent. Fernhamus attamen in recuſatione perſtitit, dicens, Sacerdotij vnius aut alterius ſibi modo onus videri tam grave, vti Epiſcopale munus vt ſuſcipiat nullo pacto poſſit in animum inducere. Intercedente poſtea Rege, pars vtraque conſenſu vnanimi Epiſcopum declararunt Hugonem de Pateſhul Eccleſiæ Paulinæ Theſaurarium, qui Angliæ fuerat & Theſaurarius & Cancellarius, ac genitorem habuit Simonem de

1240. *Hen.* 3. 25.

de Pateſhul, Angliæ quandoque Iuſtitiarium ſummum. Conſecratus eſt Iul. 1. 1241. & cum nondum tres annos ſediſſet, ætate adhuc integra, immatura morte ſublatus eſt è medio Decemb. 7. 1243. homo vitæ integerrimæ & non indoctus, tamen apud Chronographos noſtros parum gratioſus, quod in illo paruo quo præfuit tempore in Canonicos Lichfeldenſes quam Monachos Coventrenſes gratia magis propendere videretur.

46. ROGERVS DE WESEHAM.

1245. *Hen.* 3. 30. SEde per mortem Hugonis Epiſcopi vacante, egit impenſe cum Coventrenſibus Rex, vt Richardum Euſhamiæ Abbatem, magni Angliæ ſigilli cuſtodem illi ſubſtituerent. Et nonnulli ſane ſuffragia in eum contulerunt. Sed pars longe maxima Monachum quendam elegerunt Eccleſiæ ſuę Præcentorem, Gulielmum de Monte-Peſſulano, hominem pium iuxta ac eruditum. Abbas tamen largitione & Regis gratia eouſq; profecit, vt conſecrari eum Papa mandauerit, quem in fatis nō erat Epiſcopatu hoc potiri. Riolæ ſiquidem (quę Vaſconiæ civitas eſt) ante ſuſceptas infulas mortem obijt. Defuncto illo, eligitur denuo, idque vnanimi omnium Monachorum conſenſu Gulielmus prædictus. Rex vero magna vi ſe huic Monachorum conatui opponens, eas exhibuit electo moleſtias, vt fatigatus tandem ſuccubuerit, & iure per electionem acquiſito ſponte ceſſerit. *Quo cognito* (inquit Pariſienſis) *diligentiſſime procurante primo & præcipue Epiſcopo Lincolnienſi, loco ipſius Gulielmi de monte Peſſulano prædicti, electus eſt & ſubrogatus in Epiſcopum Ceſtrenſem ſiue Couentrenſem, magiſter Rogerus de Weſeham, Decanus Eccleſiæ Lincolnienſis, vir moribus & ſcientia elegantier inſignitus, Rege irrequiſito, ne & hanc electionem cauillatorijs (vt ſibi moris erat) exceptionibus impugnaret, & in læſionem animæ & famæ ſuæ amplius impediret.* In hoc negotium eo ſtudioſius Lincolnienſis incubuit, quod cum conſueſſent ſæpe Decani Eccleſiæ ſuæ *ex Decanatus illius vbertate, cornua audaciæ aſſumentes* (vt loquitur prædictus Pariſienſis) *contra Epiſcopum ſuum recalcitrare*; vacante iam Decanatui decreviſſet rectoriam

riam Aylesburienſem ſubtrahere. Ad Rogerum vero quod attinet, annuente Papa, conſecratus eſt Lugduni, anno 1245. antequam de electione eius Rex quicquam reſciuiſſet. Cum annos ſediſſet 11. grandæuus & valetudinarius ſponte abdicauit, Nouembris 1. 1256. & paralyſi, qua diù laborauit, poſt biennium abſumptus, debitum naturæ perſoluit.

ROGERVS DE MOLEND *al*: LONGESPE.

CEdente (vt diximus) Weſehamo, adlaborauit multum Rex, vt ſubſtitueretur illi Philippus Lovellus Theſaurarius ſuus. Monachi vero, qui ab illo (neſcio quam ob cauſam) animo erant alieniſſimo; vt illum poſſent amoliri, & ſimul Richardo Cornubię Comiti, Regis fratri gratificari, qui id petebat enixe; Rogerum de Molend elegerunt, qui & Regis & Comitis prædicti nepos erat. Rege mox prompte annuente, conſecratus eſt Martij 10. 1257. Natus hic & ab ineunte ætate in tranſmarinis regionibus educatus, idiomatis Anglicani expers fuit & omnino ignarus. Quam rem cauſatus, paſtoralis muneris omni cura abiecta, in patria ſua otioſus delituit; donec Ioannes Peckamus Cantuarienſis Archiepiſcopus, ob tantam ſocordiam homine acriter increpato, anno demum 1283. in ſua dioceſi inuitum reſidere coegit. Poſtquam annos duodequadraginta ſediſſet, grandæuus extinguitur 1295. 1257. *Hen.* 3. 42.

48. WALTERVS DE LANGTON.

WAlterus de Langton Angliæ Theſaurarius ſucceſſit, qui conſecratus eſt Dec. 22. 1296. Sub Edwardo 1. magna gratia & authoritate floruit. Edwardus vero 2. filius, plurimis eũ contumelijs affecit & multimodis vexauit. Nam patre defuncto, Epiſcopo mandauit, vt funus Londinum deduceret à limite Scotico vbi deceſſerat: Cuius tanti laboris hoc pręmij tulit, vt quamprimum eo acceſſerit, à Ioanne Feltono arcis Londinenſis Conneſtablio captus, in carcerem conijceretur vir grauiſſimus quem pater Regis vnice dilexerat, quemq; teſtamenti præcipuum executorem conſtituerat. Duos integros per annos, Londini primum, deinde Wallingfordę, ac tandem Eboraci carceris ſqualloreм pertulit; 1269. *Edw.* 1. 25.

nec quiſquam erat qui Regem pro eo deprecari auſus fuerit, in tantum iracundia eius exarſerat. Clero in ſynodo congregato id flagitante, ac de re qualibet decernere pertinaciſſime recuſante donec libertati is eſſet reſtitutus, emittitur tandem, ac in ſemigratiam Regis (vt loquitur Walſingamius) recipitur, bonis etiam omnibus quibus fuerat ſpoliatus, ſimul reſtitutis. Huius vero iracundię, hæc cauſa traditur à Walſingamio: Viuente patre, Principem *de ſuis corripuit inſolentijs, & ſuperfluis compescuit ab expenſis.* Adijciunt alij, hęc adoleſcentem ini quo animo ferentem; prętерea quod Epiſcopum multis oneraiit conuitijs, in viuaria eius irrupiſſe & ſepimentis deiectis, feras abegiſſe. Qua tanta iniuria affectus cum Regi fuiſſet conqueſtus, aliquot dierum cuſtodia Principem ferunt caſtigatum. *Ex cauſis præmiſſis* (inquit Walſingamius) *infenſus Epiſcopo effrenis iuuenis, eum ſquallore carceris coarctauit, & omnibus bonis ſuis ſpoliauit, &c. Fecit inſuper Iuſtitiarios inquirere de perſona ſua, vt ſi quicquam inordinatum reperiſſent, Rex proculdubio ab eo vltra pœnas meritas exegiſſet. Rationem etiam Rex petijt ab eodem de officio Theſaurarij & tempore ſuæ miniſtrationis. Sed à Pontifice ſemper congruis datis ad obiecta reſponſis, nullo ſenſu poterat culpabilis inueniri.* Sub id ipſum tempus, aut paulo fortaſſe citius, magnorũ criminum reus fit apud Papam, ad cuius præſentiam *citatus, in curia Romana* (Weſtmonaſterienſem audis) *non modicam pecuniam exhauſit, quoniam nouerant illum præ multis bouem valde pinguem, neque tamen multum profecit. Remiſſus namque fuit ad Archiepiſcopum Cantuarienſem, vt ipſe per certas perſonas purgationem ſumeret accuſati, & per eundem Walterum negotij certitudinem reſcriberet, ſummo Pontifici quid geſtum fuerit, quidue factum. Quid plura? ſumpta purgatione per Archiepiſcopum, &c. ad Papam reuerſus eſt. Papa autem intelligens purgationem Epiſcopi ſagacem & ordinatam per Archipræſulem ſibi miſſam, Epiſcopum Walterum fama priſtina reſtitutum cum vbariori gratia remiſit ad propria. Porro miles qui eum accuſauerat Ioannes, poſt non multum temporis, & ipſe ſuper homicidio & alijs facinoribus accuſatur. Conſcius vero ſibi, vendicat ius Eccleſiæ; qui etſi coniugatus, ait ſe diaconum fuiſſe antequam vxorem duxiſſet.*

duxisset. Condemnatus tandem, carceri Episcopali mancipatur, in quo per dies quinque nec amplius superuixet. Sumant hic iustitię diuinę exemplum, quibus est pro ludo, verbi Dei ministros contumelijs & molestijs exagitare. Tempestatibus huiusmodi diu iactato Langtono, serenitas tandem affulsit exoptata eaque perennis; vitæ deinceps reliquo in summa tranquillitate (quantum comperi) transacto, postquam aulę se subducens, muneri pastorali curando licuit ipsi vacare. Ecclesię suę Lichfeldensis benefactor extitit munificentissimus. Capellę B. Mariæ ibidem fundamenta iecit, ac moriens priusquam extrueretur, pecuniam reliquit vnde id fieret. Clausstrum eiusdem muro cinxit & duo millia librarum impendit in theca qua corpus S. Ceddæ antecessoris sui conderetur. Clausum siue prędinctum Ecclesię & muro & fossa circundedit, additis portis duabus, magna vna vel potius magnifica ad occidentem, & alia sed minore ad austrum. Pontem construxit maiorem illum supra vineam Lichfeldensem anno 1310. Ædes suas Episcopales dedit Vicarijs choralibus ad inhabitandum, & nouam sibi successoribusq; à fundamentis excitauit ad orientalem partem Clausi. Refecit partim, partim nouis ędificijs auxit arcem de Eccleshall, manneria de Shoubrough & Heywood, cum palatio Londinensi in ripa Thamesis sito in loco quem Strandā nuncupamus. Ad vsum sacrorum dedit Ecclesiæ suę præter vestimenta pretiosissima, vnum calicem & duos scyphos ex auro solido quod valebat non vltra 24. libras, sed gemmarum quibus fuerunt ornati, pretium ad ducentas libras æstimatum est. Vicarijs choralibus craterem dedit ponderis 5. marcarum & salarium annuum 20. solidorum. Denique & illis & Canonicis suis multa priuilegia à Rege impetrauit; & debitum tandem naturæ persoluit Nou. 16. 1321. cum sedisset annos ferme 25. Humatus iacet in capella B. Marię à se constructa.

48. ROGERVS NORTHBROVGH.

ANno 1313. Rogerus Northbrough magni Anglię sigilli tum custos, in prælio à Scotis captus est. Cum postea Clericus esset garderobæ (ita nimirum vocatum comperi) 1322. *Edw. 2. 16.*

peri)& Angliæ Thesaurarius, Rege ita flagitante vt à mandato petitio eius vix quicquam differret, ægre tamen nec sine magna difficultate electus à Capitulo se huic sedi ingessit tandem, & Iunij 27. 1322. consecratus, sedit annos 38. nec tamen in tam diuturno temporis spatio aliquid perpetrauit memoria dignum (quod saltem ad meam notitiam peruenierit) nisi forte hoc ab illo recte factum dicamus quod mortuus est. Obijsse traditur Dec. 10. 1360.

49. ROBERTVS STRETTON.

1360. *Edw.* 3. 35. PAulo post Episcopi prioris decessum, Robertus Stretton Canonicus Lichfeldensis, Edwardi Walliæ Principis sacellanus, eodem Principe satagente, electus est in Episcopum eiusdem Ecclesiæ. Homo illiterat° & tali munere vsquequaq; indignus. Quod cum Pontifici innotuisset, mandato speciali Archiepiscopum ne electum consecraret inhibuit. Electus igitur Romam properat, & Pontificis ipsius examen subit; qui nec ausus eum reijcere, in cuius gratiam tantus Princeps eum interpellasset, nec approbari à se posse videns sine summa infamia; viam mediam ingressus, hominem ad Cantuariensem Archiepiscopum amandauit, rem integram illius iudicio relinquens; qui nullo modo induci potuit vt consecrationem illi impertiret. Huc res tandem redijt, vt Principe de importunitate nihil remittente, duo Episcopi à Pontifice fuerint designati (quinam ij fuerint non comperi) qui hac de re constituerent. Et illi, quanquam ægre & quasi inuiti, consecrandum decernunt, quod Septembris 26. 1360. factum est. Qua de re, vide adhuc plura apud Thomam Lyld Elienſem. Præfuit huic Ecclesiæ annos 25.

50. WALTERVS SKIRLAW.

1385. *Ric.* 2. 9. WAlterus Skirlaw Legum Doctor, consecratus Ian. 14. 1385. ad Episcopatum Bathonensem & Wellensem anno sequenti transfertur, & paulo post Dunelmum.

51.

Digitized by Google

51. RICHARDVS SCROOPE.

RIchardus Scropus Legum Doctor, Gulielmi Comitis Wiltonienſis frater & ſummus Angliæ Theſaurarius, Aug. 6. conſecratus 1386. & cum ſediſſet annos 10. Eboracum migrauit. Vitam igitur & exitum eius funeſtum, inter Eboracenſes lector ſi placet quęrat. 1386. *Ric.* 2. 10.

52. IOANNES BVRGHILL.

IOannes Burhillus Dominicanus, ex Epiſcopo Landauenſi, fit Lichfeldenſis Septembri menſe 1399. & diem obijt ſub exitum Iunij 1414. 1399. *Ric.* 2. 22.

53. IOANNES KETERICH.

IOannes Keterich curię Romanæ notarius & Archidiaconus Surreyenſis, conſecratus eſt in Epiſcopum Meneuenſem anno 1414. & tranſlatus inde ad hanc Eccleſiam Maio menſe 1415. Anno 1417. interfuit Concilio Conſtantienſi, vbi conſtitutus eſt vnus ex 30. electoribus, qui Cardinalibus adiuncti, Pontificem deſignarunt Martinum quintum. Sedit hic loci annos plus minus 5. & Exoniam migrauit. 1415. *Henr.* 5. 4.

54. IACOBVS CARY.

BReui admodum tempore Iacobus Carcius huic Eccleſię præfuit. Contigit eum Florentiæ adeſſe, quando Pontifice illic agente, de Exonienſis Epiſcopi morte nuncium allatum eſt, & illius præſulatum ab eo facile impetrauit, cum Lichfeldenſem nuperrime eſſet adeptus. Sed vix altervtro potitus eſt; Nam reuerſurus in patriam, antequam ad profectionem ſe poſſet componere, in Italia diem clauſit extremũ, ibiq; ſepulturam ſortitus eſt. 1419. *Henr.* 5. 8.

55. GVLIELMVS HEIVVORTH.

GVlielmus Heiworth S. Albani Abbas, conſecratus Nouemb. 28. 1420. ſedit annos 27. 1420. *Henr.* 5. 9.

56.

56. GVLIELMVS BOOTHE.

1447. *Henr. 6. 26.* GVlielmus Boothus conſecratus Iulij 9. 1447. ſedit annos 6. & Eboracum tum tranſlatus eſt.

57. NICOLAVS CLOSE.

1452. *Henr. 6. 31.* NIcolaus Cloſus vnus erat ex ſex illis ſcholaribus, quos primos in Collegio ſuo Regio Cantabrigiæ collocauit Henricus 6. & in ſtructura eiuſdem collegij operum præfectus. Creatus ibi poſtea S. Theologiæ Doctor, factus eſt eiuſdem Academiæ Cancellarius. Conſecratus in Epiſcopum Carliolenſem anno 1450. & huc tranſlatus 1452. eodem ipſo anno vitam cum morte commutauit.

58. REGINALDVS BVTLER.

1453. *Henr. 6. 32.* REginaldus Butlerus Abbas Gloceſtrenſis, Hereforden-ſis ſacratur Epiſcopus 1450. & Aprilis 3. 1453. huc transfertur, vbi ſedit annos 6. Ex Butlerorum inſignibus gentilitijs & Epitaphio quodam manco in marmore inciſis quod reperi forte fortuna in medio Presbyterij Hereforden-ſis, ibi hunc Butlerum ſepultum conijcio.

59. IOANNES HALSÆ *vel* HALES.

1459. *Henr. 6. 38.* IOannes Halſius ſiue Haleſius, Collegij Orielenſis Oxoniæ Præpoſitus, & eiuſdem egregius benefactor, menſe Nouembri conſecratus 1459. ſedit annos 31. Obijt Sept. 30. 1490. & in ſua Eccleſia iacet tumulatus.

60. GVLIELMVS SMITH.

1492. *Henr. 7. 8.* GVlielmus Smith conſecratus 1492. ſedit annos 4. & Lincolniam tranſlatus eſt.

61. IOANNES ARVNDELL.

1496. *Henr. 7. 12.* IOannes Arundell, Oxonienſis, conſecratus 1496. & Exoniam tranſlatus eſt, 1502.

62.

62 GALFRIDVS BLYTHE.

GAlfridus Blithus Legum Doctor Collegij Regij Cantabrigiæ alumnus, conſecratus eſt Sept. 7. 1503. Anno 1512. ab Henrico 8. conſtitutus eſt Walliæ Præſes; quod muneris adminiſtrauit ad annum 1524. quo tempore mortuus videtur. Ædes pulchras is conſtruxit Choriſtis Eccleſiæ ſuæ. Anno 1523. perduellionis fit reus, ſed fœliciter abſolutus. 1503. *Henr.* 7. 19.

63. ROLANDVS LEE.

ROlandus Lee Legum Doctor Cantabrigienſis, conſecratur Apr. 19. 1534. Matrimonium is auſus eſt celebrare inter Henricum 8. Regem & Annam Bollenam, Elizabethæ Reginæ matrem, Catharina Hiſpana viuente (prima vxore) cum diuortium eius a Rege Pontifex non probaſſet. Sed & hanc ob rem nomen eius (apud noſtros præcipue Wallos) celebre eſt, quod ſub eo Præſide, & illius fortaſſis magna ex parte opera, Wallia in eandem corporis compagem cum Anglia coaluit, ijſdem legibus gubernari cœpta, eorundemque iurium vſquequaque facta particeps authoritate Parliamentaria: Quo vix quicquam fœlicius huic genti contigiſſe confitemur. Walliæ adhuc Præſes, deceſſit anno 1543. & Salopiæ tumulatus eſt. 1524. *Henr.* 8. 17.

64. RICHARDVS SAMPSON.

RIchardus Sampſon Legum Doctor & Capellæ Regiæ Decanus, in Epiſcopum Ciceſtrenſem conſecratus eſt anno 1537. Inde Martij 12. 1542. Lichfeldiam transfertur. Dum adulator pro aſſerendo Henrici Regis ſui primatu pauca voluit ſcriptitare, Cochlæum in ſe concitauit. Scripſit etiam in quoſdam Pſalmos, & Epiſtolas Pauli ad Romanos Corinthioſque commentarios. Anno 1539. in Arcem Londinenſem coniectus eſt, quod pecunia iuuiſſet vinctos quoſdam & eam ob cauſam carceri mancipatos, quod de primatu Regis haud recte ſentirent. Statim vt huc tranſlatus eſt, Walliæ factus eſt Præſes, eoque functus eſt munere ad 1543. *Henr.* 8. 35.

Digitized by Google

ad ſecundum Edwardi ſexti; quo tempore (licet antea Pontificem impugnarat) Pontificijs partibus ſe addictum non diſſimulauit. Obijt apud Eccleſall Septembris 25. 1554.

65. RADVLPHVS BAINVS.

1555. *Mar.* 3. RAdulphus Baynus S. Theol. Doctor, patria Eboracenſis, & in Collegio D. Ioannis Cantabrigię educatus (qui Hebraicæ linguæ [illegible]ſtaurator egregius, & eiuſdem Lutetiæ profeſſor extitit Regius, cum ſub Franciſco primo bonæ literæ refloreſcerent) in Epiſcopum huius ſedis conſecratus eſt anno prædicto 1554. non dum euoluto. Cum annos ſediſſet vix 5. ſub Elizabetha Regina exauthoratus eſt, & mox calculi doloribus excruciatus interijt. Sepultus iacet Londini in Eccleſia S. Dunſtani.

66. THOMAS BENTHAM.

1559. *Eliz.* 2. THomas Bentham in Collegio Magdalenenſi Oxoniæ educatus, & conſecratus Martij 24. 1559. obijt Febr. 21. 1578.

67. GVLIELMVS OVERTON.

1578. *Eliz.* 21. GVlielmus Ouerton S. Theol. Doctor, in prædicto Magdalenenſi Collegio educatus ſucceſſit, & ſub initium Aprilis 1609. defunctus eſt.

68. GEORGIVS ABBOT.

1609. *Iacob.* 7. GEorgius Abbot S. Theol. Doctor, Decanus Wintonienſis (de quo inter Cantuarienſes plura) conſecratus Dec. 3. 1609. Londinum tranſlatus eſt, anno non dum circumacto, & paulo pòſt Cantuariam.

69. RICHARDVS NEILE.

1610. *Iac.* 8. RIchardus Neilus Epiſcopus Roffenſis ſucceſſit, huc tranſlatus ſub exitum Septembris 1610. & hinc deinde poſt biennium Lincolniam migrauit.

70.

Digitized by Google

70. IOANNES OVERAL.

IOannes Ouerall Sacræ Theologiæ Doctor atque facultatis eiuſdem in Academia Cantabrigienſi publicus profeſſor Collegij, ſanctæ Trinitatis ibidem ſocius aliquando, & Aulæ S. Catharinæ Præfectus, qui Alexandro Nowello viro grauiſſimo & Theologo ſummo in Eccleſiæ Paulinæ Decanatu ſuccederet, habitus eſt digniſſimus; omnium bonorum ſumma cum gratulatione, in Epiſcopum Couentrenſem & Lichfeldenſem conſecratus eſt, Aprilis 3. 1614. 1614. *Iac.* 12.

In libro cenſuali fiſci regij dicitur hic Epiſcopatus valere 559. li. 17. s. 2. d. ob. q;. *In Regiſtro vero Pontificio* 1733. *ducatis. Quanquam traditum etiam reperi* 300. *ducatis (nec amplius) ibi æſtimatum.*

DE

DE SARISBVRIENSIBVS EPICOPIS.

1. ALDHELMVS.

705. POst mortem Headdæ qui Episcoporum Wintonienſium fuit ordine quintus, Inæ Occidentalium Saxonum Regi viſum in Regione ſibi ſubiecta quæ hucvſq; vnum duntaxat habuerat Episcopũ, duos conſtituere; alterũ nempe qui Wintoniæ ſederet, videlicet Danielem; atq; Sherbornæ alium, qui Dorſetientibus, præeſſet, Somerſetenſibus, Wiltonienſibus, Deuonienſibus & Cornubienſibus; quorum prouincias Aldhelmo commiſit regendas propinquo ſuo, qui nimirum erat (ſicuti traditur) eius ex fratre nepos, ſi non (quod aſſerit Capgrauius) filius. Hic etiamnum adoleſcens, plurimas Europæ regiones peragrauit, Galliam in primis ac Italiam, in Academijs earum non modico temporis ſpatio abſumpto; vnde doctiſſimus euaſit, vt multa ſcripſerit, tam Græcè quam Latine, Muſices ac poëtices ſtudio in iuuentute plurimum delectatus; quarum tamen artium ſcientiæ comparandæ non adeo vnice incubuit, vt inter ſummos ſui temporis Theologos non numeraretur. Reuerſus in patriam, cucullum induit Malmesburiæ; cuius Cœnobij Abbas factus, eo munere functus eſt per annos 34. Anno vero 705, Sherbornenſis conſecratur Antiſtes idque (vt videtur) Romæ. Memoriæ ſiquidem traditum, dum ibi loci hæreret, approbationem Pontificiam expectans; ſanctiſſimum illum patrem, verum iam patrem, nouæ prole auctum; & luxuriam hominis reprehendere coram auſum nouitium hunc Epiſcopum. Eruditionis ſuæ monumenta non pauca reliquit à Balæo ac Beda commemorata, & vitam cum morte commutauit anno 709. Maij. 25.

2. FORD-

2. FORDHERE.

SVcceſſit illi Fordherus, Bedæ contemporaneus, *qui in Scripturarum ſacrarum ſtudio hominem bene verſatum tradit.* Anno 738. Occidentalium Saxonum Reginam, Romam proficiſcentem comitatus eſt. 709.

3. HEREWALDVS.

HErewaldus interfuit Synodo per Cuthbertum Cantuarienſem congregatæ anno 747. & diploma confirmavit in quo Kinewolfus Occ. Saxonum Rex prædia quædam contulit Eccleſiæ Wellenſi anno 766. 738.

4. ETHELWOLDVS.

SVcceſſit Ethelwoldus.

5. DENEFRITH.

ET illi Denefrith; de quibus præter nuda nomina, nihil comperi.

6. WILBERTVS.

WIlbertus Romam profectus eſt cum Wulfredo Archiepiſcopo Cantuarienſi anno 815.

7. EALHSTANVS.

EAlhſtanus bellator fuit ſtrenuiſſimus. Elfrido Regi ſubegit regna Cantiorum & Orientalium Saxonum. Multa prælia fœlici Marte depugnavit cum Danis; inter quæ præcipue memoratur illud in quo vires eorum plane fregit, ad locum qui nunc Comagia vocatur, tunc vero temporis Pedredſmouth, multis eorum millibus interfectis, anno nimirū 845. Ethelwolpho Rege Romam profecto, Ethelbaldo filio author fuit vt regnum occuparet, & reverſum patrem coegit ditionum ſuarum dimidium filio cedere. Deceſſit anno 867. cum Sherbornenſi ſedi præfuiſſet annos totos 50. Homo pru- 817.

prudentissimus, fortissimus, patriæ amantissimus, & egregie munificus, Ecclesiam suam valde locupletavit.

8. EADMVNDVS *alias* HEAHMVNDVS.

868. EAdmundus, vel Heahmundus, à Danis in prælio occisus est anno 872. Mereduni.

9. ETHELEAGE.

872. DE successore eius Eathelegio nihil memoratur.

10. ALFSY.

NEque de Alfsio qui illum sequutus est.

11. ASSER.

INter multa alia ab Asserio opuscula conscripta, extare dicitur de rebus Britannicis historia; in qua, Cambrobritanni illius celeberrimi Ioannis, se narrat discipulum extitisse, qui cum Athenis Atticis longo tempore bonis literis operam navasset, in patriam revertens, Alfredo Regi author fuit, vt Oxoniæ Academiam siue conderet, siue restauraret. Nam ante id temporis, liberalium artium disciplinas ibi loci viguisse, sunt qui contendant, quam vere, mei non est instituti disceptare. Dicit etiamnum Amanuensem se fuisse vel Cancellarium Asserio Menevensi Archiepiscopo propinquo suo, qui à regulo quodam in illis regionibus multum potenti nomine Hemeyd exagitatus, magnas sustinuit ærumnas. Cuius rei ratione, patriæ suæ pertæsus hic noster Asserius, in Angliam venit ad Alfredum Regem, qui liberos suos illi tradidit instituendos; ac tandem defuncto Alfsio Sherbornensi Episcopo, successorem illi substituit. Ingulfus vero author est, Bangorensem interea Abbatem extitisse. Huic Antistiti Rex antedictus dedit manneria de Wellington, Buckland & Lidyard in Comitatu Somersetensi, quę postea Episcopo in Wellensi Ecclesia collocato, eidem sunt attributa; quorum, mannerium de Buckland sacrilegium adhuc non sur-

ſurripuit. Iſtius porro Præſulis hortatu, multa Rex contulit Academiæ Oxonienſi, vnde bonarum artium profeſſoribus ſalaria penderentur. Obijt anno 883. & in Eccleſia ſua Sherbornenſi ſepultus eſt.

II. SWITHELMVS, *alias* SIGELMVS.

SWithelmus, vel Sigelmus in vltimam vſque Indiam pere- 883.
grinatione longiſſima ſuſcepta, ad locum penetravit, in quo conditum perhibetur corpus D. Thomæ Apoſtoli; & illuc neſcio quid pecuniæ detulit Alfredi Regis nomine pauperibus illius gentis diſtribuendum. Reverſus in patriam, gẽmas multas reportavit valde pretioſas.

12. ETHELWALDVS, *alias* ETHELWARDVS.

EThelwaldus, vel Ethelwardus, Oxoniæ educatus, vnus fuit ex filijs Alfredi Regis natu minoribus. Obijt anno 898.

Poſt Ethelwaldum, ſedes Sherbornenſis propter turbas Danicas ſeptem per annos vacavit. Anno Chriſti 905. Plegmundus Archiepiſcopus, vno eodemque tempore ſeptem ordinavit Epiſcopos, ſicut antea apud Cantuarienſes enarravimus. Ex his vero ſeptem, tres fuerunt quibus nouæ ſedes aſſignatæ, in regionibus à Sherbornenſi ereptis, vnus nempe Cornubienſibus præpoſitus, alius Devonienſibus, ac Somerſetenſibus denique tertius. Sed & quartus porro inter Wiltonienſes breui poſtea collocatus, qui cathedram habuit Wiltoniæ nonnunquam, nonnunquam etiam Ramſburię & Sunningæ. De horum ſingulis ſuo loco ſigillatim. Ad Wiltonienſes vero quod attinet, quoniam eo denique tanquam poſtlimino illa Dioceſis redijt vnde primum orta eſt; Epiſcoporum illius ſeriem mox ſubiungam, quamprimum Sherbornenſes expediero.

13 WERSTANVS.

WErſtanus à Danis in prælio cæſus occubuit anno 905.
918.

14. ETHELBALDVS.

918. DE Ethelbaldo, qui ſucceſſit, nihil traditur.

15. SIGELMVS.

AVthor eſt Florilegus, Sigelmum quendam Sherbornenſem Epiſcopum à Danis prælio cæſum anno 834. quod alicubi mendoſe ſcriptum reperiſſe auguror, vbi reponendum erat. 934.

16. ALFREDVS.

OBijt Alfredus anno 940.

17. WVLFSINVS.

940. VVVlfsinus Abbas Weſtmonaſterienſis Dunſtani tum Londinenſis Epiſcopi opera creatus, ad hanc Eccleſiam ordinatus, clericos ſeculares inde mox eiecit, & Monachos introduxit. Quæ res magnam illi gratiam apud hiſtoricos noſtros comparavit, qui vbique vt hominem ſanctiſſimum magnis laudibus efferunt, ac inter cætera memorant, animam agentem exclamaſſe cum Stephano protomartyre, *video cœlos apertos & filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei*, tumque illico expiraſſe, anno videlicet 958.

18. ALFWOLDVS.

958. OBijt Alfwoldus 978. & Sherbonæ ſepultus eſt.

978. 19. ETHELRICVS.

20. ETHELSIVS.

DE his nihil traditum comperi.

21. BRITHWINVS, *alias* BRITHRICVS.

BRithwinus, ſiue Brithricus obijt anno 1009.

1009. 22. ELMERVS.

23

23. BRINWIN, *alias* BRITHWYN.

DE quibus præter nuda nomina nihil habeo quod perſcribam.

24. ELFWOLDVS.

ELfwoldus, anteceſſoris frater, vir fuit frugalitate & temperantia inſignis, adeo vt ob eam rem in ſeculo tam luxurioſo multum fuerit celebratus. Poſt eius mortem, Wiltonienſis dioceſis, Sherbornenſi, vnde fuerat exempta adiecta iterum & reſtituta eſt. Ibi interim qui ſequuntur ſederunt antiſtites.

1. Ethelſtanus Wiltonienſis Comitatus Epiſcopus ſedem habuit Cathedralem Ramsburiæ.

2. Odo Ramsburiæ quoque conſedit, vnde Cantuariam tranſlatus eſt anno 934.

3. Oſulfus Wiltonæ cathedram habuit, qui deceſſit anno 970. & ibidem iacet ſepultus.

4. Alfſtanus Abbas Abindonenſis, obijt 981. & Abindonæ fuit tumulatus. 970.

5. Alfgarus, vel Wolfgarus.

6. Siricius, ad Cantuarienſem Archipræſulatum tranſlatus eſt anno 989.

7. Alfricus vel Aluricius, anteceſſori tam Cantuariæ quam hic ſucceſſit, tranſlatus anno 995. 989.

8. Brithwoldus Monachus Glaſtonienſis, Cœnobij Glaſtonienſis & Malmesburienſis benefactor egregius. Obijt anno 1045. & Glaſtoniæ extitit tumulatus. De illo nonnihil habes apud Brithwoldum Wintonienſem.

9. Hermannus è Flandria oriundus, Edwardi Confeſſoris ſacellanus, vltimus fuit Epiſcoporum huius dioceſulæ, cuius cathedram Malmesburię collocare magno ſed irrito molimine anniſus eſt; Monachis, poſtquam Rex iam annuiſſet, totis viribus repugnantibus. Quam repulſam ferens ægerrime, relicto Epiſcopatu, indignabundus, cucullum induit Bertini in Gallia. Paulo vero poſtea, nunciata Elfwoldi Sherbornenſis Epiſcopi interitu, munus nuper derelictum

repętens; non ſine magno labore has duas ſedes vniri, denuoq; coniungi curavit. Sed neque tum quieſcens; cum ſedes Epiſcopales Gulielmus Normannus à locis obſcuris ad vrbes celebriores transferri iuberet; occaſionem arripuit vir mobili (vt videtur) ingenio prędituſ, Sarisburiam migrandi. De Epiſcopis igitur Sherbornenſibus & Wiltonienſibus hæc hactenus: Et ad Sarisburienſes enarrandos iam accingimur.

SARISBVRIENSES EPISCOPI.

1. HERMANNVS.

HAnc ſcenam primus ingreditur, ſed noua ſumpta perſona, ille ipſe qui modo poſtremus egreſſus eſt, Hermannus, qui ſedem fixit Sarisburiæ. Eum locum ſi vis deſcriptum habere, his verbis à Malmesburienſi depingitur: *Vice ciuitatis caſtellum eſt, locatum inedito, muro vallatum non exiguo, cæteris commeatibus vtcunque valens, aqua penuria laborans adeo, vt miſerabili commercio, ibi aqua væneat.* Vnde ſic luſit illorum temporum Poeta quidam,

Eſt ibi defectus aquæ, ſed copia cretæ,
Sæuit ibi ventus, ſed Philomela ſilet.

Et iterum,

Quid Domini Domus in caſtro? niſi fœderis ar
In templo Baalim; carcer vterque locus.

Illic tamen Hermannus inchoata noui operis Eccleſia, morte ſenili tempus dedicationis præuenit.

2. OSMVNDVS.

SEd & de ſucceſſore eius eiuſdem ſcriptoris verba quid ni vſurpem? *Succedente* (inquit ille) *Oſmundo viro probatiſſimo, Eccleſia ad ſummã deducta, & cætera quæ competebant adaucta. Clerici vndecunque literis inſignes venientes, non ſolum libenter retenti, ſed & liberaliter coacti vt remanerent. Denique emicabat ibi magis quam alias canonicorum claritas cantibus & literaturæ iuxta nobilium. Librorum copia conquiſita, cum Epiſcopus ipſe nec ſcribere, nec ſcriptos ligare faſtidiret, caſtitate præminens*

nens, de cuius virtute mentiri erubesceret fama volubilitas. Vnde fiebat, vt pœnitentibus asperior æquo videretur, dum quod in se non inueniret, in alijs durius vindicaret: Ambitionis immunis, sua stulte non perdere, aliena non quærere, Abbatias intra diœcesim suam sitas nulla pensione graui emungere. Verumtamen quæq; mundiali labe contracta, creditur patientia sua luisse, diuturno morbo ante mortem tabefactus. Miror tacuisse quæ ab alijs abunde testata subiungam, Osmundum, istum ortu Normannum & Sagiensis vrbis Gubernatorem, in Angliam cum Gulielmo seniore traijcientem Dorsetiæ Comitem creatum, ac (vt nonnulli tradunt) Anglię Cancellarium; in numerum etiam illorum propter summam prudentiam ascitum qui ipsi ab arcanis & intimis essent consilijs. Ecclesiam suam dedicauit anno 1092. vna cum Walkelino Wintoniensi & Ioanne Bathonensi Episcopis, sed infaustis auibus: Nam postridie, eiusdem Ecclesiæ campanile fulmine tactum conflagrauit, quod ab eodem Osmundo primo quoq; tempore studiose reparatum est. Septimo post anno vitam ille cum morte commutauit, nimirum Decembris 3. 1099. & in Ecclesia sua sepultus est; qua post annos ducentos ad locum commodiorem translata, ossa etiam illius ibi condita sunt, in medio videlicet capellæ B. Mariæ, vbi saxo marmoreo hęc paucula vidimus inscripta *Anno M X C I X.* Hoc vero silentio prætereundum non est, quod inter alia à se conscripta opuscula, præter vitam S. Aldelmi, primi Sherbornensis Episcopi (non D. Anselmi, qui decem annis ipsi superuixit, quod à Baronio errante falso traditum) primus fuit author Ordinalis secundum vsum Sarum. Post mortem, Sanctorum catalogo ascriptus est, & Decembris dies tertius antedictus illius memoriæ sacratus.

3. ROGERVS.

HEnricum Principem (qui postea Rex fuit) fratri Gulielmo secundo militantem, contigit in Ecclesiam quandam diuertere in suburbijs sitam ciuitatis Cadomensis, vt ibi vna cum commilitonibus sacris interesset. Rogerus, qui postea Sarisburiensem Episcopatum & summum potentię lo- 1107. *Henr.* 1.8.

cum ſub Henrico antedicto conſequutus eſt, curæ eiuſdem Eccleſiæ id temporis deſeruiebat exiguo conductus ſalariolo. Hic non ignarus, ſacra militibus quam eſſent cordi, tanta celeritate negotium expediuit, vt miſſificandi finem fecerit pene priuſquã exorſum nonnulli præſentium ſuſpicarentur. Acclamarunt omnes, militibus tam commodum ſacerdotem nuſquam poſſe reperiri. Vnde Princeps leuiter & fere iocantis more, caſtra ſua ſequeretur hortatus eſt; id quod ille libentiſſime fecit. Hic primus homini aditus ad ſummos illos honores quos poſtea conſequutus eſt. Quanquam enim literarum vix vllo præſidio adiutus; animum tamen Principis aſtutã adulatione breui temporis ſpatio ſic occupauit, homo ſubdolus & in rebus gerendis dexteritatis eximiæ, vt ſolus apud illum omnia potuerit. Sed hæc ſuis verbis narrabit Malmesburienſis Rogeri contemporaneus. *Inſinuatus eſt primo Comiti Henrico pro prudentia res domeſticas adminiſtrandi, & luxum familiæ cohibendi. Fuit enim Henricus ante regnum in expenſis parci animi & frugi, penuria ſcilicet rei familiaris aſtrictus, fratribus Gulielmo & Roberto arroganter eum tractantibus. Cuius cognitis moribus, Rogerus ita eum tempore inopiæ demeruit, vt cum ille ſolium regni aſcendiſſet, nihil ei aut parum negaret, quod ipſe petendum putaſſet: Largiri prædia, Eccleſias, præbendas clericorum, Abbatias integras monachorum; ipſum poſtremo regnum fidei eius committere. Cancellarium in initio regni, nec multo poſt Epiſcopum Salisburiæ fecit. Rogerus ergo agebat cauſas, ipſe moderabatur expenſas, ipſe ſeruabat gazas. Hoc quando Rex erat in Anglia; hoc ſine ſocio & teſte quando (quod crebro & diu accidit) morabatur in Normannia.* Sic in hiſtoria nouella. De Regibus lib. quinto ſic deinde: *Sategit iſta fieri Henricus non neſcius, quod fideliter ſua commoda tractaret Rogerus: Nec defuit ille ſpei regiæ; ſed tanta integritate, tantaq; agebat induſtria, vt nulla contra eum conſ.aretur inuidia. Deniq; Rex plerunque triennio, nonnunquam quadriennio & amplius in Normannia moratus,* illius fidei regni gubernacula reliquit & cum totius Angliæ Iuſtitiarium conſtituit. Hæc tanta potentia facultatem illi dedit & ſe & amicos pro libitu locupletandi. Filium ſuum nothum nomine Rogerum, De

Paupere-

Paupere-censu cognominatum, Angliæ fecit Cancellarium: & nepotes ex fratre duos Alexandrum ac Nigellum, Eliensem hunc, Lincolniensem vero illum Episcopum creari curauit. Ob hæc tanta beneficia, domino debitam gratitudinem non exhibuit. Gulielmo siquidem Henrici Regis vnico filio naufragio pereunte; quando, cui ditiones suas moriens relinqueret, is aliam prolem non haberet quam Matildem Imperatricem; consultum ipsi visum, cunctos regni proceres & optimates ad sacramentum filiæ præstandum adigere. Rogerus autem hic noster, cum non solum ipse in Matildis verba iurasset, sed pro munere quo exequebatur, alios permultos non nimium properantes iuramentum suscipere coegisset: Is tamen, nec pietatis in Deum, nec gratitudinis erga patronum, nec officij erga legitimam principem memor; primus omnium, Henrico Rege mortuo, de Stephano ad regnum euehendo cœpit rationes inire, qui illo suasore rem primum aggressus, eodem consultore ex animi sententia tandem confecit. *Adeoque non est veritus incurrere periurium, vt alijs insigne peierandi præstruxerit exemplum.* Quo tempore Henricus vitam cum morte commutauit, Matildem contigit extra regnum cum patre in Normannia moram trahere. Quod ambitioni Stephani magnam fenestram aperuit. Hinc enim oportunitas data est, Sarisburiensi & Wintoniensi Episcopis, (quorum hic Stephani erat frater & Pontificis Legatus, ille vero summus Angliæ Cancellarius) in solio regio collocandi Stephanum, qui ad regnum ius, præterquam quod vmbratica nescio qua electione acquisierat, nihil omnino potuit obtendere. Nam si propinquitatem sanguinis spectarent; vt de Matilde & filio eius nihil dicam, Theobaldus Blesensis Comes, Stephani frater erat natu grandior. Præsules tamen, qui ea tempestate omnia pro libitu agebant ferebant, suam potentiam confirmandi cupidi, non alium volebant quam illum imperare; existimantes (vt par erat credere) si illius capiti diadema imponerent cui de iure id minime competeret, illum tanto beneficio obstrictum, ipsorum ornandorum & amplificandorum causa nihil non facturum. Quod ad sacramentum attinet Matildi præstitum; postquam sine pro-

cerum consensu extero illa nupsisset, eo iam amplius non teneri contendebat hic bonus Episcopus. Quantumvis mortalium oculis caliginem offundere potuit huiusmodi excusatio, Deum certe immortalem non fefellit, qui has istorum molitiones, illorum plurimis vertit in perniciem. In ipsis regni primordijs Stephanus, vt se contra vim externam muniret, facultatem dedit omnibus qui vellent arces construendi: Vnde factum est, vt sub paucorum annorum tum proxime sequentium curriculo, arces per Angliam nouę conderentur (quod mirere) 1117. Episcopi vero (ac in primis quidem iste noster Rogerus) structurarum suarum splendore & magnificentia, alios cunctos, multis parasangis anteiuere. Vt de cæteris suo loco agamus, (prout partim iam dudum egimus) tantum pecunię hic profudit in vnius Diuisensis arcis structura, vt qui hodie parietinas eius contempletur, non miretur hercle, quod ab illorum temporum scriptoribus pro ædificio celebretur, vniuersę Europæ ea tempestate magnificentissimo. Præter illam vero, duas extruxit alias, Malmesburiæ vnam & Sherbornæ alteram, quæ ceu firmitatem spectes, ceu splendorem & ornatum, Diuisensi illi vix cedebant. Multum porro impendit et[illegible]n Sarisburiensi suo castro reficiendo, ac nouo muro cir[illegible]ndando. *Fecit his in locis* (inquit Malmesburiensis) *ædificia spatio diffusa, numero pecuniarum sumptuosa, specie formosissima: Ita iuste composito ordine lapidum, vt iunctura perstringat intuitum, & tota macerία vnum mentiatur esse saxum. Ad tollendam eius extructionis inuidiam* (vt loquitur Newbrigensis) *& quasi expiandam maculam, duo instituit cœnobia & collegis religiosis implenit.* Quænam vero ea fuerint, à nemine opinor traditũ est. *Sed deinde Ecclesiam etiam suam Sarisburiensem* (Malmesburiensem audis) *& nouam fecit, & ornamentis extoluit, vt nulli in Anglia cesserit, sed multas præcesserit.* Verum infirmiora erant hæc sacrorum ædificiorum antidota, quam vt aduersus inuidię venenum eum potuerint tueri. Siquidem non deerant permulti, quibus inuisa erat tanta hominis potentia & fœlicitas, qui sugillarent eum apud Regem (credulum aduersus eum cui tam multum debebat) tanquam ani-

mo

Digitized by Google

no in hoſtem eius Imperatricem propenſiori; eiuſque protegendę cauſa has munitiones tantis operibus firmatas, voluerunt credere. Alij vero de inopia ſua eum ſubmonentes, haud alio pacto rectius eam ſubleuandam contendebant, quam loculos diripiendo deliri ſacerdotis, qui iam præ ętate ſuis rebus vti non poſſet. Siue metus & de fidelitate Epiſcopi dubitatio hoc effecerit; ſiue auaritia & diuitiarum eius cupiditas; ſiue vt inſigni atrociſſimaq; iniuria beneficij non penſabilis debitum exolueret: Homini de ſe tam præclare merito, eripuit certe per vim, & arces tanto ſumpta à ſe nuper extructas, & pecuniam & ſupellectilem omnem, ipſamque adeo denique libertatem, & in carcerem (ad tempus ſaltem) eum coniecit. De Scotis & Gallis, necnon de Imperatrice, nonnullas nuper reportarat victorias; & inde, ſolium ſuum ab initio nutabundum, iam ſatis firmatum ac ſtabilitũ exiſtimans; ſuis viribus confiſus, tali amico tantam iniuriam inferre non eſt veritus; id quod illi tam magnam conflauit inuidiam, vt parum abfuerit quin exitij ipſi cauſa extiterit, ſicuti Annales noſtros euoluenti facile patebit. Oxonię concilium indicitur, quo Epiſcopos omnes, (ac hunc noſtrum in primis) accerſitos venire oportuit. Is vero quaſi mala futura pręſagiret, inualetudinem cauſatus, ac infirmitatem propter ætatem ſenilem; aliquandiu tergiuerſatus eſt. *Audiui ipſe* (inquit Malmesburienſis) *verba eum dicentem in hanc ſententiam: Per Dominam meam S. Mariam, neſcio quo pacto reluctatur mens mea huic itineri. Hoc ſcio, quod eius vtilitatis ero in curia, cuius eſt equinus pullus in pugna.* Sed erat omnino in fatis, vt erga patronũ tam beneficum ingrato, vltor contingeret ille, qui ipſius ingratitudinem ſua puniret, ille inquam ipſe qui regnum eo quaſi donante acceperat. Quid fit igitur? excuſatio non admittitur, venire oportet. Difficilia eſſe tempora, rẽs magnas tractandas, ipſi multum rerum vſum, nec quenquam omnium exiſtere in cuius conſilio Rex potius velit acquieſcere. Et hoc certe verũ eſt, omnia nucvſq; eius nutu libenter Regẽ feciſſe. Nam ex propinquis eius alterũ conſtituit Theſaurariũ, alterum vero Anglię Cancellarium & ipſi petenti burgum contulit de Malmesburia;

ſolitus

ſolitus quandoque dicere, (vt habet Malmesburienſis) *per naſcentiam Dei, medietatem Angliæ darem ei ſi peteret, donec tempus pertranſeat: Ante deficiet ipſe in petẽdo quã ego in dando.* Nuper ſane ab aula ſe videbatur neſcio quo modo ſubduxiſſe, corpus inualidum & ſenecta debile aulicis laboribus impar dictitans. Et Rex, alienati à ſe animi id interpretabatur indicium. Cui rei viſa aſtipulari æmulatio, vel potius dixerim ſimultas inter illum & Wintonienſem Regis fratrem exorta. Quapropter vt cunctantem & cautum ſenem in retia pertraheret, honorificis verbis per nuncios compellat abſentem, & blandiſſimis excipit venientem; ſed clanculum concitari curat tumultum inter famulos Epiſcoporum & Alani Comitis Britanniæ. Conuitijs & maledictis res primo geritur, mox gladijs. Satellites Alani fugati, cum, ſemeſis epulis relictis, ſe omnes proriperent Epiſcopi familiares, qui numero (vt videtur) Alanianos multum ſuperabant: attamen victoriam incruentam non reportarunt, multis ſauciatis & vno etiam ſuorum occiſo. Rex iam occaſionem nactus ſperatam, Rogerum accerſit, nepotes item Epiſcopos & filium eius. Mandato parent cæteri. Elienſis, quo hæc tenderent ſubodoratus, profugit & arci Diuiſenſi ſe includit. Sarisburienſis interim, Lincolnienſis, & Rogerus Epiſcopi filius, arctiſſimæ protinus traduntur cuſtodiæ. Tum arces iubentur reddere; quod quantumuis inuiti, prompte tamen fecerunt. Solus Elienſis, Diuiſenſis caſtelli deditionem facere abnuit. Qua re nunciata, aduolat continuo Rex, vinctos ſecum ducens Epiſcopos & Rogerum nuper (neſcio etiam an non & tunc temporis) Cancellarium. Et quid tum facit? In conſpectu Elienſis patibulum erigitur, Rogerus producitur antedictus, Epiſcopi filius; in quem patre coram, mortis fertur ſententia, niſi mandato Regio ab Elienſi mos continuo geratur. Ille vero, ſiue quod ſibi metueret à Rege ſi deditionem faceret; ſiue ſperaret Regem ſuapte natura ſatis clementem (neque enim legitur in tam diuturno bello ciuili, procerum quenquam morte multaſſe) in iuuenem inſontem tanta crudelitate iam non graſſaturum; Sarisburienſi patruo quantumuis obſecrante vt

conſobrini

consobrini in tanto periculo constituti vellet misereri ; perinaciter nihilo secius in contumacia persistit. Quare patibulum miser plectendus iubetur conscendere, cerui cresti sedis aptatur, & ad mortem se iamiam deijciendus componit, quando pater, qui maluit potius millies perire, quam filium videre ab infœlici arbore pendentem ; vt bona fide se agere demonstraret Regi, qui simulate cum nepote rem gerentem colludere Sarisburiensem voluit suspicari ; iuramento se obstringit, nihil posthac se gustaturum, donec Regi arx dedatur ; sed inedia periturum (Regi ita si visum fuisset) ab immerita filij nece modo vellet temperare. Placet ea conditio, & a patibulo iuuenis deducitur. Sed tridui iciunio patruum macerari, passus est nepos inexorabilis, donec tandem quamuis ægre & multum inuitus manus dat. Direpta arce, inuenta sunt ibi reposita, pecuniæ numeratæ quadraginta millia marcarum, præter auri, argenti cælati, & gemmarum, immensam copiam. *Quo facto, claruit* (inquit Neubrigensis) *ex vi doloris, quantum eius mentem infecerit mundani virus amoris. Nam iuxta veracissimam Gregorij sententiam, quantum cum habentur temporalia hæret amor, tantum cum subtrahuntur vrit dolor. Grandauus Episcopus, ex eorum amissione in quorum extructione vel congestione Dominum vehementer offenderat, vi doloris absorptus, ad insaniam versus, ita vt indecentia vel faceret vel diceret; cuius spiritum Dei iudicio, vitam longo tempore splendidissimam, infelicissimo fine concluserit.* Siue ex mœrore, siue ex inedia tam longa, in quartanã certe febrim (morbum senibus funestum) incidit adulta iam ætate, vnde ad quartum vsque December is contabescens, extinctus est. Inter tot clades nihil gratius tulisse visus quam hoc ; quod cũm morti se vicinum sentiens, quicquid vsquam nummorum, aut argenti cælati reliquum haberet, id totum destinatum ad ecclesiæ suæ structuram perficiendam, super altare Ecclesiæ prædictæ collocasset; vtiam ereptum & asportatũ audiuerit. Ad Rogerum quod attinet filium eius, in carcere longum is tempus peregit, & libertate proposita si Regijs partibus vellet se addicere, constantissime recusauit. Magni tandem muneris loco multis precibus

precibus impetrauit, vt in exilium pelleretur. Sed absoluamus tandem hunc Episcopum, qui electus Aprilis 13. 1102. & consecratus Aug. 11. 1207 vna cum aliquot alijs, obijt quarto Decembris 1139. ita vt à prima electione ad mortem, triginta & octo ferme anni interceſſerint.

4. IOCELINVS.

ROgero defuncto, Rex annisus est Philippum quendam sufficere, Cancellarium suum. Sed tam Legato Pontificio quam Clero Sarisburiensi renitentibus, destitit ab incœpto, & Philippo antedicto Baionensem Episcopatum deferri curauit. Tum multos per annos Præsule hæc sedes caruisse visa, nisi forte(cuius rei tenue reperi vestigium) Galfridus quidam hac tempestate, ea est potitus. Verum quia fidenter asserentibus æquum est assentiar, nisi certi aliquid possem afferre ; Rogero proximus. succeſſor (quanquam longo vt videtur interuallo) est constituendus Iocelinus patria Longobardus, qui cum annos quamplurimos Ecclesiæ huic præfuisset, obijt anno 1184. Monachi Cistercienſis habitu priùs susceptо. Huic filius erat nomine. Reginaldus, Bathonensis & Wellensis primum, ac Cantuariensis deinde (quanquam exiguo sane tempore) Antistes.

5. HVBERTVS WALTERVS.

1189. NOuembris 1. 1189. Hubertus cognomento Walterus
Rich. 1. 1. Eboracensis Decanus in Epiſcopum Sarisburiensem consecratus est. Richardum primum Regem in celeberrima illa expeditione aduersus Saracenos anno 1191. susceptа comitatus est. Qua de re vide plura apud Cantuarienſes. Cantuariam nempe is translatus est anno 1193.

6. HEREBERTVS PAVPER.

HErebertus cognomento Pauper consecratus est anno 1194. nonnullis vt videtur Robertus nuncupatus, de quo, præterea quod Archidiaconus fuerit Cantuariensis, nihil comperi memoratum.

7. RI-

7 RICHARDVS POORE.

RIchardus cognomine Poore (quod pauperem ſonat) Sarisburienſis Decanus, in Epiſcopum Ciceſtrenſem conſecratus eſt anno 1215. & Sarisburiam tranſlatus 1217. Hic Præſul magno ſed memorabili auſu, Eccleſiam ſuam cathedralem, à loco multis de cauſis incommodo, illuc tranſtulit, vbi nunc ſi tam cernimus. Veterem illam conſtruxerat (ſicut antea retulimus) Hermannus, primus ibi loci Epiſcopus; & ab illo vix perfectã abſoluit Oſmundus; auxit vero in tantum & ornauit magnus ille Rogerus, vt nouam condidiſſe videatur, & inter ſplendidiſſimas Angliæ Baſilicas numerandam Malmesburienſis ea tempeſtate viuens cenſuerit. Iſte vero inſolentiam pertæſus præſidiarij militis arcis vicinæ; ſimul ac penuriã aquæ, nec non cœli intemperiem in colle & excelſo, & glabro; tam ciuibus quam clero author fuit, vt migrantes inde, nouam ſibi ſedem conſtituerent, noua ſimul & ciuitate & Eccleſia condita, in prato quodã, vnico milliari diſſito, quod flumine irrigatum, propter amœnitatem *Mery-field* vocari conſueuit, quaſi dicas agrum lætum. Quare accitis vndique etiam è longinquo nobiliſſimis qui vſquam poterant reperiri opificibus, Eccleſiæ iecit fundamenta quæ inter pulcherrimas totius Angliæ hodie iure cenſetur. Pandulphus Pontificis Legatus quinque primos poſuit lapides; Vnum pro Papa, alium pro Rege, tertium pro Comite Sarisburienſi, quartum pro Comitiſſa, ac quintum denique pro Epiſcopo. *Ad hoc opus* (inquit Pariſienſis) *promouendum, non tantum Epiſcopus, imo Rex, & cum eo multi magnates manum porrexerunt adiutricem. Vnde quidam,*

1217. *Hen.* 3. 2.

Rex largitur opes, fert Præſul opem, lapicidæ
Dant operam: tribus his, eſt opus vt ſtet opus.

Sed elegantius aliis, poetica itidem vetuſtus,

Regis enim virtus templo ſpectabitur iſto,
Præſulis affectus artificumque fides.

Quan-

Quanquã vero multis adiutus præſidijs ſũma diligentia operi inſtaret; adeo tamen procul erat ipſe vt vltimam manum imposuerit, vti anno demum poſt illius diſceſſum trigeſimo vix abſolueretur. Ciues clericorum diligentiam æmulati, vnuſquiſque ſibi habitaculum iuxta Eccleſiam molientes, Sarisburiam veterem deſolatam reliquerunt, niſi quod in arce Comites adhuc haud bono iure reſiderent. Emptam namque ab Henrico primo per Rogerum, eripuit Stephanus, à quo ad Comites pervenit. Sed & illi poſt annum ducenteſimum ab Epiſcopo electi ſunt (vt poſt dicetur) qui ruere permiſerunt. Concidit ita ciuitas antiquiſſima, Ptolomęo Sorbiodunum, Saxonibus Searisbyrig, vulgo Latinorum Sarum & Sarisburia, & ita iam evanuit, vt præter caſtri parietinas nonnullas, illius vix hodie ſuperſit veſtigium. Sed nedum tamen perijſſe viſa, ex cinere illius noua Sarisburia exorta, quæ matrem ſuam multis vt auguror gradibus ſuperat, ſi vel ciuitatis elegantiam ſpectes, vel templi, egregiâ ſtructurâ auguſtiſſimi, & præcelſa pyramide, duplicique tranſepto ſacra quadam maieſtate venerabilis. Cæterum Danielis Rogers de hoc templo carmen quid ni aſcribam?

Mira canam, ſoles, quod continet annus, in vna
Tam numeroſa (ferunt) ade, feneſtra micat.
Marmoreaſq; capit fuſas tot ab arte columnas,
Comprenſas horas quot vagus annus habet.
Totq; patent portæ quot menſibus annus abundat.
Res mira, at vera res celebrata fide.

Quomodo facinoris tam egregij author (ſi non potius inceptorem dixerim) Dunelmum anno 1228. tranſlatus ſit, aut (vt aliqui habent) 1225. & quid ibi præſtiterit ac denique quo modo ibi mortem obierit, ſuo loco Deo volente narrabitur.

8. ROBERTVS BINGHAM.

1229. *Hen.* 3. 14. CAnonici Sarisburienſes elegerũt tum ſibi in Epiſcopum Robertum Bingham, vnum è ſuis, qui anno 1229. conſecratus eſt. Hic magna ſedulitate, operi incubuit ab anteceſſore ſuo inchoato, neque tamen potuit abſoluere, quanquam

quam viginti annis Eccleſiæ præfuerit. Grandævus obijt Novemb. 3. 1246. (vir magna & eruditione & pietate) Eccleſiam ſuam ære alieno relinquens oneratam ad ſummam 1700. marcarum. Tumulatus iacet ab vna parte præsbyterij, & ſucceſſor ab altera.

9. GVLIELMVS EBORACENSIS.

CAnõici Sarisburienſes (inquit Pariſienſis) cõperientes nullũ fore acceptũ Domino Regi niſi aulicũ & curialẽ præcanẽteſq; Eccleſiæ ſuæ periculo & Regiæ captantes benevolentiã; Gulielmum de Eboraco, Domini Regis clericũ familiariſſimũ, & legum regni peritiſſimum, Beuerlaci Præpoſitum, in Epiſcopum & animarum ſuarum paſtorem vnanimiter elegerunt. Quæ quia electio Deo placuit (vt credebatur) & Domino Regi fuit accepta, ſine more diſpendio confirmata eſt. 1247. Hen. 3. 31. Conſecrationem ſuſcepit Wiltoniæ à Fulcone Londinenſi Epiſcopo pridie Idus Iulij 1247. Iſte Gulielmus (provt poſtea idem Pariſienſis) *ab adoleſcentia curiæ alumnus, per quam etiam promotus fuerat in Epiſcopatum, inter alia ſecularia quibus deditus extitit, quandam pro lege conſuetudinem peſſimam in regno ſuſcitauit, vt ſcilicet pro quantulocunque tenemento ſequelam curiæ etiam inuitus faciat tenens & ſubiectus ſuo ſuperiori à quo tenet, in magnum ſubditorũ damnum & detrimentum, & ſuperiorum parum vel nullum emolumentum. Vnde qui nunquam hoc fecerant, mirabantur ſe ad hoc fuiſſe coactos. Tranſijt autem idem Epiſcopus ab his curis & ſollicitudinibus mundialibus, ad pericula quæ ſeculares & curiales creduntur ſubituri (opera enim eorum ſequuntur eos)* Pridie Cal. Februarij (plurimi habent Aprilis) 1256. Vt Eccleſiæ ſuæ ſtructuram promoveret, omnia pro virili præſtitit, & è regione anteceſſoris in presbyterio humatus eſt.

10. ÆGIDIVS DE BRIDPORT.

ÆGidius de Bridport, alijs de Bridlesford, Pariſienſi de Bredelef, Decanus Wellenſis, conſecratus anno 1256. facultatem à Papa impetravit Decanatum ſimul cum Epiſcopatu retinendi. Eccleſiæ ſtructura iam tandem abſoluta, per Bonifacium Archiepiſcopum Cantuarienſem ea dedicata eſt 1256. Hen. 3. 41. Sept.

Digitized by Google

Sept. 30. 1258. Rege & proceribus magno numero præsentibus, qui omnes epulis instructissimis ab hoc Episcopo excepti sunt. Obijt mense Decembri 1262. & conditus iacet in tumulo marmoreo, ab australi parte chori.

11. WALTEVS DE LA WYLE.

1263. *Henr.* 3. 47. WAlterus de la Wyle Sarisburiensis Succentor, temporalibus huius sedis restitutus dicitur Aprilis 10. Henrici tertij Regis anno 47. Consecratus Maij 27. sequenti, & mortem obijsse Ian. 3. 1270.

12. ROBERTVS DE WIKHAMPTON.

1274. *Edw.* 1. 3. RObertus de Wikhamptom Decanus Sarisburiensis, mox vt Walterus excessit, electus à Canonicis, & à Monachorum Cantuariensium conventu, Archipræsulatu vacante, confirmatus est. Quam rem graviter ferentes Episcopi Cantuariensis provinciæ, qui confirmandi ius ad se pertinere contendebant; non solũ consecrare electũ omnes recusarunt, sed provocatione interposita (Papatu tum vacante) ad Collegiũ Cardinalium appellarunt, probare satagentes, parum legitimam extitisse huiusmodi Monachorum confirmationem. Postquam ibi per trium aut quatuor annorum spatium lis fuisset agitata; pro electo & Monachis sententia lata, anno 1474. consecrationis ritibus inauguratur. Decessit anno 1284. Aprilis 24.

13. WALTERVS SCAMMEL.

1284. *Edwar.* 1. 12. SVb annorum iam quinque curriculo, Ecclesia Sarisburiensis quinque habuit Episcopos, quorum secundum numero Walterum Scammell, eiusdem Ecclesiæ Decanum. Consecratus is Sunningæ Octob. 22. 1284. post annum deinde vnum aut alterum mortuus est.

14. HENRICVS DE BRAVNDSTON.

1287. *Edw.* 1. 15. HEnricus de Braundston tertius erit, eiusdem itidem Ecclesiæ Decanus, vel (sicut à nonnullis traditur) Dorsetensis Archidiaconus, qui consecratus est Cantuariæ in festo

sto Trinitatis 1287. *Qui anno Pontificatus sui vnico nondum plane consummato* (vt loquitur Chronicon Osneiense) *decessit circa festum cathedræ S. Petri, vt nec de eo saltem dici posset, quod erat Pontifex anni illius.*

15. GVLIELMVS DE LA CORNER.

IN archivis Ecclesiæ Sarisburiensis, mentio habetur Laurentij cuiusdam de Hawkburn tanquam Episcopi consecrati. Quid vero ea de re sit existimandum, me nuper docuit Chronicon Osneiense, quod sic habet: *Canonici Sarum per mortem Henrici de Braunston pastoris solatio destituti, de substituendo sibi Pontifice cogitantes, die Lunæ proxime post ascensionem Domini corporibus non animis adunati, ad electionem faciendam pariter conuenerunt; habitaque inter electores scissura, maior pars & sanior (vt dicebatur) Laurentium de Hakeburn eiusdem Ecclesiæ Canonicum (quanquam fuisset vnus de minoribus) elegit in Episcopum. Pars altera (quæ minor reputabatur) in M. Willielmum de la Corner magnæ authoritatis virum, tunc D. Regis consiliarium vota sua direxit. Laurentius statim ad partes transmarinas (vbi Rex tunc temporis morabatur) pro obtinendo assensu Regio direxit gressus suos. A quo statim admissus (electione repudiata M. Willielmi, licet de iure sibi competenti potenter & publice protestaretur, nec proficeret) rediit in Angliam à D. Cantuariensi confirmationis gratiam petiturus. Et cum esset Cantuariæ, confirmationis beneficio non obtento, graui morbo correptus, carnis debitum soluit, fortunæ fallibilis volubilitatẽ expertus. Corpus eius in eadem ciuitate in festo S. Laurentij humanæ traditum est sepulturæ. Canonici Sarum statim transfretauerunt, proficiscentes ad Regem petituri licentiam iterum eligendi. Tunc in crastino S. Clementis conuenerunt, futurũ sibi Pontificem electuri, & votis concorditer adunatis, pronidum virum M. Willielmum de la Corner (qui diù ante ad honorem aspirauerat) elegerunt.* Deinde post pauca, *Anno D.* 1289. *Idus Maij consecratus est M. Gul. de la Corner in Episcopum Sarum apud Cantuariam à D. Ioanne Cantuar. Archiepiscopo, &c.*

1289. *Edw.* 1.17.

16. NICOLAVS DE LONGESPE.

1291. *Edw.*1.19. NIcolaus de Long-espe siue Longaspata, Henrici secundi Regis nepos ex Gulielmo Sarisburiæ comite filio suo notho, homo iam grandævus & Ecclesiæ eiusdem Canonicus, consecratus 1291. & mortuus 1297. prope patrem iacet sepultus, iuxta ingressum capellæ B. Mariæ, saxo ingenti marmoreo contectus laminis æreis & familiæ suæ insignibus affabre ornato.

18. SIMON DE GANDAVO.

1298. *Edw.*1.26. SVccessit illi Simon, dictus quidem Gandavensis, sed Londini natus, Theologus magnus, qui statuta edidit complurima quibus Ecclesia Sarisburiensis etiamnum hodie magna ex parte regitur. Illius deinde licentia ciues vrbem Sarisburiensem fossa mœnibusque munierunt.

19. ROGERVS DE MORTIVAL.

1315. *Edw.* 2. 8. RQgerus de Mortiuall Decanus Lincolniensis consecratus anno 1315. decessit 1329. circa medium quadragesimæ.

20. ROBERTVS WIVIL.

1329. *Edw.*3.3. REginæ petenti gratificaturus, Episcopatum hunc Papa contulit Roberto Wiuil, homini non tantum inerudito, sed aspectu tam turpi & deformi, vt si eum Papa vel vidisset tantum, nunquam tali dignitate ornaviſſet, vt loquitur Walsingamius. Tempore præfuit admodum diuturno, annis nempe plusquam 45. Si tanto temporis spatio nihil præstiterit memoratu dignum, mirum videatur. Anno circiter 1355. Gulielmo Montacuto Sarisburiensi Comiti litem intentavit de castro Sarisburiensi veteri illo & iam paulo minus deserto. Quæ lis cum difficilis adeo iudicatu videretur vt aliter non potuerit terminari, duello dijudicanda decernitur. Vnde tempore constituto, Episcopus athletam suum ad cancellos vbi erat depugnandum produxit, candidis indutum vestibus, nisi quod suprema depicta habuit Episcopi insignia.

Digitized by Google

insignia. Comes suum etiam similiter exhibuit. Et vterque se iam ad congrediendum accingebat, quando Regijs literis allatis, res in aliud tempus reiecta est. Et paulo pòst amicorum intercessione lis composita, ita vt Comes Episcopo & successoribus castrum cederet, numeratis illi 2500. marcis. Ecclesiæ porro suæ deinde asseruit saltum de Beere, necnon arcem Sherbornensem, qua antecessores sui privati fuerant iam inde ab eo tempore quo Rogero eam eripuit Stephanus Rex, spatio nimirum ducentorum annorum. Obijt anno à consecratione suo quadragesimo sexto Sept. 4. 1375. & sepultus iacet in choro Ecclesiæ suæ, lapide tectus marmoreo prope cathedram Episcopalem.

21. RADVLPHVS ERGHVM.

RAdulphus Erghum Legum Doctor, consecratus est Brugis in Flandria Decemb. 9. 1375. & translatus est ad Eccleſiam Bathonensem ac Wellensem Septemb. 14. 1388. Hic ni fallor nosocomium S. Michaelis prope Sarisburiam condidit, quod apud rationes fiscales valere dicitur 25.l.2.s.2.d. 1375. *Edw.3.49.*

22. IOANNES WALTHAM.

IOannes Walthamus Rotulorum Præfectus, & privati sigilli custos successit, consecratus Septemb.20.1388.Anno 1391. constitutus est Angliæ Thesaurarius, eoque munere functus est quamdiù vixit. Apud Richardum secundum Regem, admodum fuit gratiosus, qui mortem eius grauissime tulit,& in amoris testimonium, defuncti corpus Westmonasterij inter Reges tumulandum præcepit; id quod Epitaphium eius quamvis mutilum etiamnum hodie testatur. Obijt anno 1395.& iuxta monumentum Edwardi primi Regis iacet humatus. Quomodo Courtneio Cantuariensi Archiepiscopo dioceſin eius visitanti restiterit, & quid inde provenerit, supra enarratum est. 1388. *Rich.2.12.*

23. RICHARDVS METFORD.

1395. *Ric. 2. 19.* IN Parliamento quod Mirificum vulgò appellatum est, eo quod multa præter expectationem vulgi effeciſſet, ex ijs qui apud Regem gratioſiſſimi extiterunt, quamplurimi comprehenſi; quorum, qui clerici non erant, morte pleriq; mulctabantur; illi autem carceribus mancipati. Inter illos numeratur Richardus Metford, qui in arcem Briſtolienſem coniectus, ibi loci diu iacuit incarceratus. Sed altera tandem factione emergente, non ſolum liberatus eſt, ſed ad Epiſcopatum Ciceſtrenſem provectus, & anno 1395. ad Sarisbirienſem tranſlatus, vbi ſedit annos plus minus 12. & anno demum 1407. debitum naturæ perſoluit.

24. NICOLAVS BVBVVITH.

1407. *Henr. 4. 8.* NIcolaus Bubwith Epiſcopus Londinenſis & Angliæ Theſaurarius, Sarisburiam tranſlatus eſt anno 1407. & inde ſub eiuſdem anni curriculum, ad Eccleſiam Bathonenſem & Wellenſem.

25. ROBERTVS HALAM.

1408. *Henr. 4. 10.* POſt Bubwithi tranſlationem, Robertus Halam Archidiaconus Cantuarienſis, Oxonienſis Academiæ alumnus, & eiuſdem anno 1403. Cancellarius, Epiſcopus Sarisburienſis mox conſtitutus eſt. Iunij deinde 6. 1411. Cardinalium albo aſcriptus; vna cum Cantuarienſi Chichleio, & Keterichio Meneuenſi præſulibus ad Concilium Piſanum miſſus eſt anno 1413. Poſtea vero cum Concilio Conſtantienſi intereſſet anno 1417. in arce Gotliebenſi vitam cum morte commutauit Septembris quarto anno prædicto.

26. IOANNES CHAVNDLER.

1417. *Henr. 5. 5.* NOndum fuerat electus in ſummum Pontificem Martinus 5. quando de Halami morte nunciatum eſt. Quapropter, vacante quodammodo Papatu, vt de prouiſionibus Pontificijs nullus iam ſubeſſet metus; liberrimæ electionis oportunitatem nacti Sarisburienſes Canonici, Epiſcopum deſig-

designarunt Ioannem Chaundler Decanum suum, collegij olim Wickamici Oxoniæ alumnum, qui consecratus est Decemb. 12. 1417. & huic sedi præfuit annos circiter decem.

27. ROBERTVS NEVILL.

RObertus Neuill' Præpositus Beuerlacensis, Oxoniensis Academiæ alumnus, consecratus est Oct. 26. 1427. & Dunelmum translatus 1438. Traditum reperi, præcipuum interea fundatorem extitisse cœnobij Sunningensis, cuius annui census tempore suppressionis numerabantur 682. l. 14. s. 7. d. ob. 1427. *Henr. 6. 6.*

28. GVLIELMVS AISCOTH.

GVlielmus Aiscoth (quem etiam Hacliff nominatum comperi) legum Doctor, & Consiliarijs Regijs ab Epistolis, consecratus est in capella Windesorensi Iulij 20. 1438. & Regi mox à confessionibus constitutus, cum hactenus visum non fuisset (Thoma Gascoyn authore) Episcopo cuilibet id muneris demandari. Annos postquam sedisset 12. à rusticis tumultus ingens excitatus est, qui ducem sibi præposuerunt I. Cadum Mortimeri nomen vsurpantem. His se volentes aggregare quidam ex infima plebe, quorum plerique istius Episcopi clientes erant, ex illius prædijs victitantes; Edendonam venerunt Iunij 29. 1450. vbi loci Episcopus tunc temporis sacris operabatur. Illi quā ob causam infensi non habeo compertum; Pontificalibus indutum vestibus; ab ipso altari ad collem vicinum vi pertrahunt, & in genua procumbenti cerebrum dispergunt, & spoliatum cadauer nudum relinquunt, cruentam interulam in frusta dilacerantes, vt in præclari facinoris memoriam asseruarent. Hęc vt diximus Iunij 29. cum pridie illius diei impedimenta eius diripuissent, & pecuniæ numeratæ decem millia marcarum sustulissent. 1438. *Henr. 6. 17.*

29. RICHARDVS BEAVCHAMP.

1450. *Henr.6. 29.* SVcceſſit illi Richardus Beauchamp, legum Doctor, Epiſcopus Herefordenſis, & Walteri Baronis de S. Amando frater. Capellam is magno ſumptu conſtruxit ſpecioſiſſimam ab auſtrali parte capellæ B.Mariæ,& ibidem iacet in tumulo conditus marmoreo. Ordinis Garterij militum, hic Cancellarius fuiſſe memoratur.

34. LEONELLVS WOODVILL.

1482. *Edw.4.22.* LEonellus Wooduill conſecratus anno 1482. filius erat Richardi Comitis Riuerij,& Elizabethę frater, quę coniux fuit Edwardi 4. Regis; necnon Academię Oxonienſis ad tempus Cancellarius. Accepi à quodam qui ſe ferebat huius Epiſcopi propinquum, Stephanum Gardinerum Wintonienſem Epiſcopum ab illo genitum: qui vt impudicitiæ dedecus à ſe poſſet amoliri,pellicem iam grauidam Gardinero cuidam deſponſauit famulo ſuo, qui inde Pater eius habitus eſt. Quando vel quo pacto hanc ſedem iſte reliquerit, non habeo compertum. Anno 1485. Henricus Buckinghamiæ Dux qui ſororem eius duxerat, Sarisburiæ ſecuri percuſſus eſt, Richardi tyranni mandato, qui etiam præter Edwardum quintum Regem & fratrem eius, iſtius Epiſcopi propinquos quamplurimos trucidarat. Si tot amicorum clades mœrore hominem confecerint, haud mirer.

31. THOMAS LANGTON.

1485. *Hen.7.1.* THomas Langton Legum Doctor in Meneuenſem Epiſcopum conſecratus 1483. huc fertur tranſlatus 1485.& hinc Wintoniam 1493.

32. IOANNES BLITHVS.

1493. *Hen.7.9.* IOannes Blithus Rotulorum Præfectus, conſecratus Febr. 23.1493. obijt Aug. 23. 1499. cum anno 1494. Academiæ Cantabrigienſis factus fuiſſet Cancellarius. Tumulo conditus eſt non ineleganti pone ſummum altare,ſed qui contra recep-

Digitized by Google

receptum morem, non ab occidente in orientem, verùm ab auſtro in ſeptentrionem protenditur.

33. HENRICVS DEANE.

HEnricus Deanus S. Theologię Doctor, ex Abbate Lanthonienſi & Hiberniæ Cancellario, Bangorenſis Epiſcopus creatus, huc transfertur anno 1500. & hinc poſt annum vnum aut alterum Cantuariam. 1500. *Henr. 7. 16.*

34. EDMVNDVS AVDLEY.

EDmundus Audleius, ex honoratiſſima Baronum de Audley familia oriundus, Oxonienſis Academiæ alumnus, Epiſcopus Roffenſis renunciatus eſt anno 1480. Inde Herefordiam tranſlatus eſt 1493. & ab illa ad hanc Eccleſiam 1502. Oxoniæ (vbi fuerat educatus) Eccleſię B. Marię chorum de nouo conſtrui curauit, & organis hydraulicis ſuo ſumptu inſtruxit. Ramsburiæ decedens Aug. 23. 1524. in capella tumulatus eſt à ſe condita, ab auſtrali parte ſummi altaris, vbi etiam miſſificaturis pro anima ſua ſacerdotibus cantariam fundaſſe perhibetur. 1502. *Henr. 7. 18.*

35. LAVRENTIVS CAMPEGIVS.

LAurentius Campegius Bononienſis Feltriorũ Epiſcopus & in Romana curia Rotę Auditor, Cardinalis creatus tt. S. Thomę (poſteaq; S. Anaſtaſię) Iun. 27. 1517. Epiſcopatum Sarisburienſis Adminiſtrator ſiue Commendatarius factus eſt anno 1524. regia vero authoritate exauthoratus 1535. Anno 1528. ipſe vna cum Wolſæo Cardinali delegati conſtituti ſunt a Pontifice, vt coram illis agitaretur cauſa diuortij regij à Catharina Hiſpana coniuge ſua. Hanc litem cum Rex vehementer cuperet terminari; quod negotium illi ex ſententia non expedijſſent, facultate ad eam rem (vt aſſerebant) deſtituti; vtriſq; admodum iratus, iſtum paulo pòſt Epiſcopatu Sarisburienſi exturbauit; & Wolſæum quo modo tractauerit ſuo loco dicetur. Epiſcopus Cardinalis Prænestinus Romę deceſsit Auguſto menſe 1539. & in Eccleſia B. Mariæ Tranſtiberina ſepultus eſt. 1524. *Hen. 8. 16.*

Digitized by Google

36. NICOLAVS SHĀXTON.

1535. *Henr. 8. 27.* NIcolaus Shaxſtonus S. Theologiæ Doctor, & Aulę Gonwellianæ Cantabrigiæ Præſes, exauthorato Campegio ſufficitur & ſedit annos 4. Iulij deinde quarto 1539. abdicare coactus vna cum Latimero, eademq; de cauſa; ſed eidem animi conſtantia impar, quo tempore Anna Askew ob veræ religionis profeſſionem ignis ſupplicium pertulit, habita concione palinodiam cecinit.

37. IOANNES SALCOT; *al*: CAPON.

1539. *Henr. 8. 31.* IOannes Salcot, alias dictus Capon, legum Doctor Cantabrigienſis, Hydenſis Abbas, in Bangorenſem Epiſcopum conſecratus Apr. 19. 1534. Sarisburiam tranſlatus eſt Aug. 14. 1539. Ex ſaxo polito tumulum habet ab auſtrali parte chori pone cathedram Epiſcopalem.

38. IOANNES IEVVELLVS.

1559. *Eliz. 2.* PAulus quartus Papa, Polo Cardinali infenſus propter cauſas à me iam antè explicatas; vt illi ægre faceret, Petrum quendā Petoū Franciſcanum, nobili familia in Anglia oriundū, Cardinalem ſimul creauit, & Epiſcopū renunciauit Sarisburienſem; tumque in Angliam hominem amandauit habens quidem in animo, Legatū etiam ſuum eum deſignare, Polo poteſtate Legatiua abrogata. Maria verò Regina, Polo propinquo ſuo talem contumeliam inferri non paſſa à Pontifice, quem Gallo hoſti ſuo ſtudere compererat; non ſolum Epiſcopatu, ſed regno etiam nouitium hunc arcet Cardinalem. Rebus ſic pendentibus, contigit primum, Petoum rebus nondum compoſitis è vita migrare (menſe videlicet Aprili 1558.) & deinde Nouembri ſequente, vno eodemque die & Polum & Mariam ipſam Reginam. Elizabetha regnū adepta, nihil habuit prius aut antiquius, quam Eccleſiam noſtram à fæcibus Papiſticis, quibus eam Maria ſoror turpiter inquinarat, primo quoque tempore repurgatam reddere, reformatione repetita ſub Edwardo ſexto iam olim inſtituta. Ad eam rem efficiendam, commodiſſimum viſum, eruditione pietateq; pręſtantiſſimos viros Eccleſijs pręficere. Ac

ad

ad Sarisburienſem quidem deſtinauit, Ioannem cognomento Iewellum, quod Anglicè ſonat gemmã, vel potius monile gemmis conſertum. Et certe qui in illo viro inſignes animi dotes quibus tanquam immenſi pretij gemmis ornatus eſt, ſpectauerit; fateatur neceſſe eſt, rarò cuiquam nominis ſignificata aptius conueniſſe. Sed ego quo feror? qui de huius noſtræ ætatis Pontificibus iamdudũ mihi ſilentium indixi, niſi quatenus alieno ore loqui liceat. Pietatem igitur vitæq; eius integritatem teſtentur, imo inuiti teſtantur Pontificij, qui hominem exoſi cane peius & angue, tanquam veritatis propugnatorem inſuperabilem, tamen criminis, ne leuiſſimi quidem labe eum vnquam auſi ſunt aſpergere. Eruditionem vero incomparabilem loquuntur, & loquentur ſemper, nunquam interitura literarum monumenta ab eo edita, ac illa in primis Eccleſiæ Anglicanæ Apologia, orationis elegantia, neruorum ſoliditate, ſententiarum pondere mirabilis, qua reformationem hic inſtitutam ſugillantium ora conatus eſt obturare. Quanquam vero calumniatorum, nemo vnquam fœlicius impetum retuderit: non defuit tamen Dares qui hunc Entellum prouocaret, Hardingus quidã, tanto certamini quam impar, facile dijudicabunt, qui vtriuſq; hinc inde ſcripta perlegerint, Anglice quidem edita, ſed in Latinum ſermonem poſtea transfuſa. Tam ſtolide ferox ille, cum athleta tali in arenam deſcendere, quem magnus ille Hookerus (à magno Theologo *Literarum Oxonium* appellatus) *Theologorum quos orbis Chriſtianus per aliquot annorum centenarios produxit maximum*, vero encomio pronunciauit. Neque enim Apologiam ſolam Hardingus impugnauit: alia etiam de re certatum inter eos, quam ſilentio non duxi prætermittendam. In concione ad crucem Paulinam habita, enunciarat fidenter Iewellus, multa eſſe dogmatum Pontificiorum capita, quæ nullo vel ſacræ Scripturæ teſtimonio poſſent comprobari, vel Patrum aut Conciliorum, ſexcenteſimo Chriſti anno non recentiorum: pollicitus deinde fuerat, ſe partibus aduerſariorum continuo acceſſurum, ſimul ac vel vnicum huiuſmodi teſtimonium produxiſſent. Capita erant

27. quorum præcipua leuiter attingam : de Miſſa priuãta, de ſacra Synaxi ſub vna ſpecie; de linguæ non intellectæ vſu in precibus; de primatu Pontificis; de tranſubſtantiatione; de imaginũ cultu; de ſcripturarum lectione, &c. Dici non poteſt quantum hæc res Pontificiorum apud nos vires fregerit, exiſtimationem minuerit ; ac præſertim poſtquam Hardingi frigida reſponſione, errorum ab illo recenſitorum nouitas patuit. Natus eſt hic tantus vir in comitatu Deuonienſi apud Berinarber, educatus Oxoniæ, in Mertonenſi Collegio primum, mox in illo Corporis Chriſti ; vnde Pontificiorum factione eiectus ſub Maria Regina, in Germaniam profugit, ibique per quadriennium exulauit. Reuerſus inde, multis Epiſcopatibus dignus, in huius Eccleſiæ Præſulem conſecratur Ianuarij 21. 1559. Cum annos ſediſſet ferme 12. apud Monkton-farley animam piam Deo reddidit quinquagenarius Septembris 23. 1571. & in chori meditullio marmoreo lapide iacet coopertus, extructa prius iuxta Eccleſiam ſuam Bibliotheca pulcherrima, quam libris inſtruxit Gheaſtus qui illi mox ſucceſſit, ſicuti inſcriptio teſtatur, ibi legenda his verbis exarata ;

Hæc Bibliotheca extructa eſt ſumptibus R. P. ac D. D. Ioannis Iewelli quondam Sarum Epiſcopi, inſtructa vero libris à R. in Chriſto P. D. Edmundo Gheaſt, olim eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo quorum memoria in benedictione erit. Qui plura de hoc tam egregio viro ſcire volet, petat hiſtoriam vitæ eius nuper Anglicè perſcriptam elegant[illegible] & operibus eius præfixam ; aut qui mauult, eandem à doctiſſimo Theologo Laurentio Humphredo Latine ante multos annos editam.

39. EDMVNDVS GHEAST.

1571. *Eliz.* 14. EDmundus Gheaſt S. Theologiæ Doctor, Collegij Regij in Academia Cantabrigienſi aliquando ſocius, conſecratus eſt in Epiſcopum Roffenſem Ianu. 21. 1559. & ſimul munere ornatus Eleëmoſynarij Regij. Inde Sarisburiam tranſlatus Decemb. 24. 1571. poſt ſeptennium deceſſit, Februarij

bruarij nimirum 28. 1578. ætatis anno climacterico, & iuxta Wiuillum humatus est, qui medius inter ipsum Iewellumq; tumulatur. Multa ab hoc Episcopo edita sunt opuscula, quæ Balæus sigillatim recenset.

40. IOANNES PIERS.

IOannes Piers, S. Theologiæ Doctor, ædis Christi Oxoniæ Decanus, sed Magdalenensis olim Collegij socius, Gheasto in Ecclesia tam Roffensi quam Sarisburiensi successit. Sedit hic annos 10. & toto eo tempore Eleëmosynarij Regij functus officio, Eboracum translatus est anno 1588. 1578. *Eliz.* 20.

41. IOANNES COLDWELL.

CVm tres per annos hæc Ecclesia vacasset, Ioannes Coldwell, Medicinæ Doctor, Roffensis Decanus, in collegio S. Ioannis Cantabrigiæ educatus, consecratur tandem in Episcopũ eiusdẽ, Dec. 26. 1591. Obijt mense Octobri 1596. & iuxta Iewellum tumulatus est, eodem prope loco vbi olim Wiuillus. Omnium Episcoporũ Sarisburiensium, coniugatus hic primus extitit. Nam Iewellum, Gheastum & Piersium, cœlibem semper vitam duxisse constat. 1591. *Eliz.* 34.

42. HENRICVS COTTON.

HEnricus Cottonus, Elizabethæ Reginæ sacellanus, in collegio Magdalenensi Oxoniæ educatus, in Episcopum Sarisburiensem consecratur vna cum Exoniensi, Gloceſtrensi & Bangorensi nuper designatis Episcopis, Nou. 12. 1598. cum per biennium sedes vacasset. Hic ortu non minus quam eruditione cæterisque Episcopalibus virtutibus nobilis, filius fuit Richardi Cottoni, Equitis aurati, qui regiæ sub Edwardo sexto Censor & ipsi fuit ab arcanis consilijs. Cessit naturæ septuagenario minor Maij 7. 1615. 1598. *Eliz.* 40.

43. Ro-

27. quorum præcipua leuiter attingam : de Miſſa priuata, de ſacra Synaxi ſub vna ſpecie; de linguæ non intellectæ vſu in precibus; de primatu Pontificis; de tranſubſtantiatione; de imaginũ cultu; de ſcripturarum lectione, &c. Dici non poteſt quantum hæc res Pontificiorum apud nos vires fregerit, exiſtimationem minuerit ; ac præſertim poſtquam Hardingi frigida reſponſione, errorum ab illo recenſitorum nouitas patuit. Natus eſt hic tantus vir in comitatu Deuonienſi apud Berinarber, educatus Oxoniæ, in Mertonenſi Collegio primum, mox in illo Corporis Chriſti ; vnde Pontificiorum factione eiectus ſub Maria Regina, in Germaniam profugit, ibique per quadriennium exulauit. Reuerſus inde, multis Epiſcopatibus dignus, in huius Eccleſiæ Præſulem conſecratur Ianuarij 21. 1559. Cum annos ſediſſet ferme 12. apud Monkton-farley animam piam Deo reddidit quinquagenarius Septembris 23. 1571. & in chori meditullio marmoreo lapide iacet coopertus, extructa prius iuxta Eccleſiam ſuam Bibliotheca pulcherrima, quam libris inſtruxit Gheaſtus qui illi mox ſucceſſit, ſicuti inſcriptio teſtatur, ibi legenda his verbis exarata ;

Hæc Bibliotheca extructa eſt ſumptibus R. P. ac D. D. Ioannis Iewelli quondam Sarum Epiſcopi, inſtructa vero libris à R. in Chriſto P. D. Edmundo Gheaſt, olim eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo quorum memoria in benedictione erit. Qui plura de hoc tam egregio viro ſcire volet, petat hiſtoriam vitæ eius nuper Anglicè perſcriptam elegantèr, & operibus eius præfixam ; aut qui mauult, eandem à doctiſſimo Theologo Laurentio Humphredo Latine ante multos annos editam.

39. EDMVNDVS GHEAST.

1571. *Eliz.* 14. EDmundus Gheaſt S. Theologiæ Doctor, Collegij Regij in Academia Cantabrigienſi aliquando ſocius, conſecratus eſt in Epiſcopum Roffenſem Ianu. 21. 1559. & ſimul munere ornatus Eleëmoſynarij Regij. Inde Sarisburiam tranſlatus Decemb. 24. 1571. poſt ſeptennium deceſſit, Februarij

bruarij nimirum 28. 1578. ætatis anno climacterico, & iuxta Wiuillum humatus est, qui medius inter ipsum Iewellumq; tumulatur. Multa ab hoc Episcopo edita sunt opuscula, quæ Balæus sigillatim recenset.

40. IOANNES PIERS.

IOannes Piers, S. Theologiæ Doctor, ædis Christi Oxoniæ Decanus, sed Magdalenensis olim Collegij socius, Gheasto in Ecclesia tam Roffensi quam Sarisburiensi successit. Sedit hic annos 10. & toto eo tempore Eleëmosynarij Regij functus officio, Eboracum translatus est anno 1588. 1578. *Eliz.* 20.

41. IOANNES COLDWELL.

CVm tres per annos hæc Ecclesia vacasset, Ioannes Coldwell, Medicinæ Doctor, Roffensis Decanus, in collegio S. Ioannis Cantabrigiæ educatus, consecratur tandem in Episcopũ eiusdẽ, Dec. 26. 1591. Obijt mense Octobri 1596. & iuxta Iewellum tumulatus est, eodem prope loco vbi olim Wiuillus. Omnium Episcoporũ Sarisburiensium, coniugatus hic primus extitit. Nam Iewellum, Gheastum & Piersium, cœlibem semper vitam duxisse constat. 1591. *Eliz.* 34.

42. HENRICVS COTTON.

HEnricus Cottonus, Elizabethæ Reginæ sacellanus, in collegio Magdalenensi Oxoniæ educatus, in Episcopum Sarisburiensem consecratur vna cum Exoniensi, Gloceſtrensi & Bangorensi nuper designatis Episcopis, Nou. 12. 1598. cum per biennium sedes vacasset. Hic ortu non minus quam eruditione cæteriſque Episcopalibus virtutibus nobilis, filius fuit Richardi Cottoni, Equitis aurati, qui regiæ sub Edwardo sexto Censor & ipsi fuit ab arcanis consilijs. Cessit naturæ septuagenario minor Maij 7. 1615. 1598. *Eliz.* 40.

43. ROBERTVS ABBOT.

RObertus Abbot, Theologiæ verè Doctor, eiuſdemq; facultatis in Academia Oxonienſi profeſſor Regius, ac Collegij Balliolenſis ibidem Præfectus, poſt errores Pontificios ab eodem neruoſe (ſcriptis editis) confutatos, in Epiſcopum Sarisburienſem conſecratus Decemb. 3. 1615. in hoc Seffridi Ciceſtrenſis fœlicitatem æquauit, quod Epiſcopus ipſe, fratrem videre contigerit Archiepiſcopũ Cantuarienſem.

Valet hic Epiſcopatus ſecundum regiſtrorum fiſcalium rationem 1385. li. 5. s. ob. *& Pontifici Romano conſueuit reddere ad noui Epiſcopi ingreſſum* 4500. *aureos.*

DE

DE EPISCOPIS BATHONENSIBVS ET WELLENSIBVS.

Ciuitas Wellenſis (quod ex charta quadam Edwardi Confeſſoris didici) Tidintona olim appellata eſt. Hæc (vt videtur) haud antiquam repetit originem. Neque enim mentionem eius vſquam reperi factam, ante tempora Inæ Viſiſaxonum, ſeu mauis Occidentalium Saxonum Regis, qui Eccleſiam ibi loci dicitur conſtruxiſſe, D. Andreæ dedicatam honori, anno Chriſti 704. Anno poſt id temporis plus minus ſexageſimo, Kenulphus Viſiſaxonum ſimiliter Rex, ad alimenta miniſtrorum qui ſacris in antedicta Eccleſia operarentur, prædia contulit circumiacentia, prout in diplomate ſubſequenti patebit, quod cum propter antiquitatem, tum alias forte ob cauſas adſcribere, operę-pretium duxi.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cum conſtet omnibus Catholicis & recte credentibus in Domino, quod tempora huius temporalis vitæ longe lateque per orbem incertis ac diuerſis cauſis quotidie tranſeunt, necnon homines ſubitanea agritudine preuenti, ſtatim vitam finiendo deſerunt, ſimulque omnia fugitiua amittunt: Beneficia Domini ſine aliqua tarditate pauperibus hic tribuendo erogemus, vt illic fructum mercedis in æterna patria ſine fine cum Domino fœliciter accipiamus. Quapropter, ego Cynewlphus Occidentalium Saxonum Rex, aliquam terræ partem pro amore Dei, & pro expiatione delictorum meorum, necnon (quod verbo dolendum eſt) pro aliqua vexatione inimicorum noſtrorum, Cornubiorum gentis, cum conſenſu Epiſcoporum atque ſatraparum meorum, Dei Apoſtolo atque miniſtro Sancto Andreæ humiliter aſcribendo donabo: Hoc eſt, vndecim manentium prope fluuium qui dicitur Welwe ad augmentum Monaſterij quod ſitum eſt iuxta fontem magnum quem vocitant

vocitant Wielea (vt eo diligentius in Ecclesia Sancti Andreæ Apostoli, Deo soli deseruiant) hijs territorijs circumscriptam: A meridie de valle quæ dicitur Asancumb; in Occidentali plaga, in vnum fontem qui appellatur Diornanwiel, deinde in collem quem incolæ appellant Dornhil; deinde in desertum on picelon dorn, & tunc vltra flumen Welwe in fontem Holanwiell, & inde in desertum in vnam fossam quæ est iuxta fontem riuuli quem incolæ vocitant Sealibroc, & tunc in eundem riuulum vsque flumen Welwe; deinde in ripam fluminis vsque vadum Welwe; & tunc in viam publicam vsque Sambucin quem vocitant Ellentrow, & inde in torrentem lutosum, in vadum orientalem, inde sursum per campestria inter duas petrosas vias ad supra nominatum vallem Asancumb. Siquis hæc infringere vel imminuere ausus sit; sciat se coram Christo & sanctis Angelis eius in vltimo examine rationem redditurum. Scripta est hæc syngrapha anno Dominicæ incarnationis 766. indictione 12.

✠ *Ego Cynewlfus Gewisorum Rex, hanc meam donationem cum signaculo sanctæ crucis roborani.*

✠ *Ego Herewaldus Episcopus, huic munificentiæ chartulam propria manu signani.*

✠ *Ego Ernehardus Episcopus huic largitati consensi & subscripsi.*

Cathedra Episcopalis ibi loci adhuc non erat collocata, sed Collegium solum, seu mauis Cœnobium institutum. Plegmundus tandem Cantuariensis, cum anno 905. septem simul ordinaret Episcopos (qua de re supra) quorũ tres in sedibus novis tunc erectis per Edwardum seniorem Regem sunt collocati: Adelmus Abbas Glastonienſis in Episcopum Wellensem consecratus est.

1. Adelmus igitur Episcoporum Wellensium primus fuit, qui cum annos sedisset decem, ad Archiepræsulatum Cantuariensem hinc translatus est.

2. Wifelinus, alias dictus Wlfhelmus, Adelmo tam Cantuariæ quam Welliæ successit, vbi nouem transegit annos; *homo* (vt Pol. Virgilius) *doctrina & sanctitate clarus.*

3. Elfeth, alijs etiam Elphegus & Alphegus.

4.

4. Wulfhelmus. Nuda nomina hij duo, ſine aliqua rerum geſtarum memoria ad poſteros tranſmiſerunt.

5. Brithelmus, Monachus Glaſtonienſis, Wellenſis Epiſcopus creatus eſt anno 958. Cœnobio Glaſtonienſi hic conceſſit iuriſdictionem regionis vicinæ, & Archidiaconum à Monachis & è Monachis annuatim eligendum ordinavit, qui illam adminiſtraret. Anno 959. in Archiepiſcopum Cantuarienſem electus eſt; quod muneris cur repudiauerit ſupra demonſtrauimus. Obijt anno 973.

6. Kinewardus vel Kinewoldus, Abbas Middeltonenſis, Epiſcopus Wellenſis factus anno ſequenti, ſedit annos 11. & anno demum 985. deceſſit, ſi non (quod Wigornienſis habet) 975. mendoſe vero vt opinor.

7. Sigarus, Abbas Glaſtonienſis annos ſimiliter ſedens 11. obijt 995.

8. Alwynus ſucceſſit, alijs dictus Adelwinus, atque alijs itidem Ealſwinus.

9. Burwoldus. Illius nomine inſcriptum monumentum viſitur ab auſtrali parte chori Wellenſis.

10. Leoningus, Cantuariam tranſlatus anno 1002.

11. Ethelwinus, Epiſcopatu electus per Brithwinum, reſtitutus; breui pòſt mortem obijt.

12. Brithwinus, defuncti Ethelwini ſede, nemine iam repugnante occupata, adverſario tredecim tantum dies ſuperſtes, interijt.

13. Merewith, Abbas Glaſtonienſis ſucceſſit.

14. Dudoco, nonnullis Bodeca, è Saxonia Germaniæ oriundus, aut (vt quibuſdam placet) è Lotharingia, Edwardi Confeſſoris dono accepit manneria de Congresburia & Banwel. Conſecratus eſt anno 1031. ſeditque annos 27. menſes 7. dieſque itidem ſeptem, & ab auſtrali parte ſummi altaris dicitur humatus. Veterum monumentorum quæ inter columnas viſuntur hodie extra chorum, ſupremum illud, ab auſtrali latere, huius Dudoci fuiſſe crediderim; in tantum nimirum poſterioribus ſeculis aucta Eccleſiæ fabrica, vt non procul ab hoc tumulo ſitum olim fuiſſe ſummum altare facile quis ſuſpicetur.

15.

15. GISO.

1059. GIso, qui patria Lotharingus, natus perhibetur in villa quadam ruſticana S. Trudonis dicta, in territorio Haſbanenſi; Romam miſſus Legatus ad Pontificem per Edwardum Confeſſorem, vt ipſum de rebus nonnullis ad religionis cultum ſpectantibus conſuleret; in Wellenſem Epiſcopum abſens eligitur, & Romæ conſecratus eſt Aprilis 4. in ipſo Paſchatis feſto die, vna cum Aldredo Eboracenſi & Waltero Herefordenſi Præſulibus. In patriam reverſus, Eccleſiæ ſuæ ſtatum vehementer perturbatum offendit. Haraldus Reginę frater, qui poſtea regno ad tempus potitus,

(Quid domini facient audent qui talia ſerui?)

neſcio vnde ſumpta occaſione, Eccleſiam omnibus ornamẽtis ſpoliauerat, Canonicos inde eiecerat, & prædia illorum occupando, ſui iuris fecerat: Ita vt Canonici, qui metu non diffugerant (hij tantum quinque fuiſſe perhibentur) ſtipem oſtiatim emendicare cogerentur. Quare apud Regem, Sanctum illum Edwardum, de tam atroci iniuria Epiſcopus graviſſimam querimoniam deponit; à quo tamen (quantumvis Sancto) ſiue potentiam Haraldi, ſiue offenſam vxoris verito, nihil profecto impetrat. Regina vero de ſuo patrimonio duo manneria Epiſcopo largita eſt, Marcam & Modeſleiam. Defuncto Rege, in exilium ſponte Giſo profugit, neque redijt, donec Haraldo ſuperato, Eccleſiæ noſtræ vaſtatore, regnum eius aſſeruiſſet ſibi Gulielmus Normannus; qui omnia nobis erepta reſtituit illico, præter agelli nonnihil quod ad Cœnobium Gloceſtrenſe neſcio quo pacto pervenerat. Cuius tamen loco contulit nobis mannerium & Eccleſiam de Yatton; & Ealſium quendam coegit mannerium de Winſham reſtituere, quod haud bono iure iam diu vſurpaſſe videbatur. His rebus ex animi ſententia confectis, omnem tamen diligentiam adhibuit Giſo, quo alia ab alijs ſubtracta, reddenda nobis curaret; in acquirendo deinde quæ deeſſe videbantur multum ſudavit, & acquiſita diplomatis Regijs confirmando. Ab aulico quodam, Arſero nomine, manneria comparavit de Wormiſter, Litton, atque Comba Sancti Nicolai. Et

quæ

Digitized by Google

quæ priuilegia à Rege impetrarit, longum esset commemorare. Auctis ita Ecclesiæ opibus, augere etiam visum Canonicorum numerum; atque vt commodius victitarent, claustrum illis extruere vbi ambulare, refectorium vbi cibum sumere, ac dormitorium vbi omnes possent quiescere. Constituit denique qui præesset illis Isaacum nomine, & hunc Prepositum voluit appellari. Cessit tandem naturæ, cum sedisset in hac Ecclesia annos 28. & sepultus est ab Aquilonari parte loci vbi summum altare tunc temporis situm erat, è regione Dudoci: Nec mihi dubium est, ex vetustis illis tumulis quos ab Aquilonari parte chori videmus collocatos, supremum, ad hunc Gisonem spectare, virum à nobis propter multa in Ecclesiam nostram collata beneficia, cum omni gratitudine celebrandum.

16. IOANNES DE VILLVLA.

QVi successit, Ioannes de Villula, patria Turonensis fuit, arte medicus, ex eorum genere quos Empiricos hodie appellamus, *vsu non literis medicus probatus*, vt verbis vtar Malmesburiensis qui hominem nouit. Hic adeo nihil curauit facere quo Ecclesiam & Canonicos suos ornaret ac amplificaret; vt è contra, quo pacto vtrisque officeret, omnem operam adhibuisse videatur. Nam claustrum, cæteraq; ædificia quæ per Gisonem extructa memoravi, demolitus est, & eorum loco sibi successoribusque palatium condidit; Canonicis ad oppidanos amandatis, vt inter illos habitacula quærerent. Sed leuis hæc iniuria præ illa quam mox commemorabo. *Memoris gloriæ putans* (inquit Malmesburiensis) *si in villa resideret inglorius, transferre thronum in Bathoniam* (Canonicis suis & inconsultis & invitis) *animo intendit. Sed cum id inaniter viuente Gulielmo patre cogitasset, tempore Gulielmi filij effecit.. Nec eo contentus, totam etiam ciuitatem in suos & suorum vsus transtulit, ab Henrico Rege quingentis libris argenti mercatus vrbem in qua balnearum calidarum latex exurgit. Ibi Rex Offa monasterium posuerat: Et Edgarus, sicut pleraque alia more suo auxerat, delectatus loci magnificentia, & quod ibi coronam regni susceperat. Hanc ergo Abbatiam* 1088. *Gul.* 2. 2.

Ioannes à Rege non grauate obtinuit. Multa ibi nobiliter per eum incepta & consummata in ornamentis & libris, maximeque Monachorum congregatione, qui erant scientia literarum & sedulitate officiorum iuxta prædicabiles. Literatorum contubernio gaudebat, vt eorum societate aliquid sibi laudis ad cisceret. Salsioris tamen in obloquentes dicacitatis, quam gradus eius interesse deberet. Valetudinis bonæ, dapsilis cum in se tum in alios. Obijt grandæuus Decembris 9. 1122. cum annos sedisset 34. *& sepultus est in Ecclesia S. Petri quam à fundamentis erexerat, magno & elaborato parietum ambitu. Cessit enim Andreas Simoni fratri, frater maior minori.* Hæc ille. Quibus adijciendum, Offam quidem Merciorum Regem Cœnobium Bathoniæ primum posuisse anno 775. quod à Danis incensum ac deletum funditus, Edgarus, aliquantulum fortassis refecit; sed restituit plane Elphegus, qui ex Abbate eiusdem, Wintoniensis anno 984. & Cantuariensis 1006. factus est Antistes. Sed nec ab illo ædificata diu stetere. Et Cenobium & ciuitas vniuersa, incendio absumpta anno 1087. vt huic Episcopo sedem ibi pósituro, à fundamentis novum excitare fuerit necesse; quod magnifice adeo præstitit, prædijs etiam (quæ antea perquam erant exilia) ad eam copiam & affluentiam adauctis, vt eiusdem haud iniuria fundator fortassis dici mereatur. Atque hæc de Ioanne, Bathonensis Ecclesiæ Episcopo primo, qui ibi, conatu tantum non irrito, cathedram sedis suæ stabilire satagebat. Nam in fatis non erat vt Wellenses eo honore prorsus exciderent, sicuti postea Deo volente demonstrabimus.

17. GODEFRIDVS.

1123. *Henr.* 1. 24. SAtagente Regina, Godefridus quidam, patria Belga, ad hunc evectus est Præsulatum, Londini consecratus Augusti 26. 1123. Reginæ olim à sacris, & Angliæ quandoque sub Henrico primo fuit Cancellarius. Cum sedisset annos 12. debitum naturæ persolvit Augusti. 16. 1135. & Bathoniæ iacet humatus.

18.

Digitized by Google

18. ROBERTVS.

SVccessit illi Robertus quidam Monachus Lewensis, qui in Normannia quidem, sed parentibus Flandris natus est. Vix dum plane consederat, quando Ecclesia sua Bathonensis per Ioannem nuper constructa, iterum conflagrauit. Hanc, pristino splendori iste restituit, ornamentis porro additis non paucis. In ciuilis belli sub Stephano Rege tumultu, incommoda passus est permagna, Galfridum Talbot Matildianarum partium ducem, captivum ceperat, Bathoniam clanculum pro exploratore ingressum. Hunc Bristowenses (qui Matildi studebant) in libertatem volentes vindicare; manu facta, Bathoniam improuisi advolant, & de tam audaci facinore ne per somnium quidem cogitantem, Episcopum in media civitate comprehendunt, & antequam subveniri posset, abreptum, in carcere Bristoliæ condunt. Quare, vt se iam captum redimat, Talbotum coactus est vinculis expedire; id quod Rex tulit ægerrimè, ex composito hæc ita gesta suspicatus, quasi non invitus captus fuerit Episcopus, quò (largitione corruptus) hostem Regis capitalem, magnæq; potentiæ virum, liberandi haberet prætextum. Post multas minas & custodiam haud nimis (credo) arctâ, à clementissimo rege liber tandem dimissus est & in gratiam receptus. Exorta est interea, de sede Episcopali, inter Bathonenses & Wellenses ingens discordia. Rem per compromissum ad Episcopi arbitrium delatam, ille sic ordinavit, vt illius diœcesis Antistites, nec Wellenses dicerentur vt olim, nec Bathonenses vt nuper; sed ab vtraque Ecclesia nomenclaturam mutuantes, nuncuparentur in posterum, Bathonenses & Wellenses Episcopi. Constituit etiam, vt sede vacante, ab vtraque Ecclesia pari numero delegati, suis suffragijs novum Præsulem designarent, quem oportuit vtrobique, & Bathoniæ nimirum & Welliæ installari. In Ecclesia Wellensi Præpositum quendam collocarat Ioannes de Villula, propinquum suum, qui muneris huiusmodi prætextu, fructus omnes prædiorum ipse solitus percipere, exiguam tantummodo partem Canonicis impertiri consuevit. Hunc morem Robertus correxit, & vt à simili incommodo posteros etiam

1136. *Steph.* 1.

liberaret, hanc inijt rationem: Ecclesiæ possessiones in duas partes diuisit, quarum vnam, publicis Ecclesiæ vsibus addixit, communi Canonicorum omnium consilio in Capitulo disponendam: Ex altera vero, singulis Canonicis portionem assignauit, nomine Præbendę. Deinde, Iuonem quendam constituit Decanum, vt corpori capitulari tanquam caput præesset; Subdecanum etiam ordinauit qui absentis vicem suppleret; Præcentorem qui cantum Ecclesiasticum regeret; & illi etiam absenti qui succenturiaretur Succentorem; Deinde Cancellarium, qui iuniores Canonicos institueret; necnon Thesaurarium, qui ornamenta Ecclesiæ curaret ac seruaret. Decanatum, absorpsit sacrilegium, Edwardo sexto regnante; & Succentoratus vna cum Præpositura, lata tum lege supprimuntur, quo ex prædijs ad illa munera spectantibus Decanatus posset consarcinari nouus, veteri illo non paulo exilior. Sed nihil libentius commemorarim, quam Ecclesiæ fabricam ab Ina Rege primum excitatam, iam vero vetustate fatiscentem, vt ruinam quotidie minitaretur; demolitam partim ab hoc Episcopo, eiusque liberalitate conditam de nouo, partim refectam & reparatam, vt non solum sartum tectum, sed multò & magnitudine laxiorem reddiderit, & specie pulchriorem: Ita tamen, vt Iocelino alijsque successoribus omnem piæ munificentię materiam non præripuerit. Prę fuit huic dioceſi annos 29. mensesque quatuor, & in Ecclesia Bathonensi (quod miror) Ecclesiæ Wellensis tantus benefactor, voluit tumulari.

19. REGINALDVS FITZIOCELINVS.

1174. *Hen.2.20.* NOuem fere per annos post Roberti obitum, vacauit sedes, cui tum tandem præficitur Reginaldus, ideo dictus Fitz-Iocelinus, quod Iocelini Longobardi filius extiterit, Sarisburiensis Episcopi, qui eum Archidiaconatu eiusdem Ecclesię donauit. Consecratus est in oppido S. Ioannis in Sabaudia, per Richardum Archiepiscopum Cantuariensem, cum ætatis annum non excessisset adhuc tricesimum tertium vt quidam, aut vt alius, ne quartum quidem & vicesimum. A Richardo primo Rege in sacram militiam proficiscente, Capitulo suo impetrauit (summa eiusdem hodie præ-

præsidia) manneria de Curry, Wrentich, & Hatch. Xenodochium porro siue hospitale S. Ioannis pauperibus condidit, cuius census ad 22.l.19.s.6.d.ob. æstimatur: Et Præbandas aliquot adiecit illis quas Robertus constituerat. Ciues etiam Wellenses in vnam corporis compagem adunauit, priuilegijs indultis, quibus etiamnum hodie fruuntur. Anno 1191. ad sedem Archiepiscopalem Cantuariensem translatus est; qua vix conscensa, mortem obijt, & Bathoniæ tumulatur.

20. SAVARICVS.

SAuaricus Archidiaconus Northamtonienſis in Episcopũ huius diocesis sacratus fertur Romę in festo S. Michaelis 1192. Cumque breui postea contingeret Richardum regem, dum à bello Hierosolymitano reuerteretur capi, & in vinculis apud Leopoldum Austriæ Ducem detineri; redemptionis legibus hoc adijci curauit Imperator, vt in gratiam Episcopi antedicti (quem Imperatori sanguine ferunt propinquum) Abbatiam Glastonienſem tunc vacantem, Episcopatui Bathonenſi & Wellenſi adiungendam sponderet. Et hanc rem vt libentius Rex efficeret, reddidit ei Sauaricus ciuitatem Bathonenſem, quam quingentis marcis Ioannem de Villula ab Henrico primo emisse perhibent. Quapropter, voti iam compos factus, sedem placuit Episcopalem Glastoniam transferre; atq; ita mutato stilo, Glastonienſem Episcopum se tum postea appellauit. Moram interea diuturnam fecit in Germania, vbi obsidum vnus relictus est, quibus fides facta de lytro Regio secundum pacta persoluendo. Neq; vero illicò vt liberatus est in Angliam redijt, Burgundiæ factus Cancellarius; quo munere ad annum 1197. dicitur perfunctus; quando in ægritudinem incidens lethalem Imperator; misit eum in Angliam nunciatum, remisisse illum ac condonasse Regi quicquid pecuniarum adhuc supereſſet insolutum, ex lytro illo tam iniuste extorto. Sic Houedenus. Imperatore tum mox mortuo, in Anglia tandem remansit. Sedit annos ferme 13. quo toto temporis spatio nullam rem gesit memorabilem, nisi memoratu dignum hoc putemus, quod Ec-

1192. *Rich.1.4.*

eleſias appropriauit de Ilmiſter & Longſutton ; quas Prębendas Eccleſiæ ſuæ Wellenſis conſtituit, ea lege, vt vnius ſemper Præbendarius exiſteret Abbas qui pro tempore fuerit Athelneyenſis, alterius vero Abbas Muchelneyenſis. Ac Præbenda quidem de Ilmiſter, vna cum Abbatia euanuit. Illa vero de Longſutton, Mariæ Reginę gratia quodammodo revixit, rectoria de Longſutton Eccleſiæ noſtrę reſtituta. Diem clauſit extremum hic præſul, Aug. 8. 1205. Bathoniæ ſepultus cum hoc Epitaphio,

Hoſpes erat mundo, per mundum ſemper eundo.
Sic ſuprema dies ſit ſibi prima quies.

De illo, & ingenti ære alieno ab eo contracto, aliquid habetur in Decretalib. Greg. lib. 3. tit. *Nouit ille.*

21. IOCELINVS DE WELLES.

1205. *Ioan. 7.* SAuarico defuncto, magna contentione flagitarunt à Pontifice monachi Glaſtonienſes, vt Abbatis regimini denuo ſubderentur : Id quod occaſionem dedit decreti in curia Romana ſanciendi, *Vacante ſede, nihil in Epiſcopatu innouandum eſſe.* Ante exitum anni 1205. Redingæ conſecratus eſt in Epiſcopum huius dioceſis, Iocelinus, Canonicus Wellenſis, qui etiam (ſicuti multis indicijs mihi videor comperiſſe) Welliæ natus eſt & magna ex parte educatus. Glaſtonienſes illicò rerum ſuarum ſatagunt, & poſt longam necnon cruentam dimicationem, vincunt tandem, ſed ita, vt ſuccubuiſſe forſitan præſtitiſſet ; magna poſſeſſionum ſuarum iactura empta victoria. Iocelino & ſucceſſoribus, manneria cedunt ſubſequentia, Winſcomb, Puckelchurch, Blackford, & Cranmer, præter ius patronatus in Eccleſijs de Winſcomb, Puckelchurch, Aſhbery, Chriſt-Malford, Buckland & Blackford. Sic Glaſtonienſes, Abbate aſſumpto, ad priſtinam politiam reuerſi ; & Iocelinus ſtilum repetijt à duobus anteceſſoribus (Roberto & Reginaldo) vſurpatum ; dictus iam poſthac, non Glaſtonienſis (ſicut primis conſecrationis annis) ſed Bathonenſis & Wellenſis Epiſcopus ; quo etiam omnes deinceps ſucceſſores conſtanter vſi ſunt. Paulo poſt hanc litem terminatam, in exilium profugere coactus eſt Iocelinus,

celinus, ac in Gallia extorris quinq; per annos degere. Cuius rei cauſam, ſupra apud St. Langtonum Cantuarienſem fuſius enarrauimus. Poſt redditum, in hoc totus incubuit, vt Eccleſiam ſuam Wellenſem quoquo modo ornaret ac amplificaret. Præbendas aliquot de nouo erexit. Ad vſum capituli Eccleſias nonnullas appropriauit; & contulit illis de ſuo, mannerium de Winſcomb. Dignitatibus (quas appellamus) eiuſdem Eccleſiæ, redditus antea perexiles multum auxit. Vicarios chorales primus ordinauit, qui Canonicorum vices in canendo & ſacris operando peragerent. Sedi Epiſcopali contulit manneria de Congresbury, Chedder & Axbridge. Et cum Hugone Lincolnienſi Epiſcopo collata ſtipe, Hoſpitale S. Ioannis Welliæ fundauit; quod authoritate Parliamentaria ſuppreſſum, Comiti ceſſit Southamtonienſi, qui cum Clerco Epiſcopo illud permutauit pro mannerio de Dogmersfeld. Sic ab Epiſcopo profectum, in Epiſcopum denuo recidit, à quo tamen paulo pòſt ereptum eſt. Sed ad Iocelinũ redeamus, qui non minus in ſtructuris magnificus, quam largitionibus munificus, capellas duas condidit, in palatio Owkienſi vnam, in Wellenſi vero aliam, eamq; ſpecioſiſſimam, quam ſitu corruptam & ruderibus multos per annos obrutam, priſtino nitori reſtituit, plurimis porro additis ornamentis, Iacob⁹ Mountagew Epiſcopus hodiernus. Eccleſiam deinde ipſam Wellenſem iamiam collapſuram (quamvis in eius reparatione ingentes non ita pridem ſumptus fecerat Robertus Epiſcopus) egregie refecit ac reſtituit, vel potius nouam condidit. Nam partem multo maximam, quicquid nimirum presbyterio eſt ab occidente, demolit⁹ eſt vt cũ ampliorem tũ pulchriorem redderet, ſtructura excitata ex polito lapide affabre inſculpto, auguſtiſſima & ſpectatu digniſſima. Triennio antequam excederet, Eccleſiam iam abſolutam dedicauit Oct. 23. 1239. Sedit annos plus minus 37. & naturę tandem debitum perſoluit Nouembris 19. 1242. Humatus iacet in medio chori à ſe conſtructi, tumulo conditus marmoreo, ærea quondam imagine ornato, quo erepto, marmor porro mutilum & effractum, tanti benefactoris monumento imminens (quod nollem) exitium videtur minitari.

22. ROGERVS.

1244. *Henr.* 3.28. MOnachi Bathonienſes pactorum iam pertæſi, quę authore Roberto Epiſcopo, cum Wellenſibus Canonicis inierant, de Epiſcoporum electionibus: Illis inconſultis, Rogerum ſuis ſuffragijs deſignant Epiſcopum, Sarisburienſis Eccleſiæ Præcentorem, cui Papa præcipiente 3. Id. Sept. 1244. conſecrationis ſolennia ſine mora impenduntur, propterea quod Præcentoriæ antedictę munus, affini cuidam Pontificis conferendum erat. Diuturno certamine, lis hac de re Romæ agitata, hunc tandem habuit exitum, vt Wellenſes, huius iniuriæ gratiam facerent Bathonenſibus, ea lege, vt fidem ij facerent, ordinationem à Roberto editam ſe poſthac inuiolabiliter ſeruaturos. Cæterum Epiſcopus (cuius interceſſione res ſic compoſita) exiguo poſt tempore ſuperſtes, ab hac luce ſubtractus, migrauit Ianuarij 13. 1247. cum ſupra 3. annos, non vltra 4. menſes huic ſedi pręfuiſſet. Quæ temporis breuitate, omnium qui hic iam per ſexcentos annos vltimò elapſos ſederunt, infœliciſſimus fuit; cum iam inde à Merewitho, ſatis conſtet, Epiſcoporum huius Eccleſiæ nullum è vita exceſſiſſe, niſi ſexto poſt ſuſceptas hic infulas anno tranſacto. Antiſtitum noſtrorum poſtremus, Bathoniæ hic extitit tumulatus.

23. GVLIELMVS BITTON *al*: BVTTON.

1247. *Henr.* 3.31. PRomiſſi memores Bathonenſes, cũ Wellenſ. noſtris iam tandem congreſſi, conſpirantibus ſuffragijs Epiſc. renunciarunt, Guliel. Bittonum, vel Buttonũ, Wellenſem quondam Subdecanum, ac mox Archidiaconum. Huic multum fuit negotij cum Glaſtonienſibus, de prædijs quę Abbatiam relicturus, extorſerat illis Iocelinus. Et licet in obſequio Regis, multum temporis, pecunię ac laboris impenderat, Legati ſępe functus officio, ſemel vero vniuerſa fere Hiſpania peragrata: Monachorum tamen cauſam, omni qua poterat ratione fouebat Rex ac promouebat. Epiſcopi morte (quam obijt ſub initium anni 1264.) lis finita eſt, cum interea propinquis ſuis ac ſanguine iunctis præcipua huius Eccleſiæ munia

nia obeunda demandasset. Comperi siquidem, Gulielmum quendam Buttonum huius Episcopi ex fratre nepotem, his temporibus Archidiaconum fuisse Wellensem, ac postea Episcopum; Richardum Buttonum, Præcentorem; Nicolaum Buttonum Episcopi fratrem, Thesaurarium; Ioannem Buttonum, fratrem itidem, Præpositum de Comba & Rectorem de Ashbury; cui defuncto successit in Præpositura Thomas Button; quendam deniq; Thomam Buttonum (alium an hunc ipsum nescio) post Gulielmum Buttonum prędictũ, Archidiaconum factum Wellensem, ac postea Decanum, & tandem (anno nimirum 1292.) Exonienſem Episcopum. Qui Thomas Button (vt obiter id annotemus) pro anima huius Episcopi (Gulielmi inquam Buttoni) Ecclesiæ nõstrę contulit campanam illam qua in aduocandis concionibus vti solemus, provt in elogio didici eidem Gallicè inscripto. Conditus iacet hic præsul, in tumulo marmoreo, quem in medio capellæ B. Marię situm videmus.

24. WALTERVS GIFFARD.

WAlterus Giffard Canonicus Wellensis, Papę capellanus, electus est in Episcopum Maij 22. 1264. & breui pòst cõsecratus ab Episcopo Parisiẽnsi, in absentia Bonifacij Cantuarienſis. Cum annos sedisset duos, Eboracum translatus est. 1264. *Hen.* 3.49.

25. GVLIELMVS BVTTON *secundus.*

GVlielmus Button Archidiaconus Wellensis, Gulielmi Buttoni supradicti ex fratre nepos, huius sedis cathedrã conscendit anno 1267. & temporalia eiusdem accepit à Rege Martij 4. Henrici 3.51. Tantæ vir sanctitatis (quod Parisiensis testatur) vt cum Roberto Kilwardby Cantuarienſi electo concederet Papa, vti à quouis Catholico Episcopo consecraretur, quem ad hoc duxerit eligendum; hunc potissimũ elegerit, *quod fama sanctitatis inter cæteros multum efflorebat.* Multa condidit statuta, quibus Ecclesia nostra Wellensis etiamnum regitur. Ordinauit vero inter cætera, consilio hercle saluberrimo, grauioris momenti nihil, quod moram 1267. *Hen.* 3.51.

ram pati posset, in Capitulo constituendum, nisi quatuor statis anni temporibus. Obijt mense Nouembri 1274. Monumentum eius situm est inter duas columnas ab australi parte chori, vbi marmor videmus Pontificis imaginem habens insculptam, superstitiosè coli solitam (vt accepimus) ab imperita plebe, ac illis præsertim quibus dentes dolerent. Contulit is Ecclesiæ nostræ (quod silentio non est prętereundum) mannerium de Bicknaller.

26. ROBERTVS BVRNEL.

1274. *Edw.* 1. 3. IAnuario tum proxime sequenti, in Episcopum electus est Robertus Burnell, qui Roberti fuit filius, Hugonis frater, Baronum dè Burnell; quique magna potentia & authoritate ea tempestate præpollebat, Edwardo primo Regi semper à sanctioribus consilijs, & Angliæ primum Thesaurarius constitutus, posteaque Cancellarius. Ex publicis his muneribus, magnas congessit opes, quarum bonam partem in structuris impendit. Nam inter cætera, aulam illam condidit magnam ac speciosam palatij Wellensis, ante annos sexaginta dirutam à Ioanne Gatesio Equite aurato, qui iusto Dei iudicio, sacrilegij mercedē vno aut altero pòst anno accepit, capitis truncationem, ob perduellionis crimen sub Maria Regina condēnatus. Fratribus vero & propinquis ditandis supra modum studuit hic præsul. In rebus Wallicis eius opera Rex plurimum est vsus, quas dum procurauit, Rege non abnuente, Cancellariæ curiam tenuit ad tempus Bristoliæ. Et sunt qui existiment castrum de Actonburnel in comitatu Salopiensi eodem tempore ab illo constructum. Præfuit annos 18. & mense Octobri 1292. in finitimis Scotiæ partibus defunctus, longissimo itinere Welliam delatus, in medio nauis Ecclesiæ Cathedralis ibidem sepultus est, sub lapide marmoreo, paulo infra suggestum.

27. GVLIELMVS DE MARCHIA.

1292. *Edw.* 1. 21. DEfuncto Burnello, successit illico Gulielmus de Marchia Thesaurarius Angliæ, qui temporalibus restitutus dicitur Martij 19. Edwardi primi vicesimo primo. In Archiuis

chiuis Eccleſiæ noſtræ Wellenſis, formulas vidi Epiſtolarum aliquot, à Rege, proceribus, & prælatis non paucis ad Pontificē partim, partim vero Cardinales nonnullos conſcriptas, in quibus tantis laudibus Marchiani iſtius ſanctitatem euchunt, miraculis plurimis (vti perhibent) teſtatam; vt Sanctorum catalogo eum aſcribi multis cum precibus impenſe flagitarint. Id quod mirum videatur, legenti, quæ de eo tradidit præter Weſtmonaſterienſem, Polydorus Virgilius, in his verbis: *Erat per bella continua iam vacuum ærarium Regium. Quod malum Gulielmus Marchianus Quæſtor, vnus omnium alieno detrimento ſanandum ſtatuit. Is enim nouerat, cum in cœnobijs tum in templis pecunias eſſe depoſitas, quas ſi iuberet tolli, non vtique ſe ſcelus, ſed operæprecium facturum ducebat, ſi pecunia promeretur foras ad vſum populi, perinde quaſi omnia eſſent communia, quo ſic pecuniam militi ſuppeditaret, præſentēque curaret. Itaque præfecti militum, quibus ille ſacrilegij perpetrandi negotium dederat, diſpoſitis paſſim per Regnum militibus, vno tempore quicquid pecuniarum in locis ſacris reconditum fuerat, omnibus veſtigijs indagatum ad Regem afferunt, gemente paſſim populo, quod Princeps non putaret manum abſtinendam a pecunijs, quibus ſacræ ædes reficiendæ eſſent. Rex autem pecuniæ egens, rem diſſimulauit.* Sic Polydorus. Ille vero de hac re vtcunque pronunciet; non deerat certe huic Principi, vel animus vel ingenium, ad huiuſmodi facinus excogitandum & ſic deinde patrandum, vt in alium quemlibet omnem culpæ labem conijceret. Satis tamen probabile eſt, huiuſmodi infamiæ notam, quantumuis immerenti inuſtam, ex Calendario Pontificio illum excluſiſſe. Sedit annos plus minus 10. & monumento conditur in auſtrali muro tranſepti, prope oſtium qua ingreſſus patet ad clauſtra, eoque ex polito lapide ſatis eleganti.

28. WALTERVS HASELSHAW.

ELectus in Epiſcopum Walterus Haſelſhaw, Decanus Wellenſis, aſſenſus Regij confirmationem habuit Aug. 13. Edwardi primi triceſimo. Præfuit annos 9. & ingenti marmore contectus iacet in naui Eccleſiæ verſus Aquilonem 1302. *Edw.* 1. 30.

nem prope capellam Bubwithi. Partim Decanus, partim vero Episcopus, multa condidit statuta, quorum pars magna nondum antiquata, etiamnum hodie viget.

29. IOANNES DROKENSFORD.

1310. *Edw.2.3.* IOannes Drokensford, quo tempore in Episcopum huius Ecclesiæ electus est, Regiarum vestium à nonnullis, à nonnullis vero magni Angliæ sigilli, custos appellatur. Neque vero desunt qui Angliæ summum Thesaurarium fuisse contendant. Consecratum comperi ante Maij 17. Edwardi secundi 3. Antecessoris sui vestigijs hic insistens, in ædium suarum structuris nonnihil impendit & priuilegijs sedi suæ comparandis, sed plus multo in consanguineis ditandis. Magna & diuturna lite inter illum & Canonicos suos certatum est, cuius rei historia in libro statutorum videre est. Postquam annos sedisset 19. defunctus, tumulo infertur specioso in Capella S. Catharinæ, quæ petentibus capellam B. Mariæ à dextris sita est.

30. RADVLPHVS DE SALOPIA.

1329. *Edw. 3.3.* VNanimi omnium consensu tam à Bathonensibus quam Wellensibus Episcopus tum renunciatur, Radulphus de Salopia; qui ausu periculoso (vt ea fuerunt tempora) Papa inconsulto consecrationem suscipere non est veritus. Tanti criminis reatum, ingenti pecuniæ summa (teste Walsingamo) oportuit eum redimere. Multum hic à Wellensibus nostris celebratur, quod Collegij Vicariorum primus extiterit fundator. Cuius beneficij memoriam pictura haud nimium eleganti expressam videmus supra portam aditum prębentem ad gradus quibus ad aulam conscenditur. Ibi Vicarij in genua procumbentes coram Episcopo in solio sedente, eum his verbis affari videntur;

Per vicos positi ville, pater alme rogamus,
Vt simul uniti, te dante domos maneamus.

Quibus ille sic respondet;

Vestra petunt merita, quod sint concessa petita:
Vt maneatis ita, loca fecimus hic stabilita.

Colle-

Collegium hoc à Bekintono poſtea multum auctum, ante viginti annos iam tranſactos, ſacrilegi quidam ſpe deuorauerant, quando Elizabetha Regina facinus tam indignum non ferendum exiſtimans, de nouo fundauit, tam hoc Collegium quam Eccleſiam ipſam Cathedralem, id quod illorum temporum Vicarij, pictura quadam operis egregij, in aula ipſorum hodie viſenda, poſterorum memoriæ voluerunt commendari, carmine addito huiuſmodi.

Quas primus ſtruxit ſumma pietate Radulphus,
Diſperſis nobis hoſpitioque dedit
Ædes, conſimili ſtudio pia facta ſequutus,
Bekintonus eas auxit honore, bonis.
Regalis tandem firmauit ſingula nobis
Aſſenſu, Princeps Elizabetha ſuo.
Elizabetha bonis nunquam contraria cœptis,
Aſpirans ſtudijs Elizabetha bonis.
His nos ornati donis, Regina precamur,
Septra tenens viuas Eliſabetha diù.

Cæterum ad Radulphum redeamus, qui abſolutis huiuſce Collegij ædificijs, contulit eidem mannerium de Welſleigh, & ſtipendium aſſignauit 6. librarum, 13. ſolidorum & den. 8. à Vicario de Chew annuatim pendendum. Pueris etiam ſacras cantiones modulari conſuetis (qui Choriſtæ vulgo appellantur) necnon eorum informatori, habitaculum conſtruxit ab Occidentali parte clauſtri, commodum ſane & elegans. Eccleſiã præterea condidit de Winſcomb, ædes apud Clauerton & cameram perpulchram apud Euerchrich. Sed & alibi in ædibus Epiſcopalibus multa extruxit. Palatium ſuum Wellenſe mœnibus cinxit prætis & foſſa latiſſima, cui fluuium præterlabentem immiſit. Eccleſiæ ſuæ multa dedit; quorum nihil opinor iam ſupereſt, niſi arca quædam prægrandis ferro vſquequaque munita & neſcio quot ſeris (capitularis ſigilli hodie cuſtos) quæ tamen latronum neſcio quorum ingenio (me primum Canonico ibidem) aperta eſt, & omnia quæ ibi repoſita ſeruabantur, vna cum capitulari ſigillo, furto ſublata. Vt multa denique prætermittam de hoc Præſule memoratu forſitan non indigna, hoc ſilentio præter-

prætereundum non eſt, quod foreſtam de Mendip, feris ad venatum paſcendis hucuſque deſtinatam; magno illius regionis incolarum bono, deafforeſtari (vt loquimur) haud leui ſumptu curauerit; hoc eſt, armentis & gregibus (feris deſtructis) permitti. Vitam cum morte commutauit apud Wiueleſcomb Auguſti 14. 1363. cum ſediſſet annos 34. Tumulo fertur conditus alabaſtrino, cancellis ferreis cincto in medio Presbyterij; ſed ante annos plus minus 60. ad aquilonare latus eiuſdem amotum & cancellis ferreis tum ſpoliatum. Imago tumulo ſuperincumbens (egregij alicuius artificis opus) viuos viuentis vultus viuidiſſime exprimere, in archiuis Eccleſiæ ſcriptum reperi. Cuias fuerit, vbi, aut quibus parentibus oriundus, vbi loci educatus, quæue munera ante præſulatum geſſerit, nulla potui indagine reperire.

31. IOANNES BARNET.

1363. *Edw.* 3.37. IOannes Barnett ſucceſſit, à Wigornia huc tranſlatus, vnde poſt biennium ad Elienſem ſedem migrauit.

32. IOANNES HAREWEL.

1366. *Edw.* 3.41. EDwardus Walliæ Princeps, (qui Niger vulgo cognominatur) Capellano cuidam ſuo, Vaſconiæ Cancellario hunc Epiſcopatum tunc impetrauit, Ioanni Harewell. Burdegalę conſecratus eſt Martij 7. 1366. per ciuitatis illius Archipręſulem. Ex duabus turribus, ad Occidentalem Eccleſiæ partem ſitis, contulit ad ſtructuram illius quæ occaſum ſpectat hibernum, cunctorum ſumptuum partem tertiam. Vt huic vicina feneſtra magna vitro obduceretur, centum marcas numerauit: Et campanile prædictum (ſiue mauis turrim appellare) duabus nolis inſtruxit prægrandibus, quarum vna me Canonico quinquies fracta, quinto nuper (vtinam tandem bonis auibus) conflata eſt. Homo ſi credimus imagini tumulo impoſitæ (quam patet excellentiſſimi artificis manum efformatam) præpinguis & obeſus admodum, exceſſit è viuis ſub initium Iulij 1386. cum annos ſediſſet 19. & è regione Burwoldi monumento conditur alabaſtrino ſpecioſiſſimo profectò, niſi quorundam

dam ſcelere laceratum id & ornamentis ſuis ſpoliatum fuiſſet.

33. WALTERVS SKIRLAW.

WAlterus Skirlaw Coventrenſis & Lichfeldenſis Epiſcopus ſucceſſit, & poſt biennium Dunelmum eſt tranſlatus. 1386. *Ric.* 2. 10.

34. RADVLPHVS ERGHVM.

RAdulphus Erghum legum Doctor Oxonienſis, cõſecratus in Epiſcopum Sarisburienſem Brugis in Flandria Decemb. 9. 1375. & huc inde tranſlatus Sept. 14. 1388. mortem obijt Apr. 10. 1401. Eccleſiæ Wellenſis Capitulo rectoriam appropriavit de Pucklechurch, & ædes quaſdam in vrbe Wellenſi contulit eis, videlicet, hoſpitium quoddam publicum ſiue diverſorium, quod ea tempeſtate propter inſigne foribus appenſum, Georgij nomen prætulit. Dedit etiam ornamenta ſacrorum, valentia, centum & quadraginta libras. Sacerdotibus porro 14. Collegium fundavit Wellię, ad exitum vici qui inde *Colledge lane* appellatur. Sepultus iacet extra Capellam magno pulpito contiguam, ad Septentrionem, vbi lapidem adoleſcens vidi marmoreum quo tegitur, quod ipſum ſedilia nunc ſuperſtructa operuerunt. 1388. *Ric.* 2. 12.

35. HENRICVS BOWET.

EPiſcopatum ſic vacantem, Papa per proviſionem cõtulit Richardo Clifford Archidiacono Cantuarienſi, cui Rex temporalia reddere recuſavit; ideoque locum ceſſit Henrico Bowetto Legum Doctori, Wellenſi Canonico, tam à Bathonenſibus quam Wellenſibus ſuis legitime electo. Qua de re vide (ſi placet) plura apud eundem R. Clifford Londinenſem poſtea Epiſcopum. Conſecratus eſt Bowettus Novemb. 16. 1401. Rege procerumq; plurimis præſentibus, & Eboracum tranſlatus eſt Decemb. 1. 1407. ſi archiuis Wellenſibus credimus. Archiua vero Archiepiſcopalia perhibent Bubwithum illi ſucceſſorem huc tranſlatum Octobris quinto anno prædicto. Filiam Regis Henrici quarti matrimonio 1401. *Hen.* 4. 3.

Digitized by

monio iungendam Danorum Regi, in Daniam comitatus eſt anno 1406. Eiuſdemque Henrici anno tertio & quarto, Theſaurarium Angliæ extitiſſe comperi.

36. NICOLAVS BVBWITH.

1408. *Hen.4.10.* NIcolaus Bubwith Epiſcopus Londinenſis & Angliæ Theſaurarius, qui hæc tam honorata munia relinquere non eſt grauatus vt Sarisburienſi Epiſcopatu poſſet potiri; illum etiam reliquit libenter, ad Bathonenſem & Wellenſem transferendus. Hic cum concilio Conſtantienſi intereſſet, vnus fuit ex illis triginta qui concilij mandato Cardinalibus adiuncti ſunt in electione Martini quinti Papæ. Reverſus in patriam, ptochotrophium conſtruxit & dotavit, ab Aquilonari parte Eccleſiæ parochialis S. Cuthberti Welliæ, quod multũ auxit quidam Storthwaytus,& nonnihil etiam(de quo poſtea)G.Bourn Epiſcopus quondã,& Iacobus Mountagew qui nunc prçeſt.Alit hodie 24.egenos homines,partim viros, partim mulieres.Appropriauit etiam hic præſul Eccleſiæ noſtrę rectoriam de Buckland-Abbatis;Bibliothecam pulcherrimam conſtruxit ſupra orientalem partem clauſtri; & capellam elegantiſſimam inter duas columnas in naui Eccleſię, è regione ſuggeſtus, in qua ſepultus eſt, atque ſacerdoti pro anima eius ibi miſſificaturo ſalarium aſſignavit. Creditur porro magnam pecuniam eum elargitum ad ſtructuram campanilis quod occaſum ſpectat æſtivum,inde ſumpta coniectura, quod inſignia eius eidem inciſa aliquot in locis oſtenduntur. Non deſunt etiam qui mannerium de Bicknaller Capitulo illum contuliſſe contendant, quod donum fuiſſe conſtat W. Button Epiſcopi, ſicuti ſuperiùs à me demonſtratum eſt. Obijt Octob. 27. 1424.

37. IOANNES STAFFORD.

1425. *Henr.6. 4.* PEr proviſionem Pontificiam Ioannes Stafford, vir nobilitate ſumma,eruditione etiam plus quam mediocri,anno 1425. ad Eccleſiæ noſtræ præſulatum evectus eſt, quem tenuit annos 18. Auguſti vero 23.1443. Cantuariam tranſlatus eſt.

38.

38. THOMAS DE BEKINTON.

THomas de Bekintona Legũ D. & Arcuatæ Curiç Lõdini Decan°(qui ab adoleſcentia ad maturos annos Oxonienſes ſcholas fœliciter celebravit) prętер alia ab eo edita opuſcula,de Regum noſtrorũ in Gallię regnũ iure,quod repudiata (non ſine iudicio) lege Salica, ratiſſimum eſſe voluit, libellum doctiſſime conſcripſit. Quç res multum illi gratiæ peperit apud pium illum Regẽ Hen.ſextum & mox magnos honores;Principalis Secretarij munus,privati ſigilli cuſtodiam, ac tandem Eccleſiæ huiuſce Præſulatum, ad quem conſecratus eſt Octob.13.1443. in Capella nondum abſoluta Collegij Etonenſis, in qua eo ipſo tempore dedicata, primam ipſe miſſam celebravit. Seriem illam domorum Noua opera hodie nuncupata (quæ videlicet à foro Wellenſi ad portam exteriorem pertingit palatij Epiſcopalis) & conſtruxit ille, & conſtructam Capitulo ſuo Wellenſi contulit. In medio foro ibidem, aquæductum condidit ad vſum civium,à fonte dicto S. Andreæ aqua derivata, quæ ibi perpetuo ſcaturiret. Latus Occidentale clauſtrorum ab eo extructum, teſtantur inſignia eius laqueari aliquot in locis infixa. Collegium Lincolnienſe,quod immatura morte pręreptus Flemmingus perficere non potuit, abſolvit ille auxitque plurimum; & contra obliuionem, beneficiorum hoſtem, muris ibidem affigi curavit nominis ſui Symbolum, ſpeculam incenſam (quam Anglicè *Beken* appellamus) & dolium, quod apud nos *Tonn* dicitur. In ædibus vero Epiſcopalibus quid præſtiterit, vt non ſit neceſſe ſingula enumerare,commemoraſſe ſufficiat,in teſtamento ſuo illum profiteri ſex millia marcarum in earum ſtructura & ornatu à ſe impenſa & erogata. Cum iam ætate eſſet ingraueſcenti & valetudinarius, teſtamentum viſum condere. Et quoniam Henrico ſexto (cui tam multum debebat) ſemper fideliſſimus extiterat; Non ſine cauſa verebatur, ne Edwardus iam Rex, qui dictum Henricum regno ejecerat, in demortui opes involaret. Magno igitur ſumptu impetrauit, vt legata à ſe omnia, rata ille haberet, ac ſub magno Angliæ ſigillo teſtamentum confirmaret,quod Novemb. 3.1464. factum eſt. Sed ecce legata quæ ſigillatim aſcribere

1443. *Hen.6.22.*

non pigebit. Eccleſiæ ſuæ Wellenſi reliquit 20. libras ad fabricam Eccleſiæ reficiendam; quatuor ad vſum ſacrorum veſtimenta (vt appellant) pretioſiſſima, deinde 400. libras vnde cappæ emerentur; & vas argenteum ad aquam luſtralem capiendam, decem ponderis librarum; crucem argenteam partim deauratam eiuſdem ponderis; cathedram (adhuc illa ſupereſt) qua Epiſcopus in Eccleſia vteretur; pulvinaria nonnulla & alia quædam ornamenta. Bathonenſi Eccleſiæ calicem legavit, thuribulum, & pixidem argenteã, ponderis vnciarum 30. præter cappas 20. & alia veſtimenta. Collegio Wiccamico Oxoniæ vbi educatus eſt (ſi non, quod etiam traditum reperi, in Mertonenſi) crucem argenteam ponderis 10. librarum; ſacra Biblia in quatuor voluminibus pulcherrimè deſcripta; pelvem argenteam, ponderis 10. librarum; cappas nonnullas & alia minoris momenti. Collegio Wiccamico Wintonienſi crucem argenteam deauratam pond. 9. libr. & 10. vnciarum; duo candelabra argentea eiuſdem ponderis, & veſtimenta ſacra quamplurima. Hoſpitali S. Catharinæ Londini, cui fuerat præfectus, 50. ſolidos. Eccleſiæ parochiali de Sutton Courtney, (cuius olim rector extiterat) veſtimenta neſcio quot & pecuniæ numeratæ 5. libras, pauperibus ibidem diſtribuendas; & pauperibus apud Bedwin (cuius Eccleſiæ dicitur fuiſſe Præbendarius) ſummã conſimilem; ac deniq; (præter veſtimẽta quędam) pauperibus de Bekinton tantundem, vbi loci natum illum nonnulli auguratur & inde ſumpſiſſe cognomen; Id quod mihi nullo modo probatur. Quis enim crediderit benificentiam erga ſolum natale tam anguſtis terminis coercendam? Sed pergo. Auguſtinenſibus Fratribus Briſtoliæ contulit 20. ſolidos; Minoritis de Bridgewater tantundem; Decem ſacerdotibus miſſificaturis pro anima eius, parentum ac benefactorum ſuorum, ac præcipue Humfredi Gloceſtriæ Ducis, Gul. Wiccami Epiſcopi Winton. Ioannis Elmer & Walteri Thurſton, ſingulis 5. libras; & decẽ tenuioris fortunæ ſtudioſis, hebdomadatim 10. denarios, vnicuiq; pro quinq; annorum termino ſolvendos, vt inde in Academia alerentur. Famulorum ſuorum qui eſſent melioris notæ, ſingulis 5. libras; reliquorum, 5 marcas,

marcas, præter pueros quos oportebat accipere ſingulos 40. s. Omnibus deinde ſuis non habentibus quo ſe reciperent, victum exhiberi, & conſuetum ſalarium numerari per tres menſes poſt obitum ſuum, mandavit. Succeſſori voluit offerri 100. libras, ea lege tradendas, vt de ædificiorum reparatione litem non intentaret teſtamenti executoribus; expendendas verò in defenſione iuſtitiæ (vt ipſius verbis vtar) ſi moleſtus eſſe voluerit. Denique executoribus prædictis non plus quam 20. libras ſingulis largitus, reliqua omnia in pios vſus expendenda præcipit. Quinam vero fuerint hij executores (cum fide eximia munus ſibi demandatum obierint) iuvat commemorare. Primo nomen Richardi Swann, qui Præpoſitus fuit Wellenſis & Rector de Yeuelton, ac iam antè in teſtamento Richardi Prateij Ciceſtrenſis Epiſcopi, ſimili ratione hæres extiterat fiduciarius conſtitutus. In foro Wellenſi domicilium hic habuit prope portam palatij. Hugo Sugar, ſecundus appellatus eſt, Legum Doctor, qui Capellam elegantem ex polito lapide ſuis ſumptibus conſtruxit, magno pulpito contiguam, vbi loci lignea iam olim fuerat poſita. Habitavit ille in domo, quæ media eſt inter duas alias, prædio Epiſcopali contermina, Cambraia nuncupato, & ab annis iam triginta mea eſt. Tertius fuit Ioannes Pope, Theologiæ Doctor, Præbendarius S. Decumani & Rector Eccleſiæ de Shyre. Iacent iſti ſimul tumulati (ſicuti à ſenioribus audiui) in medio nauis Eccleſiæ, è regione pulpiti, vbi tres videm⁹ lapides marmoreos ſibi mutuo tam ſimiles quã ouum ouo. Opes ab Epiſcopo relictas impenderunt iſti vniverſas, in Collegio augendo Vicariorum Choralium; quod omnium totius Anglię, eius generis ſpecioſiſſimum reddiderũt. Diem clauſit extremum hic tam egregius Eccleſię noſtrę benefactor, Iannuarij 14. (ſtilo Anglicano) 1464. & tumulo conditus eſt elegantiſſimo, à ſe dum viveret extructo, ab auſtrali parte Pręsbyterij ſito. Atque hic iam finem feciſſem de hoc Pręſule verba faciendi, niſi è re futurum exiſtimaſſem oſtendere, quomodo cœlibes iſti, propinquorum tamen curam non abiecerint. Elocavit ille ad multos annos, Thomę Dawbridgecourt armigero, qui Beatricem duxerat in vxo-

rem affinem eius (ſicuti ex formula conceſſionis à me perlecta didici) prędia quędam Epiſcopalia appellata Green-caſtell, Forsbuts, Garſlade, Bolehurſt & Frogmere; profeſſus in eodem ſcripto, Agnetem Rabeyam, Radulphi Erghū anteceſſoris ſui ſororem, primum, ac poſtea Ioannis Staffordi (cui ipſe ſucceſsit) matrem Emmam, & ſororem Agnetem Bradleyam, eadem prędia ex ſimili conceſsione tenuiſſe.

39. ROBERTVS STILLINGTON.

1465. *Edw.6.5.* DEfuncto Bekintono, in ſucceſſorem electus eſt quidam Ioannes Phreas Bailiolenſis collegij Oxoniæ alumnus, qui ante conſecrationem è viuis exceſſit. Tum Robertus Stillington Legum Doctor Oxonienſis, Archidiaconus Tauntonenſis, priuati primum ſigilli cuſtos, & Angliæ deinde Cancellarius, & eligitur canonice in Epiſcopum, & menſe Aprili 1465. conſecratur. Sub varijs hic Principibus, varia fortuna vſus eſt. Edwardo 4. charus fuit, & plurimis legationibus ſub eo functus, quarum vna neſcio an ipſi fuerit exitialis. Henricus Richmondiæ Comes (qui poſtea regnauit) in Britannia exulabat. Hunc (qui ſolus fere ex Lancaſtrenſi familia ſupererat) à Duce Britannorum dedi ſibi Edwardus poſtulauit, Stillingtoni ea in re vſus miniſterio. Qui parum gnarus, ſeſe, dum apud Regem pręſentem vult gratiam inire, futuri odium capitale incurrere; nihil reliqui ſibi fecit ad ſummam diligentiam, vt innoxium adoleſcentem comprehenſum ad Edwardum, tanquam agnum ad lupum laniandum deuorandumque deduceret. Richardum tertium (licet liberorum patroni ſui parricidam) multum coluit, & temporibus ſub initia principatus ſeruiens, tyranno latus texit in coronatione. Poſtea vero quam res nouas moliri Richmondanum inaudiuit; hominem à ſe tam grauiter lęſum; Richardi rebus ſerio & ex animo ſtuduit. Bis ita peccatum, nec tamen cecidiſſet, (vt reor) niſi tertio impingens, crimine eo grauiori quo turpiori, Regis iam placati iracundiam extimulaſſet. Quomodo Lambertus quidam, ex infima plebe adoleſcens, perſonam ſumpſerit Comitis Warwicenſis in vinculis agentis, & bello Regem Henricum laceſſere auſus fuerit, ſupra in Warhamo p. 191. enarrauimus. Hunc Pſeudowarwicum

dowarwicum, fouiſſe videtur & aliquo pacto iuuaſſe Stillingtonus noſter. Quod ſi eo fecerit conſilio, vt verum Warwicenſem ad regnum eucheret, qui Edwardo quarto nepos fuit ex fratre Georgio: Eiuſdem certe erroris impetu ferri viſus, quo Margareta Burgundiæ Duciſſa Edwardi ſoror; quæ iniquiſſime ferens Henricum Lancaſtrenſem regno potiri (licet fratris Edwardi filiam natu maximã is duxerat vxorem) quaſi familiam Eboracenſem euerſam funditus æſtimaret, niſi Warwicenſis (qui ſolus è maribus eiuſce ſtirpis ſupererat) Henrico Lancaſtrenſi exturbato, ſibi regnum aſſereret: Ad hanc rem efficiendam duos ſcenicos principes aduerſus eum excitauit, Warbecum & hunc Lambertum, quorum opera, moleſtię plurimum Henrico eſt exhibitum, ſicut in Annalib⁹ videre eſt. Statim vt Lambert⁹ deiectus & capt⁹ omnia amicorũ conſilia aperuiſſet; Stillingtono perduellionis crimen intentatum. Cætera narrabit pro me Twynus in Apologia ſua Antiquitatis Academię Oxonienſis. *Stillingtonus, criminis læſæ maieſtatis poſtulatus, ad Academiam Oxonienſem latitandi cauſa ſe contulit. Rex audito Oxoniæ eum commorari; per Edwardum Willoughby Sacellanum ſuum ſcholaribus mandauit, vt Epiſcopum poteſtati ſuæ permitterent, præſertim cum ſatis conſtaret, eum non vt ſcholarem Oxoniæ agere, ſed tantum rebus nouis & incendijs in rep. excitandis vacare. Oxonienſes vero literis reſpondent, ſe, niſi iuramentis ſuſceptis & priuilegijs Academiæ violatis, nihil in Epiſcopum, ſtudiorum gratia apud eos commorantem, poſſe ſtatuere; multoque minus permiſſuros aliquem è ſuis ad iudicium trahi extra Academica ſpatia, reclamantibus priuilegijs, de quorum obſeruatione iuramentis ipſorum cautum eſſet: Adjicientes, vel eam ſolam ob cauſam quod Clericus eſſet, Eccleſiaſticæ cenſuræ metu, nullam ipſi vim auderent intentare. Rex tamen infinita præmiorum ac priuilegiorum ſpe propoſita, Oxonienſes in ſuam ſententiam pertrahere conatur. Neque ſubticuit, ſe Oxonienſium priuilegia euoluiſſe; quæ etſi magna & multiplicia inueniſſet, in nullum tamen incidiſſe, quod iis patrocinaretur qui læſæ maieſtatis rei haberentur. Tandem poſt multas hinc illinc altercationes, viſum eſt ſcholaribus Epiſcopũ Regi tradere, non tamen comprehenden-*

do, ſed regijs miniſtris permittendo. Rex igitur miſſo Willoughbejo ſacellano ſuo, vna cum Edmundo Hamden & Iacobo Parker corpori ſuo à cuſtodijs ; Epiſcopum Oxoniæ captum Windeſoram curauit mittendum menſe Octobri 1487. vbi ad obitum vſque manſit in cuſtodia. Deceſſit vero ſub exitum Iunij 1491. conſtructa interim capella ſpecioſiſſima iuxta clauſtra (in qua conditus eſt) ſed auibus haudquaquam fauſtis. Nam vna cum Aula palatij Epiſcopalis, à Gateſio antea p. 382. commemorato, diruta eſt, vt ex diuendito plumbo quo hęc ædificia operiebantur pecuniam corraderet. Et hęc ſiue plumbi ſiue auri ſitis effecit, vt ijdem homines, qui adoleſcentes Epiſcopum viderant viuentem florere, & mortuum tumulari, non ſolum capellam quam à fundamentis abeo excitatam quoque viderant, euerſam, ſed tumulum diſiectum & miſeras hominis reliquias plumbo excuſſas quo fuerant inuolutæ, ætate poſtea prouectiores conſpexerint.

40. RICHARDVS FOX.

1491. *Hen. 7. 7.* ILli defuncto mox ſufficitur, Richardus Foxus Epiſcopus Exonienſis, qui huc tranſlatus eſt menſe Februario 1491. & poſt triennium Dunelmum.

41. OLIVERVS KING.

1495. *Henr. 7. 11.* OLiuerus King Legum Doctor, collegij Regij Cantabrigiæ aliquando ſocius, Amanuenſium Regiorum princeps, ſiue (vt loquimur) ſummus Secretarius, in Epiſcopum Exonienſem anno 1492. conſecratus, Foxo tam hic quã Exoniæ ſucceſſit, tranſlatus Nou. 6. 1495. Eccleſiæ ſuę Bathonenſis fabrica veteri demolita, nouam egregij operis exorſus, quo minus perficeret, morte fuit interpellatus. Opus deinde aliquantulum promouit Hadrianus qui ipſi ſucceſſit. Sed & hic etiam imperfectum reliquit. Gulielmus Bird Priorum cœnobij poſtremus, aliorum beneficentia adiutus, extremam breui manum videbatur impoſiturus, quando cœnobij ruina templum quoque inuoluit. Vt à ferreo ſeculo ad deterius, plumbeum nimirũ nos recidiſſe cognoſcas ; plumbi eadem cupiditas quæ capellam B. Mariæ & aulam Epiſcopalem

palem Welliæ euertit, Bathonenſem quoq; Eccleſiam tantũ non peſſumdedit. Operimentum plumbeum abripitur, & materia ad fabricam perficiendam parata, diuenditur. Nec ſpes erat, cætera quæ adhuc relicta erant non peritura, donec bonorum virorum conſilio, ex ſtipe emendicata, pro plumbo ablato tegulæ reponerentur. Eadem etiam ratione, vitro paulatim feneſtræ obducuntur, & pars choro deſtinata quodammodo perfecta, opera præcipue Billetti cuiuſdam, qui ab Angliæ Neſtore Cecilio moriente, pecuniam ferebatur accepiſſe magnam in pios vſus impendendam. Sed procul adhuc erat vt abſolueretur Eccleſia, donec egregia hodierni præſulis liberalitas omnes tandem defectus ſuppleuit; quæ de re ſuo loco. Exceſſit è viuis Oliuerus Ianuarij 24. 1503. & ſepultus creditur à nonnullis (quod tamen mihi non eſt veriſimile) in capella quadam ab auſtrali parte chori Windeſorenſis; è regione cuius capellæ, imagines depictas videmus Henrici ſexti & Edwardi Principis filij eius, Edwardi itidem quarti & Henrici ſeptimi cum hoc elogio.

Orate pro D. Oliuero King iuris profeſſore, ac illuſtris Edwardi (primogeniti Henrici ſexti) & ſereniſſimorum Regum Edwardi quarti, Edwardi quinti, & Henrici ſeptimi principali Secretario, digniſſimi ordinis Garterij Regiſtrario, & huius ſancti collegij Canonico anno Domini 1489. *& poſtea per dictum illuſtriſſimum Regem Henricum ſeptimum anno* 1492. *ad ſedem Exonienſem commendato.*

42. HADRIANVS DE CASTELLO.

INnocentius 8. Papa, propter ſeditionem quandam in Scotia excitatam, miſit illuc Hadrianum quendã de Caſtello, quem propter ſapientiam aliaſq; animi virtutes, ad res ibi componendas aptiſſimum iudicauit. Is Londinum vſque progreſſus, certior ibi fit, Scotorum Regem à ſuis prælio cæſum occubuiſſe. Dum ibi ſe pauliſper reficeret, in familiaritatem peruenit Ioannis Mortoni Cantuarienſis Archiepiſcopi; qui hominis egregias animi dotes exoſculatus, eruditionem inprimis eximiam cum prudentia non vulgari coniunctam; Regi author fuit, vt negotia illius omnia in Roma-

1505. *Henr.7. 21.*

na curia expedienda, ipſi committeret curanda. Quod munus ea geſſit ſolertia fidelitateq;, vt anno 1503. Epiſcopatu Herefordenſi vacante, eo præſulatu labores eius remunerandos Rex cenſuerit; vnde anno vnico tranſacto, ad hanc noſtram ſedem transferendum eum curauit. Interea vero Alexander 6. Papa paulo ante tranſlationem eius, in Cardinalium collegium eum cooptauit, cum iam antea ſupremus illius Quęſtor fuiſſet & Secretariorum ſiue Amanuenſium primarius. Ea dum obiret munia, opes ſibi comparauit affluentiſſimas; quibus inhians bonus ille Pontifex prædictus, hominem decreuit veneno tollere, vna cum alijs aliquot Cardinalibus, qui diuitijs itidem abundare noſcebantur. Huius rei exequendæ gratia, ad vmbroſum Vaticani ruris fontem conuiuium apparari placet opiparum, vbi medicata Falerni vini lagena pocillatoris errore commutata, quam dira fraude ad Cardinalium antedictorum, qui conuiuio aderant, exitium honoris ſpecie parauiſſet; fatali pincernæ errore, ſibi mortem comparauit, & filio ſuo Cæſari (omnium bipedum vno patre excepto nequiſſimo) ſupremam calamitatem. Hic enim qui dilutius biberat, exquiſitis antidotis, vel ipſo iuuentutis robore veneni vim ſuſtinente, atrociſsimo quidem, ſed non letali morbo correptus eſt; Sic, vt magnis ſtipatus copijs dux acer, ſibi vſui eſſe nequierit, & dilabente milite, duos veteres hoſtes pauciſsimis diebus Pontifices creatos viderit. At Pater Pontifex iam ſenio grauis, cum veneni vim diù ferre non poſſet, animam ſceleratiſsimã exhalauit. Hoc mortis genere extinctꝰ eſt Alexander ſextus, ſui ſęculi monſtrum. Et ſic potentia excidit tam exquiſitis artibus, tantis ſudoribus, totque ſceleribus comparata Valentinus ille, cuius prudentiam Machiauellus, Atheorum Apollo, tantis laudibus concelebrat. Guicciardinus (qui inter alios hæc tradidit) author porro eſt, *& patris & filij frequentem fuiſſe conſuetudinem, vt veneno non modo aduerſus hoſtes vltionis vel metus gratia vterentur; verum etiam nefaria diuitum proprijs facultatibus ſpoliandi cupiditate, in Cardinales & alios aulicos, etiamſi nullam vnquam ab ijs iniuriam accepiſſent; cuiuſmodi fuit ditiſsimus ille S. Angeli*

Angeli Cardinalis: quin etiam amiciſſimos coniunctiſſimoſque eodem modo acceperunt, vt Capuanum & Mutinenſem Cardinales, qui eis vtiliſſimi fidiſſimique miniſtri fuerant. Sed redeamus ad Hadrianū noſtrum, qui cum huic ſedi annos 12. præfuiſſet, hoc præſulatu & cæteris omnibus Eccleſiaſticis promotionibus hac ratione excidit. Alphonſus Petruccius Cardinalis, Pandulphi Senenſium reguli filius, qui Leoni decimo in electione ad Papatum ſuffragium inter promptiſſimos detulerat, ægerrimè ferens Borgeſium fratrem ſuum à regno paterno depulſum, idque per eum cuius dignitatem ipſe tam ſedulò promouiſſet; fratris vlturus iniuriam, ſibique male redditam gratiam, in necem prędicti Leonis, vna cum Hadriano hoc noſtro & aliquot alijs Cardinalibus coniurat. Quorum, Petruccius, coniuratione detecta, pœnam capite luit, carnificis Orlandi manu in mole Hadriani ſtangulatus. Cæteris, veniam promiſit Leo, modo crimen admiſſum liberè & ingenuè vellent confiteri; quod cum feciſſent omnes, interque eos Hadrianus, fidem nihil fefellit, nam iniuriæ gratiam fecit & condonatos dimiſit. Hadrianus tamen, ſiue pudore & ignominia tanti facinoris, ſiue metu adductus, haud ſinceram fore hanc gratiam; habitu mutato ex vrbe clam aufugit, & latebris ſe occultauit tam fidis, vt nunquam poſtea agnitus aut viſus, vbi vixerit aut interierit à nemine vnquam mortalium fando ſit auditum. Quænam cauſa hominem ab initio permouerit ad hæc tam periculoſa conſilia, à me nondum expoſitum eſt. Hanc reddit P. Iouius in vita Leonis, idque his fere verbis: *Erant in Leonem cateri coniurati, aly alias atque alias ob cauſas infenſis animis. Hadrianus nulla animi maleuolentia, ſed vana regnandi cupidine inductus, eius interitum auide expectabat. Certam enim ſpem adipiſcendi Pontificatus conceperat ex oraculo fatidicæ mulieris, quæ cum pleraque iampridem interroganti de ſua & publica rerum fortuna exactiſſime prædixiſſet, conſtanter etiã affirmauit fore, vt Leonis immatura morte ſublato, ſuccederet vir ſenex nomine Hadrianus, obſcuro natus loco, literarum ſtudijs inſignis, qui ſacros honores ſola vixus virtute ſine vlla maiorum commendatione meruiſſet. Hæc omnia ſibi vni aperte congru-*

congruere videbantur. Nam Corneto infami Tuscorum oppido ortus, familia tenui & prope sordida, vno bonarum literarum beneficio singulas sacrorum ordinum dignitates fuerat consequutus. Neque vetulæ oraculum fidem fefellit: Nam Hadrianus senex Batauus, egeni opificis (ceruisiæ coctoris) *filius, doctrina illustris, post Leonem, prodigiosa fœlicitate Pontificatum adeptus est.*

43. THOMAS WOOLSEY.

1518. *Henr.* 8. 10. THomas Wolsæus Cardinalis & Eboracensis Archiepiscopus, Ecclesiæ Bathonensis & Wellensis (exauthorato Hadriano) fuit commendatarius, donec anno 1518. sponte abdicauit, vt hunc Episcopatum pro opulentiori, nempe Dunelmensi permutaret.

44. IOANNES CLERK.

1523. *Henr.* 8. 15. IOannes Clerk S. Theologiæ Doctor Cantabrigiensis & Rotulorum Præfectus, consecratur anno 1523. Eius opera in legationibus multum vsus est Henricus octauus; qui cum Lutherum scripto libello oppugnasset, huic librum prędictum Pontifici exhibendum tradidit. Oratio ab illo habita in Cardinalium consistorio hac de re, sane non inelegans, edita est vna cum libro. Legatio illa dignitatem Episcopalē illi peperisse visa, sed alia mortem. Ad Cliuensem Ducem anno 1540. missus vt rationem redderet, cur Annam sororem eius Rex repudiasset, ingrati nuncij ingratam tulit mercedem, veneno infectus (vt perhibent) in Germania; vnde magna cum difficultate reuersus, obijt mense Februarij 1540. cum sedisset annos 18. & in Monialium Cœnobio sepultus est, quod Mineryes Londini appellatur.

45. GVLIELMVS KNIGHT.

1541. *Henr.* 8. 33. GVlielmus Knight Legum Doctor & Collegij Wickamici Oxoniæ aliquando socius, qui etiam sub Henrico 8. multas Legationes obiuit, consecratus Maij 29. 1541. sedit supra 6. annos, menses 4. & Septembris 29. 1547. defunctus, ibi iacet humatus, vbi suggestum in naui Ecclesiæ

Digitized by Google

conſtruendum, moriturus ordinauit. In foro vrbis Wellenſis crucem habemus opere exquiſito fornicatam & 18. columnis ſuſpenſam. Quatenus illius author & conditor fuerit hic Antiſtes, elogium eidem inciſum indicabit, cuius hęc eſt ſententia:

Ad honorem Dei omnipotentis, & commodum pauperum, mercatum Wlliæ frequentantium, impenſis Gulielmi Knight Epiſcopi, & Richardi Wooleman huius Eccleſiæ Cathedralis olim Decani, hic locus erectus eſt. Laus Deo, pax viuis, requies defunctis. Amen. A.D. 1542.

40. GVLIELMVS BARLOW.

GVlielmus Barlow S. Theologiæ Doctor, apud S. Oſithæ olim Canonicus, in Epiſcopum Aſſaphenſem conſecratus eſt ſub exitum anni 1535. Meneuiam deinde Aprili ſequente tranſlatus, ſedit ibi loci annos 13. donec videlicet Knighto defuncto, ſucceſſor in hac Eccleſia deſignatur. Ad regnum euectâ Mariâ, in Germaniã profugit, ibique exul inopem vitam vt potuit tolerauit, donec rerum potita Elizabetha, reuocatum, Ciceſtrenſi præfecit Eccleſiæ, quam decem annos rexit, annoque 1569. ab hac denique luce migrauit, & in Eccleſia ſua ſepultus eſt. 1549. *Edw.6.3.*

41 GILBERTVS BOVRN.

IN exilium pulſo Barloo, ſubſtituitur à Maria Regina, Gilbertus Bourn, S. Theologiæ Doctor, Archidiaconus Londinenſis, & olim Collegij Omnium Animarum Oxoniæ ſocius, quæ Walliæ porro Præſidem eum conſtituit. Cum in Edwardo ſexto Rege, indoles quantumuis prędara, in tam tenera ętate, ſacrilegorum manus ita non poſſet cohibere, vt prędiorum Epiſcopalium partem pluſquam dimidiam vbique fere non abſtulerint; Euerſa (quantum auguror) perijſſet funditus hæc ſedes, niſi oportunitatem nactus ex quorundam interitu Barlous, ex pietate vero Reginæ Mariæ Burnus, ea retinuiſſent, & tanquam bolum à ſacrilegis iamiam deuorandum eripuiſſent, quęcunque hodie vel ad Epiſcopum, vel Archidiaconum Wellenſem quouis modo ſpectant, 1554. *Mariæ.2.*

Digitized by Google

ſpectant, necnon rectoriæ de Duluerton & Long-ſutton, quæ Capitulo à Regina prędicta reſtitutæ ſunt. Hic porro ſi diutius paulo perſtitiſſet, multa putatur alia retracturus, de quibus iam ſpes ſupereſt exigua. Xenodochio à Bubwitho conſtructo, neſcio quid prędiorum Epiſcopalium vili pretio elocauit, vt pauperum ibidem inopiam ſubleuaret, & Vicariorum choralium benefactor extitit. Dicitur eum Collegium neſcio quod molitum, quod ibi loci inſtituere decreuerat, vbi prope portam exteriorem palatij Epiſcopalis, Canonicalis domus cernitur. Sed irritum reddidit hoc conſilium Reginæ mors, vel ſua potius ipſius peruicatia, qui cum iuramentum ſuſcipere recuſaret de ſuprema Regum poteſtate, exauthoratus eſt (vna cum pleriſque alijs illorum temporum Epiſcopis) & in cuſtodia libera habitus apud Decanum Exonienſem. Siluertonæ obijt Sept 10. 1569. & in Eccleſia Parochiali ibidem ab auſtrali parte altaris iacet tumulatus.

48. GILBERTVS BARKLEY.

1559. *Eliz.2.* GIlberto ſucceſſit Gilbertus, Barkleius Bourno, in Norfolcia quidem natus, ex familia tamen (quod inſignia tumulo eius à fœcialibus appenſa videntur atteſtari) antiquiſſima illa iuxta ac nobiliſſima Baronum de Barkley. Conſecratus eſt in Epiſcopum huius ſedis vltimo die anni 1559. hoc eſt, Martij 24. & cum annos præfuiſſet pene 22. iam octogenarius, Lethargicus obijt Nouemb. 2. 1581. & ab Aquilonari parte ſummi altaris tumulo conditus eſt è polito lapide haud nimium ſumptuoſo.

49. THOMAS GODWIN.

1584. *Eliz.27.* THomas Godwinus, genitor mihi multis nominibus reuerendus, Okinghamiæ ortum habuit in comitatu Berkenſi, in cuius oppidi ſchola, prima literarum rudimenta percepit. Adoleſcentiam ingreſſus, ad Academiam ſe contulit Oxonienſem, ibique in numerum ſociorum cooptatus eſt Collegij Magdalenenſis, & liberalitate adiutus (quoad is vixit) Laytoni Decani Eboracenſis (quod gratitudinis ergo

ergo libenter memoro) bonis literis operam dedit, donec Artium magiſter creatus, Pontificiorum factione (qui reformationis ſtudioſum quouiſmodo amoliri ſatagebant) neſcio quid prædioli oblatum eſt, modo ſcholæ Barkleyenſis moderationem vellet ſuſcipere, abdicata Magdalenenſi ſocietate. Quam conditionem libenter accepit ſub exitum regni Edwardi ſexti, & ducta in vxorem Iſabella, Nicolai Pureſeij de Shalſton in Comitatu Buckingamenſi Armigeri filia, quod temporis à docendi munere vacuum nactus eſſet, in ſtudio impendit Theologiæ partim, partim etiam artis medicæ, vnde, cum temporibus Marianis ab inſtitutione puerorum ſibi commiſſorum arceretur, victum ſibi ſuiſque honeſtum comparauit, quanquam à Bonero Londinenſi Epiſcopo perquiſitus ſubinde, ad latebras confugere, & habitationis loca ſæpe cogeretur commutare. Ordines primos accepit à Bullingamo Lincolnienſi primum, mox Wigornienſi Epiſcopo (cui fuit à ſacris) Elizabetha primum regnante. Huic vero Principi in tantum placuit erudita facundia in homine quem corporis proceritas & formæ ſumma dignitas commendabat, vt inter eos qui ſolennes conciones Quadrageſimales pro more in regia habebant, 18. per annos nunquam non fuerit aſcitus. Reginæ interim antedictæ deſignatione Decanus factus Ædis Chriſti Oxoniæ anno Regni ſeptimo, inde poſt ſeſquiannum ad Decanatum Cantuarienſem vocatus eſt. Id muneris cum adminiſtraſſet annos decem & octo, ad Præſulatum huius Eccleſiæ, poſt vacationem triennalem, conſecratus eſt Septembris 13. 1584. ſeditque annos 6. menſes duos & dies inſuper 6. Quo tempore exacto, annos natus 73. Nouemb. 19. 1590. eo ipſo in oppido (ita caſus tulit) vitam finijt mortalem immortalem accepturus, in quo primum viuere cœpiſſet; ibique ſepultura eſt conditus in Auſtrali latere Cancelli, prope monumentum in muro fixum, tenuitati eius qui illud ſtatuit, quam tanti viri virtutibus congruentius. Id qualecunque ſit hæc habet verba inſcripta:

M. S.

M. S.

Parentis chariſſimi, patris verè reuerendi, Thomæ Godwyni, ſacræ Theologiæ Doctoris, ædis Chriſti Oxon. primum, ac deinde Cantuarien. Decani, Bathon. demum ac Wellen. Epiſcopi, qui hoc in oppido natus, hic etiam (dum valetudinis recuperandæ gratia ex medicorum ſententia huc ſecedit) quartana febre confectus, mortalitatem exuit Nouemb. 19. 1590. conſ. ſuæ anno ſeptimo, & hic iacet expectans aduentum magni Dei.

P.

F. Franc. Godwyn Exon. Subdecanus.

50. IOANNES STIL.

1592. *Eliz. a. 35.* POſt luctuoſum parentis mei obitum, vacavit per biennium ſedes: Ad quam conſecratus eſt tandem, Ioannes Stil ſacræ Theologiæ Doctor, & Collegij S. Trinitatis Cantabrigiæ Præſes, menſe Februario 1592. Obijt Febr. 26. 1607. & per teſtamentum legavit ad ptochotrophium in civitate Wellenſi condendum quingentas libras, id quod à filio teſtamenti executore optima fide præſtitum audio. Tumulo iacet alabaſtrino conditus, elegantiſſimo ſane, è regione Barkleij.

51. IACOBVS MOVNTAGV.

1608. *Iacob. 6.* IAcobus Mountagu ſacræ Theologię Doctor, Wigornienſis olim, hodie vero Capellæ Regiæ Decanus, conſecrationis ritibus inauguratus eſt Apr. 17. 1608. Ex Montacutorum hic ortus familia (qui Comites Sarisburienſes per aliquot ſecula floruerunt, inter quos Thomas, Margaretâ matre natus eſt, Edwardi primi Regis nepte ex filia eius Ioanna, quæ Ptolemaïde in lucem edita eſt, patre Rege antedicto Saracenos ibidem oppugnante) genitorem habuit Edwardum Mountagu de Boughton in Comitatu Northamptonenſi Equitem auratum. Virtutibus tamen iſte quam natalibus vel tantis nobilior (quod nemo niſi invidus negauerit) in Collegio Chriſti Cantabrigię bonarum literarum ſtudio incubuit, donec gubernaculo admotus eſt Collegij Sidneiani tum primum

mum inſtituti ; in cuius ſtructura multum ab eo laboris ac ſollicitudinis ſuſceptum eſt, quodque plurimum & auxit & ornavit. Nam prædia illi contulit 20. marcas annuatim pendentia: Inferioris partis Capellæ ibidem parietes, aſſeribus affabre compoſitis obduxit: Et Academicis author fuit aquam vivam ſalientemque Cantabrigiam deducendi, ſic vt ad Collegium prædictum perveniret (quod negotium centum ipſi libris conſtitit) Ac denique multis alijs rationibus Collegij commodis proſpexit. Welliam poſtquam venit, magnam inſumpſit pecuniam in ædibus Epiſcopalibus reficiendis ornandiſq; tam Banwellenſibus quam Wellenſibus. Ac Wellię quidem capellam illam à Iocelino Epiſcopo conſtructam,ſed Epiſcopatu ad paupertatem redacto,neglectam per annos iam elapſos ſexaginta, maximo haud dubie ſumptu curavit purgandam, reficiendam, organis muſicis alijſq; ornamentis inſtruendam, ſic vt pulchritudine & magnificentia pauciſſimis Angliæ capellis hodie cedat, à me ſaltem hactenus viſis. Ptochotrophij deinde pauperes ſua multum iuvit beneficentia: Et(quod inter facinora noſtri ſeculi pulcherrima numerãdum duco)ad Eccleſiam Bathonenſem perficiendam(quam ante centum annos cœperat conſtruere Oliverus King Epiſcopus) hic Præſul noſter mille contulit libras noſtrates, hoc eſt aureorum Gallicorum 3333. & præterea, ſumptu non leui, ſuggeſtum ibidem excitauit, ex polito lapide pulcherrimum.

Secundum rationem regiſtrorum fiſcalium, valet annuatim hic Epiſcopatus 533.*l.&* 15.*d. Pontificiq; Romano ad noui cuiuſque Epiſcopi ingreſſum pendebat olim (quod miror) florenos duntaxat* 430. *cum inter opulentiſſimos Angliæ ea tempeſtate cenſeretur.*

DEcanatum in hac Eccleſia erexit primus Robertus Epiſcopus, regnante Stephano Rege, circa annum Domini 1150. Iuone quodam Decano ibidem conſtituto. Huic iam inde ab eo tempore, ſucceſſerunt in eo munere qui ſequuntur.

2.

2. Richardus de Spakeſton. 1160.
3. Alexander.
4. Lebnius. 1205.
5. Radulphus de Lechlade.
6. Petrus de Ciceſter.
7. Gulielmus de Merton. 1236.
8. Ioannes Saracenus. 1241.
9. Ægidius de Brideport. 1255. Epiſcopus Sarum. 1256.
10. Edwardus de la Knol. 1256.
11. Thomas Button. 1284. Epiſcopus Exon. 1292.
12. Gulielmus Burnel. 1292.
13. Walterus de Haſelſhaw 1295. Epiſcopus Bathon. & Wellen. 1302.
14. Henricus Huſee. 1302.
15. Ioannes Godeley. 1303.
16. Richardus de Bury. 1333. Epiſcopus Dunelmenſis. 1334.
17. Wibertus de Littleton electus, nondum inſtallatus obijt. 1334.
18. Walterus de London. 1336.
19. Ioannes de Carlton. 1353.
Gulielmus de Camel electus, non conſenſit electioni. 1361.
20. Stephanus de Penpell. 1361.
21. Ioannes Fordham. 1379. Epiſcopus Dunelmenſis. 1381.
22. Thomas de Sudburia. 1381.
23. Nicolaus Slake. 1396.
24. Thomas Stanley. 1402.
25. Richardus Courtney. 1409.
26. Walterus Metford. 1413.
27. Ioannes Stafford Epiſcopus Bathon. & Wellen. 1425. & Cantuar. Archiepiſc. 1443.
28. Ioannes Foreſt. 1425.
29. Ioannes Delabere Epiſcopus Meneven. 1447.
30. Nicolaus Carent. 1448.
31. Gulielmus Witham. 1467.

32.

32. Ioannes Gunthorp. 1472.
33. Gulielmus Coſin. 1498.
34. Thomas Winter. 1525.
35. Richardus Woolman.
36. Thomas Cromwel. 1537.
37. Gulielmus Fitzwilliams. 1540.
38. Ioannes Goodman. 1548.
39. Gulielmus Turner. 1550.
40. Robertus Weſton. 1566.
41. Valentinus Dale. 1574.
42. Ioannes Herbert. 1589.
43. Beniamin Heydon. 1602.
44. Richardus Meredith. 1607.

DE EPISCOPIS EXONIENSIBVS.

POstquam ad Christianam religionem, Comitatus Deuonienſis & Cornubienſis populi converſi ſunt; Epiſcoporum qui Occidentalium Saxonum dicti ſunt, iuriſdictioni, aliquandiù ſuberant, quorum ſedes Dorceſtrię non procul Oxonia primum eſt conſtituta. Cathedrâ poſtea Wintoniæ etiam collocatâ circa annum Domini 660. omnes inde regiones in occaſum vergentes, Antiſtitis nouæ ſedis commiſſæ ſunt regimini, cui parebant, donec anno 705. Sherbornenſe Monaſterium in Eccleſiam Cathedralem commutatum eſt, & inter alias, hę quoq; regiones dioceſi eius incluſę. Poſt annos deinde ducentos, anno nimirum 905. Plegmundus Cantuarienſis Archiepiſcopus, ad Regis mandatum (qua de re ſupra pluribus deſeruimus) ſedes Cathedrales tres nouas erexit; Welliæ in Comitatu Somerſetenſi vnam; in Cornubia aliam, ac tertiam denique in Deuonia. Athelſtano Cornubienſi Antiſtiti (vt de Wellenſibus hic nihil à me dicatur, de quibus abunde ſupra) ſedes Cathedralis in Eccleſia S. Petroci primum conſtituta eſt Bodminæ, poſtea vero ad S. Germani tranſlata. Werſtanus vero Devonienſibus Pręſul deſignatus, Tawtonæ primum conſedit, mox Creditonam migravit, quæ hodie vulgo Kirton. Athelſtani ſucceſſores, Corpubiorum Epiſcopi, hij traduntur extitiſſe:

Conanus.
Ruydocus.
Aldredus.
Britwinus.
Athelſtanus ſecundus, qui vixit anno 966.
Wolfi.

Woronus.

Woronus.
Wolocus.
Stidio.
Adelredus.
Burwoldus.

Circa annum Chriſti 1040. (aut non multo pòſt) Eccleſia S. Petri Exoniæ (his dioceſibus in vnam coaleſcentibus) vtrique communis ſedes conſtituta, prout iam inde ab eo tempore ſemper habita eſt. De cuius Eccleſiæ ſtructura, hæc traduntur. Intra præcinctum eius loci qui hodie dicitur Clauſum ſiue territorium S. Petri, fuerunt antiquitùs cœnobia tria; vnum ſanctimonialium, vbi ædes Decani nunc ſitæ ſunt; alterum, Monachis (vti creditur) ab Ethelredo Ethelwolfi Regis filio conſtructum circa annum Chriſti 868. ac tertium Benedictinis poſitum ab Athelſtano Rege anno 932. ibi fere vbi orientalis pars Eccleſiæ Cathedralis nunc eſt, de quo apud Hookerum neſcio quis ſic ſcriptum reliquit: *Hanc vrbẽ primus Rex Athelſtanus in poteſtatẽ Anglorum, effugatis Britonibus, reductã, turribus munuit & muro ex quadratis lapidibus cinxit, ac antiquitus vocatam Monkton, nunc Exeter appellari voluit; ac ibi ſedens manſum quoddam dedit ad fundandum Monaſterium pro Monachis Deo & S. Petro famulantibus, &c.* At enim præter ſumptus ſtructuræ, prædijs etiam dotavit hoc cœnobium, quorum præcipue memorantur Morſhut & Treasbeare quę hodie ad Theſaurarium Eccleſię Cathedralis noſcuntur pertinere. Danis vero vniverſam hanc regionem populantibus, & igni ac ferro magna cum crudelitate vbique ſæuientibus, Monachi omnes aufugerunt, & cœnobium habitatoribus vacuũ deſertum iacuit ad tempora vſque Edgari Regis, qui ad civitatem accedens, vt Ordgarum Devoniæ Comitem inviſeret ſocerũ ſuũ, ædificia refecit deſtructa, ac Monachos ibi collocauit, quibus Abbatẽ præfecit Sidemannum, Epiſcopũ poſtea Criditonenſem. Poſt reſtaurationẽ huiuſmodi, anni iam effluxerãt vix quinquaginta, quando Swanus Danorum Rex obſidione cinctã civitatem, cepit tandẽ anno 1019. & captã incendit, cœnobio etiam S. Petri eodẽ incendio abſumpto ac deleto. Breui tamen pòſt,

Canutus filius eius, paterna ſcelera cupiens expiare; Cœnobium, intercedente Procerum ſuorum quodam cui nomen Atheldredi, reſtauravit iterum, & reſtauratum Athelwoldo Abbati tradidit, necnon & vnà, omnia prædia antiquitùs ad illud pertinentia; confecto inde diplomate anno 1019. Poſt annos tum 30. Edwardus Confeſſor Exoniam veniens, Leofrici Creditonenſis Epiſcopi conſilio, qui multum apud illum poterat; amandatis Weſtmonaſterium Monachis, ſedem Cathedralem illius Dioceſis illuc transfert. Qua re confecta, Leofricus, Cœnobia vicina antedicta diruit, vt nouis incolis (Canonicis) locum faceret. Anno deinde 1112. Guliel. Warelwaſt, Eccleſiam ſuam, quæ tunc temporis ampliõr non erat quã capella B. Marię amplificare aggreſſus, fundamenta iecit chori, quem ædificatum nauem Eccleſiæ conſtituit, veteri Eccleſia in chorum converſa. Tum poſt annos ferme ducentos, Petrus Quivil, navem Eccleſiæ cœpit conſtruere; cui Ioannes Grandiſſonus binos ab vtroque latere arcus adiecit, & è polito ſaxo teſtudine vniverſam ædem cooperuit. Edmundus Lacy anno 1450. domum Capitularem ſuis ſumptibus extruxit; Decanus vero & Capitulum clauſtra circa id ipſum tempus. Hinc patet (quod perpendenti mirum videatur) Eccleſiæ huius ſtructuram ab Athelſtano Rege cœptam, quingenteſimo pòſt anno vix perfectam: Quæ tamen eam habet elegantiam & omnium partium ſymmetriam aptamque inter ſe proportionem, vt quicunque eam ſpectarit, ab vno eodemque homine inchoatam primùm ac denique abſolutam facile crediderit. Ad Epiſcopos nunc accedamus Devonienſes, qui apud Northtawton primo conſederunt (vti diximus) & poſtea Creditonam ac inde Exoniam migraverunt.

1. EADVLPHVS.

EAdulphus, Hookero (ſed perperam) Werſtanus, primus Devonienſium Epiſcopus conſecratus (vti ſupra retulimus) anno 905. cum annum vnicum ſedisſet extinctus fertur & in Eccleſia ſua ſepultus.

2.

2. PVTTA.

PVtta (ſicut anteceſſor) Tawtoniæ ſedem habuit. Credintonam profectus, Regi obſequium exhibiturus; aut (vt nonnulli habent) Vffam inviſurus procuratorem Regium, à famulis Vffæ prædicti in via obtruncatus eſt. Quæ res occaſionem dediſſe putatur, ſedem Creditonam transferendi.

3. EADVLFVS.

EAdulfus Alffij frater, Comitis, vel Ducis (vt volunt) Devonienſis, in Epiſcopū, huius dioceſis conſecratus, Creditonæ inſtallatus eſt, vbi annos 22. Præſulatum tenuit. Obijt anno 932. & in Eccleſia ſua ſepultus eſt. Illo ſedente, Edwardus ſenior Rex, contulit ſedi huic manneria tria, videlicet Polton, Celing & Lanwitham, idque (vt habet liber Wintonienſis) *vti ſingulis annis Epiſcopus viſitaret gentem Cornubienſem ad exprimendos eorum errores. Nam antea* (inquit ille) *in quantum potuerunt veritati reſiſtebant, & decretis Apoſtolicis non obediebant.*

4. ETHELGARVS.

SVcceſſit Eadulfo Ethelgarus anno 932. qui cum annos ſediſſet 10. deceſſit & in Eccleſia ſua Creditonenſi fertur humatus.

5. ALGARVS.

ALgarus, annos ſimiliter 10. præfuit & anno 942. vitam cum morte quando commutaſſet, in Eccleſia prædicta tumulatus eſt.

6. ALFWOLDVS.

ALfwoldus (ſecundum Weſtmonaſterienſem) Algaro ſucceſſit, Dunſtani opera Epiſcopus deſignatus anno 952. Sedit annos 20. & anno 972. iuxta anteceſſores ſepultus eſt.

7. ALVVOLFVS.

ALwolfus consecratus anno 927. post nouennium decessit & in Ecclesia sua sepelitur.

8. SIDEMANNVS.

ABbas Monasterij D. Petri Exoniæ succesit nomine Sidemannus. Quo sedente, Dani vniuersam Deuoniam necnon & Cornubiam populati, Bodminam & Ecclesiam Cathedralem S. Petroci vna cum ædibus Episcopalibus ibidem incenderunt. Quæ res occasionem dedit, sedem ad S. Germani transferendi; vnde non migrauit, donec Cornubia cum Deuoniâ vnitâ, Exoniæ vtrisque sedes constituta est. Obijt Sidemannus anno 990. & Criditonæ tumulatus est.

9. ALFREDVS.

ALfredus (Diceto Alfricus) Abbas Malmesburiensis, tum proxime consecrat°, vir doctus habebatur & scriptos reliquit libellos duos, *De rebus cœnobii sui*, & *De rerum naturis*. Obijt anno 999. cum sedisset annos 9.

10. ALFWOLDVS.

ALfwoldus, (secundum Dicetum) Alfredo vel Alfrico succedens, prę fuit annos 15.

11. EADNOTHVS.

ALfwoldo, Malmesburiensis & Florentius Wig. (scriptores his temporibus vicini) subijciunt Eadnothum, ab Hooketo & alijs omissum. Verum quia & in alijs ab eo dissentiunt, eorum Catalogum subiungam.

Eadulphus.
Æthelgarus.
Alfwoldus.
Sidemannus.
Alfricus.
Alfwoldus.
Eadnothus, *al.* Wine.

12.

12. LIVINGVS.

DE Liuingo non ambigitur, quem ex Abbate Tauistokenſi Epiſcopum Creditonenſem anno 1032. conſecratum, omnes conſentiunt. Hic nepos Brithwoldi ſiue Burwoldi Cornubienſium Epiſcopi, illo mortuo, præſulatum eius ſuo coniungendum curauit; nec eo contentus, Wigornienſem etiam aſſumpſit, & vnus omnes rexit quoad vixit. De illo ſupra fuſius inter Wigornienſes.

EPISCOPI EXONIENSES.

1. LEOFRICVS.

EPiſcoporum huius dioceſis qui Exoniæ ſedem habuerunt, omnium primus extitit Leofricus; vir nobili proſapia in Burgundia natus, nec minus eruditione ac prudentia quam nobilitate clarus, qui Edwardo Confeſſori ab arcanis, necnon (vt à quibuſdam traditur, perperam credo) Angliæ ſub eo Cancellarius, Epiſcopus hic loci conſtitutus, cathedram Epiſcopalem à Creditona Exoniam tranſtulit circa annum Domini 1049. & eodem Rege authore (qui huc vna cum Regina id temporis acceſſerat) monachos Exonienſes Weſtmonaſterium coegit migrare, vt Canonicos eorum loco collocaret. Traditum eſt memoriæ, Regem ipſum, manu Epiſcopi dextra prehenſa, Regina vero ſiniſtra, ad thronum illi præparatum deduxiſſe eum, & ibidem collocaſſe. Hic poſtquam prædia multa & priuilegia ab eodem Rege impetraſſet; Canonicis ſuis leges quaſdam præſcripſit & ſtatuta ordinauit quibus regerentur; ac inter cętera (vt Malmesburienſis) *contra morem Anglorum ad formam Lotharingorum, vno trielinio comederent, vno cubiculo vt cubitarent. Tranſmiſſa eſt huiuſcemodi regula* (inquit ille) *ad poſteros, quamuis pro luxu temporum nonnulla iam ex parte deciderit. Habentque clerici oeconomum ab Epiſcopo conſtitutum, qui eis diatim neceſſaria victui, annuatim amictui commoda ſuggerat.* Sic ille. Noſtro vero ſeculo ne vmbra quidem aut veſtigium huius inſtitutionis apparet. Nam hodie, ex Canonicis 24. illi qui Reſidentes

tes appellantur, ſibi vnuſquiſq; domum habet amplam, eaq; laxitate, vt amicos & hoſpites ſplendide ſatis honorificeque (ſi aliunde ſuppetant facultates) poſſint accipere. Hic enimuero præſul cum annos ſediſſet plus minus 23. è viuis exceſſit anno 1073. & in cœmiterio humatus, ſaxo dicitur tectus marmoreo, in loco vbi, Eccleſia poſtmodum aucta, campanile ſitum eſt illud quod meridiem ſpectat. Qua de re cum Canonicos monuiſſet bonus ille ſenex Hookerus (è cuius ſcriptis plurima me hauſiſſe confiteor quę de hac Eccleſia ſum traditurus) monumentum ibidem concinnarunt, quod etiamnum viſitur ibidem & præſulis de Eccleſia tam præclare meriti memorię conſecrarunt.

2. OSBERNVS.

1074. *Gul.* 1. 9. *Succeſſit Leofrico Osbernus* (Malmesburienſem audis) *Regis Gulielmi tempore, natione Normannus, frater Gulielmi præcellentiſſimi Comitis, in Anglia ſub Edwardo Rege liberaliter & domeſtice conuerſatus; quippe qui, cognationem regiam vicino attingeret gradu. Vnde in victualibus & cæteris rebus ad Anglicos mores pronior, parum Normannorum pompam ſuſpiciebat, conſuetudines Domini ſui Regis Edwardi efferens, & cum per alios exhiberentur, cum aſſidentibus manu & geſtu adgaudens. Ita pro more antiquorum præſulum, veteribus contentus ædificijs, liberalis animo & caſtus habebatur corpore. Vixit ad quartum annum Regis Henrici. Imminente ſenio, non paucis annis lumine captus.* Malmesburienſis hactenus. Silentio hic minime duxi prætereundum, Huntindonium alioſq; qui illum ſequuti ſunt, mentionem facere Galfridi cuiuſdam, quem his temporibus Exonienſem volunt (ſi dijs placet) Epiſcopum. Ille vero Galfridus quem is dicit res nouas molitum vna cum Odone Cantij Comite alijſque, Conſtantienſis fuit non Exonienſis Epiſcopus. Nam Osbernus anno 1074. conſecratus, non ante annum 1103. deceſſit; poſtquam annos ſediſſet 30. in Eccleſia ſua tumulatus.

3.

3. GVLIELMVS WARELWAST.

GVlielmus Warelwaſt, patria Normannus, qui Gulielmo Vtrique ac deinde Henrico Regibus fuerat à ſacris, vir admodum diſertus ac prudens, & in rebus gerendis dexteritatis eximiæ; poſt multas obitas legationes ac præſertim ad Paſchalem ſecundum Pontificem, dum inter eum & Henricum Regem de Eccleſiarum inueſtituris certamen illud diuturnum agitaretur (de quo pluribus in vita Anſelmi Cantuarienſis) eiuſdem Regis beneficio ad hunc præſulatum euectus eſt & conſecratus vna cum alijs aliquot menſe Auguſto 1107. Hic (vti ſupra monuimus) Eccleſiam ſuam ampliſicare prim⁹ omniũ aggreſſ⁹ eſt, & pro ea qua valebat apud Regem gratia, impetrauit ab eo hæc manneria, Plimptonã, Bramptonam, & S. Stephani in vrbe Exonienſe ſitum. Bramptonam Eccleſiæ ſuę Canonicis contulit, & illi Decanatui (paulo poſt erecto) adiecerunt. Illud S. Stephani, ſibi ac ſucceſſoribus reſeruauit; quos inde Barones Parlamentarios factos ſomniat Hookerus; quaſi iam inde ab eo tempore quo Parliamenta primũ in Anglia extiterunt, omnes Epiſcopi eiuſdem, eo ipſo quod Epiſcopi fuerint, non fuerint etiam è prę-cipuis Parliamenti membris; & in omni publica adminiſtratione, eorum opera non gererentur pleraque, etiam antea quam vel Comitum, vel Baronum, vel equitum auratorum, vel Parlamentorum vocabula in Anglia ſint audita. Sed quę tunc hauddubie nimia fuerunt, ad nihilum breui redigentur, ſi barbaris quorundam nouitatibus, tanquam Apollinis Pythij oraculis, neceſſario ſemper ſit credendum. Ad Plimptonam quod attinet, condidit in eo cœnobium hic antiſtes Canonicis regularibus: & ingraueſcente ætate oculis captus (ſicut anteceſſor) abdicato præſulatu cum annos ſediſſet 20. Canonicus inter Plimptonenſes ſuos factus, animam paulo poſtea exhalauit, & ibidem iacet ſepultus. Memorabile eſt (ſi verum) quod perhibet de illo Hookerus; luminibus orbum, Romam à Rege Legatum profectum; ac ſimultate inter Pont. atq; Regem orta, pacem prudenter compoſuiſſe, & negotia deniq; omnia ex animi ſententia confeciſſe.

1107. *Henr.1.7.*

4.

4. ROBERTVS CHICHESTER.

1128. *Henr.* 1. 29. ROBertus Chicheſter Decan° Sarisburienſis, anno 1128. conſecrationem accepit, familia ortus nobili (quæ in Comitatu Deuonienſi adhuc fioret) & ob pietatem à ſcriptoribus multum celebratur; quam merito iudicet lector, cum (niſi quod in Eccleſiæ ſtructura & ornatu multum pecuniæ impenderit) aliud ab ijs laudatum non videam, quam peregrinationes religionis ergo Romam & neſcio quo ſuſceptas; vnde reuerſus, quod reliquiarum nonnihil ſecum reportare conſueuerit, pro magnifico habetur. Cum annos præfuiſſet 22. diem clauſit extremum, & in Eccleſia ſua ſepultus eſt, idque (vt fas credere) ab auſtrali parte ſummi altaris, vbi tumulum videmus Epiſcopi cuiuſdam. Et Chicheſteri hunc eſſe inde colligo, quia adiunctum habet monumentum, (nempè è regione ianuæ quæ ducit ad palatium Epiſcopale) nobilis cuiuſdam ex Chicheſterorum familia, provt inſignia in clypeo depicta ſatis demonſtrant.

5. ROBERTVS WARELWAST.

1150. *Steph.* 15. CHicheſtero ſucceſſit vtrobique, & in Decanatu nimirum Sarisburienſi, & Exonienſi Epiſcopatu, Robertus Warelwaſt, Gulielmi Warelwaſt ſupramemorati ex fratre nepos, qui per conſecrationem Epiſcopalibus ſacris initiatus eſt anno 1150. Poſtquam ſediſſet annos plus minus 9. diem clauſit extremum 1159. & Plimptonę iuxta patruum iacet conditus.

6. BARTHOLOMAEVS ISCANVS.

1159. *Hen.* 2. 6. ANno 1161. Bartholomæus, qui, quod in lucem editus eſſet Exoniæ (quæ ciuitas antiquitus Iſca dicitur appellata) Iſcanus eſt cognominatus, in Exonienſem Epiſcopum conſecratus fuit; in vtraque philoſophia, tam humana ſcilicet quam diuina, vir non mediocriter eruditus. Baldwino Abbati Fordenſi, ac poſtea Cantuarienſi Archiepiſcopo, intima familiaritate coniunctus, ab eo itidem magnopere colebatur. Vnde alter alterum immortalitati conſecrans, opera quædam

quædam mutuò ac viciſsim ſibi dedicarunt. Ioannes etiam Sarisburienſis, Carnotenſis Epiſcopi, Epiſtolę aliquot extant ad iſtum conſcriptæ. Quæ vero Bartholomæus ediderit, Balæum ſi placet conſulas. Hominem etiam ſanctum fuiſſe, noſtri perhibent hiſtorici. Viſionem quandam admirabilem ab eo conſpectam, narrat Pariſienſis, dum dioceſim viſitaret. Libuiſſe illis hoc credere, ſatis miror, cum inter eos numeretur Epiſcopos, qui Beketti inſolentem peruicaciam inſectati ſunt. Annos cum præfuiſſet 14. è viuis exceſſit. Vbi vero loci obierit, aut tumulatus fuerit, à nemine traditum reperi.

7. IOANNES.

ECcleſiæ Exonienſis Præcentor, & Sarisburienſis Subdecanus, Ioannes, conſecrationem accepit 1186. Dum Eccleſiæ ſtructuræ ſtrenuè incumberet, morte immatura abreptus, 1191. nihil magni potuit præſtare. Sed neq; de mortis aut ſepulturæ eius loco à quoquam quicquam commemoratur. 1186. *Hen.* 2.33.

8. HENRICVS MARSHALL.

HEnricus Martialis, Oxonienſis Academiæ alumnus, Staffordienſis Archidiaconus, & Eboracenſis Decanus, Gulielmi Comitis Mareſcalli frater, in Eccleſiæ Exonienſis Epiſcopum conſecratus eſt per Hubertum Cantuarienſem Archiepiſcopum 1191. Structuram ab anteceſſore inchoatam is perfecit: Et cum ab Albemarlo quodam pretio comparaſſet mannerium de Woodbery vna cum iure patronatus rectoriæ eiuſdem; rectoriam quidem appropriauit, & tam mannerium quam rectoriam vicarijs contulit choralibus, qui ab illo (vti auguror) tum primum ſunt inſtituti, quò in ſacris peragendis, Canonicorum (plerunque abſentium) vices ſupplerent. Deceſsit anno 1206. cum ſediſſet annos 12. & tumulo conditus eſt marmoreo ab aquilonari parte presbyterij. 1191. *Ric.* 1.3.

9.

9. SIMON DE APVLIA.

1206. *Ioan.*8. SImon de Apulia, Decanus itidem Eboracensis, anno 1206. consecratur, *eximiæ & prudentiæ & literaturæ vir*, inquit Matth. Westmonasterienſis. Hoc sedente (anno videlicet 1222.) ciuitatem Exonienſem in parochias memorant distributam. Cum sedisset annos 16. circa medium Septembris 1223. vitam cum morte commutauit, & in Ecclesia sua sepultus est.

10. GVLIELMVS BREWER.

1224. *Henr.*3.8. IN ipso festo Paschali tum proxime insequenti, Gulielmus Brewer consecratus est, Gulielmi filius equitis aurati, qui duxerat in vxorem, filiam & hæredum vnam, Gulielmi de Verona Comitis Deuonienſis, cœnobiorum de Tor, Hartland, necnon & aliorum conditoris. Hic vero Gulielmus noster, Henrico tertio Regi ab arcanis consilijs, magna apud eum gratia & authoritate pollebat. Anno 1235. in Germaniam profectus, Isabellam, Regis sororem, Friderico Imperatori matrimonio iungendam, comitatus est. Et paulo postea eundem Imperatorem, qui aduersus Saracenos expeditionem susceperat, ad terram vsque sanctam est sequutus. Reuersus in patriam, Decanum in sua Ecclesia primus instituit; & prædia comparauit, ex quibus 24. Præbendas, Canonicis suis assignaret, vnicuique videlicet 4. libras. Decanatui vero adiunxit (vti antea diximus) Bramptonam, ac deinde etiam Coliton-Rawley. Annos præfuit 19. & anno Christi 1244. defunctus, in presbyterio est tumulatus, non procul à Cathedra Episcopali, & marmoreo lapide contectus.

11. RICHARDVS BLONDY.

1245. *Henr.*3.30. ANno 1245. Richardus Blondy in Episcopum consecratus est; qui mitis ingenij specie socordiam obtegens, ipse otiosus desidere solitus, administrationem rerumque omnium gerendarum laborem ad alios reiecit; Lodeswellum Cancellarium suum, Suttonum Registrarium, Fitzherbertum Officialem, ac Ermeston sigilli custodem. Et hij coniurantes,

Digitized by Google

tes Episcopo inconsulto, scripta pro libitu confecerunt, quibus ex Ecclesiæ bonis ipsi, post illius mortem possent locupletari. Sed fraude per successorem detecta, pœnitentiam publice coacti sunt in Ecclesia Cathedrali peragere Martij 19. 1267. Consecrationis suæ duodecimo, Christi vero 1257. hic Præsul, vitam cum morte commutauit, & in Ecclesia sua sepultus perhibetur.

12. WALTERVS BRONESCOMB.

ARchidiaconus Surreiensis Walterus Broneſcomb, Episcopalibus sacris initiatus est Martij 10. 1257. patre natus Exoniensi ciue, sed tenuissimæ sortis & ex plebe infima. Hic viso monitus nocturno, Collegium dicitur condidisse Perinnæ in Cornubia, quod Glasenciensi appellatum, & conditum, prædijs dotauit. Ptochotrophium quoque S. Iohannis Exoniæ construxit intra portam Orientalem, cui contlit villas de Rockesdon & Clist. Nouum porro festum in Ecclesia sua instituit Gabrieli Angelo sacrum, prædijs assignatis vnde sumptus eiusdem possent tolerari. Narrat iam Hookerus, ædificare volentem sibi & successoribus domum apud Clist-Sachfeld, quæ hodie Bishops-Clist appellatur, quasi dicas Clist-Episcoporum; mannerium ibidem, per astutiam nescio quam (vili vt videatur pretio) à possessore comparasse; ac saltu vicino per fallacias Canonicos suos emunxisse, qui Corniſh-wood appellatus est. Deerat adhuc patronatus Ecclesiæ vicinæ, quæ hodiè Sowton, tum vero à loci domino Clist-Fomeson nuncupata, à quo hac ratione extorsit. Fraterculum quendam confessorem suum forte fortuna defunctum, iussit in Ecclesia illa (quæ Parochiali erat vicinior) humari. Quod cum Fomesonus non probaret; pompæ funeris per fundos suos traducendæ viam præclusit; quam dum vi aperire Episcopales contendunt, in angusto ponte quo ibi Clist fluuius iungebatur tamdiu certatum, vt fraterculi cadauer in subiectum flumen tandem fuerit præcipitatum. Quam hoc grauiter Episcopus tulerit nescio: grauissime tulisse videri voluisse constat. Miserum siquidem Fomesonũ ita minis illico & terroribus, litibus porro intentatis

1257. *Edw.* 3. 42.

tatis exagitat; vt quod, iuris patronatus concessione, gratiam Episcopalem posset redimere, pulchrè secum actum existimarit. Quæ omnia cum ex animi sententia confeciſſet; ædes illas extruxit pulcherrimas ibidem, quas nunc possident Bedfordienses Comites. Præfuit huic Ecclesiæ annos plus minus 23. & Iulij 22. 1280. decedens, tumulo conditus est alabastrino, elegantissimo sane, Capellam B. Mariæ ingredientibus à dextris sitam, cui inscripti leguntur hij versiculi:

Olim sincerus pater, omni dignus amore
Primus Walterus magno iacet hic in honore.
Edidit hic plura dignissima laude statuta,
Quæ tanquam iura seruant hic omnia tuta.
Atq; hoc Collegium quod Glaseney plebs vocat omnis
Condidit egregium, pro voce data sibi somnis.
Quot loca construxit, pietatis quot bona fecit,
Quam sanctam duxit vitam, vox dicere quæ scit?
Laudibus immensis inbilet gens Exoniensis,
Et chorus & turbæ, quod natus in hac fuit vrbe.
Plus si scire velis, festum statuit Gabrielis.
Gaudeat in cœlis igitur pater iste fidelis.

13. PETRVS QVIVIL.

1280. *Edw.* 1. 8.

PEtrus Quivil Canonic⁹ Exoniensis in Episcopũ consecratur 4. Idus Nov. 1280. Cantuariæ. Ecclesiæ suæ Præcentoriam, Cancellariatum & Subdecanatum, partim fundavit, partim ab alijs fundatos auxit & dotavit. Ac Præcentoriæ quidem appropriavit rectorias de Chidleigh & Painton: Subdecanatui vero rectoriam de Eglosheil in Cornubia. Cancellario, vt Theologiam vel decretalia Canonicis prælegeret, rectorias assignavit S. Neulini & Stoke-Gabrielis. Ptochotrophium S. Ioannis Exoniæ multum auxit & locupletavit. Deinde cum Canonici, pro choro ea tempestate vterentur Capella B. Mariæ; & navis Ecclesiæ ea pars esset, quam nunc dicimus chorum; fundamenta hic iecit septi transversi (vbi ex vtraque parte ab austro nimirum, itidemq; ab Aquilone campanile surgit speciosum) necnon & navis Ecclesiæ,

Ecclesiæ, quam ad eum locum protendit, vbi nunc est baptisterium, nam reliqua adiecit Grandessonus, prout antea à me commemoratum est. Operi tam egregio vt vltimam manum imponeret non est datum. Consecrationis anno vndecimo Octob. 3. 1292. inaudito mortis genere sublatus interijt. A sirupo quem volebat deglutire intercluso spiritu suffocatus est. In medio Capellæ B. Mariæ sub lapide iacet marmoreo, cui hunc versiculum incisum legi,

Petra tegit Petrum. Nihil officiat sibi tetrum.

Exitum hunc tam infœlicem, pœnam divinitùs immissam, credi volebant Franciscani fraterculi; quam rem paulo altius libet repetere. Walterus Lechlade, qui primus dicitur huius Ecclesię Præcentor, ideo (credo) quia Præcentoriam dotatam primus accepit, ad antelucana sacra mane properans, à sicarijs in ipso claustro Ecclesiæ adiuncto interemptus est. Hanc rem vt cognosceret (annales audi Brutonenses) *ipse Dominus Edwardus Rex & Alienora Regina fuerunt apud Exoniam* (Oxoniam habent nonnulla exemplaria, mendose vt videtur) *& ibidem perendinauerunt per* 15. *dies, & Alfridum Maioremillius ciuitatis & alios quatuor fecit pendere, & Ioannem Picot incarceraui propter mortem magistri Walteri Lechlade, &c.* Tum per pacta inter cives & Ecclesiasticos huius rei occasione, Rege authore inita in festo Annunciationis, 1286. potestas data est Canonicis, Ecclesiæ suæ præcinctum muris ac portis contra vim consimilem muniendi. Interea vero dum hic loci Rex hæreret; Franciscani (qui Comitem Herefordensem hospitio excipiebant) agunt per illum apud Regem, vt commodiorem sedem illis ab Episcopo impetraret. Id quod se facturum, Episcopum promisisse, Franciscani asserebant. Deodatus igitur Guardianus illorum, de loco sibi prospexerat, & omnia iam cœperat ad migrationem parare, cum mutatam Episcopo sententiam nunciatum est. Dominicani ea tempestate, Franciscanorum tum nuper exortorum gloriæ multum invidebant, quam suis luminibus, plurimum officere perspexerant. Quapropter Petrus Kenefeld ex Dominicanorum sodalitio, qui Episcopo erat à confessionibus, monere eum non destitit, quanta incommoda inde es-

sent

sent proventura, si in sinu serpentem huiusmodi foverent. Sineret potius ibi permanere vbi iam confederant, quam in sua prædia illos recipiendo, tot sibi dominos imponeret, privilegijs mox sexcentis à Papa muniendos & armandos, vt suis rebus frui vtiq; per illos iam posthac haud licitum sit futurum. Quibus rationibus adductus, adeo omnem eiusce rei mentionem aversatus est, vt per Walterum Winburn vnum ex Iustitiarijs Regijs, de pollicitatione sua ante biennium Regi (vt asserebat) facta, interpellatus; & promisisse inficias iret, & diris se devoveret, sibi (si vnquam illis ea in re morem gereret) hanc pestem imprecatus, vt eo ipso die suffocatus periret. Vix biduum aut triduum interceserat, quando in ipsa vigilia festi D. Francisci, casu tam mirabili, è medio sublatus interijt. Sic illi, mea quidem sententia parum probabiliter. Quis enim crediderit, Episcopum, virum (vt constat) grauissimum prudentissimumque, vel negare ausum quod Regi in re tantilla promisisset; vel ea fuisse animi levitate, vt execratione huiusmodi & ab Episcopali gravitate alieniissima se obstringeret? Nisi homines istos putarem viros ab initio bonos plerunque fuisse, zelum habentes etsi non secundum scientiam; existimassem potius, veneno rapido illorum machinatione extinctum, vt simul amoliri possent Episcopum illorum commodis non nimium studentem, & sectæ suæ existimationem, interitu illius huiusmodi conciliare. Certe Iesuitæ, qui non minori sanctitatis fama quam Franciscani, sub institutionis initia inclaruerant; quod rebus suis conducere existimarint, à nullo scelere vel immanissimo sibi temperandum censent. Quod cum infinitis exemplis posset comprobari, clarissime patet ex coniuratione Pulveraria, quæ exaruisset in herba, nisi tam horrendi facinoris (si non authores) certe laudatores extitissent, aliquot istius tam sanctę societatis patres.

14. THOMAS BVTTON.

1293. *Edw.* 1. 22. ANno tum proxime sequenti, Quivillo defuncto sufficitur Thomas Buttonus, Wellensis Decanus, per Ioannem Romanum Eboracensem Archiepiscopum (Cantuarien-

si

enſi ſede vacante) conſecratus. De quo aliud non traditur memoratu dignum, niſi quod cœptam ab anteceſſore ſuo ſtructuram ſtudioſiſſime perficiendam curaverit. Obijt Sept. 21. 1307. & ante ſummum altare iacet humatus ſub marmore laminis æreis affabrè ornato.

15. WALTERVS STAPLEDON.

WAlterus Stapledonus, vir doctus & prudens, nobiliq; ortus proſapia, conſecratus eſt in Epiſcopum Exonienſem Martij 18. 1307. Quæ de inthroniſatione eius apud Hookerum habentur, ego etiam quid ni apponam? Ad portam civitatis Orientalem, deſcendit ex equo, & pedes ad Eccleſiam ſuam profectus eſt, latus illi tegentibus duobus non infimæ notæ nobilibus; & præeunte Hugone Courtneyo Equite aurato Seneſchallo ſuo, via etiam qua erat incedendum, panno nigri coloris conſtrata. Ad portam Cœmiterij quæ lata nominatur, à Canonicis & Vicarijs choralibus, ſacris veſtibus indutis, excipitur; qui hymno Ambroſiano inter eundum decantato, ad Eccleſiam novum Præſulem deducunt, & in Cathedra Epiſcopali ritu ſolenni ac vſitato collocant. Quibus rebus peractis, ad convivium properatur, magno nobilium & ingenuæ plebis numero apparatum, tanto ſumptu, vt annuus Epiſcopatus cenſus, in eo feratur impenſus. Sub Edwardo ſecundo magna hic gratia & authoritate floruit, in numerum primum aſcitus illorum qui Regi ab arcanis erant conſilijs, ac deinde Angliæ Theſaurarius conſtitutus. In legationibus porro & alijs magni momenti negotijs, illius opera Rex plurimum vſus eſt. Anno 1329. Legatus ad Gallũ miſſus eſt vna cum Regina (quę Gallo ſoror extitit) vt pacem inter principes conciliarent. Qua re ex animi ſententia confecta, in patriam Stapeldonus reverſus eſt, relicta cum fratre ſuo Regina, vt alia quædam negotia à marito Rege ſibi commiſſa procuraret. Illa vero, mulier ſceleſtiſſima, ſiue quod maritum faſtidiret, ſiue pertæſa inſolentiæ Spenſerorum & aliorum qui apud illum plurimum poterant; decreverat iamdudum, ſi quo pacto id poſſet efficere, maritum è ſolio regni deturbatum in ordinem redigere,

1307. *Edw.* 2. 1.

redigere, & filium Edwardum impuberem adhuc in patris loco collocare, penes quem nomen quidem regium esset futurum, potestas vero apud ipsam, vt pueri Regis matrem. Quare Stapeldonum postquam fuisset amolita, quem ea animi præditum constantia satis cognoverat, vt à fidelitate Principi debita, ad tam scelerata consilia allici, aut impelli posse desperaret: ad cogitata exequendum sedulo incumbit, quæ denique omnia effecit etiam ac perpetravit ad æternam nominis infamiam. Interea vero dum hæc gererentur, contigit, Regem Bristoliam proficiscentem, quod turbarum nonnihil ingruere inaudisset, Civitatis Londinensis tutelam, Exoniensis Episcopi Stapeldoni fidei committere. Qui cum nunciatum esset, Reginam cum copijs magnis ad vrbem occupandam properare; Prætorem iubet portarum claues sibi exhibere. Londinenses (qui Reginæ partibus studebant) ea re audita; in præsulem gravissimum impetum fecerunt, & cum magno tumultu in vicum ciuitatis præcipuum quem Chepsidam appellamus, violenter pertractum, securi percusserunt ibidem, vna cum Richardo Stapeldon Equite aurato fratre suo & alijs aliquot nonnullis. Cadaver cæsi ad Episcoporum Exoniensium ædes prope Thamesim extructas (quę nunc sunt Comitum Essexiensium) deportatum & arena obrutum est iuxta ripam fluminis, ideo forsitan, vt sic occultatum, ludibrijs & contumeliæ ab irata plebe inferendæ subtraheretur. Hunc exitum habuit illustrissimus antistes; sic vitam, illorum opera amisit, quos præcipue decuisset proprium sanguinem fundere in illius causæ propugnatione ob quam ipsum per summam crudelitatem nece indignissima affecerunt. Illi vero (Regina dico & Princeps filius eius) vtrum ordinis Episcopalis reverentia; an quod credi vellent, se invitis cædem patratam; aut sceleris conscientia ad pœnitentiam fortè inclinati; laniatum corpus effodi & Exoniam deportatum, exequijs magnificentissimis honorari præceperunt. Tumulo conditus est, ex polito lapide, haud nimium pulchro, qui ab Aquilonari parte summi altaris situs cernitur; & frater necis consors è regione, in muro Ecclesiæ Septentrionali. Octob. 5. 1326. obtruncatus, & Exoniæ Martij 28.

Digitized by Google

28. ſequenti humatus eſt. Anno interim 1316. collegium pulchrum hercle ac nitidum bonarum liberarum ſtudioſis Oxoniæ condidit ac dotauit, quod Gulielmi Peters ſummi Secretarij egregia liberalitate, me puero, tam ædificijs quam prædijs & ſtudioſorum numero vehementer auctum eſt. Neque vero hoc contentus, ædificium conſtruxit aliud Epiſcopus prędictus collegio ſuo vicinum, collegij æmulum, quod aula Ceruina appellatur, & multis qui bonis literis ibidem dant operam hoſpitia prębet. Collegium vero, Exonienſe hodie vulgo appellatur, neſcio an à fundatore ipſo indito nomine. Silentio deinde prætereundum non eſt, Ptochotrophio S. Ioannis Exoniæ, vt pueros aliquot tenuiores aleret, multa contuliſſe, ac inter alia, rectoriam de Ernſcomb appropriaſſe.

16. IACOBVS BARKLEY.

IAcobus Barkleius, nobiliſsima ortus proſapia, è familia nempe antiquiſsima Baronum de Barkley, ad Iſabellæ Reginæ mandatum, interempti Stapeldoni in ſucceſſorem conſecratus eſt, Martij 15. 1326. per Walterum Cantuarienſem Archiepiſcopum, idque (quod fortaſſis mirere) Papa inconſulto. Quam rem ille tulit grauiſſime, & (ô tempora) Archiepiſcopum eam ob cauſam ita conuitijs proſcidit, ac minis tam atrocibus terruit, vt homo puſillanimis, metu animique ægritudine contabeſcens, breui poſtea interierit. Neque vero multum ſuperfuit nouus Epiſcopus, qui ijſdem victus terroribus, morti porro ſuccubuit Iunij 24. ſequenti. Homo (vt videtur) haud nimium fortis, pius tamen ac prudens habitus eſt, In Eccleſia ſua quidam perhibent ſepultũ; alijs contra aſſerentibus, Exoniam nunquam eum vel viuum vel mortuum perueniſſe. 1326. *Edw.* 3. 1.

17. IOANNES GRANDESSONVS.

REge annuente, eligitur ab Exonienſibus Canonicis vt Barkleio ſuccedat, Ioannes Godlei', Eccleſiæ ſuę Concanonicus & Wellenſis Decanus. Quæ electio, (ſicuti comperi) regio aſſenſu tam poſt electionem celebratam, quam antea, firmata eſt. Ioannes tamen Grandeſſonus, in Italia 1327. *Edw.* 3. 1.

tum degens quando de Barkleij obitu & Godleij electione nunciatum eſt; rerum ſuarum tam nauiter potuit ſatagere, vti & irritam Godleij electionem pronunciari, ſibique à Pontifice Epiſcopatum Exonienſem per prouiſionem conferri curauerit; adeo vt, conſecrationem etiam in curia Romana ſuſceperit Octobris 18. 1327. Ortus dicitur è familia Burgundiæ Ducum, patre Gilberto, qui primus ex illa ſtirpe in Angliam veniens, Henrici Comitis Lancaſtrenſis opera, Sibillam duxit vxorem, filiam & hæredum vnam Ioannis Baronis Tregoſij, ex qua præter quatuor filias, filios ſuſtulit quinq;, interq; eos hunc Epiſcopum, qui Aſhpertonę natus eſt in Comitatu Herefordenſi. *Ab ipſo pubertatis æuo in bonis literis educatus* (inquit Balæus) *magnum ſui ſeculi, ſiue religionem quis ſpectet, ſiue eruditionem, decus fuiſſe dicitur. Fuit aulæ cultor non infimus, & Regi Edwardo à ſacellis, quandoque etiam in arduis rebus à conſilijs. Orator habebatur animoſior quam facundior, licet multis in locis nec lucido rerum ordine, nec ipſa deſtitutus ſit facundia.* Ex libris quos edidit, enumerat Balęus, vitas ſanctorum & Conciones; Hookerus porro Pontificales maiores, ac itidem Minores; qui etiam perhibet, Ioannem 22. Papam, illius opera in multis legationib⁹ vſum, ad Imperatorem, Galliæque Hiſpaniæ & Angliæ Reges. Ab hoc noſtro, Archidiaconatu Nottinghamenſi honeſtatus eſt, aſcitus etiam inter eos qui ſibi eſſent ab arcanis conſilijs. Et exorta tum poſtea neſcio qua de re inter Regem & Clementem 6. Pontificem ſimultate; in Galliam miſſus à Rege (vbi Pontifices tunc temporis degebant) in gratiam eos ſibi mutuo reduxit. Hoc anno 1343. Reuerſus in patriam, animum adiecit illico ad ſtructuram Eccleſiæ ſuę. Nauis eiuſdem (cuius fundamenta iecerat Petrus Quiuillus) breuior viſa quam par erat, aliquid habebat deformitatis. Quapropter, duas adhuc columnas ex marmore ſolido (quales cæteræ) addidit, & occidentalem partem clauſit muro eximij operis, inſerta eidem capellula, in qua ſibi monumentum parauit, nuper (quo caſu neſcio) deſtructum. Deinde, ſumptu ingenti, totius Eccleſiæ laquear fornice texit arcuato eoque pulcherrimo; & ſic Eccleſiam ſuam talem reddidit, vt

ampli-

amplitudine, ſplendore magnificentia, pauciſſimis cedat à me hactenus viſis. Tum, vt ſtructuræ ornatus reſponderet; liberalitate vix credēda, vaſa eidem cōtulit aurea ac argentea, libros & aliam ſacrā ſupellectilem, copiā immenſā, immenſi pretij. Sed neq; hic ſtetit hominis munificentia. Collegiū condidit monachis atratis Otereiæ; & prædijs locupletauit tam amplis, vt ſuppreſsionis tempore, numeraret in cenſu annuo pluſquā trecentas libras. Vicarijs choralib⁹ Eccleſiæ ſuę, necnon collegio de Glaſeney à Waltero Bronſcomb fundato, plurima contulit. Ædes magnificas Taintonę conſtruxit, & ſupellectile abunde inſtruxit, atq; ita inſtructā ſucceſſoribus reliquit, *vt haberent Epiſcopi* (ſic loquitur in teſtamento ſuo) *vbi caput ſuum reclinarent, ſi forte in manum Regis eorum temporalia caperentur*. Antequam moreretur, teſtamentum condidit; in quo tantam pecuniam legauit, Imperatori, Regi, Reginę, Archiepiſcopo, Epiſcopis, Collegijs & Eccleſijs; vt qui ſtructuras eius ſpectauerit, & viuentis donationes, ne gazam quidem regiam tantæ munificentię ſuffecturam iure quis exiſtimarit. Sed ad hæc perpetranda, duę illi res facultatem tribuerunt. Ac primum quidem parſimonia; quam ſic coluit, vt equis famuliſq; pauciſſimis contentus; conuiuia opipera & exteriorem omnem pompam luxumq; deuitaret. Hac itaq; ratione pecuniam acquiſitam ſeruauit; verum vt acquireret, aliunde oportuit eum inſtructum fuiſſe quam à cenſu Epiſcopatus; qui quamvis ea tempeſtate ampliſſimus eſſet, tamen à multis alijs ſuperabatur opulentia, cum inter omnes omnium Eccleſiarum Epiſcopos, pauciſſimi reperiantur, qui plura & præſtiterint viuentes & morituri legauerint. Eccum tibi igitur tantæ munificentiæ fontem. Decerni à Pontifice curauit, vt omnes per dioceſin ſuam Eccleſiaſtici ordinis morituri, opes (ſi quas poſſiderent) ſuo arbitrio in pios vſus impendendas vniuerſas relinquerent. Exceſſit è viuis Iulij 15. 1369. cum Epiſcopus huic Eccleſiæ præfuiſſet annos 42. & in cāpella à me ſupra memorata conditus eſt, ſine vlla (provt ipſe mandauerat) funeris pompa elat⁹; lugubri veſte, ne vlli quidem famulorū aut propinquorum conceſſa. Quomodo Mephamo Archiepiſcopo, dioceſin ſuam viſitatu-

ro reſtiterit, & vim parantem, armata manu ac vi repulerit, in hiſtoria dicti Mephami ſupra enarrauimus.

18. THOMAS BRENTINGHAM.

1370. *Edw.*3. 44. REgis in Picardia Quęſtor ſiue Theſaurarius Thomas Brentingamus, vno eodemq; tempore, à Canonicis tam Herefordenſibus quam Exonienſibus in Epiſcopum poſtulatus eſt, ſimul nimirum vacantibus ibidem vtriſq; Eccleſijs. Ac Exonienſem quidem accepit, ad eamq; conſecratus eſt Martij 31. 1370. Poſtea (anno videlicet ſecundo Richardi ſecundi) Theſaurarius Anglię conſtitutus, eo munere functus eſt ad duodecimum eiuſdem; quando exauthoratus, poſt biennium reſtitutus eſt, ſed proximo deinde anno iterum amotus. Vir magnæ prudentia & eruditione (vt illa ferebant tempora) non vulgari prædituſ, magnaque in rebus gerendis dexteritate, in certamine tamen quod habuit cum Courtneio Cantuarienſi Archiepiſcopo ſuccubuit, provt in vita eiuſdem Courtneij ſupra retulimus. Vicariorum choralium collegio multa contulit, & ipſum collegium (nitidum ſane, cum Wellenſi tamen non conferendum) totum (ni fallor) conſtruxit. Eccleſiæ porro ſuæ tam in ſtructuris quibuſdam, quam ornamentis quæ contulit eidem, beneficus fuiſſe perhibetur. Cum annos ſediſſet 24. Cliſtæ deceſſit Dec. 3. 1394. & ab aquilonari parte nauis Eccleſiæ tumulatus eſt in capellula, inter duas columnas ibidem ſita.

19. EDMVNDVS STAFFORD.

1395. *Ric.*2.19. EDmundus Stafford, Radulphi Staffordiæ Comitis frater, in Epiſcopũ Exonienſem conſecratus eſt Iunij 20. 1395. Sub Regibus Ricardo 2. & Henrico 4. Cancellarij munere functus eſt. Numero ſociorum in collegio Exonienſi (cui nomen illud ab eo inditum nonnulli perhibent, cum antea Hoſpitium Stapeldonenſe diceretur) duos nouos adiecit, & prædia contulit quibus alerentur: Ac in ſtatutis eiuſdem multa mutauit. Præfuit huic Eccleſiæ annos 24. & Septembris 4. decedens 1419. tumulo conditus eſt alabaſtrino quod ingredientibus capellam B. Mariæ à ſiniſtra ſitum eſt.

20.

20. IOANNES KETERICH.

IOannes Keterich, Episcopus primum Meneuensis, ac deinde Lichfeldensis, Exoniam inde translatus, Staffordo successit. Id quod mihi multimodis constat, quanquam apud Hookerum nullam eius repperi mentionem. Tempore sane præfuit perquam exiguo.

21. IOANNES CARY.

IOannes Cary, qui translato Keterichio in Ecclesia Lichfeldensi nuperrime successerat, Florentiæ adhuc hærebat (vbi Pontifex Martinus quintus tum degebat) quando de Keterici morte nunciatum est. Voluit ei succedere & successit certe, non solum Lichfeldiæ, sed Exoniæ etiam, imo & in breuitate temporis quo Exoniæ præfuit. Florentiæ siquidem mortem obijt, priusquam se posset inde expedire, ibique iacet tumulatus. 1419. *Hen.* 5. 7.

22. EDMVNDVS LACY.

EDmundus Lacy S. Theologiæ Doctor, Herefordensis Episcopus & collegij Vniuersitatis in Academia Oxoniensi alumnus, huc translatus est sub initium anni 1420. Magna vir pietate, verum adulatorum blanditijs (vt Hookerus habet) multum obnoxius. Inter eum & ciues Exonienses, de libertatibus Ecclesiæ suæ, accerrimæ contentiones extiterunt, quæ tandem sopitæ ac cõpositæ sunt. Erga Vicarios chorales beneficentia eius prædicatur. Et domum porro Capitularem construxit iuxta claustra. Ædificium elegans & speciosum. Sedit annos 35. & anno 1455. ab hac luce subtractus, tumulatus est in aquilonari pariete presbyterij, tumulo conditus marmoreo, vbi miracula nescio quæ olim patrata, ac illius sanctitati ascribenda, plebem imperitam credidisse, perhibent. 1420. *Henr.* 5. 8.

23. GEORGIVS NEVILL.

GEorgius Neuillus Nouembris 26. 1455. consecratus est, magni illius Warwicensis Comitis frater, cuius opera 1455. *Henr.* 6. 34.

Edwardus quartus regni ſolium conſcendit. Martij 4. 1460. poſt ſolennem proceſſionem, ad crucem Paulinam habuit concionem, vbi Edwardi prędicti ius ac titulum ad regnum Anglię, rationibus vndiquaq; conquiſitis aſtruxit & firmauit. Qua finita concione, Edwardus, Procerum & Pręſulum magna caterua comitatus, Weſtmonaſterium profectus eſt, & ibi omnium pręſentium vnanimi conſenſu Rex conſtitutus. Domum Capitularem ab anteceſſore non plane abſolutum, perfecit; & cum decem annos hic pręfuiſſet, ad Archiepiſcopatum Eboracenſem tranſlatus eſt.

24. IOANNES BOOTHE.

1466. *Edw.* 4.6. IOannes Boothus Legum Baccalaureus, conſecratus eſt Febr. 20. 1466. Munus ſibi commiſſum laudate dicitur adminiſtraſſe, & Cathedram Epiſcopalem in Eccleſia ſua fabricari curaſſe, opere tam exquiſito, vt parem illi nulla totius Angliæ Eccleſia (me iudice) poſſit oſtendere. Tumultus bellicos declinans, ad ædes quaſdam ſuas ſe recepit apud Horſley in Hantonienſi comitatu, ibique deceſſit April. 1. 1478. & in Eccleſia S. Clementis Londini humatus eſt.

25. PETRVS COVRTNEYVS.

1477. *Edw.* 4.17. EX nobiliſsima Courtneiorum familia oriundus, Petrus Courtneius Exonienſis Archidiaconus, conſecratus eſt menſe Nouembri in capella S. Stephani Weſtmonaſterij. Anno conſecrationis nono, Wintoniam hinc tranſlatus eſt.

26. RICHARDVS FOX.

1486. *Henr.* 7. 2. SVcceſsit Richardus Foxus, qui poſtquam hic loci 6. annos ſediſſet, ad Eccleſiam Bathonenſem & Wellenſem tranſlatus eſt, ac inde poſtea Wintoniam.

27. OLIVERVS KING.

1492. *Henr.* 7. 8. MEnſe Februarij 1492. Oliuerus King ad huius Eccleſiæ præſulatum conſecratus eſt. Foxo tam in Eccleſia Bathonenſi ac Wellenſi ſucceſsit quam iſta, cum ſediſſet annos 3.

28.

Digitized by Google

28. RICHARDVS REDMAN.

ANno 1495. Richardus Redman S. Theologiæ Doctor, Episcopus Assauensis ad hanc Ecclesiam translatus est, & hinc ad Eliensem, mense Septembri 1501. 1495. *Henr.* 7. 11.

29. IOANNES ARVNDELL.

IOannes Arundellus, Couentrensis & Lichfeldensis Episcopus (qui ex nobili Arundellorū de Lanhern in comitatu Cornubiæ familia genus duxit) huc anno 1501. translatus, obijt Londini Martij 15. 1503. & in Ecclesia S. Clementis tumulo conditus est marmoreo æreis laminis ornato ab Australi parte summi Altaris. 1501. *Henr.* 7. 17.

30. HVGO OLDHAM.

HVgo Oldhamus S. Theologiæ Doctor, Cantabrigiensis Academiæ alumnus, Margaretæ Richmundiæ Comitissæ (cui fuerat à sacris) opera, Ecclesiæ huius præsulatum tunc adeptus est. Homo (vt ferunt) pietate laudatior quam doctrina, & verbis paulo asperior, quanquam moribus satis benignus. De libertatibus Ecclesiæ suæ, multa illi fuere certamina cum Abbate Taueſtokensi; quocum dum pertinacius contendit, nec decretis Curiæ Romanæ minus iustis (vt putabat) in Abbatis gratiam perlatis, vult obtemperare; paulo ante mortem excommunicatus est, ac nondum absolutus diem obijt, Iunij 25. 1519. Interea vero, Vicarijs suis Choralibus multum fuit beneficus, quibus communem instituit mensam, ac vt simul victum sumerent ordinauit: atq; ad eam rem vt sumptus suppeterent, prædia nonnulla contulit illis, & rectoriam de Cornwood appropriauit. Deinde scholam publicam pueris erudiendis Manceſtriæ fundauit, ac latifundia assignauit ad alimoniam Didascali. Exoniense Collegium à Stapeldono conditum, tam ædificijs quam redditibus augere, erat illi in animo; donec in gratiam Atkini nescio cuius literis perscriptis, quibus vt in numerū sociorum aſcriberetur flagitauit, repulsam passus, grauiter id ferens, liberalitatis cursum alio direxit, & Foxum Wintoniensem. 1504. *Henr.* 7. 20.

Wintonienſem Epiſcopum (qui id temporis Collegium Corporis Chriſti Oxoniæ condere aggreſſus eſt) tanta iuuit pecunia, vt illius Collegij, poſt fundatorem, benefactorum præcipuus appelletur. Iacet tumulatus in Capella à ſe dum viueret extructa, in Auſtrali parte Eccleſiæ, paulo ſupra ſummum Altare, vbi monumentum habet in ipſo capellæ pariete ſitum, ſatis elegans, adiecta etiam imagine eius ad viuum depicta.

31. IOANNES VOYSEY, *al:* HARMAN.

1520. *Hem.* 8. 22. HEnrici 8. Regis opera, Ioannes Voyſeius, aliter dictus Harmannus, Legum Doctor, Capellæ Regiæ Decanus, & Magdalenẽſis Collegij Oxoniæ alumnus, Oldamo in hoc præſulatu ſucceſſor deſignatus eſt, & conſecratus Decemb. 6. 1519. Homo cui nec eruditio deerat, nec prudentia; morum porro comitate inſignis perhibetur. Ob quas virtutes Principi charus, plurimas legationes obiuit; Mariæ, vnicæ Regis filiæ rector datus eſt; & Walliæ præſes conſtitutus. Poſtquam annos ferme 30. munus ſibi demandatum (niſi quod ſuperſtitionibus Papiſticis addictior, reformationi Eccleſiæ pro virili reſtitit) non illaudate obijſſet; Eccleſiam à ſacrilegis diripi paſſim ac lacerari videns ac omnia iam peſſum itura exiſtimans; prædia ad ſedem ſuam ſpectantia, partim donauit aulicis, partim vendidit, partim elocauit, idque pretio viliſſimo, & in annos plurimos, centum puta aut neſcio quot plures. Hinc factum eſt, vt ex mannerijs duobus ac viginti, ad hunc Epiſcopatum ab antiquo ſpectantibus, ſuperſint hodie vix ſeptem vel octo ex deterrimis, eaque ſic vt retulimus elocata, & annuis penſionibus neſcio quot onerata. Ex ædibus deinde Epiſcopalibus 14. ſuppellectile pretioſa affatim inſtructis, vnas duntaxat reliquit, omni ſupellectile vacuas & nudatas. Sic vt, Epiſcopatus iſte inter opulẽtiſſimos Angliæ hactenus numeratus, inter tenuiſſimos hodie idque iure cenſeatur. Perpetrato hoc tam nefando ſacrilegio; ſiue quod Eccleſiam ſic vaſtatã & dilaniatam puderet aſpicere; ſiue quod in Eccleſiæ reformatione tum cœpta, nihil vellet ipſe facere; ſiue denique patrij ſoli ductus cupiditate;

ditate; in comitatū obijt Staffordienſem, & Suttonæ-Colſillorum vbi natus eſt reliquam ætatem tranſigere decreuit. Magno illic ſed irrito molimine, apud Suttonenſes ſuos, pannificij quodam genus inſtituit, leuidenſarum nempe confectionem, quas Carſeyas nuncupamus, nec aliunde fere prouenunt niſi è comitatu Deuonienſi & regionibus Exoniæ vicinis. Siue quod verum ſit illud Poetæ,

——*Non omnis fert omnia tellus*;

Siue Deo viſum non fuerit conatui aſpirare, cui initium dederit ſacrilegium tam nefandum; Suttonenſes certe hoc artificium, tanquam parum quæſtuoſum ſtatim neglexerunt. Cæterum non multo poſt acceſſum eius in patriam, in diuerſis Angliæ regionibus (ac Deuonia præſertim) tumultuari cœptū à ruſticis; qui ſeditione excitata, religionis ritus querebantur mutatos; & auitos reſtitui, nuper introductos aboleri, magna cum ferocia poſtulabant. Ab iſtis Exonienſis vrbs obſeſſa, & à ciuibus fortiter quidem ſed ægre tamen defenſa, donec Regij exercitus aduentu, ſoluta eſt obſidio, poſtquam triplici clade ſeditioſi fracti, profligati, & vel cæſi vel capti ſunt fere vniuerſi. Epiſcopo, tanquam data opera tam procul abſenti, eiuſque vel ſocordiæ vel malitiæ hæc ſeditio imputatur. Quapropter, ne incommodo locus relinquatur conſimili, abdicare iubetur. Id quod ille fecit non grauate, qui ex diuendito ſacro patrimonio grandem pecuniam coegerat, & ſibi quoad viueret prædiorum venditorum redditus reſeruarat. Exauthorato tum ſuffectus eſt (de quo mox plura) Milo Couerdalus, ſed auibus parum fauſtis. Nam biennio nondum tranſacto à conſecratione, Mariâ regno potitâ, in exilium eiectus eſt, & Voyſcius reſtitutus. Qui Exoniam protinus accedens; in Pontificijs ritibus reſtaurandis ibidem, omnem adhibet diligentiam. Tamen loci cito pertæſus, ad Suttonam ſuam quam potuit celerrime reuerſus eſt; ibique tandem anno 1555. grandæuus interijt, cum poſt conſecrationem vixiſſet annos 36.

32. MILO COVERDALVS.

1551. *Edw.6.5.* IS, de quo supra fecimus mentionem, Milo Couerdalus, ordinis Augustiniani monachus quandoque (è comitatu Eboracensi oriundus, Theologiæ Doctor Tubingæ in Germania creatus, sed Cantabrigiæ incorporatus) sacratus est in Episcopum Exoniensem Augusti 30. 1551. & post biennium (sicuti retulimus) eiectus, ac in carcerē coniectus; vnde non potuit liberari, donec accuratis Danorum Regis precibus, è flammis ereptus, præclari muneris loco impetrauit vt in exilium pelleretur. Elizabethâ regnum adeptâ, in patriam quidem reuersus est; sedem vero relictam repetere non curauit. Londini grandæuus decessit, & in Parochiali Ecclesia S. Bartholomæi, sepulturæ est traditus.

33. IACOBVS TVRBERVILL.

1556. *Mariæ.4.* VOysceio defuncto, successor à Maria Regina designatur Iacobus Turberuillus (qui Monachus quandoque extiterat) quique nobili ortus familia & in Collegio Wiccamico Oxoniæ educatus, consecrationem accepit anno 1556. Hic, vt Ecclesiam per antecessorem vastatam aliquatenus restauraret, nullum non mouit lapidem. Et à Maria certe Regina impetrauit mannerium Creditonense; quod tamen me Canonico, sed concessioni assensum minime prębente, iterum ab Ecclesia alienatum est. Maria post biennium extincta, vna cum cęteris sui ordinis exauthoratus est, & cum per multos annos priuatus vixisset, in summa libertate defunctus.

34. GVLIELMVS ALLEY.

1560. *Eliz.3.* GVlielmus Alleius S. Theologiæ Doctor, & eiusdem in Ecclesia Paulina Prælector, qui multa edidit volumina lingua Anglicana conscripta, & Collegij Regij Cantabrigiæ socius fuerat, consecratus est, in Turberuilli exauthorati successorem Iulij 14. 1560. Obijt anno 1570. & marmore tectus prægrandi, sepultus iacet in medio fere Presbyterij non procul à Woltono.

35.

Digitized by Google

35. GVLIELMVS BRADBRIDGE.

GVlielmus Bradbridgius S. Theologiæ Doctor, Sarisburiensis Decanus, in Magdalenensi Collegio Oxoniæ educatus, consecrationem accepit Martij 18. 1570. Repentina morte oppressus expirauit Newtoniæ Ferreriorum Iun. 27. 1578. & ab Aquilonari parte Presbyterij tumulo conditus est è polito saxo non ineleganti, quem posuit illi nepos ex sorore (nouerca mea) Gulielmus Marston Legum Doctor, Exoniensis Ecclesię Præcentor, quem amicum summum & optime de me meritum, gratitudinis ergo libenter commemoro. 1470. *Eliz.* 13.

36. IOANNES WOOLTON.

BRadbrigio successit, fœliciſſimæ memoriæ, mihique semper recolendæ, socer meus amantissimus Ioannes Wooltonus, Ecclesiæ Exoniensis Canonicus Residensarius, sub initium Augusti consecratus 1579. qui Wiggenæ natus est in comitatu Lancastrensi, parentibus honestis, sed nobiliori matre. Postquam Oxoniæ paucos annos bonarum literarum studio operam nauasset; auunculum suum ter venerandum Alexandrum Nowellum, (qui postea per annos 42. Ecclesiæ Paulinæ fuit Decanus) in Germaniã comitatus est; vbi delitescentes, Marianarum persecutionum procellas declinarunt, donec Elizabetha rerum potita Angliæ suæ serenitatem restituit. Incidit Wooltonus in tempora nouatorum factionibus valde turbulenta; summorum procerum paucis existentibus, qui hoc genus hominum, politiam Ecclesiasticam aperte acerrimeque oppugnans, non propugnaret, foueret ac tueretur: vt difficillimum fuerit, summæque prudentiæ opus, & officio non deesse, & apud præpotentes offensam non incurrere. Neque vero negandum est, aduersę factionis hominibus inuisum eum fuisse; sed ita, vt post obitum cessante liuore, ęgre quisquam reperiatur qui apud omnes hominum ordines desiderium sui maius reliquerit. Nondum sexagenarius, asthmaticus obijt Martij 13. 1593. cum vix duabus ante migrationem horis, de rebus 1579. *Eliz.* 22.

bus grauiſſimis literas dictaſſet prudentiã redolentes ac pietatem valentis ac vigentis. Quo tempore admonitus vt valetudinis rationem haberet; à Veſpaſiano mutuatus dictum illud tam celebratum (ſed Epiſcopo fortaſſis quam Imperatori conuenientius) reſpondit, *Oportere Epiſcopum ſtantem mori*: Et contigit certe paulo poſtea vt per cubiculum incedens, inter manus ſubleuantium collapſus, pene priuſquam terram attingeret, expiraret. Humatus eſt ab Auſtrali parte presbyterij, prope locum, vbi primogeniti pietate, monumentum lapide Lydio coronatum, & illius memoriæ conſecratum videmus.

37. GERVASIVS BABINGTON.

1594. *Eliz.* 37. EPiſcopus Landauenſis Geruaſius Babingtonus, S. Theologiæ Doctor, & olim Collegij S. Trinitatis Cantabrigiæ ſocius, poſt annuam vacationem huc tranſlatus eſt menſe Februario 1594. & hinc Wigorniam Octob. 4. 1597.

38. GVLIELMVS COTTON.

1598. *Eliz.* 40. GVlielmus Cottonus S. Theologiæ Doctor, Archidiaconus Lewenſis, & Eccleſiæ Paulinæ Canonicus Reſidenſarius, in Ciuitate Londinenſi natus, & in Collegio Reginæ Cantabrigiæ educatus, conſecratus eſt in Epiſcopum huius Eccleſiæ vna cum Sarisburienſi & Bangorenſi Nouembris 12. 1598. Huius animoſitate ac ſolertia, periculum à nouatoribus non leue, olim memini depulſum, quando propter temporum mutationem ſpe factioſi æſtuantes, neſcio quid præſtituri videbantur, niſi conatibus illorum vir cordatus fortiter reſtitiſſet.

Hic Epiſcopatui ſecundum æſtimationem recentiorem Edwardi ſexti tempore initam, valet libris 500. *Et tamen ad ingreſſum noui præſulis, Pontifici pendere conſueuit, ducatorum ſex millia.*

DE

DE EPISCOPIS NORWICENSIBVS.

ORrientalium Saxonum Rege Corpwaldo defuncto, Sigebertus (quem ille in exilium pepulerat) reverſus, regnoq; potitus, adduxit ſecum Fœlicem quendā, patria Burgundum, quocum exilij tempore familiaritatem contraxerat, eumq; ſui principatus Præſulem conſtituit. Qui dein ſuos deficientes ad Chriſtianam fidem reduxit, ac anno Chriſti 630. ſedem fixit Dunwici, quæ civitas propter mare in Orientali Suffolciæ parte poſita eſt. Sedit annos 17. & Martij 8. 647. vitam cum morte commutavit. Sepultus eſt Sohamæ, in Cœnobio ibidem per Danos poſtea deſtructo, oſſa vero eius multo poſt quæſita & reperta Ramſeiam ſunt tranſlata.

Fœlici ſucceſſit Thomas Diaconus eius, ex Girviorum provincia oriundus, qui præfuit annos quinque.

Bregilſus (qui & Bonifacius) patria Cantianus, poſt illum ſedit annos 17.

Biſus, cum propter ætatem ingraveſcentem, & adverſam valetudinem, tantæ provinciæ minime par eſſet, in duas eam ſedes diviſit. Altera vero in hac permanſit: Alteram in North-Elmham oppidulo conſtituit. Ac in Elmhamenſi quidem ſede hij ordine ſucceſſerunt:

1. Bedwinus.
2. Northbertus.
3. Headulacus.
4. Edilfridus.
5. Lanferthus.
6. Athelwolfus.
7. Alcarus.
8. Sibba.
9. Alherdus.
10. Humbirctus.

Epiſcopi

Episcopi Dunwicenses fuerunt;

1. Acca.
2. Astwolphus.
3. Eadfarthus, consecratus. 734.
4. Cuthwinus.
5. Aldberthus.
6. Eglafius, *alias* Algarus.
7. Heardredus. Ille ipse fortassis de quo fit mentio in Synodo quam celebravit Cuthbertus Cantuariensis Archiepiscopus anno 747. sub nomine Hardulfi.
8. Aelphunus.
9. Tidferthus, *alias* Tedfridus.
10. Weremundus.
11. Wilredus.

Post horum tempora, vtraque dioceſis propter turbas Danicas, centum per annos Præsule manſit deſtituta. Cantuariæ tandem, anno 955. Edwyo regnante, Athulfus quidam, omni Orientalis Angliæ provinciæ Antiſtes præponitur & ſedem collocavit Elmhamæ. Huic ſuffecti ſunt hij quorum nomina ſequuntur.

2. Alfridus.
3. Theodredus.
4. Theodredus
5. Athelſtanus.
6. Algarus, qui obijt 1021.
7. Alwinus.
8. Alfricus, qui obijt. 1038.
9. Alifreius, quem etiam Alfricum nominatum Malmesburienſis perhibet.

10. STIGANDVS.

ALifreio defuncto, ſucceſſit Stigandus, in Pontificatum aſcitus & ſtatim eiectus.

11. GRINKETELLVS.

GRinketellus, qui Stigandum curauerat eijciendum, poſtquam compertum eſſet, aditum ſibi ad eum quem adeptus

tus eſt honorem mercede ac pretio patefeciſſe, deturbatus eſt & ipſe, ac Stigandus denuo in cathedra Epiſcopali collocatus. Hic Wintonienſem poſteà ac Cantuarienſem thronos conſcendit.

12. EGELMARVS.

FRatris anteceſſoris opera, Egelmarus illi ſubſtitutus eſt, anno 1047. & vna cum eodem fratre exauthoratus, Præſulatu excidit primis Normannorum temporibus.

13. HERFASTVS.

HErfaſtum capellanum ſuum Gulielmus primus Rex huius ſedis Epiſcopum renunciavit. *Qui ne nihil facere videretur (vt ſunt Normãni famæ in futurũ ſtudioſiſſimi)* (ſic Malmesburienſis) *Epiſcopatum de Helmham tranſtulit ad Thetfordam*, cui Romano ſeculo nomen erat Sitomagi. De iſto pluribus ſupra apud Lanfrancum Cantuarienſem.

GVLIELMVS GALSAGVS,

QVi illi ſubrogatus eſt Guliemus Galſagus, ad Thetfordiam ſuam exornandam nihil non fecit. De eo tamen apud Malmesburienſem (quod miror) nulla habetur mentio.

1. HEREBERTVS LOSINGA.

PRoximus ab hijs Herebertus, Pontificiæ dignitatis gradus conſcendit, à nonnullis Gulielmus Herbertus appellatus, plurimis vero Herebertus Loſinga; quem Oxoniæ natum, & Fiſcanenſem in Normannia Priorem creatum, Gulielmus ſecundus Rex in Angliam acciuit. Hinc, cum in aula verſaretur, omnibus in rebus ita ſe probavit, vt & illum Rex non ſolum magnopere diligeret, ſed & præmijs etiam cumularet ampliſſimis. Vnde factum eſt, vt infra triennium, ingenti pecunia comparata, & ſibi Pontificatum (dicitur enim ſedem ſuam à Rege 1900. libris obtinuiſſe) & patri Abbatiam Wintonienſem, turpiſſimo mercatu potuerit coëmere. Qua de re ſic luſit illorum temporum Poëta,

Surgit in Eccleſia monſtrum genitore Loſinga,
(Simonidum ſecta Canonum virtute reſecta)

Petre nimis tardas, nam Simon at ardua tentat:
Si præsens esses, non Simon ad alta volaret.
Proh dolor, Ecclesia nummis venduntur & ære.
Filius est Præsul, pater Abbas, Simon uterq;
Quid non speremus si nummos possideamus?
Omnia nummus habet: Quod vult facit, addit & aufert.
Re nimis ininsta, nummis sit Præsul & Abba.

Verum enimvero *erroneum impetum iuuentutis* (vt loquitur Malmesburiensis) *abolenit pœnitentia, Romam profectus senerioribus annis, vbi loci dalmaticam & baculum & annulum deponens, indulgentia clementissimæ sedis iterum recipere meruit. Quod Romani sanctius & ordinatius obseruant, vt Ecclesiarum omnium sumptus suis potius marsupijs inseruiant, quam quorumlibet Regum vsibus militent. Herebertus ita domum reuersus, sedem Episcopalem quæ quondam fuit in Helmham, & tunc erat apud Thetford, ad insignem mercimonijs & populorum frequentia vicum transtulit nomine Norwich. Ibi Monachorum cõgregationem numero & religione percelebrem instituit, omnia ijs necessaria sumptu mercatus domestico. Prouidens scilicet successorum querelæ, nullas de Episcopio terras largitus est, ne illi Dei famulos fraudarent victualibus, siquid offendissent quod suis competeret rebus. Prætereà apud Theodfordum Monachos Cluniacenses instituit, quod sint illius cœnobij professores vbique pene gentium dispersi, locupletes in seculo & splendidissimæ religionis in Deo. Ingenti ergo & numerosa virtutum gratia præteritarum offensarum molem obumbrauit, disertudinis & literarum copia, nec minus secularium rerum peritia, Romanæ celsitudini suspiciendus. Mutatusque Herebertus fuit (vt Lucanus de Curione dixit) momentum & mutatio rerum; sicuti tempore Willielmi Regis Symoniæ causidicus, ita regnante Henrico propugnator inuictus, nec ab alijs fieri voluit quod à se præsumptum iuuenili feruore indoluit; præ se semper (vt aiunt) ferens Hieronymi dictum, Errauimus iuuenes, emendemus senes. Postremo, quis in illius facti laudem digne pergat, quod tam nobile Monasterium Episcopus multum pecuniosus fecit, in quo nihil frustra desideres, vel in ædificiorum specie sublimium, vel in ornamentorum pulchritudine, vel in Monachorum religione, & sedula ad omnes charitate.*

charitate. Hæc & viuum ſpe fœlici palpabant, & defunctum (ſi non vana pœnitentia fides) ſuper æthera tulerunt. Hæc Malmesburienſis in genere, digitum ad fontes intendens, & nobis ſingula ſigillatim recenſenda relinquens. Cum Norwicus ea tempeſtate ciuitas eſſet omnium in illis regionibus & pulcherrima & opulentiſſima; ad ſedem Epiſcopalem in ea collocandam animum adiecit; quod ciuibus expetentibus, Regeque & Pontifice annuentibus, effecit tandem. Ædem Cathedralem ſuis ſumptibus conſtruxit, area coempta in loco quem veteres Cowholm appellarunt, & ornamentis abunde inſtructam, ſacroſanctæ Trinitatis nomini dicauit, ac Monachis etiam habitacula ædificavit, primo lapide à ſe anno ſalutis 1086. poſito, cui hæc verba dicuntur inciſa,

Dominus Herbertus poſuit primum lapidem, in nomine Patris & filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Sibi tum & ſucceſſoribus palatium extruxit ab Aquilonari parte Eccleſiæ, quod à Monachorum cellulis ideo dicitur ſecreviſſe, vt hominum huc & illuc diſcurrentium tumultu, mentes illorum à cœleſtium rerum contemplatione non abſtraherentur. Eccleſias deinde parochiales quinque inſuper condidit, quarum vnam S. Leonardo conſecravit, idque in ſummo colle, Eccleſiæ cathedrali (interiecto flumine) adverſam; alteram etiam Norwici neſcio quam; Elmhami tertiam; quartam Lynnæ, ac quintam denique Yarmuthæ: Quas omnes Monachorum poteſtati ſubiecit, & ex eo cœtu vt ſemper eſſent qui ſacra ibidem alternatim obirent, ordinavit. Exceſſit è vivis Iulij 22. 1119. & in Eccleſia ſua prope ſummum altare ſepultus eſt.

2. EVERARDVS.

SVcceſſit illi Everardus, Sarisburienſis Archidiaconus, qui conſecratus Iunij 12. 1121. cum annos ſediſſet 29. nulla re præſtita memorabili, appoſitus eſt ad patres ſuos Octob. 15. 1150. 1121. *Hen.* 1. 22.

3. GVLIELMVS TVRBVS.

1151. *Steph.16.* HVnc consequutus est Gulielmus cognomento Turbus, genere Normannus,& ineunte ætate Norwicensis Monachus, postea Prior, ac demum Episcopus à Commonachis suis electus, atque à Theobaldo Cantuariensi anno 1151. consecratus. Huius tempore, Ecclesia Cathedralis fortuito incendio conflagravit. Obijt anno Pontificatus sui vicesimo quinto Ianuarij 17.

4. IOANNES OXONIENSIS.

1175. *Hen.2.21.* ANno salutis 1175.Ioan.Oxoniensis,Satisburiēsis Archidiaconus, in Episcopum huius Ecclesiæ consecratus est. Ciceſtrensem antea fuisse antistitem author est Baleus;qua in re hallucinatum constat.Hic Ecclesiam suam Cathedralem ab Hereberto constructam, sed nuper incendio deformatam, restauravit,pristinoque restituit nitori,nonnullis porro adiectis ornamentis, quæ deesse videbantur. Tum ptochotrophia infirmis,qui tenuioris essent sortis, exædificavit; & Ecclesiam S. Trinitatis Ipsuici à fundamentis excitavit; Necnon ædes quamplurimas incendio absumptas, reficiandas curavit. Iunij 2. 1200. defunctus, iuxta Herebertum antecessorem suum humatus est, consecrationis suæ anno vicesimo sexto, quo ipso anno Ecclesia Cathedralis iterum deflagravit.

5. IOANNES GREY.

1200. *Ioan.2.* OPera Ioannis Regis,Episcop° tum cōsecratur Ioan.Greius, homo iuris nostri municipalis peritissimus, ideoq; summus Angliæ Iustitiarius constitutus, eximia deinde prudentia præditus & in rebus gerendis dexteritate. Ob quas animi virtutes cum esset Principi charissimus; vt ad Archiepiscopatum Cantuariensem tum vacantem cum proveheret, nullum non movit lapidem. Quid fuerit in causa,quod voti compos non extiterit, quantæque calamitates & Regi & regno vniverso inde provenerint; in Stephano Langtono Cantuariensi supra demonstravimus. Sedit annos 14. & Legatus

gatus ad Pontificem profectus, in reditu deceſſit prope Pictaviam Nov. 1. 1214. Corpus vero in Angliam deportatum, in Eccleſia Cathedrali Norwicenſi tumulatum eſt. Aulam, & omnem illam quæ hodie Gaywodiæ viſitur, molem, hic Præſul extruxit.

6. PANDVLFHVS MASCA.

ANnos totos ſeptem vacavit ſedes poſt Graij obitum, propter tumultus bellicos (vt opinor) gliſcente ſeditione & diſcordia inter Regem & optimates; quos contra illum Papa concitarat, iratus, Langtonum Archiepiſcopum (à ſe, Rege invitiſſimo, creatum) regno arceri. Prudentia Pandulphi, Pontificij Legati, pax tandem compoſita eſt. Vtriſq; viſum, ſedulitatem hominis, Epiſcopatu Norwicenſi remunerare, ad quem per Honorium 3. conſecratus eſt anno 1222 cum (vt videtur) ante annos 40. in Cardinaliũ Collegiũ fuiſſet à Lucio tertio Papa cooptatus, aſſignato ei titulo 12. Apoſtolorum. Multas hic Legationes ſub varijs Pontificibus obivit; Ad Genuam miſſus à Cœleſtino tertio anno 1196. ad diſcordias ibidem civiles componendas & pacem cum Piſanis (inter quos ipſe natus extitit) procurandam: Sub Innocentio tertio cum alio quodam Cardinali in Tuſciam amandatus, 1198. vt civitatum Hetruriæ fœdera, Papa inconſulto inita reſcinderet: Ac denique hic in Anglia, vt belli civilis incendia (quod ægre tandem & non niſi mortuo Rege perfecit) reſtingueret. Hunc virum doctum fuiſſe & prudentem (teſte Ciaconio) Innocentius antedictus pronunciavit. Multa Monachis Eccleſiæ ſuæ fertur contuliſſe, & diem clauſiſſe extremum Auguſti 17. conſecrationis ſuæ anno quinto. 1222. *Hen.* 3. 6.

7. THOMAS DE BLVNDEVIL.

POſtquam per tres annos ſedes vacaſſet, Thomas de Blundevilla, qui Scaccarij Regij Clericus dicitur extitiſſe, Huberti de Burgo, ſummi Angliæ Iuſtitiarij opera, conſecratus eſt in Epiſcopum Norwicenſem, Decemb. 20. 1216. Obijt Aug. 16. 1236. 1226. *Hen.* 3. 11.

8. RADVLPHVS.

1236. *Henr.* 3. 21. BLundeuillo succeſſiſſe dicitur à pleriſque Gulielmus Raleius. Teſte vero Weſtmonaſteriense, Radulphus quidam conſecratus eſt Octob. 28. 1236. & anno deinceps inſequenti mortuus eſt.

9. GVLIELMVS DE RALEIGH.

1239. *Henr.* 3. 13. VAcauit Epiſcopat⁹ poſt mortem Radulphi annos ferme tres. Epiſcopū interea monachi deſignarant Simonem Eccleſię ſuę Priorem virū & doctum & prudentem, quem tamen Rex non probauit, & electionem de eo factam, Romæ irritam pronunciari curauit. Conſecratus eſt tandem (quo iure, me latet) Eccleſiæ Paulinæ Canonicus, Gulielmus de Raleigh anno 1239. Monachi Wintonienſes paulo poſtea ipſum in Epiſcopum poſtularunt, vnde magni tumultus exarſere. Qua de re Wintonienſes conſule.

10. WALTERVS DE SVFEILD.

1244. *Hen.* 3. 28. SVcceſſit illi Walterus de Sufeild, vir (vt habet Neuillus) totius diuini ac humani iuris peritiſſimus. Xenodochium S. Ægydij Norwici hic conſtruxit, & prędijs dotauit. Capellam inſuper B. Virginis in Eccleſia ſua ædificauit. Hoc etiam de illo memoratu reor digniſſimum, quod annona cara, argenti quicquid habuit cælati, venditit & pauperibus diſtribuit, vt haberent vnde panem compararent. Conſecratus eſt anno 1244. & Colceſtriæ deceſsit Maij 18. 1257. in capella B. Marię quam extruxerat tumulatus, vbi loci miracula neſcio quæ patrata poſtea, credulæ plebi perſuaſum.

11. SIMON DE WANTON.

1257. *Henr.* 3. 42. SImon de Wanton Capellanus Regius & Iudicum regni siue Iuſtitiariorum vnus, conſecratus Martij 10. 1257. impetrauit à Papa, vt quicquid haberet promotionum Eccleſiaſticarum, in commendam (vt loquimur) etiam Epiſcopus

pus, quatuor annorum ſpatio retineret. Cum annos ſedisſet 8. defunctus, iuxta Walterum anteceſſorem traditur ſepulturæ.

12. ROGERVS DE SKERWING.

1268.

ELectionem Rogeri Skerwing Prioris Norwicenſis, confirmauit Otho-bonus Cardinalis, legatus Pontificius; & Rex illum temporalibus (vt loquimur) reſtituit Martij 17. regni ſui quinquageſimo, Chriſti vero 1265. Illo ſedente, tumultus ingens inter ciues & monachos concitatus, parum abfuit, quin & ciuitatem & Eccleſiam perdidiſſet. Cuius rei hiſtoriam à Neuillo in ſuo Norwico prolixius deſcriptam, paucis ego, meo more perſtringam. Ad portam cœnobij cathedralis nundinæ ſunt celebratæ; in quibus forte fortuna contentione inter neſcio quos exorta, à verbis ad verbera peruentum, & à monachorum famulis ciuium aliquot ſunt interempti. Magiſtratus quem Coronatorem appellamus, (cuius eſt, arbitris adhibitis, pronunciare de cæde, vtrum caſu vel data opera perpetrata videatur) poſt rem cognitam, lictoribus mandat, vt homicidas, ſi forte prodire contingat, comprehendant. Qua re nunciata, Monachi in ciues excommunicationis fulmen eiacularunt; & occluſis portis, non contenti vim prohibuiſſe, vltro intulerunt, crebris baliſtarum ictibus conuulnerantes ciues prætereuntes; ac deinde portis effuſi, plurimos obtruncantes, ædes quoque nonnullorum diripientes, ac per totam noctem circa vicos ciuitatis petulantiſsime debacchantes. Quapropter, vrbano Prætori conſultum viſum, populum ad arma conuocare, qui tanto numero confluxere, vt exercitum iuſtum confecerint. Neq; contineri poterant, Eccleſiaſticorum iniurijs prouocati, quin valuis cœnobij igne illato, vi irrumperent. Ingreſsi vrbani numero potiores, monachos locorum anguſtijs ſe tueri conantes, magna vi inuadunt. In eo conflictu multi vtrinq; ferro abſumpti: Sed ciues tandem ſuperiores euaſerunt; & iniuriarum pridie illatarum memores, poſtquam cædibus vindictæ cupiditatem expleſſent, ad rapinas conuerſi; quicquid pecuniarum, argenti cælati aut ſupellectilis reperiſſent

Henr. 3: 50.

quod possent asportare, eripuerunt; ne à libris quidem aut ornamentis Ecclesiasticis sacrilegas man° abstinentes. Flamma interea paulatim repens, non tantum portas, sed hospitia pauperum, monachorum cellas, Prioris stabulum ac pistrinum, deinde etiam campanile Ecclesiæ inuasit, ac ipsam Ecclesiam turpissime deformauit. Verum neq; hic finis extitit malorum. Placet Monachis bellum redintegrare; & armatorum auxilia ex Yarmutha (oppido maritimo ad decimum inde lapidem) accersere. Hij infesto agmine vrbem intrantes cuncta ferro atq; flammis miscuere. Sic vltro citroque per aliquot dies cladibus illatis; huiusce tumultus Rex certior factus (Henricus tertius) quam potest celerrime accurrit. Quo conspecto, armati vtrinque protinus diffugiunt. Sacrilegij authores ab Episcopo Roffensi excommunicantur. Triuetus Iustitiarius, causa cognita, multos ciuium ad mortem damnatos, suspendi iubet, & semiuinos (proditorum vsitato apud nos supplicio) dilaniandos. Mulier vero quę prima portis cœnobij ignem admouerat, ignibus absumenda decernitur. Ad monachos quod attinet; Romam prouocantes, non solum iudiciorum laqueis ipsi sunt elapsi; sed primi totius mali authores, litem inde ciuibus intentarunt, quæ diu agitata. Tandem re ad Edwardū, per Pontificem delata, qui Patre Rege nuper mortuo, ex Palæstina reuersus, Romam Pontificem salutatum peruenerat; illius iudicio constitutum est, vt ciues ad reficiendam Ecclesiam & ea restauranda quæ vel flammæ vis, vel hominum furor deuastasset; millia marcarum tria infra sex annos persoluerent; videlicet, quotannis quingentas. Deinde vt pixidem auream confestim fieri curarent, in quo panis Eucharisticus perpetuo posset asseruari. Paulo post incendium hoc restinctum, Rogerus Episcopus, caducæ carnis vinculis solutus, ex hac vita migrauit Nou. 25. cum sedisset annos circiter 13.

13. GVLIELMVS MIDDLETON.

1278. Edw. 1. 6. SVccessit illi Gulielmus Middletonus Archidiaconus Cantuariensis, cui temporalia comperi restituta Martij 16. Edwardi primi sexto, cum Maij 29. fuisset consecratus

1278.

Digitized by Google

1278. Lamethæ vna cum Roffenſi; *Vir in iure ciuili & Canonico peritiſsimus & elegantiſsimus*, vt loquitur Chronicon Oſneienſe. Hic Eccleſiam ſuam igne deformatam refecit, priſtinoq; nitori reſtituit, & Rege, procerumque magna caterua præſentibus, conſecrauit. Exceſsit è viuis Auguſti 31. 1288.

14. RADVLPHVS WALPOOLE.

RAdulphus Walpoole Archidiaconus Elienſis, à Monachis Norwicenſibus electus, & anno 1288. conſecratus eſt. Poſtquam hanc Eccleſiam per annos 11. magna pietatis ac prudentiæ laude gubernaſſet; ad Elienſem tranſlatus eſt; à quo tempore, haud integrum triennium ſuperſtes, noua dignitate vitaq; ſimul priuatus eſt. 1288. *Edw.* 1. 17.

15. IOANNES SALMON.

TRanſlato ad Eccleſiam Elienſem Walpolo, ſucceſſor à Pontifice deſignatur Ioannes Salmon Prior Elienſis. Anno 1319. ſummus Angliæ Cancellarius conſtitutus, eo munere annos 4. functus eſt. Palatij Epiſcopalis aulam is conſtruxit & capellam, necnon etiam aliam capellam in occidentali parte Eccleſiæ, vbi quatuor ſacerdotibus ſacra ibidem peracturis ſalaria pendi ordinauit. Obijt in cœnobio Folſtanenſi prope Doueram Iulij 6. 1325. 1299. *Edw.* 1. 28.

16. GVLIELMVS AYERMIN.

ANonnullis traditur, Robertum Baldocum, qui ſub Edwardo ſecundo Angliæ extitit Cancellarius, ac magna apud eum gratia ac potentia (ipſi tandem exitiali) aliquandiu viguit, & electum à monachis Norwicenſibus in Epiſcopum, & temporalia à Rege accepiſſe. Mihi probabilius videtur (id quod ab alijs perhibetur) electioni huiuſmodi aſſenſum ſuum denegaſſe. Certe Gulielmus quidã cognomento Ayerminus, his temporibus, oraculo Papali, Epiſcopus eſt renunciatus & Angliæ Cancellarius à Rege creatus. Monachis hic ducentas libras contulit vt prædia emerent, ex quorum fructibus duobus monachis cœnobij cellerarijs) penderentur ſala- 1325. *Edw.* 2. 18.

salaria, pro anima ipsius (Episcopi antedicti) perpetuo mansificaturis. Cum annos præfuisset pene 11. Martii 28. 1337. Sharingæ iuxta Londinum decessit.

17. ANTONIVS de BECK.

1337. *Edw.* 3. 11. PApali mandato huic sedi tunc ingeritur Antonius de Beck, S. Theologiæ Doctor Oxoniensis, qui in curia Romana aliquot annos nescio quid muneris obiuerat. Huic multum fuit negotij cum Monachis suis Norwicensibus, quos (vt videtur) rigide nimis tractauit. Archiepiscopo etiam Cantuariensi Winchelseio, diœcesin suam visitaturo, magna cum pertinacia restitit. Ingenij hęc innata homini proteruia ac insolentia, ipsi (ni fallor) tandem fuit exitio. A suis namq; domesticis, veneno dicitur sublatus.

18. GVLIELMVS BATEMAN.

BEcko à domesticis ita (vt diximus) perempto, Gulielmus Batemannus, Legum Doctor, Norwici natus, indidemq; Archidiaconus, Cantabrigiensis vero Academiæ alumnus, à Monachis in Episcopum electus, consecrationem breui post obtinuit; vir magnanimus, & iurium Ecclesiæ suæ propugnator acerrimus. A Clemente 6. Pontifice sibi ac successoribus impetrauit, omnium Ecclesiarum per Diœcesin suam vacantiũ fructus. Qua de re inter ipsum ac Diœcesanos, lis diu agitata fuerat. Robertum Baronẽ Morleiũ, quod feras nõnullas in viridarijs suis cõfixisset, & famulos eius (repugnantes forte quo minus id fieret) iniuriosius tractásset, coegit, capite & pedibus nudis, cereum manibus tenentem, per plateas ciuitatis Norwicensis, ad Ecclesiam cathedralem incedere, ibiq; magna ciuium corona circumfusum, gratiam admissi criminis ab Episcopo deprecari, idq; Rege hanc pœnam literis minitabundis prohibente. Sed pulcherrimum huius Episcopi facinus est, quod Cantabrigiæ Collegium extruxit, (Aulam Trinitatis nuncupatum) prędijsq; nonnullis locupletauit. Aulam porro condidit Annunciationis dictam. Author etiam fuit Gunuilio cuidam S. Theologię professori, vt alterum ibidem instituere t Collegium, quod ex suo nomine Aulam Gunuilensem appella-

pellauit. Hoc postea Ioannes Caius medicus ita auxit ac amplificauit, vt hodie Collegium dicatur Caij & Gunuilli. Quo tempore Edwardus 3. Rex Galliæ regnum ad se hæreditario iure deuolutum, sibi armis decreuit asserere, Batemannum ad Pontificem misit, vt de iure suo ad regnum prædictum ipsum edoceret. In hac legatione Auenione decessit, anno 1354. Hoc Episcopo sedente, Angliam nostram inuasit lues illa, qua funestiorem, vix vlla secula viderunt, vel hic, vel alibi. Siquidem per omnes regni prouincias ea crudelitate sæuijt, vt mortalium vix decimam partem hic reliquerit superstitem, si scriptoribus illorum temporum fides sit adhibenda. Certe in vna Norwicensi ciuitate, ex vtroq; sexu, sex mensiũ spatio, videlicet inter primam Ianuarij, & primam Iulij (præter Ecclesiastici ordinis homines) quinquaginta septem millia, ac insuper 104. interierunt, ex hac peste tam atroci & horrenda.

19. THOMAS PERCY.

BAtemanno defuncto, Henrici Lancastriæ Ducis opera, qui Thomam Perceium, Northumbriæ Comitis fratrem magnopere dilexerat, Episcopus Norwicensis a Pontifice declaratur Thomas prædictus, cum Monachis vt eum eligerent, non posset persuaderi. Illo sedente, campanile Ecclesiæ vi tempestatis deiectum, tecti magnam partem, ac ædificia vicina, afflixit & deturbauit. Quibus detrimentis resarciendis, non solum ipse quadringentas marcas contulit, sed a clero etiam Diocesis suæ magnam pecuniæ summã impetrauit. Migrauit ex hac vita Blofeldiæ, Aug. 8. 1369. Pontificatus sui anno decimo quarto, & condito testamento, Ecclesiæ suæ Præcentori, ac successoribus eius, legauit prædia quædam in mannerijs de Fowrhow, Kymerle, Carlton, Gromthorp & Wichelwood, ea nimirum lege, vt pro salute animæ suæ in Ecclesia Cathedrali quotidie missificarent.

20. HENRICVS SPENCER.

HAdriano quinto Papæ bellum erat cum Bernaboue Vicecomite Mediolanensi. Huic Pontifici, qui genere paterno Anglus erat, Angli quamplurimi militabant, interq; eos Spen- 1370. *Edw.* 3. 45.

Spencerorum gentis duo, quorum alter, apud eum propter ſtrenuitatem admodum gratioſus, fratri cui nomen Henrici, Epiſcopatum Norwicenſem impetrauit. Hic in Angliam reverſus, Martii 16. 1370. conſecratus eſt (inquit Neuillus) per Archidiaconum Norwicenſem. Inthronizatum tum credo ab illo; cum Epiſcopi niſi ab Epiſcopis non conſecrentur. Vulpis pilum mutat non animum. A militia hic ad præſulatum traductus, infulis etiam ſuſceptis, nil tamen niſi bellum & arma ſpirabat. Accepta proinde ab Vrbano 6. poteſtate contra ſchiſmaticos (ſic appellabantur qui a Pontifice Rom. iniurioſius tractati, illius imperium aſpernabantur) anno 1383. cum inſtructa claſſe & exercitu magno in Belgium trajecit, inuito Rege, qui eam ob cauſam Epiſcopatus redditus fiſco infeſtandos decreuit, & biennium integrum ab eo detinuit. Ille interea ſtrenui Imperatoris functus officio, ſuſis profligatiſq; hoſtium triginta millibus, ſeptem autem interfectis; Dunkirkam, Neoportum, Burburgum, Poringam, & Grauelingam, aliaſq; maritimas vrbes, flammis & incendio deleuit. Magis laudo (quod priori loco a me fuerat commemorandum) inſignē eius fortitudinem cum prudentia coniunctam, quam anno 1381. in rebellibus compeſcendis ac domandis demonſtrauit. Seditioſorum ingens numerus in diuerſis inſulæ regionibus arma ſumpſerat. Horum pars longe maxima Londinum verſus profecta eſt, ducibus Tylero & aliis, ex infima plebe; quibus erat in animo, nobilitatem omnem, & ordinem etiam Eccleſiaſticum (exceptis forte aliquot Franciſcanis) tollere è medio, vt ſic opibus eorum fruerentur. Ex iſto hominum genere, præter illos quos Londinum diximus profectos, ingens multitudo ſecedentes, in Norfolcienſi, & Suffolcienſi comitatibus; ducem ſibi præpoſuerunt Ioannem quendam Litſterum tinctorem Norwicenſem, quem plebeiorum Regem nominarunt. Scenicus iſte Rex, vt factioni ſuæ authoritatem conciliaret, comprehendere moliebatur Guilelmū Suffolciæ Comitem, qui dum cœnaret, ea de re admonitus, illico ſe proripuit è menſa, & emēdito habitu famuli Rogeri de Bloys equitis aurati, per deuia incedens, ad Regem tandem peruenit. Hac ſpe fruſtrati, omnibus paulo nobilioribus manus iniecerunt, quos

Sacra-

Sacramento adigerunt conatus ſuos pro virili promouendi. Et inter eos cum Robertus quidam Salius Eques Auratus haud diſſimulanter præ ſe ferret cœpta huiuſmodi illorum ſibi non placere; vnus ex mancipijs illius, domino cerebrum diſperſit. Ex cæteris vero qui illius exemplo territi, ſcelerata eorum conſilia probare videri volebant, Stephanus quidam Haleſius Eques itidem auratus, homo ſpecioſus, Regi preclaro dapifer & præguſtator deſignatus eſt, alijſque alia conſimiliter munia aſſignata. Cum conueniſſe viderentur omnes copiæ, Londinum placet proficiſci, vt ſe ſocijs conjungant. Cumque in viam ſe dediſſent, Legationem viſum ad Regem mittere, quam obirent Gulielmus Morleius & Ioannes Bruſius (præcipue nobilitatis Equites) vna cum tribus alijs ſuæ ſortis & conditionis. Spencerus, Epiſcopus ille bellicoſus, moram tunc temporis trahebat Burleyæ prope Stanfordiam; & audito tumultu à ſeditioſis in Dioceſi ſua excitato; licet periculo res non careret, accedere tamen voluit ad illos, vt eorum conſilia quonam tenderent (ſi qua daretur facultas) inueſtigaret ac perſpiceret. Habebat tunc in comitatu ſuo non plures quam haſtatos octo, & ſagittariorum numerum perexilem. Inſtructus tam tenuiter & Ickmingamam perueniens, nobiles iſtos in diuerſorio reperit, quos iubet edicere, ſi ſeditioſorum quempiam ibi loci hærere comperiſſent. Equites (ruſticorum metu plane defixi) tergiuerſari primo, nec quicquam prodere; Epiſcopum exiſtimantes copijs deſtitutum, in periculum ſeſe inconſulto & temere præcipitare. Tandem vero cum inſtaret ille, vt bona fide ſecum agerent, metuentes ne ſi vltra diſſimularent, ſeditionũ partibus non coacti, ſed ſponte viderentur adhærere; rem totam aperiunt; tumultus concitandi duces duos præcipuos hic adeſſe fatentur; tertium ad obſonia quærenda in oppidum profectum. His ergo duobus nihil moratus, capita fecit illico amputari, & tertium inueſtigatum ſimili affecit ſupplicio; tumque ad North-walſham (vbi conſediſſe hanc colluuiem acceperat) iter eueſtigio arripit. Proficiſcenti, in via ſe adiungunt nobilium quamplurimi, qui præ metu hactenus ſe occultarant, & è plebe

non

non pauci, hac ſeditionis lue ac contagio nondum infecti. Cum ad locum peruenisset vbi castra rebelles muniuerant; in iniparatos & nil tale cogitantes impetum facit continuo, & ipse armatus inter primos, vallum transcendit, munimenta disijcit, cumque perrupisset, cum obuijs fortiter se defendentibus manum conserit. Sed Walsingamium si placet audiamus hanc pugnam his verbis explicantem: *Antistes belliger, velut aper frendens dentibus, nec sibi nec hostibus parcens, vbi maius conspicit esse periculum, dirigit robur suum; hunc perforando, illum deijciendo, aliu vulnerando non cessat ledere vehementer, donec omnes copiæ quæ cum sequuta fuerant, fossa transcensa, ad confligendum parata forent. Tum pugnatum est acriter ab Episcopalibus, nec secus à rusticis, donec (vt assolet) nequitia conscientia partem terreret ininstam, & animum ab audacia & voluntate subtraheret moriendi. Fugiunt tandem meticulosi plebeij, & quia nulla alia restabat via, vltra impedimenta sua (quæ à tergo locauerant) per saltus euadere conantur. Sed præsul imperatoris circumspectis vbique gerens officium, hos conatus elidit, & fugere meditantes, cædendo impedit, impediendo cædit, donec captis maioribus turba concitatoribus, & ipso eorum Rege Ioanne Litster, quoique volebat ad vitam reseruatis, plena potiretur victoria. Quibus ita gestis, nondum quieuit Episcopus, donec perscrutatis per totam regionem malefactoribus, iustitia fieret de ijsdē. At Litsterus in primis, bellus istorum Rex, Northfolcorum idolum, ad furcam pertractus, pœnam luit proditoribus apud nos vsitatam.* Sic Walsingamius, paucis mutatis. Pergamus iam ad alia. Domi quam foris hic nihilo pacatior, certamen habuit atrox ac diuturnum cum Monachis suis, quos omni iure antiquo ac libertate privare conatum dicunt; adeo vt per annos quindecim, multis vexatos iniurijs grauissime afflixerit, donec tandem pacem quadringentarum marcarum pretio redemerunt. Tot certaminum victor, victus tandem morti succubuit, Aug. 23. 1406. cum annos sedisset prope 37.

21. ALEXANDER.

ELectus illi in ſucceſſorem Alexander Eccleſiæ Norwicenſis Prior, quem Rex adeo non probauit, vt annum fere integrum carceris eum cuſtodia coercuerit. Cum biennium ſedes vacaſſet, deprecante Arundellio Cantuarienſi Archiepiſcopo, necnon alijs regni proceribus, libertas ſimul & conſecratio indulta anno 1408. Annos præfuit quinque, & in capella B. Virginis ad pedes Walteri Sufeldi anteceſſoris ſui tumulatus eſt. 1408. *Henr.* 4. 10.

22. RICHARDVS COVRTNEIVS.

HEnrico quinto Rege ſatagente, Richardus Courtneius Academiæ Oxonienſis Cancellarius, à Monachis illico deſignatur ſucceſſor, & ab Archiepiſcopo Cantuariæ conſecratur, præſente Rege, in maxima nobiliſſimorum hominum frequentia. Vir generis nobilitate, eruditione eximia, morum ſanctitate, quid ni etiam adijciam, erecti corporis celſo honore clariſſimus. Quæ virtutes magnam illi gratiam apud omnium hominum ordines conciliauit, præcipue vero apud Regem, qui eum implicatiſſimis regni negotijs ſemper voluit intereſſe. Anno conſecrationis ſecundo, nobiliſſimus antiſtes in obſidione oppidi Harfluenſis in Normannia, morte ſublatus immatura, dyſenteria interijt Septemb. 14. 1415. Cadauer in Angliam deportatum, & magnifico funere elatum, Weſtmonaſterij inter Regum ſepulchra humatum conquieſcit. 1413. *Henr.* 5. 1.

23. IOANNES WAKERING.

COurtneio ob eruditionem, prudentiam, cæteraſque animi virtutes haudquaquam poſtponendus, Ioannes Wakeringus Archidiaconus Cantuarienſis, & priuati ſigilli cuſtos, eligitur in Epiſcopum, atque ab Archiepiſcopo conſecratur Maij 31. 1416. Sub id tempus, Conſtantienſe concilium celebratum eſt, ad quod iſte cum multis alijs gentis noſtræ præſulibus miſſus, munus demandatum ſic obiuit, vt grauiſſimi prudentiſſimique viri teſtimonium famamque repor- 1416. *Henr.* 5. 4.

reportarit. Clauſtrum quod in Palatio Epiſcopali cernitur, ſuis ſumptibus hic conſtruxit, & latere ſtrauit ad oculorum voluptatem verſicolori. Quando hanc Dioceſim nouem per annos prudentiæ ac moderationis magna cum laude gubernaſſet; Thorpæ diem clauſit extremum Aprilis 9. 1425. & in Eccleſia ſua ſepultura conditus eſt ante altare D. Georgij.

24. GVLIELMVS ALNWIKE.

1426. *Henr.6.5.* GVlielmus Alnewicus Legum Doctor, priuati ſigilli cuſtos Sarisburienſis Archidiaconus, in Eccleſia Cathedrali D.Pauli, Londini conſecratus eſt Aug. 18. 1426. & decimo poſt anno Lincolniam tranſlatus. Hic portas occidentem verſus in Eccleſia Norwicenſi, & feneſtram magnam ibidem fieri fecit. Ad ſtructuram etiam ſcholæ philoſophicæ in Academia Cantabrigenſi pecuniam contulit non exiguam.

25. THOMAS BROWN.

1436. *Henr. 6.15.* EPiſcopus Roſſenſis Thomas Brownus, cum Baſilienſi Concilio intereſſet, quo tempore Alnewicus tranſlatus eſt, abſens & præter ſpem Epiſcopus Norwicenſis renunciatus eſt. Eo præſidente, Norwicenſes ciues, cladis nuper ab Eccleſiaſticis illatę memores, ad ſubuertendam Eccleſiæ libertatem & priuilegia abroganda, coniunctis animis conſpirarunt. Huius vero Antiſtitis prudentia, omnes illorum conatus irriti & inanes redditi ſunt. Annos cum ſediſſet 9. vitam cum morte commutauit anno ſalutis 1445.

26. GVALTERVS HART.

1445. *Henr.6.24.* HVnc ſubſequutus eſt Gualterus Hartus S. Theologiæ Doctor, & Oxoniæ Orialenſis Collegij Præpoſitus, qui conſecratus eſt menſe Februario 1445. Illius prudentia delinita demum plebe, exacerbatæ ciuium mentes conquieuerant. Pauimentum Eccleſiæ ſuæ ſaxo ſternendum curauit. Duodecim porro ſtudioſis (quoad vixit) omnia vitæ neceſſaria ſuppeditauit, Cantabrigiæ, in hoſpitio quod tum Fiſh-

wyk

wyk dicebatur, vt bonis literis operam darent ibidem. Cessit è vita Maij 26. 1472. & tumulo conditus est sub pegmate, quod sustinendæ Christi crucifixi imagini, ipse curauerat fabricari.

27. IACOVS GOLDWELL.

QVi successit, Iacobus Goldwellus, Sarisburiensis Decanus & Secretarius Regius, in Collegio Omnium Animarum Oxoniæ educatus, temporalium restitutionem obtinuit Februarij 25. Edwardi quarti duodecimo & mense Februario 1498. defunctus est. 1472. *Edw.* 4. 12.

28. THOMAS IAN.

DE successore illius Thoma Iano, nihil aliud memoratur, nisi quod consecrationis anno primo mortem obierit. 1499. *Henr.* 7. 15.

29. RICHARDVS NIX.

DEmortuo Iano surrogatur Richardus, cui vtcunque à niue nomen videatur inditum, adeo nihil erat niuei in pectore, luxuriosis cogitationibus plurimum æstuante, vt atro carbone libidines eius notandæ videantur, si vera sunt quæ de illo a Neuillo perhibentur. Antequam è vita excederet per multos annos occulis captus, cæcus interijt anno 1536. cum præfuisset huic Ecclesiæ annos totos 36. 1500. *Henr.* 7. 16.

30. GVLIELMVS RVGG, *al*: REPPS.

GVlielmus Ruggus, nonnullis Reppius appellatus, è Cantabrigiensi Academia S. Theologiæ Doctor, consecratus est in Episcopum Norwicensem mense Iunio 1536. præfuit annos 14. & anno Christi 1550. defunctus est. 1536. *Henr.* 8. 28.

31. THOMAS THIRLBEY.

RVggo defuncto successit Thomas Thirlbæus, Legum Doctor Cantabrigiensis, ab Ecclesia Westmonasterienſi translatus, cui omnium primus itidemque postremus 1550. *Edw.* 9. 4.

mus præfuit Episcopus. Cum hic sedisset annos 4. ad Eliensem sedem postulatus, illuc migrauit anno 1554.

32. IOANNES HOPTON.

1554. *Maria* 2. IOannes Hoptonus sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, & Mariæ Reginæ (fratre adhuc viuente) à sacris, ab illa huic Ecclesiæ tum præficitur. Aliquot mensibus Reginæ prædictæ superstes, ob illius interitum mœrore (vt putatur) confectus extabuit.

33. IOANNES PARKHVRST.

1560. *Eliz.* 2. HOptono successor designatus ab Elizabetha Regina, Ioannes Parkhurstus, qui Gilfordiæ natus in Surreia, & in Mertonẽsi Collegio Oxoniæ educatus, Maria rerũ potita, in exiliũ sponte profectus, ab Elizabetha reuocatus, & illius mandato in Norwicensem Episcopum sacratus est Septembris 1. 1560. Præfuit annos 14. & menses insuper quinque, morte sublatus sub initium Februarij 1574. Opera scripsit non pauca à Balæo commemorata.

34. EDMVNDVS FREAK.

1575. *Eliz.* 18. MArtij 9. 1571. Edmundus Freacus sacræ Theologiæ Doctor, in Episcopum Roffensem consecratus, huc (mortuo Parkhursto) breui pòst translatus est, & hinc anno 1584. Wigorniam, vbi mortem obijt circa vicesimum Martij 1590. & conditus iacet ab Australi parte nauis Ecclesiæ ibidem, prope murum, vbi tumulum vidi illius memoriæ consecratum.

35. EDMVNDVS SCAMBLER.

1584. *Eliz.* 27. EDmundus Scamblerus, Matthæi Cantuariensis Archiepiscopi sacellanus, ad Ecclesiam Petroburgensem consecratus Ianuarij 16. 1560. Freaco successurus, huc translatus est.

36. GVLIELMVS REDMAN.

GVlielmus Redmannus Catuarienſis Archidiaconus, defuncto Scamblero ſucceſſit, conſecratus Ian. 12. 1594. Collegij Trinitatis Cantabrigiæ hic ſocius aliquando, centum contulit marcas, vt Bibliothecæ eiuſdem parietes aſſeribus affabre contextis poſſent obduci & ornari. Obijt paulo ante feſtum S. Michaelis 1602. 1594. *Eliz.* 37.

37. IOANNES IEGON.

QVem amicitiæ & meritorum ſuorum erga me gratia libenter memoro, Ioannes Iegon ſacræ Theologiæ Doctor, Collegij Reginæ Cantabrigiæ ſocius aliquando, & eius quod à corpore Chriſti nomen habet Præſes, poſt Norwicenſem Decanatum prudentiſſime laudatiſſimeque aliquot per annos adminiſtratum, eiuſdem Eccleſię deſignatur Epiſcopus ab Elizabetha Regina haud multum poſtea ſuperſtite, & vna cum Herefordenſi conſecratus eſt Febr. 20. 1602. 1602. *Eliz.* 45.

Valet hic Epiſcopatus annuatim ſecundum rationem Regiſtrorum fiſcalium 899. li. 8. s. 7. d. q;. *Cenſu Romano* 5000. *ducatos.*

DE EPISCOPIS WIGORNIENSIBVS.

VIta functo Wulfhero, qui Merciorum Regum primus Christianam religionem amplexus est, Ethelredus frater eius solium regni conscendit. Hic Osheri Wicciorum Reguli consilio, ditionem suam, quæ hucvsque vnum duntaxat Episcopum habuerat, in quinque Dioceses partitus est: Quarum vnam (Lichfeldiam) Antistiti reliquit qui ibidem iam antea consederat: In cæterarum singulis, novas erexit sedes Cathedrales; vnam nimirum Dorcestræ, aliam Legeceastriæ, tertiam Sidnaceastriæ, ac quartam deniq; Wigorniæ. Et Wigorniæ quidem primum Episcopum visum constituere Tatfrithum quendam, *virum strenuissimum atq; doctissimum & excellentis ingenij*, (sic Beda) qui fato immaturo præreptus, consecrari non potuit. Defuncti loco designatus est Boselus.

1. BOSELVS.

EPiscoporum igitur Wigornienſium primus consecratus est à Theodoro Cantuarienſi Boselus. Gesta sunt hæc (vt historicorum nostrorum plerique) anno 679.

2. OSTFORVS.

SVperstiti adhuc Boselo, sed tanta corporis infirmitate depresso, vt Episcopatus munia per se implere non posset, substitutus est Ostforus, qui in Monasterio Hildæ (quod Lelandus Pharense appellat) vna cum Bosa, Aeda, Boiselo, Tatfrido, Wilfrido, & Ioanne Beverlacensi, viris doctissimis educatus; à Theodoro Archiepiscopo Græcæ linguæ cognitionem aliquam percepit, & postea Romam profectus est vt studijs suis colophonem adderet. Quibus ex animi senten-

tia

Digitized by

tia exactis, in patriam rediens, *diuertit ad prouinciam Wiciorum, ibique verbum fidei prædicans, simul & exemplum viuendi sese videntibus atq; audientibus exhibens* (sic loquitur Beda) *multo tempore mansit; donec tandem Edilredi Regis mandato, in Episcopum Wicciorum consecratus est per Wilfridum Mediterraneorum Anglorum Episcopum, eo quod Theodorus iam defunctus erat & nondum alius pro eo ordinatus.* Hæc anno 692. Ingenij monumenta, Homelias & alia opera reliquisse Ostforum, author est Baleus, sed furente Danica barbarie, incendio perijsse.

3. EGWINVS.

DE Egwino, qui consecratus est anno 693. hæc scripsit Brithwoldus Glasconiensis in vita eiusdem, quem S. Egwinum appellat. *Egwinus, regali ortus prosapia, Wigornensis patria, temporibus Adelredi & Kenredi Regũ Merciorũ fit Wigornensis Episcopus. Vnde paulo post eiectus est. Romam profectus, à Papa (coram quo missas solenniter celebrauit) Episcopatui restituitur.* Tum paucis interiectis; *Post reditum* (inquit) *à Roma impetranit locum qui Æthamme dicitur, & postea Eouesham à nomine cuiusdam bubulci (Eones) B. Egwini, qui in sylua quadam porcam perditam & septenum fœtum parituram, inuenit. Ab illo igitur omine, locus Eouesham dicitur, & Monasterium nomen inde tulit. Sed primo Ethelredus Rex dedit ei antiquum Monasterium dictum Fledanburch, quod Egwinus dedit subregulo prouinciæ Huicces pro alio Cœnobio quod Stratford dicitur. Paulo post ab Oswardo Regis fratre, alias Edwinus terras obtinuit, videlicet 30. mansas apud Twiford. Post, Kendred affinis Egwini, dedit ei 48. alias mansas in ambitu loci qui Cotham dicitur. Deinde Romam proficiscitur cum Offa & Kenredo ad impetranda pro Monasterio suo priuilegia. Quibus impetratis, in Angliam redierunt, & congregata Synodo generali in loco qui Alne dicitur, cui interfuerant Berthwaldus Cantuariensis & Wilfridus Eboracensis; donationes illæ omnes confirmatæ sunt, misso Wilfrido ad locum consecrandum. Quo facto, Egwinus ibi Benedictinos Monachos constituit. Postea obijt 3. Calend. Ianuarij.*

Epitaphium eius.

Rupe ſub hac vili, tegitur vir ſummus & vrna
Clauditur anguſta, quem ſubuehit alta per orbem
Veri fama volans; genus hic ſpectabile duxit;
Et mores habuit præclaros; magnaque geſſit.
Eccleſiam fecit quam nunc dicunt Eoueſham.
Ditauit terris & multa nobilitauit
Libertate locum, qui regni iura tenebat.
Omnimodam ſcripſit, ſubſcripſit Curia Regis,
Et qui Romanam ſedem tunc Papa regebat
Confirmauit eam, proprio teſtante ſigillo.
Vita migrauit cum ſolis per Capricornum
Tertius, ac decimus medians exiſteret ortus.

Sepelitur in Monaſterio quod extruxit. Temporibus vero Edgari Regis ſub Abbate Oſwardo, Eccleſia de Eoueſham conſtructa ab Egwyno, corruit. Hæc ille. Conſecratus dicitur Egwinus anno 693. & defunctus Decemb. 30. 714. ſecundum Balæum vero 716.

4. WILFRIDVS.

BEdæ contemporaneus Wilfridus, conſecratus anno 717. Obijt 743.

5. MILREDVS.

MIlredus, obijt anno 775. Florilegus, necnon & Malmesburienſis De Reg. lib. 1. mentionem faciunt Deneberti cuiuſdam, quem Epiſcopum Wicciorum vixiſſe tradunt anno 766. Eum tamen ab alijs omiſſum hic loci reponendum non duxi.

6. WEREMVNDVS.

WEremundus, obijt 778.

7. TILHERVS.

TIlherus, obijt 781.

8.

Digitized by Google

8. EATHOREDVS.

EAthoredus Icombiam contulit Eccleſiæ ſuæ & deceſſit anno 798.

9. DENEBERTVS.

DEnebertus, obijt 822.

10. EADBERTVS.

EAdbertus, alias dictus Hubertus, Eccleſiæ contulit Croleiam, & anno 848. fato functus eſt.

11. ALWINVS.

ALwinus vel Alhunus, Capellam S. Andreæ conſtruxit Kimeſeiæ anno 868. mortuus anno 872.

12. WEREFRIDVS, *alias*, WEREBERTVS:

DE illo qui ſucceſſit, ex Capgrauo & Lelando, ſic Baleus: *Werfridus, eo tempore bonis artibus operam dedit, quo pars maxima Britanniæ, à barbariſſimis Dacis vſque adeo infeſtabatur, vt Muſis vix vllo licuerit loco tuto caput exerere. Hiſtorici hominem præcipue collaudant ab eruditione, quam honor etiam ſuo tempore ſecutus eſt. Mortuo enim Alwino Wicciorum ſiue Wigornienſium Epiſcopo, digniſſimus viſus fuit qui ſuccederet. Cum fœliciſſimus Princeps Alphredus Academiam ad Iſidis vadum (Oxoniæ) inſtituiſſet, excellentis doctrinæ viros in ſuo palatio nutriebat, qui non modo literas illic profiterentur, verum etiam interpretationi Latinorum authorum ſedulo incumberent. Inter hos in aulam vocatus Werfridus, tanquam anteſignanus prænituit; qui Dialogorum libros Gregorij primi Rom. Pontificis, in linguam Saxonicam vertit. Cætera autem quæ longo vitæ ſuæ tempore egregie fecit, partim Dacorum violentia, partim antiquitas obſcuranit. Deniq; exactis 11. annis poſt mortem Alfredi Regis, obijt anno à Chriſto nato 911.*

13. WILFRETH.

WIlfreth, obijt anno 915.

14. ETHELHVNVS.

EThelhunus Abbas Barkleienſis, obijt anno 922.

15. WILFERTH.

SVcceſſit (authoribus Florentio & Hovedeno) Wilferthus, qui obijt 929.

16. KINEWOLDVS.

KInewoldus vir humilis & magnæ pietatis (vt Hovedenus) Eccleſiæ contulit Odingleiam.

17. DVNSTANVS.

DVnſtanus (quem Sancti appellatione poſteri honorarunt) Londinum tranſlatus eſt anno 958. & inde poſtea Cantuariam.

18. OSWALDVS.

SAnctus etiam appellatus Oſwaldus, anno 971. Archiepiſcopus factus Eboracenſis, Wigornienſem tamen Epiſcopatum retinuit vſque ad mortem. Eccleſiam Cathedralem Wigornienſem is conſtruxit, & D. virginis honori dicavit. De illo & ſucceſſorum proximis duobus, plura habebis quando ad Eboracenſes perventum fuerit.

19. ADVLFVS.

SVcceſſit illi Adulfus Abbas Malmesburienſis. Hic etiam Archiepiſcopus fuit Eboracenſis.

20. WVLSTANVS.

WVlſtanus, quem, ſcriptoribus placet Reprobum, neſcio quam ob cauſam cognominare, Eboracenſem vna cum Wigornienſi rexit diœceſin.

21. LEOFSIVS.

ABbas Thorneienſis Leoffius, *magnæ religionis & modeſtiæ vir* (inquit Hovedenus) in Epiſcopum Wigornienſem conſecratus, Kemeſciæ deceſſit Aug. 19. 1033. & Wigorniæ ſepultus eſt.

22. BRITTEAGVS.

WVlſtani prædicti ex ſorore nepos, Brittegus Abbas Parſhorenſis, deceſſit Decemb. 20. 1038.

23. LIVINGVS.

LIvingus, Monachus primus Wintonienſis, Abbas poſtea Taveſtokenſis, Brithwaldi, S. Germani in Cornubia Epiſcopi nepos, conſecratus eſt in Epiſcopum Creditonenſem anno 1032. Gratia multum hic valebat apud Canutum Danum, Angliæ Regem, quem Romam proficiſcentem ſequutus eſt, & ibi Epiſtolam perſcripſit à Rege prædicto ad Proceres Anglicanos miſſam, cuius exemplar videre eſt apud Florentium in hiſtoria anni 1031. Avunculo mortuo, dioceſin eius ſuæ curauit adijciendam, præter quam, etiam Wigornienſem (vt videtur) ad mortem vſque tenuit, poſtquam ad eam anno 1038. provectus eſt. Anno 1040. tanquam cædis Alfredi, Ethelredi Regis primogeniti, ſi non author, at conſcius accuſatus eſt. Quod crimen aliqui perhibent eum diluiſſe; aſſerentibus alijs, damnatum ob id flagitium Taveſtokam redijſſe, ibiq; mortem oppetijſſe. Alij vero quos proxime ad veritatem puto accedere, exauthoratum quidem eam ob cauſam, ſed poſt annum vnũ aut alterum & accuratiorem diſquitionem, inſontẽ viſum, ab Hardecanuto Rege *pecunia ſerenato*, (ſic Malmesburienſis) ſedi denuo reſtitutum. Obijt Martij 23. 1049. quando eo ipſo articulo quo animam exhalauit, *horriſonus crepitus per totam Angliam auditus, vt ruina & finis totius putaretur orbis.* Sic idem loquitur Malmesburienſis. Sepultus eſt in Cœnobio Taviſtokenſi cui multa contulerat beneficia.

24.

24. ALDREDVS.

ANno 1060. Aldredus, qui Liuingo in Wigornienſi Eccleſia ſucceſsit, Eboracum tranſlatus eſt. De illo itaque inter Eboracenſes vide plura.

2. WVLSTANVS.

POſtquam Alfredus in Archiepiſcopum Eboracenſem electus, cogendum ſe vidit vt Wigornienſem abdicaret præſulatum, quem anteceſſorum aliquot tenuerant, quantumvis ab vrbe & dioceſi Eboracenſi magno locorum interuallo diſiunctum, imò ne in Eboracenſi quidem prouincia ſitum: Decreuit, ſedem relinquendam magna prædiorum parte ſpoliare, ac tum puſillanimem quempiam in eam ingerere, quem confideret, non auſurum de illa deprędatione litem aliquam aut contentionem mouere. Ad eam rem aptiſſimum putauit, Wulſtanum, Priorem Wigornienſem, virum magna animi humilitate, & tanta vitæ morumque ſanctimonia prædituin; vt Rege liberam eligendi facultatem concedente, ſine aliqua difficultate à monachis eum curauerit eligendum; Clero omni & populo vniuerſo, eam electionem vehementer probantibus. Hæc tam aſſuta conſilia licet ſumma arte tractarentur, expectato tamen ſucceſſu caruerunt. Nam Wulſtanus, animoſe ſatis, multa vi retinuit, quę Aldredus à Wigornienſi ſede ad Eboracenſem traiecerat; & deinde contendendi conquerendiq; finem non fecit, donec partim ab Aldredo, partim à ſucceſſore, omnia quęcunque fuerant ſedi ſuę erepta, reſtituenda tandem curaſſet; conatus eius multum promouente Lanfranco Cantuarienſi Archiepiſcopo, qui (vt veriſimiliter Malmesburienſis) *vrgebat libentur æmulum primatus & potentiæ.* Wulſtanus hic noſter (quem pro Diuo poſteri ſunt venerati) natus eſt Hicheritonę in Comitatu Warwicenſi; patre Eatſtano, matre Wulgeona, mutuo conſenſu monaſticã vitam amplexis, poſtquam ætate ſuiſſent prouectiori. Tum filio (quem in cœnobio Petroburgenſi educandum curauerant) ſacris ordinibus initiato (nam Presbyter fuit ſeculàris) authores vterque fuerunt, ac

mater

Digitized by Google

mater in primis, vt cucullum indueret, quaſi præterquam monachus, nulli mortalium ad cœleſtia gaudia aditum patere exiſtimarent. Obtemperauit ille, & à Brittego anteceſſore, in cœnobiũ Wigornienſe admiſſus, vitæ innocentia ſimul & auſteritate adeo inclaruit breui, vt nihil eſſet muneris paulo honeſtioris, quo prima quaque data occaſione ornandum eum commonachi ſui non cenſerent. Primum itaque puerorum eum informatorem conſtituunt, deinde Eccleſiæ ſuæ Præcentorem, poſtea Theſaurarium, ac tandem Priorem. Electioni de ſe factæ ęgre dicitur conſenſiſſe; profeſſus ceruicem libentius abſcindendam ſe exhibiturum, quam tantum oneris in ſe ſuſcepturum: Perſuaſum vero tandem à Wulfio quodam Anachorita, futurum aſſerente, vt grauiter peccaret ſi in hac tergiuerſatione perſiſteret; Cauſabatur ille (nec immerito) literarum inſcitiam, qua reuera laborabat eovſque, vt ſub Gulielmo Normanno de abrogando illi præſulatu eam ob cauſam conſilium fuerit initum: Et abrogat⁹ ſane fuiſſet, niſi quibus examinis negotium mandatum eſt, ſupellectile literaria inſtructiorem nonnihil præter ſpem reperiſſent, quam vulgò habitus eſſet. Quippe *qui non ita hebes in literis vt putabatur* (ſic loquitur Malmesburienſis) *cætera ſciebat, præter fabulas poetarum & tortiles ſyllogiſmos dialecticorum, quæ nec noſſet, nec noſſe dignaretur. Cæterum probe doct⁹ poſſe ſermonem quamlibet elegantem extemporaliter facere; auditorum lachrymas, gaudia cœli, & pœnas inferni proponendo, artifex mouere; perſuadere dicendo quod vellet, dum quadraret vita doctrinæ, nec aliter viueret quam viuendo doceret.* Conſecratus eſt Septembris 8. 1062. per Aldredum anteceſſorem, Stigando Cantuarienſi à muneris ſui executione ſuſpenſo. Ne vero in alienam meſſem, falcem videretur Aldredus immittere; profeſſionem Cantuarienſi ſedi debitam à conſecrando exegit; ipſeque etiam omni iure in dioceſin Wigornienſem renunciauit, quanquam anteceſſorum nonnulli, ad ſuam prouinciam eam pertinere, haudquaquam vero ad Cantuarienſem, aſſeruerint. Veniamus nunc ad eius adminiſtrationem, in qua duę res ſunt præcipuè, quas memoratu digniſsimas exiſtimaui. Eccleſiam ſuam Cathedralem ab Oſ-

waldo

waldo conſtructam, demolitus eſt; & aliam (eam nimirum ipſam quam hodie videmus) à fundamentis excitauit, opere tam ſplendidam, magnitudine tam amplam, vt inter pulcherrimas auguſtiſſimaſq; totius Angliæ hodie cenſeatur. *Cumq;* (audi paulisper Malmesburienſem) *ad hoc incrementi proceſſiſſet, vt iam Monachi migrarent in illam; iuſſum eſt veterem Eccleſiam quam B. Oſwaldus fecerat, detegi & ſubrui. Ad hoc ſpectaculum, ſtans ſub dio Wulſtanus, lachrimas tenere nequiuit. Super quo, modeſte à familiaribus redarguitus, qui lætari potius deberet, quod ſe ſuperſtite tantus Eccleſiæ honos acceſſiſſet, vt ampliatus Monachorum numerus, ampliora exigeret habitacula; reſpondit, Ego longe aliter intelligo, quod nos miſeri ſanctorum opera deſtruimus, vt nobis laudem comparemus. Non nouerat illa fœlicium virorum ætas pompaticas ædes conſtruere, ſed ſub qualicunque tecto ſeipſos Deo immolare, ſubiectoſque ad exemplum attrahere. Nos è contra nitimur, vt animarum negligentes curam, accumulemus lapides, &c.* Id quod ſecundo loco volui commemorare hoc eſt. Sub Gulielmo iuniore Rege, Roger⁹ de Monte-Gomerico, Bernardus Newmarket, Rogerus Laceius, Radulphus Mortimerus alijque res nouas molientes, Wigornienſem ciuitatem occupare nitebantur. Quam rem vt inaudiuit Wulſtanus, ciuitatem contra eos diligentiſſime muniuit, & priuatim ſermone, publiceque pro concione, omnes hortatus vt fidem principi ſeruarent: non ſolum ciues in officio continuit; ſed cum ſeditioſi obſidionem parare viderentur; eruptione repentina facta, copias hoſtiles profligauit, magna de hoſtibus parta victoria. Exceſſit è viuis prope nonagenarius, cum febribus per ſemeſtre ſpacium decubuiſſet, Ianuarij 19. 1095. quæ dies memoriæ eius celebrationi poſtea ſacrata eſt. *Iacet* (inquit Malmesburienſis) *inter duas pyramides, arcu lapideo pulchre ſuperuoluto: Lignum in ſuperiori prominet, quod caſſes ferreos, quos vocant arancas, infixos habet.* Vbi ſit locus ab illo deſcriptus, ego ante viginti annos omnia diligenter circumſpiciens, reperire non potui. Hoc certe conſtat, non procul à loco tumulatum, vbi Rex Ioannes in medio presbyterij iacet humatus, cum moriturus ille, inter tumulos SS. Oſwaldi & Wulſtani corpus ſuum

Digitized by Google

um ſepeliendum præceperit. Quomodo incendio Eccleſia Wigornienſi deflagrante, ſepulchrum eius à furore flammæ immune repertum; & deceſſus eius tempus, Roberto Hereford-enſi Epiſcopo intima familiaritate ipſi coniunctiſſimo, per ſomnum fuerit nunciatum, necnon miracula ab eo viuente patrata quamplurima; apud Florentium Wigornienſem & Gul. Malmesburienſem, illi fas erit legere, cui talia cordi extiterint. Mihi iſta ſatis, ſi non forte plus quam ſatis.

25. SAMSON.

VVIſtano ſucceſſit Samſon, Canonicus Baiocenſis, 1097.
non parua literaturæ vir (inquit Malmesburienſis) *Gul.* 2. 10.
nec contemnendæ facundiæ; antiquorum homo morum; ipſe liberaliter veſci, & alijs dapſiliter largiri. Innoxius ad Monachos, niſi quod eis Weſtberiam abſtulit, vbi Wulſtanus monachos poſuerat, & priuilegio ſanctitatis ſuæ muniuerat. Illud Samſon dirupit, nec multis poſt annis in eadem villa qua culpam commiſerat exceſſit. Sic Malmesburienſis. Huic frater fuit natu maior, nomine Thomas, Eboracenſis his temporibus Archiepiſcopus; & filius eodem nomine qui patre adhuc ſuperſtite, patruo in eodem Archipræſulatu ſucceſsit. De illis plura habebis inter Eboracenſes. Ad Samſonem vero quod attinet, conſecratus eſt in Epiſcopum huius Eccleſiæ Iunij 15. 1097. obijt vero Maij 5. 1112. Sepultus eſt in naui Eccleſię ante imaginem Chriſti crucifixi. Ciuitas Wigornienſis vna cum arce & Eccleſia Cathedrali, paulo poſt mortem eius (videlicet Maij 20. 1113.) fortuito igne conflagrarunt, in quo Monachus vnus, tres cœnobij famuli, & quindecim ciues perierunt.

26. THEVLPHVS.

BAiocenſis pariter Canonicus, *& anteceſſori ſuo non abſimilis moribus* (teſte Malmesburienſi) Theulphus, Hen- 1115.
rici primi Regis Capellanus, Epiſcopus Wigornienſis ab eo *Henr.* 1. 15.
deſignatur Dec. 28. 1113. ſed conſecrationem non accepit ante Iunij 27. 1115. Obijt in mannerio ſuo Hantonenſi Octob. 21. 1123. & iuxta anteceſſorem tumulatus eſt, ibi (ni fallor)

Digitized by Google

fallor)vbi ad ingreſſum chori,in vno marmore duorum pontificum imagines videmus inſculptas.

27. SIMON.

1125. *Henr.*1.26. SImon Capellanus ſimul ac Cancellarius Adelicię Reginę (quæ priore coniuge defuncta, Henrico Regi nupſerat) conſecratus fertur Maij 23. 1125. quem dicit Malmesburienſis ipſi contemporaneus, *affabilitate & morum dulcedine munificentiaq; (quoadres Epiſcopatus angustæ pati poſſent) inſignem habitum.*

28. ALVREDVS.

POſt Simonem, Malmesburienſis illorum temporum ſcriptor,Aluredum collocat. Neq; tamen deſunt qui Ioannem Pagham, illi præponant. Et Florentius Wigornienſis, inter Epiſcopos illius Eccleſiæ,cuius ipſe hac tempeſtate monachus fuiſſe videtur, omnino non enumerat.

29. IOANNES PAGHAM.

IOannes Pagham, cœnobio Oſneienſi prope Oxoniam, contulit Biberiam, & ſuæ ſedi mannerium de Elih Epiſcopi.

30. ROGERVS.

ROgerus, Comitis Gloceſtrenſis filius, Turonæ obijt in Gallia Aug. 9. 1179. ibiq; tumulatus eſt.

31. BALDWINVS.

1181. *Hen.*2. 27. BAldwinus Abbas Fordenſis conſecratus 1181. Cantuariam tranſlatus eſt 1184.

32. GVLIELMVS DE NORTHALE.

1189. *Henr.* 2. 35. GVlielmus de Northale conſecratus Sept. 21. 1189. obijt anno 1190.

33.

Digitized by Google

33. ROBERTVS.

ROBertus Canonicus Lincolnienſis & Nottinghamiæ Archidiaconus, Gulielmi Fitz-ralph Normanniæ Seneſchalli filius, Wigornienſis Epiſcopus creatus eſt anno 1191. & anno ſequenti mortem cum vita commutauit. 1191. *Ric.* 1. 3.

34. HENRICVS.

HVic ſedi tum præponitur Henricus, Abbas Glaſtonienſis, vt in Sauaricum Bathonenſem & Wellenſem Epiſcopum Abbatia poſſet conferri. Qua de re plura inter Bathonenſes. Obijt hic Henricus anno 1195.

35. IOANNES DE CONSTANTIJS.

IOannes de Conſtantijs Decanus Rothomagenſis Stratfordiæ conſecratus eſt Octob. 20. 1196. Mortem is oppetijt anno 1198. 1196. *Ric.* 1. 8.

36. MAVGERVS.

MAugerus Eboracenſis Decanus, & Richardi primi Regis Capellanus, conſecratus eſt anno 1200. Hic vnus ex illis fuit, qui excommunicationis ſententiam contra Ioannem Regem latam à Pontifice, promulgarunt, & vniuerſum regnum interdicto ſuppoſuerunt, anno 1208. Quam ab cauſam iracundiam regiam non ſine cauſa metuens, in Galliam profugit vna cum reliquis, & poſt quatuor annorum exilium, Pontiniaci deceſsit, anno antequam cęteri reuocarentur, videlicet anno 1212. 1200. *Ioan.* 2.

37. WALTERVS GRAY.

EPiſcopus Lichfeldenſis Walterus Grayus, huc tranſlatus eſt anno 1214. atq; hinc Eboracum 1216. 1214. *Ioan* 16.

38. SILVESTER.

MOnachus primum, ac deinde Prior Wigornienſis, Silueſter, ſucceſſit, qui B. Wulſtani corpus in feretrũ tranſtulit prętioſum: Et Eccleſia iam reſtaurata, poſtquam ſub Samſone

Samsone incendio fuisset deformata, magna cum solennitate consecrauit eam, atq; honori dedicauit B. Virginis, ac SS. Patri, Oswaldi, & Dunstani. Anno hæc 1218. quo etiam anno is mortem oppetijt.

39. GVLIELMVS de BLEYS.

1218. *Henr.* 3. 2. GVlielmus Blesensis, Archidiaconus Buckingamiæ, consecratus est Oct. 7. 1218. Monachis suis dedit Wikam cum appendicibus, & rectoriam de Sodburia. Obiit anno 1236.

40. WALTERVS de CANTILVPO.

1237. *Henr.* 3. 21. SVccessit anno 1237. Walterus de Cantilupo, Gulielmi Baronis de Cantilupo filius; vir animis haud minor quam natalibus. Quando Legatus Pontificius Otto Cardinalis in Angliam venisset, mille technis instructus quibus pecuniam corraderet: Synodo conuocata, contra multos qui Ecclesiastica beneficia haud bono iure tenerent minabunde inuectus est, alios dicens spurios, & ex illegitimo coitu progenitos, ideoq; Ecclesiasticorum promotionum non capaces; alios vero quamplurimos, nescio quot Sacerdotia contra canones possidere, cum vno contenti esse deberent. Sperabant nimirum, alijs amotis, datam iri occasionem amicos suos locupletandi; cæteros vero ad dispensationes comparandas adigendos, atq; inde magnam pecuniæ summam conficiendam. Sed cum ex isto hominum genere non pauci existerent genere nobilissimi; vim sibi inferendam aut metuebat, aut metuere videri volebat. Quem metum vt intenderet adhuc Cantilupus, exurgens, mitra deposita, sic dicitur peroraſſe: *Qui hæc beneficia (pater sancte) tenent, nobiles sunt, & ætate, aut prouecta, aut iuuenili. Senes, honorificè semper hucusq; vixerunt; hos iam ad paupertatem detrudi, ignominiosissimum esset. Adolescentes autem strenui sunt atq; feroces, qui armis dimicare potius quam beneficijs cedere malint. Ego ipse in hac fui semper sententia, vt in discrimen omnium meorum beneficiorum venire maluerim, quam huiusmodi vestræ constitutionis prætextu vel vnum deponere. Proinde rogamus, vt non tibi minus in hoc negotio propicias, quam nobis,*

nobis, qui contra tam generoſam multitudinem nos oppenere in hac cauſa, non poſſumus, non audemus, Sed eo iam emiſſo; pro tua, noſtraq; incolumitate, Papam cum Romam redieris, cautè, prudenterq; conſulas. Legatus hoc reſponſo deterritus, ab incœpto deſtitit. Sic author Antiquitatum Britannicarum. Annis deinde poſtea fere viginti, videlicet 1255. cum Ruſtandus quidam, alius adhuc Pontificius Legatus, magnam pecuniam à Clero in ſynodo flagitaret, & Regi partem lucri pactus, in ſuã ſententiã non eum duntaxat pertraxerat, ſed plurimos etiam è Clero, partim minis perterritos, partim pollicitationibus permulſos, vt rem iamiã conficiendã Ruſtandus cõfideret: cæteris aut præmiorũ ſpe corruptis, aut metu defixis, animoſus hic Præſul, in auaritiã Romanorum inexhauſtam plurimis inuectus, orationem tandem ita concluſit, vt diceret, ſuſpendio ſe malle in patibulo perire, quam Eccleſiæ Anglicanæ tam ſceleratam depredationem ſuo calculo approbare. Ex illius conſtantia fiduciam tum ſumentibus alijs; impudentiſſimi hominis injquiſſimis poſtulatis, quale meruerunt reſponſum eſt redditum. Vt de legatione eius in Galliã, anno 1257. ſuſcepta nihil dicã; Inter Reges & ſeditioſos Barones, quò pacem conciliaret, multum operæ impendit, anno 1264. cumq; conditiones oblatas, ſatis (vt putabat) æquas, Rex fuiſſet aſpernatus: optimatum parti tum poſtea ſe addixit, idq; tam ſtudioſe, vt ſuis acie cum Regijs conflicturis, cœleſtia gaudia ſpoponderit, ſi in tam bona cauſa mortem oppetere contingeret. Hoc tandem non iniq; Pontificius Legatus, quod tantam in Principem perfidiam excommunicatione vltus eſt. Obijt Cantilupus, Febr. 5. 1267. Moriturum ferunt pœnituiſſe multum quod errore infœliciſſimo obſeruantiam Principi debitam violaſſet, abſolutionemque eam ob cauſam in extremis petijſſe ac impetraſſe.

41. NICOLAVS de ELY.

NIcolaus, Elienſis Archidiaconus, & Angliæ Cancellarius, ſub initium anni 1268. conſecratus eſt, & Wintoniam tranſlatus ante exitum eiuſdem anni. 1268. *Henr.* 3. 52.

42. GODEFRIDVS GIFFARD.

1269. *Henr.* 3. 53. TRanslato Nicolao succeſſit Godefridus Giffardus Archidiaconus Wellenſis, & Angliæ Cancellarius, Regi ſanguine propinquus. Orientalem partem Eccleſiæ ſuæ, columellis marmoreis hic ornauit, quas annulis æreis deauratis, muris & columnis maioribus affixit. Obijt anno 1302, cum hic loci ſediſſet annos 34. menſes 4. & dies itidem 4.

43. GVLIELMVS de GEYNSBOROVGH.

1302. *Edw.* 1. 31. POſt Giffardi mortem, Monachum quendam Wigornienſem comperi in Epiſcopum electum, cui nomen Ioannis de S. Gernia, electionemq; de illo factam regio aſſenſu confirmatam, atq; temporalia illi reſtituta, Apr. 8. Edwardi primi anno triceſimo. Sed quia de conſecratione non conſtat, inter Epiſcopos huius ſedis non duxi eum numerandum. De Gulielmo de Geynsborough non ambigitur, qui Oxoniæ viceſimus quintus ex Franciſcanorum ſodalitio prælector, Romam profectus, ibidem ſacri palatij lector conſtitutus eſt, famamq; ſibi magnam ex ingenio, literis, & acumine ſophiſtico comparauit. Edwardi Regis, vna cum Hugone Manceſtrio Dominicano, legatus olim fuit ad Philippum Francorum Regem. Et quia hanc in concionibus; ac congreſſibus ſcholaſticis doctrinam tuebatur, Papam non poſſe errare, neq; à quoquam eſſe iudicandum, licet mille Chriſtianorum animas ad infernum detruſerit, factus eſt à Bonifacio octauo Wigornienſis Epiſcopus, & temporalibus reſtitutus, Febr. 4. Edwardi primi 31. hoc eſt anno Chriſti Domini, 1302.

44. WALTERVS RAYNALD.

1308. *Edw.* 2. 1. EDwardus ſecundus, vt primum regnum adeptus eſt, Epiſcopatum Wigornienſem, anno 1308. Waltero Reynaldo contulit, qui pueritiæ eius fuerat informator, & Angliæ primum Theſaurarius, deinde Cantellarius. Pontifice autem Inuito hoc factum eſt, qui quendam Petrum Foxum Sabaudum huius Eccleſiæ Epiſcopum renunciarat. Præfuit hic loci Reynaldus annos quinque & Cantuariam tum tranſlatus eſt.

45.

45. WALTERVS MAYDENSTON.

SVcceſſit illi Walterus quidam Maydenſton, de quo nihil pręterea traditum repeti. 1313. *Edw.* 2.7.

46. THOMAS COBHAM.

THomas Cobham, (Baleo, ſed perperam vt credo, Chabham) S. Theologię Doctor Oxonienſis, Canonicus & Subdecanus Sarisburienſis, in Archiepiſcopum à Monachis Cantuarienſibus legitime electus eſt anno 1313. Qua de re lite aliquandiu agitata inter ipſum & Walterum Raynaldum, cuius cauſam pro virili Rex promouebat; Wigornienſem ſedem oblatam accepit Cobhamus, Martij 31. 1317. & Archiepiſcopatui renunciauit. Vir fuit egregie doctus, & vitę ſanctimonia tam clarus, vt vix alio nomine vulgo innoteſceret quam Boni Clerici. Sepultum accepi ab aquilonari parte nauis Eccleſiæ ſuæ, cuius vnum latus, idipſum nimirum vbi iacet tumulatus, laqueari fornicato contexit. Ex inſignibus Cobhamorum, quanquam fugientibus coloribus, nuper tamen viſendis, in tumulo quodam non ineleganti ab Auſtrali parte capellæ ſiti loco prædicto, non alibi eum conditum facile conijcio. Exceſſit è viuis circa viceſimum Auguſti, 1327. Hic (vt habetur in Archiuis Collegii Orielenſis) bibliothecā fecit, vbi iam eſt domus Congregationis Oxon. 1317. *Edw.* 2.10.

47. ADAMVS de ORLTON.

ADamus de Orlton, Legum Doctor, in Epiſcopum Hereforденſem conſecratus, Sept. 26. 1317. Wigorniam primum tranſlatus eſt menſe Nouembri 1327. & poſtea Decemb. 1. 1333. Wintoniam. 1327. *Edw.* 3. 1.

48. SIMON MONTACVTVS.

SImon Montacutus (vulgo Mountagu) conſecratus à Papa ad Elienſem Eccleſiam tranſlatus eſt 1336. 1333. *Edw.* 3.7.

49. THOMAS HENNIHALL.

THomas Hennihall conſecratus eſt, anno 1337. 1337. *Edw.* 3. 11.

50. WVLSTANVS de BRAVNDSFORD.

1338. *Edw.3.12.* WVlſtanus de Braundsford Wigornienſis Prior, conſecratus eſt 1338. In ædibus Prioris Aulam pulchram conſtruxit, & Twedam fluuium ponte coniũxit Braundsfordę, (vbi natus videtur, atq; inde nomen accepiſſe) duobus paſſuum millibus ſupra Powikam. Exceſſit è viuis Auguſti 28. 1349.

51. IOANNES THVRSBY.

1349. *Edw.3.24.* IOannes Thoresbeius Epiſcopus Meneuenſis huc tranſlatus eſt, anno 1349. & hinc Eboracum Octobri menſe 1352.

52. REGINALDVS BRIAN.

1352. *Edw.3.27.* REginaldus Brian ad Eccleſiam Meneuenſem conſecratus anno 1349. huc dein transfertur 1352. Anno vero 1361. Elienſis Epiſcopus à Papa renunciatus, interijt peſte ante perfectam tranſlationem, apud Alnchurch, Decemb. 10. 1361. Humatus iacèt in eadem capella qua Cobhamus, id quod ſatis confirmant Brianorum inſignia, tumulo ſpecioſo inſculptæ, in Aquilonari parte capellæ quam diximus ab Aquilonari latere nauis Eccleſiæ ſitam.

53. IOANNES BARNET.

1362. *Edw.3.37.* SVceſſit illi, non Dauid neſcio quis (quod à nonnullis traditur) ſed Ioannes Barnetus Angliæ Theſaurarius, & Archidiaconus Londinenſis. Papali bulla Epiſcopus renunciatus eſt, Wigornienſis Eccleſiæ, tanquam vacantis per mortem Reginaldi Briani, Ianuarij 10. 1361. conſecratus deinde 1362. & Bathoniam tranſlatus 1363. ac in Elienſi tandem Eccleſia conſedit.

54. GVLIELMVS WITTLESEY.

1363. *Edw.3.38.* GVlielmus Wittleſeyus, Simonis Iſlepi Cantuarienſis Archiepiſcopi ex ſorore nepos, Epiſcopus fuit primum Roffenſis,

sensis, deinde Wigornensis (translatus huc anno 1363.) ac tandem Cantuariensis anno 1368. Archiepiscopus.

55. GVLIELMVS de LYNNA.

GVlielmus de Lynna in Episcopum Cicestrense consecratus anno 1362. huc transfertur 1368. Anno vero 1373. dum equum conscenderet ad Parliamentū profecturus, Apoplexia correptus, paulo post interijt, videlicet Novembris 18. 1368. *Edw.* 3. 43.

56. HENRICVS WAKE-FEILD.

HEnricus Wakefeild Episcopus huius Ecclesiæ creatus est anno 1375. & anno insequente Angliæ Thesaurarius. Hic nauem Ecclesiæ suæ prędictæ produxit, duabus fornicibus ab Occidentali parte eiusdem adiectis. Porticum etiam addidit perpulchram à Septentrione. Decessit Martij 11. 1394. consecrationis suæ vicesimo, & marmore ingenti contectus, iacet in Occidentali parte nauis Ecclesiæ à se sic vti diximus amplificatæ. 1375. *Edw.* 3. 49.

57. TIDEMANNVS de WINCHCOMB.

AVthor est Baleus, Doctorem quendam Theologum nomine Gulielmum Badby, Ioanni Gandauensi Duci Lancastrensi à confessionibus, Wigornienſem Episcopum extitisse circa annum Domini 1380. Cęterum vel non fuit, vel tam exiguo fuit tempore, vt mentione dignum non existimem. Haud dubie constat, Tidemannum de Winchcomb, Monachum Cisterciensem, Medicum Regium, Rege id enixiùs petente, huic sedi à Pontifice ingestum, anno 1395. quanquam Monachi legitima electione Episcopum renunciassent quendam Ioannem Grecre. Hunc Walsingamus (sed perperam) Robertum Tidemannum appellat. Videatur porro (quod tacendum non duxi) hunc Ecclesiæ Landauensi aliquanto tempore præfuisse, antequam hic loci consideret. 1395. *Ric.* 2. 19.

58. RICHARDVS CLIFFORD.

RIchardus Clifford Archidiaconus Cantuariensis consecratus est, Octob. 9. 1401. & Londinum translatus, 1407. 1401. *Henr.* 4. 3.

Digitized by Google

59. THOMAS PEVERELL.

1407. *Henr.* 4. 8. THomas Peuerellus Carmelita, in Comitatu Suffolciensi, nobili ortus familia, Oxoniæ educatus, Doctor ibi Theologiæ creatus est; deinde Osserensis in Hibernia constitutus Episcopus à Richardo secundo Rege anno 1398. inde ad Landauensem Ecclesiam primum translatus est 1399. ac postea Wigorniam 1407. Cum hic loci sedisset annos 10. diem clausit extremum Martij 1. 1417. & in Ecclesia sua sepultus est. Opuscula edidit non pauca à Balęo commemorata.

60. PHILIPPVS MORGAN.

1419. *Henr.* 5. 7. PHilippus Morgan Legum Doctor & Normanniæ Cancellarius, extremo Septembri consecratus est 1419. & ad Ecclesiam Eliensem translatus sub exitum anni 1425.

61. THOMAS POLTON.

1426. *Henr.* 6. 5. THomas Polton in Episcopum Herefordensem consecratus anno 1420. cum ibi quindecim tantum menses sedisset, Ciceſtriam translatus 1422. inde etiam ad hanc migrauit Ecclesiam 1426. Ad Curiam Romanam profectus, ibi decessit, ibidemque iacet sepultus.

62. THOMAS BOVRCHIER.

1435. *Henr.* 6. 14. EX nobilissima Bourchieorum familia ortus, Thomas Bourchierus successit. Anno 1435. à consecratione anno integro nondum transacto, ad Eliensem Ecclesiam postulatus à Monachis, non est ausus electioni de se factæ consentire. Sed octauo deinceps anno eadem sede vacante, electus iterum, annuente Rege, electioni consensit. Anno postea 1454. Cantuariam translatus est.

63. IOANNES CARPENTER.

1443. *Henr.* 6. 22. IOannes Carpenter sacræ Theologiæ Doctor, in Collegio Orialensi Oxoniæ educatus, Academiæ ibidem fuit Cancellarius, anno 1437. dicti deinde Collegij Præpositus, &

S. Anto-

S. Antonij Londini Prefectus. Huic tantus inceſſit amor Weſtberiæ prope Briſtoliã, ſiue quod ibi forte natus fuerit, ſiue aliam ob cauſam; vt non ſolum in locum ſepulturæ ſibi delegerit, ſed decreuerit in partem ſtili aſſumere, indita ſibi ſucceſſoribuſque appellatione Epiſcopi Wigornienſis & Weſtberienſis. Ingentem certe pecuniam effudit in amplificatione Collegij ibidem, quod antea ſatis tenue, diruit, & nouum à fundamentis excitauit, veteri, magnitudine non paulo laxius; & porta addita ſpecioſa, muro circumdedit excelſo, interſertis hinc inde turribus, vt arci quam Collegio ſimilius reddiderit. Quæ poſtquam præſtitiſſet, prædijs inſuper dotauit ampliſſimis. Quidam Gulielmus Cannings, qui poſtquam ciuitatis Briſtolienſis ter Prætor fuiſſet (nam magiſtratus eſt annuus) ætate iam prouectus ſacris initiatus, huius Collegij Decanus euaſit; auguſtiſſimam illam conſtruxit Eccleſiam Radcliffæ in ſuburbijs Briſtoliæ, quam, tam ob laxitatem quam pulchritudinem & magnificentiam, non paucis Eccleſiarum noſtrarum Cathedralium facile præpoſuerim. Ignoſcat mihi lector, ſi facinoris adeo præclari, quanquam ad operis à me inſtituti rationem nihil pertinentis, commemorandi, quamlibet arripio occaſionem. Ad Carpenterum quod attinet, diem clauſit extremum apud Northweek, & ad auſtralem partem ſummi Altaris Weſtburiæ tumulo iacet conditus, à ſtolidis neſcio quibus nebulonibus pudendum in modum mutilato, vbi miracula neſcio quæ patrata, author eſt Ioannes Roſſus.

64. IOANNES ALCOCK.

ECcleſiæ Roffenſis Epiſcopus Ioannes Alcocus, ad hanc ſedem anno 1476. tranſlatus eſt, & ab hac poſtea ad Eenſem. 1476. *Edw.* 4. 16.

65. ROBERTVS MOORTON.

1486.

RObertus Mortonus ſucceſſit, Ioannis Mortoni Archiepiſcopi Cantuarienſis ex fratre nepos. Sepultus iacet Londini, in naui Eccleſiæ Paulinæ. *Henr.* 7. 2.

66. IOANNES GIGLES.

1497. *Henr.* 7. 13. ILli tum sufficitur homo Italus, Ioannes Gigles, vel de Lilijs patria Lucensis. Obijt Augusti 25. 1498.

67. SILVESTER GIGLES.

1499. *Henr.* 7. 15. PONtificum Romanorum emissarij, aqua mersis similes, quod semel prehenderint, ne mortui quidem emittunt manu. Episcopatus iste, ab vno occupatus Italo, à tribus ordine alijs post eum insessus, Anglo ne tum quidem (quantum auguror) dedisset locum, nisi Pontifice electo & Pontificia authoritate conculcata. Silvester Gigles successit, antecessoris ex fratre nepos, qui Romæ decessit Aprilis 16. 1521.

68. IVLIVS MEDICES.

1521. *Henr.* 8. 13. IVlius Medices Cardinalis Romanus, Leonis 10. Papæ patruelis, qui & ipse post Hadrianum sextū Pontifex creatus, nomen assumpsit Clementis septimi; Administrator factus est Ecclesiæ Wigornien sis per bullam Pontificiam Iulij 31. 1521. & anno proxime insequenti sponte abdicauit.

69. HIERONYMVS DE NVGVTIIS.

1522. *Henr.* 8. 14. ABdicanti Iulio successit Hieronymus de Nugutijs, homo itidem Italus, de quo præterea nihil aliud accepi.

70. HVGO LATIMERVS.

1535. *Henr.* 8. 27. HVgo Latimerus, veritatis Euangelicæ propugnator insignis, natus est in Comitatu Leicestrensi, & in Collegio Christi Cantabrigiæ educatus, vbi cum Papisticarum superstitionū defensoribus, multa habuit ac magna certamina, iuuenis adhuc, donec circa an. Dom. 1529. Vicarius constitutus Ecclesiæ de Westkingtō in Comitatu Wiltonien si, veterum aduersariorum malignitati elapsus, in nouos incidit, qui hæreseos reum coram Episcopis peragentes, multum illi negotij facessentes, molesti esse non desinebant. Cromwelli tandem opera, & aliorum qui purioris doctrinę fuerunt studiosi,

dioſi, ad Epiſcopum Wigornienſem euectus eſt; in quo vigilantiſſimi paſtoris cuncta munia magna cum diligentia ſolertiſſime obibat, quatenus ſaltem per temporum iniquitatem licebat. *Nuſquã dũ Epiſcopus eſſet* (inquit Balæus) *non egit Chriſti negotium; nuſquam non conſuluit gregis ſui commodis, fidi medici exemplo, qui nullum remediorum genus non adhibet, quo in integram ſanitatem ſuos daret patientes. Tandem vero, ne tanquam canis ad Papiſmi vomitum, vrgentibus Antichriſtis, in maledicto illo ſex articulorum decreto rediret, atque illis ſubſcriberet, anno Domini* 1539. *Pontificatum ſuum, non tamen diuini verbum miniſterium, homo piiſſimus depoſuit, ac plane deſeruit. Nam ita ab omni Papiſtico iure ſolutus, reſumptis viribus, in maiori ſpiritus libertate quãprius, Anglicũ orbẽ conabatur ad priſtinã Chriſtianæ fidei ſimplicitatem ſacris monitis reuocare, atq; à ſordidis lacunis ad vitales illas ac puriſſimas viuentiũ aquarum ſcatebras reducere. Multo certe dignior ex ſana prædicatione & vehementi vitiorũ reprehenſione Anglorum Apoſtolus dici quam Auguſtinus ille Romanus Cantuarienſium primus Archiepiſcopus, &c.* Sic Balæus. In Præſulatu quinquennio nondum exacto, Latimerus vt ſecũ (quod aiunt) habitaret, vna cum Nic. Shaxtono Sarisburienſi, Iulij 1. 1539. Epiſcopatu ſe ſponte abdicauit; quo tempore quando veſtem Pontificalẽm poſtremo exuit (homo lepidus, & ad facetias ſemper procliuis) ſaltu dicitur leuiuſculo loco paululum ſe mouentem, voce memorabili exclamaſſe. Quam nunc mihi videor expeditus & leuis, poſtquam oneris tantum ab humeris meis excuſſi? Dimiſſo præſulatu, dum veritatis Euangelicæ propagationi, eiuſdem prẽco indefeſſus, nihilo ſegnius incumberet; accuſatores concitauit, qui illũ in turrem Londinenſem conijciendum curarunt, vbi vinctus iacuit ad tempora vſq; Edwardi ſexti, quæ læta tandem habuit ac pacata. Mariâ vero rerum potitâ, quomodo cõprehenſus, Oxoniam miſſus vna cum fœliciſſimę memoriæ martyribus Cranmero & Ridlẽo; doctrinæ Euangelicæ veritatem defenderit; & cum ijs damnatus, mortem tandem conſtantiſſimè ſubierit, Oct. 16. 1555. fuſius à me ſupra commemoratum eſt.

71. IOANNES BEL.

1539. *Hen.8.31.* IOannes Bellus Legum Doctor, Archidiaconus Gloceſtrenſis, qui in Balliolenſi Collegio Oxoniæ fuerat educatus, in Epiſcopum Wigornienſem confirmatus Auguſti 11. 1539. cum annos duntaxat quatuor ſediſſet, ſimiliter vt anteceſſor (quam ob cauſam neſcio) abdicauit. Sepultus iacet à Septentrionali latere cancelli Eccleſiæ parochialis de Clerkenwel Londini, vbi lapidi marmoreo hoc Epitaphium vidi inſculptum.

Contegit hoc marmor Doctorem nomine Bellum,
Qui bellè rexit præſulis officium.
Moribus, ingenio, vitæ probitate vigebat,
Laudato cunctis cultus & eloquio.
Anno 1556. *Aug.* 11.

72. NICOLAVS HEATH.

1543. *Hen.8.35.* NIcolaus Heath Epiſcopus Roffenſis, qui educationem habuit ad tempus in Collegio Corporis-Chriſti Oxoniæ, ſocius vero evaſit tandem Aulæ Clarenſis Cantabrigiæ, Wigorniam tranſlatus eſt Februarij 20. 1551. & in carcerem datus Fleetenſem, vbi vinctus diù iacuerat; tandem regnante Mariâ liberatus eſt. Illa vero, præterea quod libertati & Præſulatui eum reſtituit, conſtituit etiam Walliæ Præſidem, ad Archiepiſcopatum Eboracenſem mox tranſtulit, & Angliæ Cancellarium, Gardinero mortuo deſignavit.

73. IOANNES HOOPERVS.

1551. *Edw.6.6.* IOannes Hooperus Epiſcopus Gloceſtrenſis, per diſpenſationem Regiam (quam Commendam vocamus) Wigornienſem etiam vna cum Gloceſtrenſi tenuit Epiſcopatum. Inter Gloceſtrenſes igitur (quorum fuit genuinus Epiſcopus) plura de eo dicendi locus erit.

74.

74. RICHARDVS PATES.

DE Wigornienſi ſede (exauthorato Hoopero) mirabile quippiam iam poterat perhiberi, ſaltem ſi verũ ſit quod de Pato memoratũ comperi: ſupereſſe nempe quinque eiuſce ſedis Epiſcopos, qui omnes ſine Epiſcopatu viverent. Nam prẹter Latimerum, Bellum, Heathum & Hooperum (de quibus antea) conſtare mihi videtur, Richardum Patum Collegij corporis Chriſti Oxoniæ alumnum, circa annum 1534. Epiſcopum hũius Eccleſiæ creatum & Romam miſſum Legatum, reverti nolentem, exauthoratum & in exilio, cui ſe damnaverat, ibi vſque ad Mariæ tempora remanſiſſe. Et certum eſt profecto, Concilio Tridentino his verbis cum ſubſcripſiſſe, *Richardus Patus Wigornienſis Epiſcopus.* Regina igitur, ne alterutri iniuriam inferre videretur; Heathum eo propenſiùs Eboracum tranſtulit, vt ille ſedem ſuam tot annos ab alijs inſeſſam, iam tandem quaſi poſtliminio repeteret. Manſueto vir ingenio, & qui confratrum ſuorum plurimis haudquaquam ſimilis, à piorum ſanguine fundendo abhorrebat. Patrem meum, virum graviſſimum, narrantem ſæpe audivi, dum in illis regionibus ex medicina victum quæreret, accerſitum ſe ab illo febre quartana (morbo ſenibus vt plurimum letifero, quo illum ſanavit, ſe ipſum non potuit, eodem poſtea morbi genere extinctus) laborantem, & quanquam periculum ab eo metueret, acceſſiſſe tamen: Illum vero metus eius non ignarum, his cum verbis cõfirmaſſe. Haud mẹ latet, quis nam ſis & de religione Catholica quid ſentias. Tu vero bono ſis animo. Mihi ſiquidem decretum, fidei cauſa (quæ non vi & terroribus, ſed ſuaſionibus & rationum momentis ingeneratur) malô neminem aut pœna afficere. Hic tamen vt regnum Elizabetha auſpicata eſt, veterum fortaſſis amicorum deſiderio, quos in exilio comparaverat, ad tranſmarinas oras profugit, ibique tandem finijt vitam tot mutationibus variatam.

1534. *Hen.8.36.*

75.

75. EDWINVS SANDS.

1559. *Eliz.* 2. EDwinus Sands S. Theologiæ Doctor, Aulæ Catharinæ Cantabrigiæ olim Præses, consecratus Decemb. 21. 1559 Londinum translatus est Iulij 13. 1570.

76. NICOLAVS BVLLINGHAM.

1570. *Eliz.* 13. NIcolaus Bullingham ab Ecclesia Lincolniensi huc trãslatus est Ianuarij 26. 1570.

77. IOANNES WHITGIFT.

1577. *Eliz.* 19. IOannes Whitgift S. Theologiæ Doctor, consecratus Apr. 21. 1577. ad Archiepiscopatum Cantuariensem translatus est Sept. 2. 1583.

78. EDMVNDVS FREAK.

1584. *Eliz.* 27. EDmundus Frecus à Norwicensi sede translatus, mense Martio decessit 1590. de quo supra pluribus.

79. RICHARDVS FLETCHER.

1593. *Eliz.* 36. RIchardus Fletcherus Bristolia huc translatus est, & hinc mox Londinum.

80. THOMAS BILSON.

1596. *Eliz.* 38. THomas Bilsonus S. Theologię Doctor & Collegij Wintonienſis Gardianus, consecratus Iun. 13. 1596. Wintoniam postea translatus est.

81. GERVASIVS BABINGTON.

1597. *Eliz.* 40. GErvasius Babingtonus S. Theologiæ Doct. & Collegij Trinitatis olim socius Cantabrigiæ, à Landavensi sede ad Exonienſem, & anno 1597. huc translatus est. Ictericus decessit Maij 17. 1610.

82.

82. HENRICVS PARRY.

HEnricus Parry S. Theologiæ Doctor, à Gloceſtrenſi ſede ad hanc tranſlatus eſt ſub exitum Septembris 1610. Huius virtutes quam libenter celebrarem, niſi (præter inſtituti mei rationem ſæpè commemoratam) quæ cupiditatem meam ad hoc officium accendit plurimum, veteris amicitiæ memoria, ne hoc ipſum præſtarem inhiberet, metuentem nimirum, ne amico veritatem poſtpoſuiſſe videar. Sed bene habet quod me tacente, ſat præconum relinquat, (ſcripta dico ab illo edita) quæ apud poſteros eruditionis ac pietatis eius, buccinatores futuri ſunt perpetui. 1610. *Iacob.* 8.

Secundum rationem fiſci Regij, valet annuatim hic Epiſcopatus, 1049. *li.* 17. *ſ.* 3. *d.ob.q*3. *Et Pontifici Rom. pendebat pro primitijs, florenorum* 2000.

DE

DE EPISCOPIS HEREFORDENSIBVS.

SEdes Episcopalis Herefordiæ primum constituta est anno salutis per Christum 680. & eiusdem primus Episcopus ordinatus Putta; post quem ordine sederunt ibidem quorum nomina sequuntur.

2. Tirhtellus.

3. Torteras.

4. Wastoldus, vel Walstodus. Hic crucem magno sumptu cœpit fabricare, quam perfecit successor, & eidem hæc carmina insculpsit:

Hæc veneranda crucis Christi veneranda sacrata,
Cœperat Antistes venerandus nomine Walstod
Argenti atque auri fabricare monilibus amplis.
Sed quia cuncta cadunt mortalia tempore certo,
Ipse opere in medio moriens è carne recessit.
Ast ego successor præfati Præsulis, ipse
Pontificis, tribuente Deo, qui munere fungor,
Quique gero certum Cuthbert de luce vocamen,
Omissum implevi quod ceperat, ordine pulchro.

5. Cuthbertus, consecratus anno 736. Cantuariam translatus est 740. Antecessoribus suis tumulum is statuit magnificum, cui carmen subsequens incidi curavit.

Qui quondam extiterant famosi altique per orbem,
Corpora sena tenet hominum hic marmor obumbrans;
Tumbaque mirifico præsens fabricata decore,
Desuper ex alto cohibens cum culmine tecta.
Hos ego Cuthbertus sacri successor honoris,
Inclusi titulis, exornaniq; sepulchris.
Pontifices ex his ternos sancta insula cinxit.

Nomina

Nomina ſunt quorum; Walſtoldus, Torhere, Tirtil.
Regulus eſt quartus Milfrith cum coniuge pulchra
Quenburga. Extitit è ſenis hæc ordine quinta.
Sextus preterea eſt Oſelini filius Offrith.

6. Cuthberto ſucceſſit Podda, & qui ſequuntur.
7. Ecca.
8. Cedda, qui obijt anno 857.
9. Albertus.
10. Eſna. Obijt 885.
11. Celmund.
12. Vtellus.
13. Wulfhard.
14. Benna.
15. Edulfus.
16. Cuthwulfus.
17. Mucellus.
18. Deorlaf.
19. Cunemund.
20. Edgar.
21. Tidhelm.
22. Wulfhelm.
23. Alfricus.
24. Athulfus.

25. ETHELSTANVS.

HIc (vt Hovedenus & Florentius) *vir magnæ ſanctitatis*, ante obitum per annos 13. oculis captus cœcus vixit, & omnia per vicarium adminiſtravit, videlicet per Tramerinum Menevenſem Epiſcopum. Eccleſiam Cathedralem Herefordenſem à fundamentis excitavit ac perfecit; Deceſſit vero Febr. 10. 1055. & in Eccleſia à ſe conſtructa tumulatus eſt.

26. LEOVEGARVS.

LEeovegarus illi ſucceſſit, Haraldi Ducis Capellanus, quem Weſtmonaſterienſis dicit fuiſſe, *Dei famulum in omni religione perfectum, Eccleſiarum amatorem, pauperum recreatorem,*

recreatorem, viduarum & orphanorum defensorem, virginitatis possessorem. Cum vix tribus sedisset mensibus, Griffinus Walliæ Rex, Anglorum exercitu prope civitatem Herefordensem profligato, eiusdē victoriæ impetu vrbem etiā cepit, & septē *Canonicis qui valuas principalis basilicæ defenderant, occisis; ac Monasterio quod verus Dei Christicola Antistes Ethelstanus construxerat (cum omnibus ornamentis & reliquijs S. Ethelberti Regis & Martyris aliorumq; sanctorum) combusto, & nonnullis è ciuibus necatis, multisque captiuatis, ciuitate etiam spoliata & crem[illegible] præda vbertatè ditatus rediit.* Sic Florentius, qui postea adijcit, *Episcopum Leouegarum à Griffino prædicto in loco qui Clastbrig vocatur,* (Hovedenus habet Glastingebery) *cum clericis suis, & Vicecomite Agelnotho & multis alijs occisum, Iunij* 16. 1056.

27. WALTERVS.

POst Leovegari cædem, vacavit Episcopatus annos 4. quo tempore rexit eum Aldredus Wigornensis Antistes. Illo vero Eboracum translato, Walterus, patria Lotharingus, Edithæ Reginæ Capellanus, Romę consecratus est per Pontificem anno 1060. Huic exitus contigit, quam antecessori multo infœlicior, saltem si verum sit quod Malmesburiensis tradidit, illorum fere temporum scriptor. *Erat* (inquit ille) *in villa mulierecula, quam nescio quo infortunio ex occursu visam, multo arsit tempore. Ignorabat illa flammas Pontificis; & si sciret contemneret. Interea sæpe cogitans Pontifex, quod nihil est miserius quam senex amans; luctabatur pro ætatis & gradus reuerentia morbum depellere. Probeque iam conualuerat & victus furor terga dederat, cum ex occasione quam diaboli fraus administrauit, intra cubiculum illam accersit. Subiecerat causam, vt cubicularijs vestes incideret; dicebatur enim officij perita. Illa ingressa, & operi ad quod venerat intenta; clientes secretorum conscij, agmine facto discedunt. Tum (ne multis morer) Episcopo post obscœna dicta, vim inferre paranti, fœminæ forcipibus quas tenebat, inguina suffodit. Rumor criminis & vltionis totam pernagatus Angliam, Regis quoque aures attigit. Ille, dignitate Regia credulitatem dissimulans, ne vel cæteri disseminarent,*

gra-

grauissimo coercuit edicto. Inter antiquos non repperi quenquam, præter Malmesburiensem antedictum, qui de hoc tam memorabili facinore vllam fecerit mentionem. Eius proinde hac de re narrationem veritati inniti, Iouem lapidem iurare non ausim.

28. ROBERTVS LOSINGA.

ROBertus, pariter vt anteceſſor, Lotharingus, parentum suorum cura tantum ab ipsa adoleſcentia in bonis literis profecit, vt maioribus quibusdam per Galliam Belgicam præfuerit ſcholis. Plurimum namque (vt hiſtorici tradunt) in Philoſophia, Rhetorica, Muſica, Arithmetica, & cæteris Mathematicis diſciplinis valebat. Quamobrem, Gulielmo primo Regi gratus, in occiſi Walteri locum aſſumptus eſt, conſecratus Decemb. 29. 1079. Quomodo ad Eccleſiæ Lincolnienſis dedicationem inuitatus à Remigio, venire abnuerat, *quia certa inſpectione ſyderum* (vt habet Malmesburienſis) *dedicationem tempore Remigij non proceſſuram viderat nec tacuerat*, ſupra expoſuimus. Cæterum eodem ipſo tempore quo Remigius Lincolnienſem, ſuam ille de nouo conſtruxit (quam nimirum condiderat olim Ethelſtanus, ſed incendio Griffinus Wallus deleuerat, quo tempore ab illo interemptus Leouegarus Epiſcopus occubuit) & ad exemplar Aquiſgranenſis à Carolo magno extructæ, efformandam curauit. Tam pulchri facinoris authori debere videor, vt de illo quæcunque vſquam occurrant apud ſcriptores, meis offeram lectoribus. Habete igitur ex Malmesburienſi iſta, mihi quanquam non omnino probata. *Præ cæteris contemporaneis Epiſcopis, ſanctiſſimi Wulſtani familiaritati deditus erat, quem & vicinitate præſulatus attingebat. Remotis ergo ſæpiſſime forenſibus negotijs, domeſticum illi contubernium præſtabat, delectatus vitæ illius puritate & innocentia; quem quamvis ante ſe extulerit, non tamen ſocialis amoris vinculum mors illius prolongata corrupit. Decumbebat Wulſtanus Wigorniæ, beato iam proximus fini: Robertus in curia (inuitus duntaxat) regalia placita tranſigens, aſtitit ipſi in viſu, dicens omnino intelligibiliter, Si me vis* 1079. *Gul.* 1. 14.

videre viuum, festina venire Wigorniam antequam obeam. Quo viso, petita à Rege licentia, venire festinabat concitus, nulli quieti siue die vel nocte indulgens. Metus enim pius, præsagium (quod res firmauit) infuderat, ne non superstitem inuenirem: Longiuscule enim fuerat Curia. Et iam in mansione proxima Wigorniæ somnio deditus (Crikladia) iterato videt Wulstanum dicentem; Nihil minus quam pius amor poscit feciſti: Sed frustratus es desiderio tuo. Iam enim migraui: Tu modo (amice sodalis) vitæ tuæ consule, proinde salui; quia non longas moras post me facies in hac luce. Et ne phantastica visione te credas illudi, signum accipe. Postquam eras corpus (quod iam triduo tuum sustinet aduentum) terra mandaueris, dabitur tibi xenium ex parte mea, quod meum esse cognosces. Ita Pontifex expergefactus, viam peregit; Wigorniam venit, officium sepulturæ impleuit, re omnibus relata. Iamque valedicto Monachis, meditabatur discedere, calciatumque calcaribus equus operiebatur, cum Prior loci genibus eius reuerenter affusus, prætendit xenium, dicens; Accipe domine si tibi placet, amatoris tui cappam agninis pellibus insultam, qua indutus, equitare solebat; quæ & longum vestium testetur amorem, & sanctitatis Domini nostri mereatur protectionem. Hoc ille audito & munere cognito, impalluit, gelidusque cucurrit per ossa tremor; statimque dilata profectione, concionem monachorum accitut in Capitulum, lachrymis & suspiriis quantum res exigebat, referens, quanta veritate somnium & factum quadrassent. Itaque omnibus sua morte commendata, discessit; de admonitione quidem latus, sed semper sancto timore sollicitus. Ianuario mediante, Wulstanus transiit, nec Robertus Iunium transcendit. Tumulatus iacet iuxta murum septentrionalem, paulo supra capellam in qua Stanburius sepultus est; saltem si credimus inscriptioni ibidem infixæ. Mihi vero potius persuasum, ibi loci humatum, vbi monumentum videmus Raynelmi dictum. Cuius rei fidem facere videtur, quod imago tumulo imposita, manu videtur sustinere Ecclesiæ effigiem, quasi Ecclesiæ conditor ibi loci sit tumulatus.

29.

Digitized by Google

29. GERARDVS.

GErardus illi succeſsit, Walkelini Wintonienſis Epiſcopi nepos. Moram hic faciens perbreuem, ad Archiepiſcopatum Eboracenſem tranſlatus eſt.

30. RAYNELMVS.

SVbſtitui iuſſus eſt à Rege Rogerus Lardarius (vel vt nonnulli Larderarius Regius) *Sed is nullo Pontificali munere ſuſcepto, infra octo dies electionis apud Lundoniam (vbi tunc erat Curia) defunctus eſt: Mandato antea Archiepiſcopo Anſelmo (Deus bone quam mira ineptia) vt ſe in Epiſcopum conſecreret antequam moreretur; eoque anxie & inſtantiſſime poſtulato. Quam hominis fatuitatem, nullo relato reſponſo, ſanctus Antiſtes ſolius modeſtia riſus infirmauit. Tunc ſtatim electus eſt Raynaldus* (reponendum Raynelmus, nam hæc omnia Malmesburienſis) *Reginæ Cancellarius, vt mortui locum teneret; qui ſecundum morem quem Rex tunc legitimum arbitraretur, per Principem annulo & baculo inueſtitus; vbi benedicere illum & cæteros ſic inueſtitos, Archiepiſcopo recuſante, perperam ſe feciſſe intellexiſſet; vltro, nec rogatus nec iuſſus, retulit annulum & baculum Regi. Quocirca amicitiæ Regalis extorris, curia quoque arceri iuſſus eſt. Tacitè id ille patienter tulit, donec dulciori aura cor Regium ſerenante, legitime introductus, & honorificè conſecratus eſt. Manſit in Epiſcopatu magna modeſtia, tum virtutibus cæteris, tum compunctione timoris Dei vbique, & maxime inter miſſarum agenda lachrymis irriguus, nullius mali opinione infamis, niſi quod minus quam decebat, & citra facultatem ſuam eſſe dapſilis dicebatur. Deceſſit poſt paucos annos vitio podagræ*, videlicet Oct. 28. 1115. conſecratus vero Aug. 10. 1107. Sepultus dicitur ab auſtrali parte presbyterij. Crediderim potius in loco Roberto anteceſſori ſuo aſſignato tumulatum, ſicut antea dictum eſt. 1107. *Henr.* 1. 8.

31. GALFRIDVS DE CLIVA.

ACcepit ſucceſſorem (iterum adhuc Malmesburienſis) *Gaufredum cognomento de Dina* (perperam pro Cliua) *non* 1115. *Henr.* 1. 16.

Digitized by Google

plus quinque annis, vulgatiſſimo iam per ora hominum infortunio, vt non diu quiſquam apud Hereford Epiſcopus ſuperſit. Bonus quidem & ille, continentiſſimuſque, indifferenter cibis & veſtibus quæ minori pretio taxarentur vtens, agriculturæ ſtudens; terras Epiſcopatus, quæ ante exactionibus vectigalium multum læſæ fuerant, reparauit & prouexit. Quare & farre & cæteris quæ victum miniſtrant ſufficiens, paulo tenacioris animi ad pauperes fuit. Lacerandam ergo famam ſuã merito præbuit, quod nulla miſericordia erga egentes motus, magnam copiam victualium nulli hæredi reliquit. conſecratus Dec. 26. 1115. Obijt Februarij 3. 1119. & in Septentrionali muro tumulatus iacet paulo ſupra Robertum anteceſſorem. Sunt qui tradunt Arnulphum quendam Epiſcopum Herefordenſem renunciatum Wintoniæ Auguſti 15. 1114. ab Henrico primo Rege; quod verum eſſe non poteſt, cum certum ſit Raynelmum tum adhuc ſuperſtitem extitiſſe.

32. RICHARDVS.

1120. *Henr.* 1. 21. RIchardus (quem Malmesburienſis appellat Clericum de Sigillo) conſecratus eſt Lamethæ Ianuarij 16. 1120. & Ledburiæ decedens Auguſti 15. 1127. in Eccleſia ſua ſepultus eſt.

33. ROBERTVS DE BETVN.

1131. *Henr.* 1. 32. *TVnc demum bono ſi Deo placet omine* (ſic non male auguratus eſt Malmesburienſis) *electus eſt factuſq; Præſul Robertus, Prior Canonicorum de Lantoni, qui hodieque* (inquit ille) *ſupereſt, cuius facta poſteri iudicabant. Nunc plane benignum illi ſtrauit iter, ipſum eſſe religioſiſſimum, in victu & veſtitu abſtemium. Apoſtolicæ certe curiæ ita notus, vt ei poſt Legatum & Archiepiſcopum, omnes diſpoſitiones ſuas in Anglia iniungat.* Conſecratus eſt Oxoniæ (vbi educatum ferunt) Iunij 19. 1131. (& non 1151. vt perperam quidam) per Gulielmum Archiepiſcopum Cantuarienſem. Deceſſit Aprilis 22. 1148. & tumulo iacet conditus in auſtrali muro Eccleſiæ, è regione Presbyterij. Gulielmus quidam Lantonienſis poſt illũ Prior, vitæ eius hiſtoriam perſcripſit.

34.

Digitized by Google

34. GILBERTVS FOLIOT.

GIlbertus Foliot Abbas Gloceſtrenſis, conſecratus anno 1149. poſtquam 12. plus minus annis ſediſſet, anno vt nonnulli 1161. vt alij 1163. Londinum tranſlatus eſt. 1149. *Steph.* 15.

35. ROBERTVS DE MELVN.

SVcceſsit illi Robertus de Melun, qui obijt Febr. 28. 1167. & iuxta Betunium anteceſſorem tumulatus eſt. 1162. *Hen.* 2. 9.

36. ROBERTVS FOLIOT.

POſtquam ſex annos Eccleſia Herefordenſis tum vacaſſet, impetrata tandem à Rege elegendi licentia, electus eſt à Canonicis, Robertus Foliotus Archidiaconus Oxonienſis, & anno inſequenti conſecratus vna cum aliquot alijs quorum itidem ſedes, propter turbas circa Beketti mortem exortas, diu manſerant paſtoribus deſtitutæ. Qua de re plura ſupra in Richardo Moro Wintonienſi. *Vir* (vt habet Baleus ex Lelando) *memorabilis in primis & optime meritus de bonis artibus, quibus, adoleſcens, non ſolum in Britannia, verum etiam in Gallia iugem adhibuit operam. In Gallia certe amicitiam contraxit cum Beketto, quem aliquandiu diſcipulum illic habuit, poſtea patronum cui inſeruiebat. Inter hæc fit Archidiaconus (vt antea monſtratur) illius beneficio,* eoque mortuo, Herefordenſis ſedis gubernaculo admotus eſt, non viuentis opera, vt ſcriptor prædictus, qui eum cum Roberto Melunenſi confundit. Obijt Foliotus Maij 9. 1186. & iuxta Melunenſem antedictum iacet tumulatus. 1174. *Hen.* 2. 20.

37. GVLIELMVS VERVS.

GVlielmus Verus (qui multa dicitur conſtruxiſſe) conſecratus anno 1186. oppetijt mortem Dec. 24. 1199. Sepultus eſt iuxta proximum anteceſſorem; vt iſti quatuor vno loco iaceant conditi, Betunius, Melunenſis, Foliotus, & hic noſter Verus; qui tumulos habent ſibi mutuo tam ſimiles (pene dixeram quam ouum ouo) certe vt niſi loco & ordine, non poſsis vnum ab alio internoſcere aut diſtinguere. 1186. *Henr.* 2. 33.

Digitized by

38. ÆGIDIVS de BRVSE.

1200. *Ioan. 2.* ÆGidius Bruſius, filius Gulielmi Baronis de Brecknock, ſummæ nobilitatis & potentiæ viri, conſecratus eſt, Sept. 24. 1200. In bello inteſtino, quod Ioannes Rex cum Proceribus ſuis habuit, Seditioſis contra legitimum principem adhæſit, eamq; ob cauſam ſolum vertere coactus eſt. Poſtea reditu impetrato, in gratiam Regis receptus, dum ſuos repetit penates, Glocestriæ moritur, Nouemb. 17. 1215. hæreditatem ampliſſimam ad ſe deuolutam, Reginaldo fratri relinquens, qui vxorem duxit Leolini Septentrionalis Walliæ Principis filiam. Humatus iacet ab Aquilonari parte presbyterij, vbi imago pontificalis tumulo impoſita, manu videtur tenere campanilis effigiem: vnde conijcio campanile Eccleſiæ ab eo conſtructum.

39. HVGO de MAPENORE.

1216. *Henr. 3. 1.* HVgoni de Mapenor, qui Decanus fuerat Hereſordēſis, huius Sedis temporalia reſtituta comperi Dec. 9. Henr. 3. 1. Circa feſtum Paſchatis, 1219. mortē obijt, & ſepultus iacet (ſi bene memini) in muro ſeptentrionali prope monumentum Egueblanci.

40. HVGO FOLIOT.

1219. *Henr. 3. 4.* HVgo Foliot Archidiaconus Salopię, conſecratus ſub initium Nouembris, 1219. deceſſit Iulij 26. 1234.

41. RADVLPHVS de MAYDENSTAN.

1234. *Edw. 3. 18.* RAdulphus de Maydenſtan ſucceſſit, *vir magnæ literaturæ, & in Theologia nominatiſſimus*, vt habet T. Wyke, Chronici Oſneienſis author. Qui à nobili quodam cui nomen Monthault, ædes illas pretio comparauit, ad quas Londinum venientes Hereſordenſes Epiſcopi ſe poſtea recipere conſueuerunt; & ſimul patronatus inſuper ius Eccleſiæ, vbi ædes prædictæ ſitę ſunt, & ab illa Monthautorum familia, nomen etiamnum hodie obtinet S. Mariæ de Monthaut, Ædes ſimul & patronatus ius prædictum, Sedi ſuæ contulit. Anno 1239. Fran-

Franciſcanorũ habitu Oxoniæ ſuſcepto, Epiſcopatu ſe abdicauit. *Iſtum ſexto ſui Pontificatus, anno* (inquit Baleus) *arctioris vitæ ſtudium, ab Epiſcopatu, ad Collegium Fræciſcanorum deduxit cum vno Abbate, & Monachis, ac ſacrificulis, vt author eſt Antoninus in tertia Chronicorum parte. His lapides* (inquit) *ad ædificia portauerunt, &c.* Reliquam ætatem Gloceſtriæ degens, ibi poſt quinquennium deceſſit, ibique iacet ſepultus.

42. PETRVS de EGVEBLANK.

De S. Bartholomæi (inquit Pariſienſis) 1239. *electus eſt in Epiſcopum Herefordenſem magiſter Petrus de Egueblank, qui aliquando familiaris Clericus fuit, & procurator expenſarum Gulielmi Electi Valentini, natione Prouincialis. Et poſt parum temporis internallum, cum magno honore eſt à Rege receptus, & confirmatus ſine aliqua contradictione vel difficultate. Alius enim quidam Canonicus Lichfeldenſis, vir per omnia commendabilis, electus, videns dies malos imminere, & Regem nullum ferè niſi alienigenam affectare; ceſſit, & regimen Eccleſiæ Deo, & Canonicis fratribus ſuis commiſit diſponendũ.* Sic ille. Anno 1255. magnam iſte contra ſe inuidiam concitauit, quod illius conſilio ingenti pecunia Clerum Rex emunxerit, cuius rei prolixam habet narrationem Pariſienſis prædictus. Anno deinde ſequenti, multũ irriti laboris inſumpſit, in Archiepiſcopatu Burdegalenſi ambiendo. Diem obijſſe Archi-præſulem ibidem, acceperat. Quapropter precibus, largitione, & nullo non ambitus genere aulicorum fauore quæſito; voti ſe compotem factum exiſtimauit, quando viuere & valere Archiepiſcopum eſt nunciatum. *Cum veritas pateret quod viueret, iter, laborem,* (Pariſienſem audis) *operam perdidit & expenſas: multis ſanniis appetitus, ſicut de quodam magiſtro Lambino dicitur contigiſſe, de quo duo verſiculi componebantur.*

1239. *Henr.* 3. 23.

Ære dato multo, nondum paſtore ſepulto,
Lambit ad optatum Lambinus pontificatum.

Anno poſtea 1263. à Baronibus ſeditioſis in Eccleſia ſua Cathedrali comprehenſus, opibus direptis, pecunia ſua quam magnam congeſſerat militibus ſe coram diſtributa, in arcem Ordlienſem coniectus, ibi diuturnæ captiuitatis ſqualorem

75. EDWINVS SANDS.

1559. *Eliz.* 2. EDwinus Sands S. Theologiæ Doctor, Aulæ Catharinæ Cantabrigiæ olim Præses, consecratus Decemb. 21. 1559 Londinum translatus est Iulij 13. 1570.

76. NICOLAVS BVLLINGHAM.

1570. *Eliz.* 13. NIcolaus Bullingham ab Ecclesia Lincolniensi huc trãslatus est Ianuarij 26. 1570.

77. IOANNES WHITGIFT.

1577. *Eliz.* 19. IOannes Whitgift S. Theologiæ Doctor, consecratus Apr. 21. 1577. ad Archiepiscopatum Cantuarienſem translatus est Sept. 2. 1583.

78. EDMVNDVS FREAK.

1584. *Eliz.* 27. EDmundus Frecus à Norwicensi sede translatus, mense Martio decessit 1590. de quo supra pluribus.

79. RICHARDVS FLETCHER.

1593. *Eliz.* 36. RIchardus Fletcherus Bristolia huc translatus est, & hinc mox Londinum.

80. THOMAS BILSON.

1596. *Eliz.* 38. THomas Bilsonus S. Theologię Doctor & Collegij Wintonienſis Gardianus, consecratus Iun. 13. 1596. Wintoniam postea transtatus est.

81. GERVASIVS BABINGTON.

1597. *Eliz.* 40. GErvasius Babingtonus S. Theologiæ Doct. & Collegij Trinitatis olim socius Cantabrigiæ, à Landavensi sede ad Exonienſem, & anno 1597. huc translatus est. Ictericus decessit Maij 17. 1610.

82.

82. HENRICVS PARRY.

HEnricus Parry S. Theologiæ Doctor, à Gloceſtrenſi ſede ad hanc tranſlatus eſt ſub exitum Septembris 1610. Huius virtutes quam libenter celebrarem, niſi (præter inſtituti mei rationem ſæpè commemoratam) quæ cupiditatem meam ad hoc officium accendit plurimum, veteris amicitiæ memoria, ne hoc ipſum præſtarem inhiberet, metuentem nimirum, ne amico veritatem poſtpoſuiſſe videar. Sed bene habet quod me tacente, ſat præconum relinquat, (ſcripta dico ab illo edita) quæ apud poſteros eruditionis ac pietatis eius, buccinatores futuri ſunt perpetui. 1610. *Iacob.* 8.

Secundum rationem fiſci Regij, valet annuatim hic Epiſcopatus, 1049. *li.* 17. *s.* 3. *d.ob.q*;. *Et Pontifici Rom. pendebat pro primitijs, florenorum* 2000.

DE

DE EPISCOPIS HEREFORDENSIBVS.

SEdes Episcopalis Herefordiæ primum constituta est anno salutis per Christum 680. & eiusdem primus Episcopus ordinatus Putta; post quem ordine sederunt ibidem quorum nomina sequuntur.

2. Tirhtellus.

3. Torteras.

4. Wastoldus, vel Walstodus. Hic crucem magno sumptu cœpit fabricare, quam perfecit successor, & eidem hæc carmina insculpsit:

Hæc veneranda crucis Christi veneranda sacratæ,
Cœperat Antistes venerandus nomine Walstod
Argenti atque auri fabricare monilibus amplis.
Sed quia cuncta cadunt mortalia tempore certo,
Ipse opere in medio moriens è carne recessit.
At ego successor præfati Præsulis, ipse
Pontificis, tribuente Deo, qui munere funger,
Quique gero certum Cuthbert de luce vocamen,
Omissum implevi quod ceperat, ordine pulchro.

5. Cuthbertus, consecratus anno 736. Cantuariam translatus est 740. Antecessoribus suis tumulum is statuit magnificum, cui carmen subsequens incidi curavit.

Qui quondam extiterant famosi altique per orbem,
Corpora sena tenet hominum hic marmor obumbrans;
Tumbaque mirifico præsens fabricata decore,
Desuper ex alto cohibens cum culmine tecta.
Hos ego Cuthbertus sacri successor honoris,
Inclusi titulis, exornaniq; sepulchris.
Pontifices ex his ternos sancta insula cinxit.

Nomina

Nomina ſunt quorum; Walſtoldus, Torhere, Tirtil.
Regulus eſt quartus Milfrith cum coniuge pulchra
Quenburga. Extitit è ſenis hæc ordine quinta.
Sextus præterea eſt Oſelini filius Offrith.

6. Cuthberto ſucceſſit Podda, & qui ſequuntur.
7. Ecca.
8. Cedda, qui obijt anno 857.
9. Albertus.
10. Eſna. Obijt 885.
11. Celmund.
12. Vtellus.
13. Wulfhard.
14. Benna.
15. Edulfus.
16. Cuthwulfus.
17. Mucellus.
18. Deorlaf.
19. Cunemund.
20. Edgar.
21. Tidhelm.
22. Wulfhelm.
23. Alfricus.
24. Athulfus.

25. ETHELSTANVS.

HIc (vt Hovedenus & Florentius) *vir magnæ ſanctitatis*, ante obitum per annos 13. oculis captus cœcus vixit, & omnia per vicarium adminiſtravit, videlicet per Tramerinum Menevenſem Epiſcopum. Eccleſiam Cathedralem Herefordenſem à fundamentis excitavit ac perfecit; Deceſſit vero Febr. 10. 1055. & in Eccleſia à ſe conſtructa tumulatus eſt.

26. LEOVEGARVS.

LEeovegarus illi ſucceſſit, Haraldi Ducis Capellanus, quem Weſtmonaſterienſis dicit fuiſſe, *Dei famulum in omni religione perfectum, Eccleſiarum amatorem, pauperum recreatorem,*

recreatorem, viduarum & orphanorum defensorem, virginitatis possessorem. Cum vix tribus sedisset mensibus, Griffinus Walliæ Rex, Anglorum exercitu prope civitatem Herefordensem profligato, eiusdē victoriæ impetu vrbem etiā cepit, *& septē Canonicis qui valuas principalis basilicæ defenderant, occisis; ac Monasterio quod verus Dei Christicola Antistes Ethelstanus construxerat (cum omnibus ornamentis & reliquijs S. Ethelberti Regis & Martyris aliorumq; sanctorum) combusto, & nonnullis e ciuibus necatis, multisque captiuatis, ciuitate etiam spoliata & crem[illegible] prædæ vbertatē ditatus rediit.* Sic Florentius, qui postea adijcit, *Episcopum Leouegarum à Griffino prædicto in loco qui Clastbrig vocatur,* (Hovedenus habet Glastingebery) *cum clericis suis, & Vicecomite Agelnotho & multis alijs occisum, Iunij* 16. 1056.

27. WALTERVS.

POst Leovegari cædem, vacavit Episcopatus annos 4. quo tempore rexit eum Aldredus Wigornienſis Antiſtes. Illo vero Eboracum tranſlato, Walterus, patria Lotharingus, Edithæ Reginæ Capellanus, Romę conſecratus eſt per Pontificem anno 1060. Huic exitus contigit, quam anteceſſori multo infœlicior, ſaltem ſi verum ſit quod Malmesburienſis tradidit, illorum fere temporum ſcriptor. *Erat* (inquit ille) *in villa muliercula, quam nescio quo infortunio ex occursu visam, multo arsit tempore. Ignorabat illa flammas Pontificis; & si sciret contemneret. Interea sæpe cogitans Pontifex, quod nihil est miserius quam senex amans; luctabatur pro ætatis & gradus reuerentia morbum depellere. Probeque iam conualuerat & victus furor terga dederat, cum ex occasione quam diaboli fraus administrauit, intra cubiculum illam accersyt. Subiecerat causam, vt cubicularijs vestes incideret; dicebatur enim officij perita. Illa ingressa, & operi ad quod venerat intenta; clientes secretorum conscij, agmine facto discedunt. Tum (ne multis morer) Episcopo post obscœna dicta, vim inferre paranti, fœmina forcipibus quas tenebat, inguina suffodit. Rumor criminis & vltionis totam pernagatus Angliam, Regis quoque aures attigit. Ille, dignitate Regia credulitatem dissimulans, ne vel cæteri disseminarent,*

gra-

grauissimo coercuit edicto. Inter antiquos non repperi quenquam, præter Malmesburiensem antedictum, qui de hoc tam memorabili facinore vllam fecerit mentionem. Eius proinde hac de re narrationem veritati inniti, Iouem lapidem iurare non ausim.

28. ROBERTVS LOSINGA.

ROBertus, pariter vt anteceſſor, Lotharingus, parentum suorum cura tantum ab ipsa adoleſcentia in bonis literis profecit, vt maioribus quibusdam per Galliam Belgicam præfuerit ſcholis. Plurimum namque (vt hiſtorici tradunt) in Philoſophia, Rhetorica, Muſica, Arithmetica, & cæteris Mathematicis diſciplinis valebat. Quamobrem, Gulielmo primo Regi gratus, in occiſi Walteri locum aſſumptus eſt, conſecratus Decemb. 29. 1079. Quomodo ad Eccleſiæ Lincolnienſis dedicationem inuitatus à Remigio, venire abnuerat, *quia certa inſpectione ſyderum* (vt habet Malmesburienſis) *dedicationem tempore Remigij non proceſſuram viderat nec tacuerat*, ſupra expoſuimus. Cæterum eodem ipſo tempore quo Remigius Lincolnienſem, ſuam ille de nouo conſtruxit (quam nimirum condiderat olim Ethelſtanus, ſed incendio Griffinus Wallus deleuerat, quo tempore ab illo interemptus Leouegarus Epiſcopus occubuit) & ad exemplar Aquiſgranenſis à Carolo magno extructæ, efformandam curauit. Tam pulchri facinoris authori debere videor, vt de illo quæcunque vſquam occurrant apud ſcriptores, meis offeram lectoribus. Habete igitur ex Malmesburienſi iſta, mihi quanquam non omnino probata. *Præ cæteris contemporaneis Epiſcopis, ſanctiſsimi Wulſtani familiaritati deditus erat, quem & vicinitate præſulatus attingebat. Remotis ergo ſæpiſſime forenſibus negotijs, domeſticum illi contubernium præſtabat, delectatus vitæ illius puritate & innocentia; quem quamvis ante ſe extulerit, non tamen ſocialis amoris vinculum mors illius prolongata corrupit. Decumbebat Wulſtanus Wigorniæ, beato iam proximus fini: Robertus in curia (inuitus duntaxat) regalia placita tranſigens, aſtitit ipſi in viſu, dicens omnino intelligibiliter, Si me vis* 1079. *Gul.* 1. 14.

videre viuum, festina venire Wigorniam antequam obeam. Quo viso, petita à Rege licentia, venire festinabat concitus, nulli quieti siue die vel nocte indulgens. Metus enim pius, præsagium (quod res firmauit) infuderat, ne non superstitem inuenirent: Longiscule enim fuerat Curia. Et iam in mansione proxima Wigorniæ somno deditus (Crikladia) iterato videt Wulstanum dicentem; Nihilminus quam pius amor poscit fecisti: Sed frustratus es desiderio tuo. Iam enim migraui: Tu modo (amice sodalis) vitæ tuæ consule, proinde salui; quia non longas moras post me facies in hac luce. Et ne phantastica visione te credas illudi, signum accipe. Postquam eras corpus (quod iam triduo tuum sustinet aduentum) terra mandaueris, dabitur tibi xenium ex parte mea, quod meum esse cognosces. Ita Pontifex expergefactus, viam peregit; Wigorniam venit, officium sepulturæ implenit, re omnibus relata. Iamque valedicto Monachis, meditabatur discedere, calciatumque calcaribus equus operiebatur, cum Prior loci genibus eius reuerenter affusus, prætendit xenium, dicens; Accipe domine si tibi placet, amatoris tui cappam agninis pellibus insultam, qua indutus, equitare solebat; qua & longum vestrum testetur amorem, & sanctitatis Domini nostri mereatur protectionem. Hoc ille audito & munere cognito, impalluit, gelidusque excurrit per ossa tremor; statimque dilata profectione, concionem monachorum accitit in Capitulum, lachrymis & suspiriis quantum res exigebat, referens, quanta veritate somnium & factum quadrassent. Itaque omnibus sua morte commendata, discessit; de admonitione quidem latus, sed semper sancto timore sollicitus. Ianuario mediante, Wulstanus transyit, nec Robertus Iunium transcendit. Tumulatus iacet iuxta murum septentrionalem, paulo supra capellam in qua Stanburius sepultus est; saltem si credimus inscriptioni ibidem infixæ. Mihi vero potius persuasum, ibi loci humatum, vbi monumentum videmus Raynelmi dictum. Cuius rei fidem facere videtur, quod imago tumulo imposita, manu videtur sustinere Ecclesiæ effigiem, quasi Ecclesiæ conditor ibi loci sit tumulatus.

29.

29. GERARDVS.

GErardus illi succesſit, Walkelini Wintonienſis Epiſcopi nepos. Moram hic faciens perbreuem, ad Archiepiſcopatum Eboracenſem tranſlatus eſt.

30. RAYNELMVS.

SVbſtitui iuſſus eſt à Rege Rogerus Lardarius (vel vt nonnulli Larderarius Regius) *Sed is nullo Pontificali munere ſuſcepto, infra octo dies electionis apud Lundoniam (vbi tunc erat Curia) defunctus eſt: Mandato antea Archiepiſcopo Anſelmo (Deus bone quam mira ineptia) vt ſe in Epiſcopum conſecraret antequam moreretur; eoque anxie & inſtantiſſime poſtulato. Quam hominis fatuitatem, nullo relato reſponſo, ſanctus Antiſtes ſolius modeſtia riſus infirmauit. Tunc ſtatim electus eſt Raynaldus* (reponendum Raynelmus, nam hæc omnia Malmesburienſis) *Reginæ Cancellarius, vt mortui locum teneret; qui ſecundum morem quem Rex tunc legitimum arbitraretur, per Principem annulo & baculo inueſtitus; vbi benedicere illum & ceteros ſic inueſtitos, Archiepiſcopo recuſante, perperam ſe feciſſe intellexiſſet; vltro, nec rogatus nec iuſſus, retulit annulum & baculum Regi. Quocirca amicitiæ Regalis exterris, curia quoque arceri iuſſus eſt. Tacitè id ille patienter tulit, donec dulciori aura cor Regium ſerenante, legitime introductus, & honorificè conſecratus eſt. Manſit in Epiſcopatu magna modeſtia, tum virtutibus ceteris, tum compunctione timoris Dei vbique, & maxime inter miſſarum agenda lachrymis irriguus, nullius mali opinione infamis, niſi quod minus quam decebat, & citra facultatem ſuam eſſe dapſilis dicebatur. Deceſſit poſt paucos annos vitio podagræ*, videlicet Oct. 28. 1115. conſecratus vero Aug. 10. 1107. Sepultus dicitur ab auſtrali parte presbyterij. Crediderim potius in loco Roberto anteceſſori ſuo aſſignato tumulatum, ſicut antea dictum eſt. 1107. *Henr.* 1. 8.

31. GALFRIDVS DE CLIVA.

ACcepit ſucceſſorem (iterum adhuc Malmesburienſis) *Gaufredum cognomento de Dina* (perperam pro Cliua) *non* 1115. *Henr.* 1. 16.

Digitized by Google

plus quinque annis, vulgatissimo iam per ora hominum infortunio, vt non diu quisquam apud Hereford Episcopus superfit. Bonus quidem & ille, continentissimusque, indifferenter cibis & vestibus quæ minori pretio taxarentur vtens, agriculturæ studens; terras Episcopatus, quæ ante exactionibus vectigalium multum læsæ fuerant, reparauit & prouexit. Quare & farre & cæteris quæ victum ministrant sufficiens, paulo tenacioris animi ad pauperes fuit. Lacerandam ergo famam suã merito præbuit, quod nulla misericordia erga egentes motus, magnam copiam victualium nulli hæredi reliquit. consecratus Dec. 26. 1115. Obijt Februarij 3. 1119. & in Septentrionali muro tumulatus iacet paulo supra Robertum antecessorem. Sunt qui tradunt Arnulphum quendam Episcopum Herefordensem renunciatum Wintoniæ Augusti 15. 1114. ab Henrico primo Rege; quod verum esse non potest, cum certum sit Raynelmum tum adhuc superstitem extitisse.

32. RICHARDVS.

1120. *Henr.* 1. 21. RIchardus (quem Malmesburiensis appellat Clericum de Sigillo) consecratus est Lamethæ Ianuarij 16. 1120. & Ledburiæ decedens Augusti 15. 1127. in Ecclesia sua sepultus est.

33. ROBERTVS DE BETVN.

1131. *Henr.* 1. 32. *TVnc demum bono si Deo placet omine* (sic non male auguratus est Malmesburiensis) *electus est factusq; Præsul Robertus, Prior Canonicorum de Lantoni, qui hodieque* (inquit ille) *supersest, cuius facta posteri iudicabant. Nunc plane benignum illi strauit iter, ipsum esse religiosissimum, in victu & vestitu abstemium. Apostolicæ certe curiæ ita notus, vt ei post Legatum & Archiepiscopum, omnes dispositiones suas in Anglia iniungat.* Consecratus est Oxoniæ (vbi educatum ferunt) Iunij 19. 1131. (& non 1151. vt perperam quidam) per Gulielmum Archiepiscopum Cantuariensem. Decessit Aprilis 22. 1148. & tumulo iacet conditus in australi muro Ecclesiæ, è regione Presbyterij. Gulielmus quidam Lantonienſis post illũ Prior, vitæ eius historiam perscripsit.

34.

34. GILBERTVS FOLIOT.

GIlbertus Foliot Abbas Gloceſtrenſis, conſecratus anno 1149. poſtquam 12. plus minus annis ſediſſet, anno vt nonnulli 1161. vt alij 1163. Londinum tranſlatus eſt. 1149. *Steph.* 15.

35. ROBERTVS DE MELVN.

SVcceſsit illi Robertus de Melun, qui obijt Febr. 28. 1167. & iuxta Betunium anteceſſorem tumulatus eſt. 1162. *Hen.* 2. 9.

36. ROBERTVS FOLIOT.

POſtquam ſex annos Eccleſia Herefordenſis tum vacaſſet, impetrata tandem à Rege elegendi licentia, electus eſt à Canonicis, Robertus Foliotus Archidiaconus Oxonienſis, & anno inſequenti conſecratus vna cum aliquot alijs quorum itidem ſedes, propter turbas circa Beketti mortem exortas, diu manſerant paſtoribus deſtitutæ. Qua de re plura ſupra in Richardo Moro Wintonienſi. *Vir* (vt habet Baleus ex Lelando) *memorabilis in primis & optime meritus de bonis artibus, quibus, adoleſcens, non ſolum in Britannia, verum etiam in Gallia ingem adhibuit operam. In Gallia certe amicitiam contraxit cum Beketto, quem aliquandiu diſcipulum illic habuit, poſtea patronum cui inſeruiebat. Inter hæc fit Archidiaconus (vt antea monſtratur) illius beneficio,* eoque mortuo, Herefordenſis ſedis gubernaculo admotus eſt, non viuentis opera, vt ſcriptor prædictus, qui eum cum Roberto Melunenſi confundit. Obijt Foliotus Maij 9. 1186. & iuxta Melunenſem antedictum iacet tumulatus. 1174. *Hen.* 2. 20.

37. GVLIELMVS VERVS.

GVlielmus Verus (qui multa dicitur conſtruxiſſe) conſecratus anno 1186. oppetijt mortem Dec. 24. 1199. Sepultus eſt iuxta proximum anteceſſorem; vt iſti quatuor vno loco iaceant conditi, Betunius, Melunenſis, Foliotus, & hic noſter Verus; qui tumulos habent ſibi mutuo tam ſimiles (pene dixeram quam ouum ouo) certe vt niſi loco & ordine, non poſsis vnum ab alio internoſcere aut diſtinguere. 1186. *Henr.* 2. 33.

Franciſcanorũ habitu Oxoniæ ſuſcepto, Epiſcopatu ſe abdicauit. *Iſtum ſexto ſui Pontificatus, anno* (inquit Baleus) *arctioris vitæ ſtudium, ab Epiſcopatu, ad Collegium Franciſcanorum deduxit cum vno Abbate, & Monachis, ac ſacrificulis, vt author eſt Antoninus in tertia Chronicorum parte. His lapides* (inquit) *ad ædificia portauerunt, &c.* Reliquam ætatem Gloceſtriæ degens, ibi poſt quinquennium deceſſit, ibique iacet ſepultus.

42. PETRVS de EGVEBLANK.

De S. Bartholomæi (inquit Pariſienſis) 1239. *electus eſt in Epiſcopum Herefordenſem magiſter Petrus de Egueblank, qui aliquando familiaris Clericus fuit, & procurator expenſarum Guilelmi Electi Valentini, natione Prouincialis. Et poſt paruum temporis interuallum, cum magno honore eſt à Rege receptus, & confirmatus ſine aliqua contradictione vel difficultate. Alius enim quidam Canonicus Lichfeldenſis, vir per omnia commendabilis, electus, videns dies malos imminere, & Regem nullum ferè niſi alienigenam affectare; ceſſit, & regimen Eccleſiæ Deo, & Canonicis fratribus ſuis commiſit diſponendũ.* Sic ille. Anno 1255. magnam iſte contra ſe inuidiam concitauit, quod illius conſilio ingenti pecunia Clerum Rex emunxerit, cuius rei prolixam habet narrationem Pariſienſis prædictus. Anno deinde ſequenti, multũ irriti laboris inſumpſit, in Archiepiſcopatu Burdegalenſi ambiendo. Diem obijſſe Archi-præſulem ibidem, acceperat. Quapropter precibus, largitione, & nullo non ambitus genere aulicorum fauore quæſito; voti ſe compotem factum exiſtimauit, quando viuere & valere Archiepiſcopum eſt nunciatum. *Cum veritas pateret quod viueret, iter, laborem,* (Pariſienſem audis) *operam perdidit & expenſas: multis annis appetitus, ſicut de quodam magiſtro Lambino dicitur contigiſſe, de quo duo verſiculi componebantur.* 1239. *Henr.* 3. 23.

Ære dato multo, nondum paſtore ſepulto,
Lambit ad optatum Lambinus pontificatum.

Anno poſtea 1263. à Baronibus ſeditioſis in Eccleſia ſua Cathedrali comprehenſus, opibus direptis, pecunia ſua quam magnam congeſſerat militibus ſe coram diſtribuita, in arcem Ordlienſem coniectus, ibi diuturnæ captiuitatis ſqualorem

perpessus est. Fieri non potuit (sicut loquitur non nemo) quin tam multorum diris & execrationibus appetito, plurima contingerent aduersa. Aliquanto ante captiuitatem tempore, *multiplicibus meritis exigentibus* (inquit Parisiensis prędictus) *turpiter infirmatus, morphea, polypo, vel quadam specie leprę percussus, sauciatus est.* Hunc morbū, vndiq; conquisitis remedijs, nemo potuit leuare, nedum sanare. Obijt Nou. 27. 1268. & tumulo conditus est grandiusculo, quem videmus contra Septentrionale ostium chori situm. Canonicis Ecclesiæ suæ 190. modios frumenti certa lege annuatim distribuendos ordinauit. Cœnobium etiam condidit apud Aquam-bellam in Sabaudia, vbi natus, & nomen inde sumpsisse videtur. Certe cor suum ibi sepultum indicat inscriptio ibi loci nuper visenda; quod me non ita pridem amicus quidam admonuit.

43. IOANNES BRETON.

1268. *Henr.* 3. 53. IOannes Breton Legum Doctor (iuris etiam nostri municipalis tam peritus, vt libellum ea de re conscripserit, qui etiamnum hodie magno in pretio habetur, cui titulus *De Iuribus Anglicanis*) Episcopus Herefordensis moritur Maij 12. 1275.

44. THOMAS CANTILVPVS.

1275. *Edw.* 1. 3. SEptembris 8. sequenti, Thomas Cantilupus Staffordiensis Archidiaconus, & Angliæ, necnon & Academiæ Oxoniensis Cancellarius, consecratus est. Qui genere nobilissimus, suis multo magis virtutibus nobilitatus; ab ineunte ætate eximia semper ingenij indole, quam iugi literarum studio diligenter excoluit, integritate vitæ, morumq; sanctitate semper vel à puero celeberrimus extitit. Patrem habuit Gulielmum Baronem de Cantilupo, matrem vero Milicentam Comitissam Ebroicensem. Studiorum causa ad Academiam Oxonienſem se primo contulit, atq; inde Lutetiam, vbi Magisterij titulo ornatus est. Oxoniam reuersus, iuri Canonico operam dedit, donec eiusdem facultatis Doctor creatus, *tandem* (audi paulisper Walsingamium) *ad Theologiam totam transtulit intentionem, in qua licentiatus ad magisterium, cum sub fratre Roberto de*

de Kilwardby, ordinis Prædicatorum, quem dum Prouincialis fuerat, admodum familiarem habuit, decreuiſſet incipere; incidit negotij dilatio, medio tempore, præfato fratre aſſumpto ad Cantuarienſis Eccleſiæ præſulatum. Sub quo tamen (poſt conſecrationem eius Oxonias veniente) in Eccleſia fratrum prædicatorum incepit iuxta deſiderij ſui complementum. In cuius commendatione (quæ ſolet fieri ante inceptionem, poſt diſputationem quæ Veſperiæ appellantur, de Baccalaureis magiſtrandis) aſſeruit præfatus Archiepiſcopus (quem dictus Thomas ab olim Confeſſorem habuerat) nullius vnquam mortalis criminis ipſũ ſenſiſſe contagium. Hactenus Walſingamius; cui ignoſcat Lector oportet, ſi de homine in ſanctorum album aſcripto, immodica & non credenda prædicet. Neſcio tamen an modeſtius iſte quam Weſtmonaſterienſis, qui author eſt, *adeo miraculis hunc nouum Sanctum coruſcaſſe, vt infra breue temporis ſpatium, 163. miracula pro illo fieri Deus voluerit.* Sed dimidium hic non attigit, ſi verum ſit quod Haræus & alij tradiderunt, qui nimirum perhibent *in diuerſis codicibus eius loci vbi ſacra eius oſſa quieſcunt, miracula eius annotata reperiri, quadringenta & viginti quinq; in varijs curandis morbis diuinitus declarata.* Sed errare iſtos poſſe ſatis eſt argumento, quod in tempore exitus tradendo lapſi ſunt, & Haræus, & Surius in vita illius, necnon Baronius in Martyrologio. Nam cum anno 1275. Epiſcopum renunciatum, apud ipſos, alioſq; omnes ſcriptores, quos mihi videre contigerit, ſit in confeſſo: Weſtmonaſterienſis teſtatur (id quod Eccleſiæ huius monumenta confirmant) poſtquam annis duntaxat ſeptem ſediſſet, ex vita eum migraſſe, neq; annum ſalutis 1283. ſupergreſſum; quanquam iſti quadriennium (ſi non quinquennium). adhuc amplius illi vitæ ſpatium produxerint. Quare anno Domini 1283. vitam eum cum morte commutaſſe, Weſtmonaſterienſis prędictus aſſerit, & non *in reditu à curia Romana* (vt illi) ſed *in via verſus Curiam.* Cæterum ex alijs monumentis à me viſis clarum eſt, anno neq; 1287. eum obijſſe (vt perperã Martyrologi Romani) neq; 1283. (vt propius vero Weſtmonaſteriẽſis) ſed 1282. idq; non Oct. 2. ſed Aug. 25. & vtrum iuxta Montem Flaſconis neſcio (quẽ locum mortis eius prodit Haræus)

THOMAS CHARLTON.

THomas Charlton Legum Doctor, Canonicus Eboracenſis, conſecratus eſt (iubente Papa) Octob. 18. 1327. Anno 1329. Angliæ fuit ad tempus Theſaurarius. Anno deinde 1337. miſſus in Hiberniam, eius regni factus eſt Cancellarius, & frater quidam eius Ioannes Charlton Eques auratus ſummus ibidem Iuſtitiarius conſtitutus. Anno vero ſequenti, Eques à fratre ob male adminiſtratam prouinciam accuſatus, exauthoratus eſt, munere eius ad Epiſcopum delato, Hiberniæ factus Iuſtitiarus, necnon Cuſtos ſiue Gardianus. Siquidem Proregem appellare non poſſumus, Hiberniæ Regis titulo à Principibus noſtris nondum aſſumpto. In patriam anno 1340. reuocatus eſt. Cum annos ſediſſet 16. mortem oppetijt Ianuarij 11. 1343. & in Septentrionali parte tranſepti iacet conditus, vbi tumulum videmus ſpecioſum è regione horologij. 1327. *Edw.* 3. 1.

48. IOANNES TRILLECK.

IOannes Trilleck ſedit annos 16. menſeſque inſuper 6. & nullo condito teſtamento deceſsit ſub exitum Decembris 1360. 1344. *Edw.* 3. 18.

49. LVDOVICVS CHARLTON.

LVdouicus Charlton S. Theologiæ Doctor (quem Balæus videtur appellare Ludouicum de Carleon, quod Carleonæ in Comitatu noſtro Monumethenſi natus fuerit) bonarum literarum ſtudio dedit operam Oxoniæ primum, deinde Cantabrigiæ; Oxoniæ tamen Cancellarius poſtea Academicorum ſuffragijs creatus anno 1357. Theologus fuit inſignis, & Mathematicarum ſcientiarum valde peritus, medicinæ etiam non ignarus, ſicut opera ab illo edita teſtantur abunde. Per Bullam Papalem Epiſcopus Herefordenſis renunciatus eſt 4. Id. Septembris 1361. Sedit annos 8. & anno Chriſti 1369. defunctus, monumento conditur ſatis pulchro, in Septentrionali muro Eccleſiæ ſupra chorum. 1361. *Edw.* 3. 35.

50.

50. GVLIELMVS COVRTNEY.

1369. *Edw.3.43.* GVlielmus Courtney conſecratus anno 1369. annos præfuit 5. menſeſque 6. & Londinum anno 1375. tranſfertur, poſteaque etiam Cantuariam.

51. IOANNES GILBERTVS.

1376. *Edw.3.50.* IOannes Gilbertus Dominicanus, ab Eccleſia Bangorenſi huc transfertur 1375. An.1385. Legatus in Galliã amandatur: & anno deinde ſequenti Theſaurarius Angliæ conſtitutus, id muneris abdicare cogitur authoritate Parliamentaria 1389. Reſtituitur tamen poſteà, factus iam Epiſcopus Meneuenſis, ad quam ſedem tranſlatus anno 1389. prædicto, temporalibus (vt loquimur) reſtitutus eſt Iulij 12.

52. IOANNES TREVENANT, *al:* TREFANT.

IOannes Treuenant, Legum Doctor Oxonienſis, Canonicus Aſſauenſis & in Romana Curia Auditor Rotæ, temporalium huius ſedis reſtitutionem accepit Octob.19.1389. Anno deinde 1400. ad Bonifacium nonum Legatus à Rege Henrico 4. mittitur, vt ius ad regnum nuper ab illo acquiſitum, Pontifici explicaret. Præfuit huic ſedi ſex menſes ſupra annos 4. & anno 1404. defunctus, tumulo iacet conditus non ineleganti, qui in auſtrali parte tranſſepti ſitus cernitur.

53. ROBERTVS MASCALL.

1405. *Henr.4.7.* DE Roberto Maſcallo qui ſucceſsit, ſic apud Balæum Lelandus. *Carmelitana religioni Ludloæ adoleſcens incubuit. Annis vero paulo maturioribus, totum ad literas animum conuertens, Oxonium ſe contulit; ibique Ariſtotele præceptore aliquandiu vſus, ad ſacroſancta Theologiæ ſtudia, tanquam ad perennem diuinæ ſcientiæ fontem, properabat. Peruenit tandem quo voluit, nempe ad genuinam, ſinceram, ac rectam (vt putabat) Euangelicæ doctrinæ cognitionem. Deinde omnes vitæ ſuæ actus ita temperauit, vt acceptis Chriſti præceptis (quantum permittebat humana fragilitas) belle reſpondere videretur. Erat Henrico 4. Anglorum Regi, cum propter eius eruditionem non*

vulgarem

Digitized by Google

vulgarem, tum etiam vitam insigniter castam commendatissimus. Vtq; ego in hac parte taceam, satis loquitur benevolentia Principis, qui illum suæ auriculari confessioni adesse voluit; qui illum in magnis negotijs ad exteros Reges Oratorem misit; qui denique illum Herefordiæ Episcopum designauit. Scripsit (inter alia ab illo edita) de suis Legationibus libellum. Chorum, presbyterium & Campanile construxit in Ecclesia albatorum fratrum Londini (cui etiam multa ornamenta contulit) & inter fratres prædictos (vita functus Decemb. 22. 1416.) tumulo conditus est alabastrino egregij operis ibidem. Inter cæteras Legationes quas obiuit, non tacendum, ad Concilium Constantiense cum duobus alijs Episcopis missum.

54. EDMVNDVS LACY.

EDmundus Lacy S. Theologiæ Doctor, Capellæ Regiæ Decanus, in Academia Oxoniensi educatus, in Episcopum Herefordensem consecratus est, Rege ipso presente Apr. 18. 1417. in Capella Regia Windesorensi. Cum hic loci sedisset annos tres, ad Ecclesiam Exoniensem translatus est circa festum Paschatis. 1420. 1417. *Henr.* 5. 5.

55. THOMAS POLTON.

THomas Polton Decanus Eboracensis & Legum Baccalaureus, consecratus anno 1420. cum huic Ecclesiæ 15. menses præfuisset, Ciceſtriam primum translatus est, ac postea Wigorniam. 1420. *Henr.* 5. 8.

56. THOMAS SPOFFORD.

THomas Spofford Cœnobij S. Mariæ Eboraci Abbas, cum hic loci annos 26. sedisset, Episcopatum sponte abdicauit. 1422. *Henr.* 6. 1.

57. RICHARDVS BEAVCHAMP.

RIchardus Beauchamp, Suffolciæ Archidiaconus, sub exitum Februarij consecratus 1448. postquam annos duos sedisset mensesque 3. Sarisburiam anno 1450. translatus est. 1448. *Henr.* 6. 27.

58.

Digitized by Google

dum non ſuſtinet deſerere, capitur ab hoſte in prælio Northantonenſi Iulij 10. 1460. & in arce Warwicenſi longo tempore carceri mancipatur. Cum opuſcula permulta ſcripſiſſet à Balęo enumerata, Ludloæ in Carmelitarum Cœnobio debitum naturæ perſolvit Maij 11. 1474. Tumulo eius, quem ſitum vidimus à Septentrionali parte ſummi altaris, hæc carmina legimus inſculpta, ſeculi illius barbariem redolentia:

Marmoris hac foſſa tetra petra contegit oſſa
Stanbery Pontificis, Carmelitaque Ioannis.
Doctoralis erat ſibi regnans fama per orbem.
Criminis ô Chriſte petimus quo tergere ſordem.
Qui Bangorenſem luſtro rexit bene ſedem.
X. *bino poſt* I. *ſimul hanc decorauit & edem.*
Hunc commiſſo grege lupum ſibi quando fugauit,
Mors cum dente cruento trux tunc bellua ſtrauit,
Anno M. C. *quater*, L. X. *quoque bino,*
Quatuor his iunctis in templi tempore feſto.
Qui legis hac ora pro præſule mente benigna.
Vt ſint abſque mora ſibi cœlica gaudia digna.

60. THOMAS MILLING.

THomas Milling, multum adhuc adoleſcens, cucullum induit Weſtmonaſterij, vnde Oxoniam profectus, bonarum literarum ſtudio operam dedit, donec S. Theologiæ Doctor creatus eſt, Græcæ linguæ cognitionem mediocrem interea adeptus. Weſtmonaſterium tum reverſus, Abbas ibidem primum, ac mox Epiſcopus huius Eccleſiæ renunciatus eſt, Edwardi quarti Regis opèra, cui fuit ab arcanis conſilijs, cuius etiam primogenitum, Edwardum Principem, è ſacro fonte Suſceptor levavit. Temporalium accepit reſtitutionem Aug. 15. Edwardi quarti 14. Naturæ debitum perſolvit anno 1492. & Weſtmonaſterij ſepultus eſt in medio Capellæ S. Ioannis Baptiſtæ, vbi iuxta murum Septentrionalem, monumentum neſcio quod parum operoſum illius memoriæ conſecratum vidi. 1474. *Edw.* 4. 14.

61.

61. EDMVNDVS AVDLEY.

1492. *Hen.*7.8. EDmundus Audleius Episcopus Roffensis huc translatus 1492. ad Sarisburiensem Ecclesiam migrauit anno 1502.

62. HADRIANVS DE CASTELLO.

1502. *Hen.*7.18. HAdrianus Castellensis, homo Italus, consecratus 1502. anno sequenti Cardinalis creatus est & anno 1504. ad sedem Bathonensem & Wellensem translatus.

63. RICHARDVS MAYO.

1504. *Hen.*7.20. RIchardus Mayo Archidiaconus Oxoniensis, Academiæ Cancellarius, & Collegij Magdalenensis ibidem per annos 27. Præses, anno 1501. in Hispaniam missus est, vt Catharinam deduceret, Arthuro Walliæ Principi matrimonio iungendam. Post reditum anno vno aut altero, ad Episcopatum Herefordensem provectus est, quem tenuit annos paulo plus quam 11. Excessit è vivis Apr. 18. 1516. & ab australi parte summi altaris tumulo conditus est, opere sumptuque magnifico.

64. CAROLVS BOOTHE.

1516. *Hen.*8.8. CArolus Boothus S. Theologiæ Doctor, Cantabrigiensis Academiæ alumnus, & Buckingamensis Archidiaconus, Marchiarum item Walliæ Cancellarius, consecratus est Novemb. 30. 1516. In reparatione ædium suarum Londinensium magnam is insumpsit pecuniam, & huic Ecclesiæ præfuit supra annos 18. menses circiter 5. Sepultus iacet iuxta Septentrionalem murum navis Ecclesiæ, vbi monumentum illius memoriæ erectum cernitur.

65. EDWARDVS FOX.

1535. *Hen* 8.27. EDwardus Fox S. Theologiæ Doctor, & Henrico 8. Regi ab eleëmosynis, in Comitatu Gloceſtrensi natus, verum in Collegio Regio Cantabrigiæ educatus, eius Præses anno 1528. creatus, quem locum (etiam postquam Episcopus renun-

Digitized by Google

nunciatus est) retinuit quoad vixit; cum in Germania, Gallia & alibi Legati munus aliquoties obiviſſet, in Epiſcopum Herefordenſem conſecratus eſt anno 1535. Vir egregiè doctus, & reformationis Eccleſiaſticæ illius tempore cœptæ, clanculum fautor. Quare Martinus Bucerus, Cõmentarij ſui in Evangelia dedicatione ipſum honoravit. Verùm & ipſe non pauca edidit volumina, quorum partem Balæus recenſet. Cum ſediſſet annos tantum duo & menſes 7. Londini deceſſit Maij 8. 1538.

66. IOANNES SKIP.

FOxo ſubſtitutus Edmundus Bonerus, ante conſecrationem ad Londinenſis Eccleſiæ regimen aſſumptus eſt. Ioannes Skip S. Theologiæ Doctor, Archidiaconus Dorſetenſis, in Aula Gonwelliana Cantabrigiæ educatus, Epiſcopus Herefordenſis tum deſignatur. Qui confirmatus Novemb. 20. 1539. ſedit 4. menſes ſupra annos 12. & Londini deceſſit Parliamenti tempore. Sepultus eſt in Eccleſia B. Mariæ de Mont-hault. 1539. *Hen.* 8. 31.

67. IOANNES HARLEY.

IOannes Harley, collegij Magdalenenſis Oxoniæ ſocius quandoque, conſecratus in Epiſcopum Herefordenſem Maij 26. 1553. quod coniugatus eſſet, à Maria Regina paucos poſt menſes exauthoratus, abdicationi exiguo tempore ſuperfuit. 1553. *Edw.* 6. 7.

68. ROBERTVS PARFEW, *alias* WARTON.

RObertus Parfew aliter dictus Warton, conſecratus ad ſedem Aſſavenſem Iul. 2. 1536. cum eam prædijs Epiſcopalibus divenditis, nequiſſimo ſpoliaſſet ſacrilegio; in rei tam præclare geſtę præmium, ad Herefordenſem Epiſcopatum à Maria Regina provehitur anno 1554. Paulo ante dictam Reginam vita exceſſit. Et Thomas Raynoldus, Exonienſis Decanus, ſucceſſor illi tunc declaratur. Sed donantis Reginę interitus, donationem reddidit inefficacem. Sepultus iacet in auſtrali parte Eccleſię Herefordenſis (ni male memini) paulo ſupra chorum. 1554. *Mar.* 1.

69. IOANNES SCORY.

1559. *Eliz.2.* IOannes Scoreius, ſub Edwardo ſexto Rege Epiſcopus Ciceſtrenſis, ab Elizabetha Regina ſub initium regni in hoc Præſulatu collocatur. Anno 1585. incipiente, mortem cum vita commutavit.

70. HEREBERTVS WESTFAYLING.

1585. *Eliz.29.* HErebertus Weſtfayling us S. Theologiæ Doctor & Ædis Chriſti Oxoniæ (è quo Collegio Epiſcoporum primus prodijt) Præbendarius, ad hanc ſedem conſecratus eſt Decemb. 12. 1585. Ea vir gravitate, vt vix vnquam in riſum viderim ſolutum, per multos annos quibus eum familiariter novi; Ea vitæ integritate, vt teſtamentum conditurus, voce memorabili profeſſus ſit, opes ſe relinquere non magnas, ſed quibus benedictionem Dei conſideret affuturam, cum ſibi non eſſet conſcius, earum partem vel minimam malis artibus quæſitam. Verba huiuſmodi protuliſſe non magnum: Sed ita vixiſſe, vt nemo qui ipſum noverit, de veritate eorum dubitaverit, virum demonſtrant, cui ſimiles, ſeculum noſtrum vtinam plurimos produceret. Migravit ab hac luce Martij 1. 1585. & tumulum habet ſpecioſum ab Aquilonari parte tranſepti. Cæterum ſilentio non eſt prætereundum, Collegio Ieſu Oxoniæ, prædia ab hoc Antiſtite collata, 20. libras noſtrates annuatim reddentia, hoc eſt aureorum Gallicorum 66.

71. ROBERTVS BENNET.

1602. *Eliz.45.* RObertus Bennet S. Theologiæ Doctor & Windeſorenſis Decanus, Collegij S. Trinitatis Cantabrigiæ ſocius aliquando, Feb. 20. 1602. in Epiſcopũ Herefordenſem conſecrat' eſt, ad id muneris ab Elizabetha Regina deſignatus; ſed fidelitatis iuramentum Iacobo Regi præſtitit, tum nuper fœliciſſimis auibus regnum ingreſſo.

Epiſcopatus Herefordenſis apud rationes fiſcales cenſetur ad 768. li. 10. s. 10. d. ob. q;.

Pontifici vero Romano pendebat pro primitijs, florenos 1800.

DE

DE EPISCOPIS CICESTRENSIBVS.

WIlfrido Eboracenſi Archiepiſcopo, per Egfridum Northumbriæ Regem in exilium pulſo, qua de re cum ad Eboracenſes peruentum fuerit pluribus Deo volente agetur : Ille ne talentum ſibi concreditum defodiſſe videretur ; apud Auſtrales Saxones (idolorum tunc temporis cultores) Chriſtum prædicauit. Edilwalchus,illarum regionum Rex, Wulfheri Merciorum Regis ſuaſu & conſilio, militiæ Chriſtianę nomen paulo ante dederat ; & fidei lumen tam ſubditis impertiri, quam ſibi datum augere cupiens ; Wilfrido inter cætera humanitatis officia ſibi abunde præſtita, habitationem commodã aſſignauit Seolſeiæ, qui locus peninſula tunc erat, nunc marinis fluctibus hauſta, vt (niſi ſubſidente æſtu) nuſquam compareat. Sed hanc nemo melius deſcripſerit,quãAntiquitatũ noſtrarũ ſol,doctiſſim⁹ illeCamdenus, de qua ſic ille. *Selſey,Sealsey,id eſt,(vt Beda interpretatur) vitulorum marinorum,ſiue phocarum inſula dicitur: Hos enim noſtra lingua Seales vocamus , quiſemper inſulas & littus petunt vt fœtum edant. Locus (vt ait Beda) vndique mari circundatus præterquam ab occidente, vnde habet ingreſſum amplitudinis quaſi iactus fundæ. Octoginta ſeptem familiarum cenſebatur , cum Edilwalchus huius prouinciæ Rex , Wilfrido Eboracenſi Antiſtiti exulanti dedit, qui huic populo Chriſtum primus annunciauit,ſeruoſque 250. (vt habet ille) non ſolum baptiſando â ſeruitute damoniaca ſaluauit, ſed etiam libertatem donando, humana iugo ſeruitutis liberauit. Poſtea, Monaſterium Cedwalla Rex qui Edilwalchum deuicit, hic fundauit, ſedeque Epiſcopali illuſtrauit, quæ à viceſimo ſecundo Epiſcopo Stigando ad Ciceſtriam traducta, nunc ibi floret, & Cedwallam fundatorem agnoſcit. In hac inſula, antiquæ vrbecula, in qua Epiſcopi illi ſederunt, cadauer ſolummodo iacet, aquis intectum, quoties ex alto maris æſtus intumeſcit, cum vero reſidet, apertum & conſpicuum.*

cuum. Cæterum ad Wilfridum redeamus, qui (vt Beda, quem iam pauliſper audiamus) *huic genti Euangelizans, non ſolum ab æruma perpetuæ damnationis, verum & a clade inſanda temporalis interitus eripuit. Siquidem tribus annis ante aduentum eius in prouinciam, illis in locis nulla pluuia ciciderat. Vnde fames acerbiſſima plebem inuadens, impia nece proſtrauit. Denique fertur, quia ſæpe 140. ſimul aut 50. homines inedia macerati, procederent ad præcipitium aliquod ſiue ripam maris, & iunctis manibus pariter omnes aut ruina perituri, aut fluctibus abſorbendi deciderent. Verum ipſa die quo baptiſma fidei gens ſuſcepit illa, deſcendit pluuia ſerena & copioſa, reſloruit terra, redijtque viridantibus aruis annus lætus & frugifer. Sicque abiecta priſca ſuperſtitione, exſufflata idolatria, cor omnium & caro omnium exultauerunt in Deum viuum, intelligentes eum qui verus eſt Deus, & interioribus cæleſti gratia ditaſſe. Nam & Antiſtes cum veniſſet in prouinciam, tantamque ibi famis pœnam videret, docuit eos piſcando victum quærere. Namque mare & flumina eorum piſcibus abundabant: Sed piſcandi peritia genti nulla niſi ad anguillas tantum inerat, &c. Quo beneficio multum Antiſtes cor omnium in ſuum diuertit amorem, & libentius eo prædicante, cæleſtia ſperare cœperunt, cuius miniſterio temporalia bona ſumpſerunt.* Horum populorum ſaluti cum annum iam quintum Wilfridus inuigilaſſet, ad ſuam ſedem (vnde per iniuriam fuerat eiectus) reuocatus eſt. Poſt cuius diſceſſum, annos permultos ea prouincia paſtore proprio deſtituta, per Wintonienſes Antiſtites adminiſtrata eſt. Poſtmodum vero à Nothelmo Archiepiſcopo, Epiſcopus ibi conſtitutus eſt Edbrith, nonnullis Eadbert, anno videlicet 711.

1. Wilfridus igitur Selſeienſium Epiſcoporum primus numerandus eſt.

711 2. Eadbertus vel Edbrihtus, Abbas Selſeienſis conſecratus eſt (ſicut antea retulimus) anno 711.

3. Eolla ſucceſſit: Poſt cuius obitum vacauit ſedes vſq; ad mortem Bedæ.

733 4. Sigga, alijs Sigelmus & Sigfridus interfuit ſynodo à Cuthberto Cantuarienſi Archiepiſcopo celebratæ anno 746. Poſt quem hij ordine ſederunt.

5. Alubrith. 790.
6. Osa, vel Bosa.
7. Giselherus.
8. Tota.
9. Wigthun, Malmesburiensi Peletun.
10. Ethelulphus.
11. Beornegus. Episcopus quidam Australiũ Saxonum, nomine Camelec, his temporibus (anno nimirum 951. si Westmonasterienſi credim') à Danis captus, & ab Edwardo seniore Rege quadraginta libris numeratis redemptus. Sed mendose aut legit alicubi Westmonasterienſis, aut ipse iam legitur. Nam Camelecus ille Landauensis fuit Episcopus; hoc est Australium Britonum non Saxonum. 906.
12. Coenred.
13. Gutheard. Obijt 960. 960.
14. Alfred. Obijt 970. 970.
15. Eadhelm.
16. Ethelgarus Abbas noui Monasterij Wintoniæ, consecratus Maij 6. 980. Cantuariam translatus est anno 988.
17. Ordbright. 988.
18. Elmar. Obijt 1019.
19. Ethelricus (Houedeno Agelricus) obijt Nou. 5. 1038. 1019.
20. Grinketellus, *qui electus à sede Orientalium Saxonum quam emerat* (inquit Malmesburiensis) *etiam hanc pecunia emerunt & obsedit* anno 1039. Decessit 1047. 1039.
21. Heca, Edwardi Confessoris Capellanus consecratus 1047. decessit anno 1057. 1047.
22. Agelricus qui successit, Monachus Cantuariensis, propter insignem legum nostræ gentis municipalium peritiam, à Rege Gulielmo primo, arbiter honorarius constitutus est, vna cum Gosfrido Episcopo Constantiensi, vt litem agitatam inter Lanfrancum Cantuariensem Archiepiscopum & Odonem Cantiæ Comitem, Regis vero fratrem vterinum, de prædijs quibusdam, dijudicarent & secundum æquum & bonum componerent. Homo igitur grandæuus, iumenti succussionem non ferens; vehiculo ad locum destinatum deportatus est (Pikenden hoath, quasi dicas Ericetum Pikendonense) 1057.

Digitized by Google

kendonenſe) quo, ingens prouincialium numerus confluxerat, vt teſtimonium pro Archiepiſcopo ſuo dicerent, ſecundum quem iudicatum eſt, provt in Cantuarienſium hiſtoria retulimus. In ſynodo Windeſoræ celebrata, exauthoratum hunc Epiſcopum dicit Florentius Wigornienſis, idque (vt exiſtimare videtur) iniuſte & carceri Marleburiæ mancipatum anno 1070.

1. STIGANDVS.

1070. *Gul.* 1. 5. STigandus, Gulielmi primi Capellanus (non iſte qui his temporibus Epiſcopus fuit Wintonienſis & Archiepiſcopus Cantuarienſis) mutauit ſedem in Ciceſtriam, *vbi* (vt habet Malmesburienſis) *antiquitus & ſancti Petri monaſterium, & congregatio ſanctimonialium fuerat.* Ciceſtrenſium igitur Epiſcoporum iſte primus, deceſſit anno 1087.

2. GVILELMVS.

SVceſſit illi Gulielmus neſcio quis, de quo nihil omnino traditur.

3. RADVLPHVS.

DE Radulpho ſucceſſore, liceat aſcribere hęc Malmesburienſis. *Gulielmo ſucceſſit Raduiphus, qui proceritate corporis inſignis, ſed & animi efficacia famoſus ſacerdotalis officy cõtuitu, Gulielmo inniori in faciem pro Anſelmo Archiepiſcopo, quem immerito exagitabat, reſtitit. Cumque ille conſcientia poteſtatis elatus, minas ingeminaret; nihil alter reueritus, baculum protendit, annulum exuit, vt, ſi vellet, acciperet, nec vero vel tunc vel poſtea auſteritatem inflecteret, ſi aſſertorem haberet. Sed quia diſceſſu ſuo ſpem eius & caterorum (ſi qui boni eſſent) Anſelmus eiernauit, & tunc cauſa decidit, & poſtmodum damno ſuccubuit. Succedentibus quoque antis religioſam contumaciam mandatis Henrici Regis exhibuit, volentis per totã Angliã à presbyteris* (Coniugatis, qua de re vide plura in Gulielmo Corbell Cantuarienſi) *pecuniam exigere. Id aliis vel concedentibus, vel metu ſilentium tenentibus; in ſolo Radulpho rigor Pontificalis emolliri nequiuit. Per totam ſiquidem dioceſin diuina va-*

care

care officia, ianuas Ecclesiarum spinis obstrui præcepit, monachorum cantum non inhibens, sed tamen laicis aditum arcens. Atrocitas facti Regem inflexit, vt ei soli quasi mentis inconsiderate homini, censum presbyterorum indulgeret. Verumtamen religio & animositas viri, magnam sibi apud regium animum laudem parauit, vt ipsi omnia remitteret, subinde dictitans, pauperem esse Episcopatum, Ecclesiam esse absumptam (& certe Maij 5. 1114. incensa conflagrauerat) *non debere tributis expilari, sed oblationibus augeri. Ita constans innocentia hominem spectabilem fecit, vt Rex qui aliis auferret ipsi libens & summissus daret. Denique Ecclesiam suam quam à nouo fecerat, cum fortuitus ignis (vt dixi) pessundedisset, liberalitate potissimum Regis breui fecit. Obijt Christianissime, omnibus suis in vsum pauperum distractis, qui & panniculos suos vsque ad stramen, moriens ante se iusserit erogari. Vir æternam boni memoriam meritò adeptus, qui sedem suam ex humili & miserabili, ad summum gloriæ culmen prouexit. Clerum, quantum victualia Episcopatus sustinere possunt, congregauit: Ornamenta omnis generis adiecit, quorum omnium pudendam ante paucitatem, taxare piget. Ter omni anno dioecesim suam causa prædicandi circuibat, nihil Episcopali potestate â prouincialibus suis exigens, sed quæ offerebantur gratabundus accipiens; delinquentibus increpando non parcens, & si minus increpatio valeret, ingenuo ludo culpam elidens.*

4. SEFFRIDVS.

RAdulphi Cantuariensis Archiepiscopi frater Seffridus Abbas Glastonienſis consecratus Aprilis 12. 1125. qui decessit (vt ex Westmonasterienſi colligo) anno 1132. 1525. *Henr.* 2. 25.

5. HILARIVS.

SVccessit illi quidam nomine Hilarius, de quo nihil traditũ reperi, nisi quod ex omnibus Angliæ Episcopis, hic solus inuentus est, qui declarationem Clarendoniæ promulgatam, simpliciter probaret, & sine adiectione clausulę Regi tam odiosæ (*saluo ordine suo*) sicut in vita Beketti Cantuariensis pluribus narrauimus.

6. IOANNES DE GREENFORD.

1174. *Hen.2. 21.* IOannes de Greenford Decanus Ciceſtrenſis, electus anno 1173. & conſecratus 1174. deceſsit 1180.

7. SEFFRIDVS.

SVcceſsit illi Seffridus ſecundus, quo ſedente, (nimirum Octob. 19. 1187.) Eccleſia Cathedralis vna cum ciuitate Ciceſtrenſi fere vniuerſa, fortuito incendio abſumpta ac deleta eſt. Eccleſiam, vna cum palatio Epiſcopali hic præſul refecit, priſtinoque nitori reſtituit.

8. SIMON DE WELLES.

1199. *Ioan 1.* SImon de Welles electus eſt in Epiſcopum Ciceſtrenſem Decembris 22. 1198. Anno deceſſit 1207.

9. NICOLAVS DE AQVILA.

SVcceſſit illi Nicolaus de Aquila, conſecratus anno 1209. De quo nihil præterea reperi memoratum.

10. RICHARDVS POORE.

1215. *Ioan. 17.* RIchardus Porus Decanus Sarisburienſis, conſecratus 1215. Sarisburiam migrauit 1217. & inde poſtea Dumelmum.

11. RADVLPHVS DE WARHAM.

1217. *Henr. 3. 2.* RAdulphus de Warham, Officialis primum, ac inde (vt quidam) Eccleſiæ Norwicenſis Prior, confirmatus in Epiſcopum Ciceſtrenſem per Gualonem Legatum Pontificium, temporalibus reſtitutus dicitur Decemb. 27. Henrici tertij ſecundo. Sedi ſuæ contulit molam vento agitatam in Biſhopſton, & diem clauſit extremum anno 1222.

12. RADVLPHVS NEVILL.

1223. *Hen. 3. 7.* SVb initium Nouembris anno antedicto, electus eſt in Epiſcopum huius Eccleſiæ Radulphus Neuill, & anno ſequenti conſecratus, cum tum nuper Angliæ fuiſſet conſti-

tutus

tutus Cancellarius, magno omnium bonorum applauſu & gratulatione, propter ſummam quam de iuſtitia & integritate eius fiduciam conceperant. Neque vero ſpem eorum is fefellit. Ægrè ſiquidem reperiemus quenquam, qui id muneris laudatius obiuerit. Cantuarienſi igitur ſede per mortem Richardi Wetherſhed vacante; à Monachis, ne rogatis quidem, in Archiepiſcopum electus eſt; ipſo eam dignitatem adeo non ambiente, vt Monachorum vni aut alteri electionem de eo factam Papæ exhibituris, pecuniam ad tam longinqui itineris ſumptus largiri grauaretur. Quomodo Rege quantumvis propitio & Monachorum votis annuente, per Pontificis ſummam proteruiam eo præſulatu exciderit; in vita S. Edmundi Cantuarienſis ſupra explicuimus. Anno poſtea 1237. ad Eccleſiam Wintonienſem poſtulatus, Cancellariatum ſponte abdicauit, quem poſtea non admodum cupidè reſumpſit & ad mortem vſque retinuit. Electionis vero ad Epiſcopatum antedictum qui fuerit ſucceſſus, in vita Gulielmi Raleij Wintonienſis enarrauimus. Exceſsit è viuis Londini Febr. 1. 1244. in ædibus quę hodie nomen obtinent Hoſpitij Lincolnienſis, excitatis ab illo à fundamentis, vt ipſe & ſucceſſores haberent quo ſe reciperent quando ad vrbem accedere contingeret. Hæ poſtea neſcio qua ratione ad Henricum Laceium Comitem Lincolnienſem peruenerunt, & ab eo nomen acceperunt modernum. Ædificauit præterea hic præſul, capellam, extra portam orientalem ciuitatis Ciceſtrenſis D. Michaeli dedicatam, & Eccleſiæ ſuæ multis in rebus inſigniter extitit beneficus.

13. RICHARDVS DE LA WICH.

NEuillo defuncto, Canonici Ciceſtrenſes, vt gratiam inirent apud Regem, elegerunt ſibi in Epiſcopum Robertum quendam Paſſelew, quem propter induſtriam & rerum gerendarum dexteritatem, Rex plurimum diligebat. Sed tam indoctus erat, vt Epiſcopi regni hominis dedignati conſortium, electionem eius caſſari & Richardum de Wich illius loco renunciari curauerint. Natus dicitur hic Richard⁹ apud Wich 1245. *Henr.* 3. 30.

Digitized by Google

Wich, in Comitatu Wigornienſi (vbi ſalinæ habentur) & inde cognomen aſſumpſit. Poſt primæ pubertatis annos, Oxonij & Pariſijs Dialecticæ, & Philoſophiæ ſtudijs operam nauauit. Poſtea Bononiam profectus, in iuris Pontificij ſcientia tantum profecit, vt poſtquam ſeptennij moram ibi loci feciſſet, eius facultatis publicus prælector deſignatus fuerit. Reuerſurus in patriam, Aureliani hæſit aliquandiu; ſtatimq; vt ad ſuos redijt, Archiepiſcopi primum Cantuarienſis, ac deinde etiam Academiæ Oxonienſis conſtitutus eſt Cancellarius. Ab ipſo Pontifice conſecratus dicitur, anno 1245. 3. Nou. Martij, & munus ſibi demandatum ea ſollicitudine ſimul ac ſolertia obiuiſſe, vt magnam apud ſuos venerationem conſequutus ſit. Siquidem in concionibus ad populum egregiè diſertus fuit, necnon aſſiduus; & doctrinam exemplo ſuo confirmans, ſic vitam inſtituit, vt tam ſanctiſſimus quam doctiſſimus habitus fuerit viuens, & mortuus Sanctorum Catalogo aſcriberetur. Obijt (ſi Pariſienſi credimus). Aprilis ſecundo 1253. ſi Martyrologis, Aprilis tertio, conſecrationis ſuę nono, ætasis quinquageſimo ſexto; & in Eccleſia ſua ſepultus, poſt annos 23. in theca pretioſa conditus eſt. Vitam eius ſcripſit Radulphus Bocking, Dominicanus, è cuius ſcriptis hauſiſſe videntur, quę de illo tradiderunt Haręus & alij, prolixiùs aliquanto, quam vt inſtituti mei ratio ſingula ab ijs commemorata attingere patiatur.

14. IOANNES CLIPPING.

1253. *Henr.* 3. 38. CAnonicus quidam Ciceſtrenſis ſucceſſit, nomine Ioannes Clipping. Hic inter alia dedit Eccleſiæ ſuæ mannerium de Drungwick, & ædes Epiſcopales ibidem conſtruxit.

15. STEPHANVS de BERKSTEAD.

1261. *Henr.* 3. 46. STephano de Berkſtead, temporalia huius ſedis reſtituta ſcomperi Iunij 20. Henrici 3. 46. Anno 1365. excommunicatus eſt, quod Baronum ſeditioſorum factioni adhęſerit. Id quod in cauſa fuit vt Romam profectus, poſt exilium diuturnum, abſolutionem non niſi ægrè impetrarit. Obijt 1287.

vir

vir ſummæ ſimplicitatis & innocentiæ (ſic loquitur Chronicon Oſneienſe) *qui per multos retro annos cæcitatis incommodo flagellatus, vitam miſerabilem ſedens in tenebris accitauit.*

16. GILBERTVS de S. LEOFARDO.

GIlbertus de S. Leofardo Eccleſię Ciceſtrenſis Theſaurarius, Cantuarienſis Archiepiſcopi Officialis, & Academiæ Oxonienſis alumnus, temporalibus huius ſedis reſtitutus eſt Iunij 18. Edwardi primo 16. Excitauit ille à fundamentis Capellam B. Mariæ, & diem obijt extremum, anno 1305. *Pater orphanorum* (inquit Weſtmonaſterienſis) *conſolator mœrentium viduarum, in grabbatis, & in tugurijs decubantium pius & humilis viſitator, inopum pluſquam diuitum affluens recreator.* Adijcit porro, ſi credere libet, *vitæ illius ſanctimoniam, ſubſecuta mox crebra miracula proteſtari.* 1288. *Edw.* 1. 16.

17. IOANNES de LANGTON.

POſt Gilbertum antedictum, Ioannes de Langton huic Eccleſiæ pręfuit Epiſcopus; qui in Academia Oxonienſi educatus, Angliæ fuit Cancellarius. Feneſtram magnam, & valde ſpecioſam is conſtruxit in Auſtrali parte Eccleſiæ ſuæ. Quamdiu ſederit, non cõperi, certe anno 1315. ab eo qui tum fuit Epiſcopus Ciceſtrenſis, Comes Warrenius ob adulterij crimen excommunicatus eſt. Cumq; ad Epiſcopum accedens armatis neſcio quot ſtipatus, violentas manus in eum videretur iniecturus; Epiſcopus, famulis conuocatis, & clientibus, Comitem ſuoſque omnes comprehendit, & in carcerem coniecit.

18. ROBERTVS STRATFORD.

RObertus, Ioannis Stratford Archiepiſcopi Cantuarienſis frater, & eiuſdem Eccleſiæ Archidiaconus, necnon Angliæ, atq; Oxonienſis itidem Academiæ Cancellarius; Epiſcopus Ciceſtrẽſis deſignatus, Angliæ Cancellariatũ mox abdicauit, reſumere tamẽ breui poſtea coactus eſt. Inter Academicos Oxonienſes ſeditio ingens his temporibus exorta eſt, Auſtralibus (ea ſiquidem fuerunt factionum nomina) Aquilonares, crebris

crebris iniurijs ita fatigantibus, vt Stanfordiam, Lincolnienſis Comitatus oppidum ſecedere coacti fuerint. Quomodo vero huius Præſulis, tum (vti diximus) prudentiâ, contentio hęc ſopita & ſublata fuerit, Twynus, in Apologia Antiquitatis Academię prędictæ fuſius explicauit. Aldingburnę deceſſit Aprilis 9. 1362.

19. GVLIELMVS de LEN. al. LVLIMERE.

1362. *Edw.3.36.* GVlielmus de Lenne (quem etiam Lulimerum appellatum comperi) Legum Doctor, & Ciceſtrenſis Decanus, in Epiſcopum ibidem conſecratus eſt ſub exitum Iunij, 1362. & Wigorniam tranſlatus 1368.

20. GVLIELMVS READE.

1369. *Edw.3.43.* DE Gulielmo Reado, qui Wenghamenſis Collegij præpoſitus, Theologiæ Doctor, & Mertonenſis Collegij Oxoniæ ſocius, Gulielmo ſiue Lenno, ſiue Lulimero ſucceſſit, ſic apud Balæum Lelandus. *Mertonenſe Collegium illuſtrauit, partim eruditione ſua inſigni, partim etiam collatis librorum theſauris, exædificata nobili bibliotheca. Inter cætera, cura fuit illi matheſis maxima, vnde & eius tabulæ Aſtronomicæ natæ ſunt. Hæc iuuenis. Maturior vero factus, Theologiæ impendiò inſudabat; ac eius profeſſionis dignitate ſuprema inſignitus, fit tandem Epiſcopus Ciceſtrenſis, quo tempore Ambrolegæ* (vulgo Amberley) *prope ripas Aruntis fluminis, caſtellum operis egregij erexit. Edidit & aliud opus quod Canones tabularum vocabas.* Aſtronomicas tabulas in prędicto Collegio reliquit, etiamnum hodie (vt ferunt) viſendas, vna cum Imagine ipſius ad viuum depicta. Teſtamentum eius probatum, & actis inſinuatum comperi, Nouembris 4. 1385.

21. THOMAS RVSHOOK.

1385. *Rich.2.9.* THomas Ruſhook Dominicanus, & Regi Richardo ſecundo à Confeſſionibus, à ſede Landauenſi huc tranſlatus eſt circa medium Octobris, 1385. Ab aula pulſus eſt à Baronibus, & bona eius authoritate Parliamentaria confiſcata ſunt menſe Martij, 1388. Videtur etiam ad abdicandum eo-

dem

Digitized by Google

dem ipso tempore adactus: Breui siquidem postea in Archiuis Regijs appellatum comperi Thomam, Cicestrensem nuper Episcopum.

22. RICHARDVS MITFORD.

QVI successit illi Richardus Mitford, Sarisburiam transtulus est, anno 1395.

23. ROBERTVS WALDBY.

ANno 1395. prædicto, Robertus Waldby Archiepiscopus Dublinensis in Hibernia huc transtulus est, & anno proxime sequenti Eboracum. 1395. *Ric.2.19.*

24. ROBERTVS READE.

RObertus Reade Dominicanus, anno 1396. Episcopus Catliolensis petente Rege per Pontificem renunciatus, quanquam Gulielmus Stirkland, ad id muneris legitime fuisset electus, sub illius anni exitum Cicestriam translatus est, vbi crucem eximij operis in foro statuendam curauit. Defunctus videtur circa festum Pentecostes, 1417. 1396. *Ric.2.20.*

25. STEPHANVS PATRINGTON.

EPiscopus Meneuensis Stephanus Patrington, mense Decembri 1417. huc migrauit, & paruo tempore superstes, breui postea extinctus est, si non (quod innuere videntur Archiui regij) antequam translatio eius absolui potuit & perfici. 1417. *Hen.3.5.*

26. HENRICVS WARE.

HEnricus Warus, Legum Doctor, & Archiepiscopo Cantuariensi Officialis, consecratus est mense Maio, 1418. 1418. *Hen.5.6.*

27.

27. IOANNES KEMP.

1422. *Henr. 5. 10.* IOannes Kemp à Roffensi Ecclesia huc transfertur anno 1422. & hinc Londinum sub eiusdem anni curriculum, posteaque Eboracum primum ac deinde Cantuariam, Cardinalis etiam creatus.

28. THOMAS POLDON.

1423. *Henr. 6. 2.* THomas Poldon ex Episcopo Herefordẽsi, fit Ciceſtrensis primum, ac mox anno 1426. Wigornensis.

29. IOANNES RICKINGALE.

1426. *Henr. 6. 5.* IOannes Rickingale S. Theologiæ Doctor, Cantabrigiensis Academiæ alumnus, & eiusdem, necnon Ecclesiæ Eboracensis Cancellarius, consecratus est in Ecclesia Parochiali de Mortlake Iunij 3. 1429. Accepi tumulo eius hæc carmina incisa:

Tu modo qualis eris? quid mundi quæris honores?
Crimina deplores, in me nunc te speculeris.
En mors ante fores, quæ clamitat omnibus, Adsum.

30. SIMON SIDENHAM.

1430. *Henr. 6. 9.* SImon Sidenham Legum Doctor, Decanus Sarisburiensis, consecratus est Febr. 12. 1430. quamuis (vti constat) quidam Thomas Bromis Legũ Doctor, à Ciceſtrensibus fuerit Canonice electus, & ab Academia Oxonienſi (cuius fuit alumnus) epistolâ in eius gratiam conscriptâ, enixissime commendatus, Febr. 4. 1429.

31. RICHARDVS PRATY.

RIchardus Praty, Academiæ Oxonienſis Cancellarius succeſſit, & è viuis exceſſit circa festum S. Iacobi 1445.

32. ADAM MOLINS.

1445. *Henr. 6. 24.* ADamus Molins Legum Doctor, Sarisburiensis Decanus, necnon & S. Birini in Cornubia, & Regiorum Consiliariorum quandoque Amanuensis, consecratus est mense Nouembri

Nouembri 1445. & priuati ſigilli Cuſtos mox conſtitutus. Occiſus eſt Porteſmuthæ à nautis quibusdam, ad id ſceleris perpetrandum per Richardum Ducem Eboracenſem ſummiſſis ac ſubornatis Iunij 9. 1449. Dedit ille ad ornatum ſummi altaris in Eccleſia ſua vela quædam ex holoſerico pretioſiſſima, coloris quem vulgo dicimus *Crimoſin*, qui antiquiùs (vt credo) purpureus fuit.

33. REGINALDVS PEACOCK.

DE Reginaldo Peacock qui ſucceſſit, ſic Balæus. *Reginaldus Peacock, Latine Pauo, relicta Cambria ſolonatali, ad Oxonium ſe contulit, vbi Regalis Collegij quod Oriall vocatur, alumnus deſignatus, non modo eloquentiæ, verum etiam prudentiæ cum humanæ tum diuinæ operam dedit. Cum vero ſtudiorum orbem abſoluiſſet, & Theologi inſignia accepiſſet, ob excellentem eruditionem ac facundiam, Aſaphenſis primo, Ciceſtrenſis poſtea Epiſcopus factus eſt, Humfredi Ducis (vt fertur) beneficentia, qui ipſum, dum eſſet regni adminiſtrator, amauerat. Videns hic indies magnas in Clero contra diuinas ordinationes ſuccreſcere blaſphemias, maxime circa Euchariſtiam, non ſolum eos fouebat qui illas & dictis & ſcriptis tetigerant (quales fuerunt Rogerus Onlæus, Dauid Boyſius ipſius conterraneus, Philippus Noris Hibernus quidam, & alij) ſed & ipſe quoque Euangelico aratro manum admouit. Multa enim per 20. & amplius annos ore ac ſcriptis protulit, contra Antichriſtorum vanitates iniquas & inſanias pluſquam diabolicas. Ab Epiſcoporum igitur Synodo Lambethum citatus, vt coram Archiepiſcopo Cantuarienſi Thoma Bourchiero doctrinæ ſuæ rationem redderet; nox ſcripturis ſanctis, non argumentis idoneis, non acumine rationum, ſed authoritate, vi, arte, fraude, metu, terrore & tyrannide diruitus, ac damnatus ad carceres & ignes; palinodiam tandem ad Pauli fanum anno Domini* 1457. *Decembris* 4. *canere cogebatur*, libris etiam (quorum non pauca ſcripſerat volumina) ſe coràm exuſtis. Sacrarum Scripturarum non pauca in vernaculam Anglicanam tranſtulit, quod ijs temporibus non video reprehenſum. Sententiæ propter quarum defenſionem damnatus eſt, hæ fere perhibentur fuiſſe: 1450. *Henr.6.29.*

Quòd

Quòd humana ratio non eſt præferenda vtriuſque teſtamenti ſcripturis ; Quod Epiſcopi ſuas admiſſiones ementes ab Epiſcopo Romano peccant : Quod nullus teneatur obedire Eccleſiæ Romanæ determinationi : In Apoſtolorum ſymbolo olim non fuiſſe quod Chriſtus deſcendit ad inferos: Quod non ſit neceſſarium ad ſalutem, credere corpus Chriſti eſſe naturaliter in Euchariſtia : Quod Eccleſia vniuerſalis poſſit errare in ijs quæ ſunt fidei. Poſt palinodiam, Epiſcopatum cogitur abdicare, penſione tenui aſſignata vnde ſe aleret in Cœnobio neſcio quo, vbi mœrore confectus (vt par eſt credere) breui poſtea interijt.

34. IOANNES ARVNDELL.

1458. *Henr. 6. 37.* SVcceſſit illi Ioannes Arũdellus Medicinæ Doctor, de quo nihil præterea reperi memoratum.

35. EDWARDVS STORY.

1477. *Edw. 4. 17.* EDwardus Storeyus S. Theologiæ Doctor, Aulæ Pembrochianæ Cantabrigiæ, ſocius aliquando, & Hoſpitij S. Michaëlis ibidem Præſes, conſecratus eſt in Epiſcopum Carliolenſem Octob. 14. 1468. vbi cum ſediſſet annos 9. huc tranſlatus eſt anno 1477. Crucem ille operis egregij in foro Ciceſtrenſi erexit.

36. RICHARDVS FITZ-IAMES.

1504. *Henr. 7. 20.* RIchardus Fitz-Iames, ab Eccleſia Roffenſi huc transfertur anno 1504. & hinc Londinum 1506.

37. ROBRTVS SHERBORN.

1508. *Henr. 7. 24.* RObertus Sherborn, in Collegio Wicamico Oxoniæ educatus, ab Eccleſia Meneuenſi ad Ciceſtrenſem tranſlatus eſt Nouemb. 8. 1508. in qua ſedit annos 28. mortuus Auguſti 21. 1536. annos natus 96. cum præſulatum tum nuper abdicaſſet. Summa vir prudentia & in rebus gerendis dexteritate, multis legationibus ſub Henrico ſeptimo functus eſt. Laudatur etiam ob munificentiam, quod in menſa fuiſſet hoſpitalis, erga pauperes beneficus, miniſtrorum numerum

Digitized by Google

numerum in Ecclesia sua auxisset, eique ornamenta non pauca adiecisset. Quare pro symbolo hoc dicitur vsus elogio, *Dilexi decorem domus tui Domine* : Et nonnunquam, *Credite operibus.*

38. RICHARDVS SAMPSON.

RIchardus Sampson Legum Doctor, consecratus Iunij 9. 1536. Lichfeldiam translatus est Martij 12. 1543. 1536. *Henr.* 8. 28.

39. GEORGIVS DAYVS.

GEorgius Dayus S. Theologiæ Doct. (de quo antea nonnihil in Gulielmo Dayo Wintonienſi fratre eius) cum per annos decem Regij Collegij Cantabrigiæ fuisset Præpositus, in Episcopum Ciceſtrenſem consecratus mense Maio 1543. Anno 1551. sub Edwardo sexto exauthoratus est & in carcerē coniectus, sed per Mariam Reginam post biennium & libertati & præsulatui restitutus. Decessit Augusti 2. 1556. 1543. *Henr.* 8. 35.

40. IOANNES SCORY.

IOannes Scory, S. Theologiæ Baccalaureus, consecratus in Episcopum Roffensem Aug. 30. 1551. breui postea huc translatus est. Per Mariam Reginam exauthoratus, per Elizabetham Herefordensis Episcopus constitutus est.

41. IOANNES CHRISTOFERSONVS.

IOannes Christoferſonus S. Theologiæ Doctor, Collegij S. Trinitatis Cantabrigiæ Præses, & Norwicensis Decanus, Dayo successor designatus est à Maria Regina, Patria Lancastrensis fuit & in Collegio S. Ioannis Cantabrigiæ educatus. Homo certe doctissimus, qui inter cætera opera eius quamplurima tam Latina lingua edita quam vernacula, in reip. Christianæ vsum multa Eusebij & Philonis, è Græco in Latinum sermonem fidelissimè transtulit. Vna cum cæteris sui ordinis authoritate Parliamentari exauthoratus est sub initium principatus Elizabethæ Reginæ, cum interim ædes Præsidis Collegij antedicti nouis ædificijs 1557. *Mar.* 5.

Digitized by Google

multum auxiſſet; & bibliothecæ ididem libros contuliſſet non paucos, Græcos, Latinos, & Hebræos.

42. GVLIELMVS BARLOW.

1559. *Eliz.2.* GVlielmus Barlow S. Theologiæ Doctor, Epiſcopus primum Aſſaphenſis, tum poſtea Menenſis, ac deinde Bathonenſis & Wellenſis, in Epiſcopum Ciceſtrenſem confirmatus eſt Decembris 20. 1559. & ibidem ſedit annos plus minus decem.

43. RICHARDVS CVRTEIS.

1570. *Eliz.12.* RIchardus Courteis ſacræ Theologiæ Doctor, & Collegij S. Ioannis Cantabrigiæ olim ſocius, conſecratus eſt Maij 20. 1570.

44. THOMAS BICKLEY.

1585. *Eliz.28.* INeunte anno 1585. Thomas Bickley S. Thoologiæ Doctor, Mertonenſis Collegij Oxoniæ Gardianus, ad huius Eccleſiæ Præſulatum conſecratus eſt. Hic Stoæ natus in comitatu Buckingamenſi & in Collegio Magdalenenſi educatus, Choriſta primum fuit ibidem, mox ſcholaris, ac t andem ſocius. Maria Reginà rerum potita, in exilium ſponte profectus, Pariſijs & Aureliani commoratus eſt, donec paulo poſt mortem eius reuerſus in patriam, à Parkero Archiepiſcopo Cantuarienſi in Domeſticum Capellanum aſcitus eſt, & eius opera breui poſtea collegij Mertonenſis Gardianus deſignatus. A Bentamo deinde veteri amico & exilij conſorte Epiſcopo Lichfeldenſi creato, Præbenda quadam Lichfeldenſi & Archidiaconatu Staffordenſi honeſtatus eſt. Poſtquam Collegium antedictum laudatiſſimè rexiſſet annos 20. hunc Epiſcopatum oblatum vltrò haud nimis cupidè accepit, vir honorum non admodum appetens, qui ad octogeſimum ætatis annum tum proxime accedebat. Cœlebs deceſſit Aldingburnæ, Aprilis 30. 1596. ferme nonagenarius, cum ſediſſet annos 11. & honorifico funere elatus, in Eccleſia ſua tumulatus eſt. Collegio Mertonenſi teſtamento legauit

100. libras & Magdalenensi 40. præter alias pecunias in pios etiam vsus erogandas.

45. ANTONIVS WATSON.

ANtonius Watson, Decanus Bristoliensis, & olim Collegij Corporis Christi Cantabrigiæ socius; consecratus est Aug. 15. 1596. & à Regina, Fletchero Londinensi offensa, in Eleëmosynarij munere datur illi successor. Hic etiam vitam (quam sicut anteccessor cælibem duxerat) mense terminauit Septembri 1605. 1596. *Eliza.* 39.

46. LANCELOTVS ANDREWS.

LAncelotus Andrews sacræ Theologiæ reuera Doctor, & Westmonasterienſis Decanus, consecratus Nouemb. 3. 1605. ad Elienſem Ecclesiam post quadriennium translatus est. 1605. *Iac.* 3.

47. SAMVEL HARSNET.

SAmuel Harsnet S. Theologiæ Doctor & Archidiaconus Colcestrensis, socius primum, mox Præses Aulæ Pembrochianæ Cantabrigiæ, consecratus Decemb. 3. 1609. Ecclesiæ Cicestrensi etiamnum hodie præest. 1609. *Iacob.* 7.

Valet hic Episcopatus secundum rationes fiscales 677. li. *& denarios* 15. *ac Papæ pro primitijs consueuit pendere florenos* 333.

DE EPISCOPIS ROFFENSIBVS.

AVgustino (cui quod religionis Christianæ in nonnullis huius insulæ regionibus restaurator extiterit, Sancti nomen inditum) postquam Dorobernię (quæ nunc Cantuaria) consedisset, consultum visum, in civitatibus vicinis Episcopos constituere; idcoque duos simul eodemq; tempore ordinauit; ad Londinensem videlicet Mellitum (de quo antea) & ad Roffensem, Iustum, patria Romanum, qui anno pòst consecrationem septimo, Christi nimirum 613. solum vertere coactus est vna cum Mellito prædicto, sicut antea, vbi de Londinensibus egimus, demonstratum est. Anno postea 622. in Archiepiscopatu Cantuariensi Mellito qui illuc Londino migrauerat, & tum nuper diem obierat, successor designatus est.

1. IVSTVS.

606. EPiscoporum igitur Roffensium primus numeratur Iustus antedictus.

ROMANVS.

622. IVsto successit in Ecclesia Roffensi Romanus, qui à Iusto tum Archiepiscopo Cantuariensi ad Honorium missus Romanum tum Pontificem, naufragio perijt, antequam littus Gallicum attingeret submersus.

3. PAVLINVS.

631. ECclesię Eboracensis Archiepiscopus primus Paulinus, à suis in exilium pulsus (sicuti pluribus Deo volente ostendemus quando ad Eboracenses perventum fuerit) Episcopatus Roffensis tum vacantis administrationem suscepit, ibique cum annos præfuisset 13. diem clausit extremum Octob. 10. anno 644. & in Ecclesia S. Andreę tumulatus est, quam Ethelbertus Cantiæ Rex à fundamentis excitarat.

4.

4. ITHAMAR.

IN Eccleſiæ huius Præſulem hunc ordinatus eſt Ithamarus homo Anglus, neq; tamen ceu vitę ſpectes morumq; integritatē, ceu doctrinā & eruditionem, anteceſſorum cuiquam poſtponendus. Hic gentis noſtræ (Saxonum dico ſiue Anglorum) primus extitit Epiſcopus.

5. DAMIANVS.

SVcceſſit illi Damianus: Quo defuncto, aliquot per annos paſtoris ſolatio, Eccleſia Roffenſis deſtituta, vacavit. 656.

6. PVTTA.

IN *ciuitate Rhoſi (vbi defuncto Damiano Epiſcopatus iam diu ceſſauerat, Theodorus* (Archiepiſcopus Cantuarienſis) *ordinauit virum, magis Eccleſiaſticis diſciplinis inſtitutum, & vitæ ſimplicitate contentum, quam in ſeculi rebus ſtrennum, cui nomen erat Putta, maximè autem, modulandi in Eccleſia more Romanorum (quem à diſcipulis Papæ Gregorij didicerat) peritum.* Sic Będa. Sedis ſuæ paupertatem pertæſus, homo non nimium ſolers, de ea deſerenda cogitabat, quando Edilredus Merciæ Rex civitate Roffenſi incenſa, & eodem incendio Eccleſia etiam Cathedrali abſumpta, in propoſito eum confirmavit. Anno igitur 676. in Merciam diſceſſit, ibique Eccleſiolæ neſcio cuius ſuſcepit curam ſub Saxulfo illarum regionum Epiſcopo, ex puerorum in Muſicæ elementis inſtitutione, victum plerunque tolerans. In hoc vitæ genere conſenuit, nec ad Epiſcopatum derelictum, vt rediret monentium voces, æquo animo audivit. 669.

7. QVICHELMVS.

PRo illo Theodorus Quichelmum ordinavit Epiſcopum, quem Będa alicubi (ni malè memini) Gulielmum appellat. Sed & ille etiam inopia cogente, poſt non multum temporis ſedem dereliquit. 676.

DE EPISCOPIS ROFFENSIBVS.

AVgustino (cui quod religionis Christianæ in nonnullis huius insulæ regionibus restaurator extiterit, Sancti nomen inditum) postquam Dorobernię (quæ nunc Cantuaria) consedisset, consultum visum, in civitatibus vicinis Episcopos constituere; idcoque duos simul eodemq: tempore ordinauit; ad Londinensem videlicet Mellitum (de quo antea) & ad Roffensem, Iustum, patria Romanum, qui anno pòst consecrationem septimo, Christi nimirum 613. solum vertere coactus est vna cum Mellito prædicto, sicut antea, vbi de Londinensibus egimus, demonstratum est. Anno postea 622. in Archiepiscopatu Cantuariensi Mellito qui illuc Londino migrauerat, & tum nuper diem obierat, successor designatus est.

1. IVSTVS.

606. EPiscoporum igitur Roffensium primus numeratur Iustus antedictus.

ROMANVS.

622. IVsto successit in Ecclesia Roffensi Romanus, qui à Iusto tum Archiepiscopo Cantuariensi ad Honorium missus Romanum tum Pontificem, naufragio perijt, antequam littus Gallicum attingeret submersus.

3. PAVLINVS.

631. ECclesię Eboracensis Archiepiscopus primus Paulinus, à suis in exilium pulsus (sicuti pluribus Deo volente ostendemus quando ad Eboracenses perventum fuerit) Episcopatus Roffensis tum vacantis administrationem suscepit, ibique cum annos præfuisset 13. diem clausit extremum Octob. 10. anno 644. & in Ecclesia S. Andreę tumulatus est, quam Ethelbertus Cantiæ Rex à fundamentis excitarat.

4.

4. ITHAMAR.

IN Eccleſiæ huius Præſulem hunc ordinatus eſt Ithamarus homo Anglus, neq; tamen ceu vitę ſpectes morumq; integritatẽ, ceu doctrinã & eruditionem, anteceſſorum cuiquam poſtponendus. Hic gentis noſtræ (Saxonum dico ſiue Anglorum) primus extitit Epiſcopus.

5. DAMIANVS.

SVcceſſit illi Damianus: Quo defuncto, aliquot per annos paſtoris ſolatio, Eccleſia Roffenſis deſtituta, vacavit. 656.

6. PVTTA.

IN *ciuitate Rhofi (vbi defuncto Damiano Epiſcopatus iam diu ceſſauerat, Theodorus* (Archiepiſcopus Cantuarienſis) *ordinauit virum, magis Eccleſiaſticis diſciplinis inſtitutum, & vitæ ſimplicitate contentum, quam in ſeculi rebus ſtrennum, cui nomen erat Putta, maximè autem, modulandi in Eccleſia more Romanorum (quem à diſcipulis Papæ Gregorij didicerat) peritum.* Sic Będa. Sedis ſuæ paupertatem pertæſus, homo non nimium ſolers, de ea deſerenda cogitabat, quando Edilredus Merciæ Rex civitate Roffenſi incenſa, & eodem incendio Eccleſia etiam Cathedrali abſumpta, in propoſito eum confirmavit. Anno igitur 676. in Merciam diſceſſit, ibique Eccleſiolæ neſcio cuius ſuſcepit curam ſub Saxulfo, illarum regionum Epiſcopo, ex puerorum in Muſicæ elementis inſtitutione, victum plerunque tolerans. In hoc vitæ genere conſenuit, nec ad Epiſcopatum derelictum, vt rediret monentium voces, æquo animo audivit. 669.

7. QVICHELMVS.

PRo illo Theodorus Quichelmum ordinavit Epiſcopum, quem Będa alicubi (ni malè memini) Gulielmum appellat. Sed & ille etiam inopia cogente, poſt non multum temporis ſedem dereliquit. 676.

8. GEBMVNDVS.

681. QVichelmo ſubſtitutus eſt Gebmundus, alijs Godmundus dictus, alijs etiam Godwinus; qui ſtationem ſibi commiſſam non deſerens, Epiſcopus Roffenſis deceſſit anno 692.

9. TOBIAS.

693. GEbmundo defuncto, *Tobiam pro illo conſecrauit Brightwaldus Archiepiſcopus, virum* (inquit Beda) *Latina, Græca & Saxonica lingua, atque eruditione multiplici inſtructum. Erat enim diſcipulus beatæ memoriæ magiſtrorum Theodori Archiepiſcopi & Abbatis Adriani; vnde (vt dictum eſt) cum eruditione literarum, vel eccleſiaſticarum vel generalium, ita Græcam quoque cum Latina didicit linguam, vt tam notas & familiares ſibi eas quam nationis ſuæ loquelam haberet. Defunctus anno Dominicæ incarnationis 726. ſepultus eſt in porticu S. Pauli Apoſtoli, quam intra Eccleſiam S. Andreæ Apoſtoli ſibiipſi in locum ſepulchri fecerat.*

10. ADVLFVS.

717. POſt eum Epiſcopatus officium Aldwlf, Bertwaldo Archiepiſcopo conſecrante ſuſcepit, qui obijt anno 741.

11. DVN, *alias* DVINA.

741. DVn à nonnullis Duina apellatus, Synodo interfuit Cliffæ prope Roffam celebratæ Septembri menſe 747.

12. EARDVLFVS.

747. EArdulfo, Dunæ ſucceſſori, Offa Merciorum Rex manerium contulit de Frendsbury, (quod illa tempeſtate Eſlingham appellatum eſt) circa annum Domini 770. Egbertus deinde Cantię Rex dedit neſcio quid agelli intra caſtellum Roffenſe anno 763. Et Ethelbertus Cantiæ itidem Rex dedit Woldham anno 751.

13.

Digitized by Google

13. DIORA.

EGbertus Rex (non ille qui Christianorum principum quartus ante centum annos regnavit, sed alius nescio quis regulus) Diorę Episcopo Roffensi, tantum fundorum dedit in Halling, quantum decem aratra colerent,& deinde nemora quædam.

14. WEREMVNDVS.

WEremundus obijt anno 800.

15. BEORNMOD.

BEornmod, nonnullis Beornredus obijt anno salutis 804. 800.

16. TADNOTH.

17. BEDENOTH.

DE Tadenotho & Bedenotho nihil traditum reperi præter nuda nomina.

18. GODWINVS I.

EPiscoporum Roffensium seriem circa hęc tempora, si non mutilam & imperfectam, at certè incertam haberi fatendum est, nimirum à Beornmodo ad Siwardum, per spatium centum & 60. annorum. Malmesburiensis, pro toto eo tempore quod inter ætatem Bedæ & Gulielmum Normannum intercessit 9. tantum recenset Episcopos. Florentius Wigorniensis ei numero vnum duntaxat adijcit. Sed Catalogus quem reperi in Archiuis Ecclesię Roffensis, septem adhuc alios interserit. Quibus (vtrum hoc ordine collocandus, an forte alibi, non ausim affirmare) addendus videtur hic Godwinus, quem constat annis 833. & 851. diplomata confirmasse Mercię Regum, alterum Withlafi, Bertulfi vero alterum, quorum exemplaria apud Ingulfum habentur: Nisi credere libeat (cuius rei animum meum nonnulla tetigit

ſuſpicio) huiuſmodi Epiſcoporum & Procerum confirmationes, annis ſæpe non paucis, adiectas diplomatis, poſt earum confectionem.

19. CVTHERWVLF.

DE quo nihil memoratur.

20. SWITHVLFVS.

SWithulfus obijt anno 897. quando tum nuperrimè vnus è Gardianis regni conſtitutus fuiſſet, illud contra vim irruentium Danorum tueretur ac defenderet.

21. BVIRICVS.

22. CHEOLMVND.

23. CHINEFERTH.

DE his tribus ab hiſtoricis nihil traditur.

24. BVRRHICVS.

EDmunds, Athelſtani Regis frater anno 945. dedit Burrhico & ſucceſſoribus Mallingam his verbis, *De, &c. terram trium aratrorum in Mealings.*

25. ALFSTANVS.

ALfſtanus obijt anno 984.

26. GODWINVS. II.

27. GODWINVS. III.

ISTorum vnus, diploma confirmavit Edgari Regis anno 966. quod apud Ingulfum habetur; necnon & aliud itidem 996. Florentius porro Wigornienſis, Huntingdonus & Hovedenus tradiderunt, Godwinum Epiſcopum Roffenſem à Danis captum, vna cum Alphego Cantuarienſi anno 1011.

Digitized by Google

1011. vbi igitur à Weſtmonaſterienſi aliiſque ſcriptoribus narratur; Epiſcopum Roffenſem (cuius nomen non edunt) ab Ethelredo Rege in civitate ſedis ſuæ anno 983. longo tempore obſeſſum, neque obſidionem voluiſſe ſolvere Regem (quantumvis ſuadente vt id faceret Dunſtano) donec ab eo centum libras extorſiſſet: Dubitari certe non poteſt Godwinum appellatum Epiſcopum ſic obſeſſum. Conſtat deinde ex Epiſtola quadam Edwardi Confeſſoris ad Edſinum Archiepiſcopum Cantuarienſem & Godwinum Antiſtitem Roffenſem perſcripta, Godwinum ſedi Roffenſi circa annum 1040. præfuiſſe. His morte ſublatis, & ſiue per moleſtias illis exhibitas, ſiue per clades bellicas, ad paupertatem redacta Eccleſia, diu videtur paſtore viduata permanſiſſe, ad annum videlicet 1058.

28. SIWARDVS.

TEmpore prædicto, Siwardus Abbas Abendonenſis (nonnullis Chertſeienſis) in Epiſcopum Roffenſem ſacratus eſt. Cuius rei occaſionem in Eadſino Cantuarienſi ſupra retulimus. *Hic eo tempore erat Epiſcopus* (inquit Malmesburienſis) *quo Normanni in Angliam venerunt, pauciſque diebus ſuperuiuens, fatum explenit* Abindonæ. Ab eodem tamen ipſo Malmesburienſi numeratur inter illos Epiſcopos qui Lanfranci Cantuarienſis conſecrationi anno 1070. interfuerunt; necnon & inter eos qui Synodum celebrarunt anno 1072. Wintoniæ inchoatam, Windeſoræ vero finitam. Et alibi traditum reperi, anno illum 1075. è vita exceſſiſſe. Quandocunq; demum id fuerit, *Eccleſiam certe dereliquit* (teſte Malmesburienſi) *miſerabilem & vacuam, omnium rerum indigentem, intùs & extrà. Vix enim quatuor Canonici erant, qui victu exili, & ipſo ad horam vel prece vel prętio comparato, & indumento plebeio vitam tolerarent*: Sic ille. 1058.

29. ARNOSTVS.

MAlis vt occurreret prædictis, & Eccleſiæ res in melioremlocum redigeret, Arnoſtum quendam, Monachum 1075. *Gul.* 1. 9.

chum Beccenſem, cuius animi virtutes ſatis habebat perſpectas, Lanfrancus antiſtitem hic conſtituit.

30. GVNDVLPHVS.

1077. *Gul.* 1. 11. EX eodem Beccenſi cœnobio monachus itidem Gundulphus, veloci morte prærepto Arnoſto, eiuſdem Lanfranci opera ſubſtitutus eſt, qui Canonicis excluſis, monachos primus in hanc Eccleſiam introduxit. Homo fuit non admodum doctus, ſed prudentia, & rerum gerendarum ſolertia inſignis. Nam cum Clericos adueniens reperiſſet tantum ſex; auxit eouſque Eccleſiæ res induſtria ſua; vt monachos in eadem reliquerit moriens 50. (ſunt qui numerẽt 60.) ac deinde ipſam Eccleſiam de nouo conſtructam, à fundamentis excitauit, & ad eam perduxit amplitudinem quam hodie cernimus. A Lanfranco his in rebus multũ adiutus eſt; qui præter magnam pecuniam, manneriũ etiam de Heddre, illi Eccleſiæq; ſuę contulit. Cum deinde Odo Cantiæ Comes multa tam Archiepiſcopat⁹ quam huius Eccleſiæ prædia per vim occupaſſet, manneria nimirũ de Detling, Stoke, Preſton, Dainton & alia nonnulla; in ius cum vocatum ad reſtitutionem compulerunt. Qua de re apud Egelricum Ciceſtrenſem plura à me ſuprà dicta ſunt. Fundauit præterea hic præſul ptochotrophiũ S. Bartholomæi Chettamæ & Monialibus cœnobium Mallingæ, quod ſuppreſsionis tempore valere cenſebatur annuatim 245. libras, 10. ſolidos & denarios duos. Magnam etiam partem arcis Roffenſis conſtruxit, turrim nimirum prægrandem illam etiamnum ibi viſendam; cuius ſtructuræ ſumptum, Rex dono mannerij cuiuſdam compenſauit. Denique Sancti Paulini oſſa, feretro prætioſiſſimo condidit, & Martij 7. 1107. naturæ debitũ perſoluit.

31. RADVLPHVS.

1108. *Henr.* 1. 9. RAdulphus Abbas Sagienſis in Normannia, conſecratus eſt Auguſti 11. 1108. & anno 1114. Cantuariam tranſlatus.

32.

32. EARNVLPHVS.

DE Earnulpho qui succeſſit, hæc habet Malmesburien- 1115.
ſis. *Earnulphus, natione Gallus, apud cœnobium S. Luciani in Beluaco non paucum tempus Monachus egit. Sed cum nonnulla plena inſolentiæ videret, quæ nec emendare poſſet, nec pati vellet, diſceſſum intendit. Quæſito prius à Lanfranco conſilio, incunctanter facturus quicquid ille inbendum putaſſet: Ille (qui hominis induſtriam probe calleret, nam & apud eum diu Becci ſtuduerat) perſuaſit, vt ad ſe veniret, quia ibi animã ſuam ſaluare non poſſet. Venit ergo, & toto tempore Lanfranci Monachus apud Cantuariam, ab Anſelmo Prior ibidem, mox apud Burgum Abbas, à Radulpho Epiſcopus apud Roſam conſtitutus eſt*, & conſecratus Cantuariæ vna cum Gal- *Henr.1.16.*
fridо Herefordenſi Dec. 26. 1115. *Graue quidem memoratu* (inquit ille) *quantæ probitatis & prudentiæ in omnibus officijs fuerit. Cantiæ deiectam priorem partem Eccleſiæ quam Lanfrancus ædificauerat, adeo ſplendide erexit, vt nihil tale poſſit in Anglia videri, in vitrearum feneſtrarum luce, in marmorei pauimenti nitore, in diuerſicoloribus picturis, quæ mirantes oculos trahunt ad faſtigia lacunaris. In Burgo monachorum numerus auctus, religio bonis monitis confota; ædium veterum ruderibus deturbatis, noua fundamenta iacta, culminã erecta. Eaque omnia cum vorax ignis abſumpſiſſet meditanti reficere, honos pontificalis impactus. Ibi quamvis omnia iam facta viderentur (præuenerat enim viuacitas Gundulfi omnium ſucceſſorum diligentiam) tamen ſemper aliquid comminiſci, vbi virtus eniteſcere poſſet; firmare antiqua, moliri recentia. Vixit in Epiſcopatu aliquot dies ſuper nouennium, deceſſitque quatuor & octoginta annos natus, multa probitatis ſuæ monumenta relinquens.* Dicitur Eccleſiæ Roffenſis hiſtoriam ſcripſiſſe, quam mihi non dum contigit videre. Obijt (vt videtur) menſe Martio 1124.

33. IOANNES.

IOannes Archidiaconus Cantuarienſis conſecratus eſt Maij 1185.
23. 1125. & mortem obijt anno 1127. quo anno, Iunij 3. *Henr.1.26.*
tam Eccleſia quam ciuitas vniuerſa Roffenſis incendio fortuito conflagrauit.

34.

34. ASCELINVS.

1137. *Steph.* 3. ASCelinus, nonnullis (sed perperàm) Anselmus, decessit anno 1147. Ad eum D. Bernardi Epistola 205. perscripta est.

35. WALTERVS.

1147. *Steph.* 12. AD hoc vsq; tempus, Archiepiscopus Cantuarienſis, hunc Episcopatum quoties vacare contingeret, cuicunq; visum pro libitu conferre consueuit. Theobaldus Archiepiscopus, designandi antistitis ius, in monachos Ecclesiæ Roffensis transtulit, qui omnium primum suis suffragijs renunciarunt Walterum Archidiaconum Cantuarienſem. Eo præsidente, Aprilis nempe 20. 1177. & Ecclesia & ciuitas vniuersa iterum conflagrauit. Obijt, cum sedisset annos pene 35. Iulij 26. 1182.

36. GVALERANVS.

1183. *Henr.* 2. 29. SVccessit illi Gualeranus Archidiaconus Baionensis, qui obijt anno 1184. Post mortem eius lis ingens exorta est inter monachos Cantuarienſes & Roffenſes; asserentibus illis, pedum pastorale Episcopi defuncti, super altare Cantuarienſis Ecclesiæ relinquendum, & ab ipsis nouo Episcopo tradendum. Hoc isti verbis negabant & de facto baculum apud se detinebant. Post multam altercationem res tandem ad Archiepiscopi Cantuarienſis arbitrium dijudicanda permittitur, qui baculum Cantuarienſibus tradidit, provt illi Episcopo mox designato.

37. GILBERTVS GLANVILL.

1185. *Henr.* 2. 31. GIlbertus Glanvill Archidiaconus Luxouienſis consecratus est Septembris 29. 1185. Inter hunc & monachos suos, lites & contentiones (qua de re nescio) exarserunt ingentes. Vnde iritatus ille, abstulit eis, omnia bona mobilia, Ecclesiæ ornamenta, & magnam partem prædiorũ. Et illi, ceu rerum necessariarum inopia coacti, siue vt haberent in litigationis sumptum pecuniam, feretrum argenteum

D.

Digitized by Google

D. Paulini conflauerunt & inde nummos percuti curauerunt. Certamen longum, quę mortalia cuncta, mors tandem terminauit, nimirum Episcopi, qui decessit Iunij 24. 1214. Monachorum tamen animos infensos, interitus eius adeo non pacauit, vt exequias eius celebrare renuentes, corpus sine vlla consuetarum cerimoniarū pompa sepulturæ mandarint. Hospitale apud Strodam prope Roffam ab hoc Prælule conditum est & prædijs dotatum, quę hodie valere dicuntur annui census libras 52.

38. BENEDICTVS.

BEnedictus, Ecclesiæ S. Pauli Londini Præcentor, consecratus est Februarij 22. 1215. qui mortem obijt anno 1226. 1214. *Ioan* 16.

39. HENRICVS DE SANFORD.

HEnricus de Sanford Archidiaconus Cantuariensis, consecratus est anno 1227. Post bienium deinde lis exorta est inter hunc & Iocelinum Bathonensem ac Wellensem Episcopum. Nam cum sacrationem peterent tres ad Præsulatus designati, Richardus ad Cantuariensem sedem, Rogerus ad Londinensem, ac denique Hugo ad Eliensem: Hos ritus illis impendi à se oportere contendebat Roffensis, tanquã Cantuariensis Capellano; cum è contra Bathonensis, ad ipsum hoc munus assereret spectare, quod omnium Cantuariensis prouincię Episcoporũ esset antiquissimus. Post multam altercationem, conuenit tandem inter eos, vt Roffensis Archiepiscopũ consecraret, reliquos autem duos Bathonensis. Quod iam mox narrabo, indignum fortasse videatur memoratu: silentio tamen non duxi præterreundum, vt perspiciat inde lector, quam leui momento virorum vel grauissimorum mentes ijs temporib⁹ illusionib⁹ diabolicis in crassissimos errores impellerentur. *Henric⁹ Roffensis Episcopus* (inquit Parisiensis & illis ipsis verbis sequutus cum Westmonasteriensis) *cum apud Sidingburniam præsente Cantuariensi electo, ordines celebrasset solennes; astante clero & populo fiducialiter cũ sermonem faceret protestat⁹ est dicens, Gaudete omnes in domino fratres* 1227. *Henr.* 3. 11.

qui

qui hic præsentes estis, scientes indubitanter, quod vno & eodem die exierunt de Purgatorio, Rex quondam Anglorum Richardus, & Stephanus Cantuariensis Archiepiscopus, cum vno Capellano eiusdem Archiepiscopi, ad conspectum diuinæ maiestatis migraturi: Et in illo die non nisi illi tres de locis pœnalibus exierunt. Et his dictis meis fidem adhibeatis plenissimam & certam, quia mihi & cuidã alij tentia iam vice hoc reuelatum est per visionem ita manifestè quod ab animo meo omnis dubitationis ambiguitas remouetur. Cęterum videnti isti parum oculato, qui talibus visis fidem potuit adhibere, aut credita alijs propalare; ne talia videndo, & enarrando, cæcus dux pergeret esse cæcorum, mors oculos clausit, Februarij 24. 1235.

40. RICHARDVS de WENDOVER.

1238. *Hen.* 3. 22. RIchardus de Wendouer Ecclesiæ Bromleiensis Rector, in Episcopum Roffensem legitimè electus; cum consecrationem peteret ab Edmundo Cantuariensi Archiepiscopo, qui postea in album Sanctorum ascriptus est; tanquam rudis & indoctus ob insciticm est reiectus. Hic tamen talis cum esset, ad Romanum Pontificem prouocans, ab eo confirmatus est, Archiepiscopo quantumuis inuito, quem oderat Papa, quod assiduis exactionibus Ecclesiam Anglicanam deprædanti vir pius reniteretur nonnunquam. Pontificio igitur mandato consecratus est Wendouerus, anno 1238. Et cum anno 1250. circa festum S. Michaelis, mortem obijsset; in Ecclesia Westmonasterienſi Rege præcipiente tumulatus est, quod pietate, vitæq; sanctimonia insignis fuerit habitus.

40. LAVRENTIVS de S. MARTINO.

1251. *Hen.* 3. 35. *DEfuncti Wendoueri loco, Monachi Roffenses elegerunt magistrum Laurentium de S. Martino, Domini Regis Clericum, & consiliarium specialem, ne si fortè alium elegissent, se Rex electioni opposuisset.* Sic Parisiensis. Consecratus est Lugduni, Apr 12. 1251. vbi per dispensationem Pontificiam facultas ei data est, quicquid sacerdotiorum ante susceptas infulas fuisset adeptus, vt etiam Episcopus creatus retineret. Sed neq; sic cõtentus; Episcopatum suum totius Angliæ tenuissimum, imo Carleo-

Carleolensi non paulo tenuius dictitans; quiritandi finẽ non fecit, donec à diocesis suæ Clero, omnium Ecclesiasticorum prouentuum, quintam partem sibi per annos quinq; pendendam curasset, & rectoriam de Frendsbury sedi suæ appropriasset. Hunc Bonifacius Archiepiscopus Cantuariensis iniuriosius tractauit, possessiones sedis suæ per vim occupando, & multa auferendo, quæ semper ad Ecclesiam Roffensem spectare noscebantur. Qua de re conquestus apud Regem, nihil profecit. Reginæ, auunculus erat Bonifacius, quam homo vxorius noluit offendere, iniurias Episcopo à Bonifacio illatas vindicando. Surdo igitur cum fabulam narratam intelligeret, ad Papam se conuertit. Verum neq; hic auditus est æquis auribus. Pontifici vicinus erat Bonifacij frater Sabaudus, cui noluit ægrè facere, fratrem castigando. Quid iam faceret? Premit alto corde dolorem. Excessit è viuis, Ianᵢ. 1274.

42. WALTERVS de MERTON.

WAlterus de Merton Angliæ Cancellarius, ante Pontificatum, Collegij fundationem molitus est Maldoniæ in Comitatu Surreiensi, anno videlicet 1264. sed post decennium mutata sententia, Maldoniam neglexit, & curas transtulit Oxoniam, vbi Collegium posuit nobilissimum (Mertonense hodie nuncupatum) anno 1274. sub id ipsum tempus quo Roffensis designatus est Episcopus. Cum annos sedisset tres vel quatuor, excessit è viuis, si Westmonasterienſi credimus, in festo D. Lucæ, 1277. si alijs (quibus fidem potius adhibuerim) Oct. 27. 1278. Sepultus iacet prope murum Septentrionalem Ecclesiæ suæ, è Regione fere Cathedræ Episcopalis, vbi loci illustrissimi Equitis opera, Henrici Sauilli, Collegij Mertonensis Gardiani (qui ingenti sumptu Chrysostomum nuper integrum edi curauit in vsum Reip. Christianæ) monumento veteri marmoreo diruto, nouum erectum est elegantissimum, ex lapidibus Lydijs, & alabastrinis, hoc insculpto Epitaphio: 1274. *Edw. 1. 2.*

Waltero de Merton, Cancellario Angliæ, sub Henrico tertio; Episcopo Roffensi, sub Edwardo primo Rege; vnius exemplo, omnium quotquot extant Collegiorum fundatori; maximorum

Europæ

Digitized by Google

Europæ totius ingeniorum fœliciſſimo parenti; Cuſtos & ſcholares domus ſcholarium de Merton, in Vniuerſitate Oxon. communibus Collegij impenſis, debitum pietatis monumentum poſuere, anno Domini 1598. *Henricò Sauile Cuſtode. Obijt in vigilia Simonis & Iudæ, annò Dom.* 1277. *Edwardi primi quinto. Inchoauerat Collegium Maldoniæ in agro Surr. anno Dom.* 1264. *Henrici tertij* 48. *cui dein ſalubri conſilio Oxonium, anno* 1270. *tranſlato, extrema manus fœliciſſimis (vt credi par eſt) auſpicijs acceſſit, anno* 1274. *ipſis Cal. Aug. anno regni Regis Edwardi primi ſecundo.*

Magne ſenex titulis, Muſarum ſede ſacrata
Maior, Mertonidum maxime progenie:
Hæc tibi gratantes poſt ſecula ſera nepotes,
En votiua locant marmora, ſancte parens.

43. IOANNES de BRADFEILD.

1278. *Edw.* 1. 6. ECcleſiæ Roffenſis Monachus & Præcentor, conſecratus eſt in Epiſcopum ibidem Io. de Bradfeild, Maij 29. 1278. vna cum Norwicenſi, & defunctus Aprilis 23. 1283. Hunc Chronicũ Oſneienſe appellat *Ioannem de Ho, Eccleſiæ Roffenſis Celerarium, & virum teſtatur extitiſſe honeſtæ conuerſationis & innocentiæ, decenter literatum, & in omnibus morigeratum.*

44. THOMAS INGLETHORP.

1283. *Edw.* 1. 11. THomas Inglethorp, Eccleſiæ Paulinæ Decanus, conſecratus anno 1283. deceſſit Maij 12. 1291.

45. THOMAS de WVLDHAM.

1291. *Edw.* 1. 20. THomas de Wuldham, Roffenſis Prior, obijt Februarij 28. 1316.

46. HAYMO de HEATH.

1319. *Edw.* 2. 12. HAymo de Heath, vel potius de Hitha (ab oppidulo Hithenſi in Cantia vbi natus eſt ſumpto cognomine) Regi Edwardo ſecundo à Confeſſionibus, conſecratus eſt 1319. Multa is conſtruxit Hawlingæ, anno 1323. aulam nimirum & frontiſpicium illud excelſum in palatio Epiſcopali ibidem, molen-

Digitized by

molendinum vicinum reſtaurauit, & omnia ædificia domus prædictæ refecit. Deinde in oppido Hithenſi antedicto prochotrophium S. Bartholomæi, pauperibus decẽ alendis inſtituit, & prædijs dotauit 20. marcarum annui cenſus. Epiſcopatum ſponte abdicauit, anno 1352.

47. IOANNES de SHEPEY.

IOannes de Shepey Eccleſiæ Roffenſis Prior ſucceſſit, & anno 1358. conſtitutus eſt Angliæ Theſaurarius. Obijt Oct. 19. 1360. in mannerio ſuo prope Lametham, quod The place appellatur. 1352. *Edw.* 3. 26.

48. GVLIELMVS WITTLESEY.

GVlielmus Wittleſey Archidiaconus Huntingdonenſis, conſecratus Febr. 6. 1361. Wigorniam tranſlatus eſt 1363. & poſtea Cantuariam. 1361. *Edw.* 3. 36.

49. THOMAS TRILLEG.

THomas Trilleg Eccleſiæ Paulinæ Decanus, conſecratus anno 1363. deceſſit 1372. 1363. *Edw.* 3. 37.

50. THOMAS BRINTON.

DEeo qui ſucceſſit, ſic Baleus; *Thomas Brinton (alij Britonem nuncupant) Benedictinorum ordinis apud Nordovicenſes alumnos Monachus, perluſtratis Anglorum gymnaſijs doctis, ſummæ eruditionis fama multis per orbem innotuit. Romam in poſterũ perueniens, plures corã eius vrbis Pontifice in Latino ſermone conciones fecit; & ideo Romanæ ſedis Pœnitentiarius ac Roffenſis Epiſcopus ordinatus, in Angliam ab eo diſceſſit, & chartis commiſit Sermones coram Pontifice & Sermones alios ſolennes.* Fuit hic Brintonus Regi Richardo ſecundo à Confeſſionibus, & hoſpitij Anglorum Romæ præcipuus benefactor. Obijt anno 1389. 1372. *Edw.* 3. 46.

51. GVLIELMVS de BOTTLESHAM.

1389. *Rich.2.13.*

GVlielmus de Bottlesham, vel Boltsham (quem Walsingamus, Balæus & alij Ioannem nuncupant, sed perperàm) natus est Bottleshamæ, in Comitatu Cantabrigiensi, & inde sumpsit appellationem. Dominicanus fuit, S. Theologiæ Doctor Cantabrigiensis, & propter eruditionẽ; atq; in concionibus facundiã multùm celebratus, à Rege Richardo secundo, Episcopatum primum Landauensem, mox Roffensem prouectus est, quanquam Richardus quidam Barnet, ad sedem Roffensem iam fuisset legitimè electus. Mentio habetur apud Foxum, Battleshami fraterculi cuiusdam Theologiæ Doctoris, quem Episcopum Nannatonensem appellatum perhibet, Iulij 25. 1382. Alibi vero traditum reperi Episcopum eum fuisse Bethleemitanum, priusquam in Landauensi sede collocatus fuerit. Decessit sub initium Februarij 1399.

52. IOANNES de BOTTLESHAM.

1400. *Hen.4.1.*

IOannes de Bottlesham Archiepiscopi Cantuariensis Sacellanus, consecratus Iulij 4. 1400: post infulas susceptas, Ecclesiam suam Cathedralem nunquam vidit. Academiæ Cantabrigiensis benefactor extitisse dicitur, necnon & Hospitio diui Petri ibidem. Excessit è viuis sub initium anni 1401.

53. RICHARDVS YONG.

1404. *Henr.4.6.*

RIchardus Yong, in vinculis nescio vbi detentus, à sede tamen Bangorensi huc transfertur, Martij 2. 1404. Fenestras quasdam extruxit ille in Ecclesia Frendsburiensi, & mortem obijt, Iulij 27. 1419.

54. IOANNES KEMP.

1419. *Henr.5.7.*

IOannes Kemp, Legum Doctor, & Archidiaconus Dunelmensis; consecratus est mense Septembri sequente, & postea translatus Ciceſtriam primo 1422. deinde Londinum, mox Eboracum, ac tandem Cantuariam.

55.

Digitized by Google

55. IOANNES LANGDON.

IN festo sacrosanctę Trinitatis, 1422. Ioannes Langdon consecratus est; de quo sic Balæus, *Ioannes Langdon Monachus Ecclesiæ Christi quæ est Cantuariæ, ac Doctor Oxoniensis, in Cantiæ Comitatu ortus, ita fœliciter in omni literarum genere adhuc adolescens se exercuit, præsertim in rerum insigniter gestarum historijs, vt non infima laus illi accreuerit. Thomas Rudburnus, iunior ille, Wintonienſis olim Ecclesiæ Monachus, eius authoritate præ ceteris vtitur in concinnatione suorũ Chronicorum. Fuit hìc Langdonus, ex duodecim malis Iudicibus illis vnus; qui sub prædicti Arundeli Archiantichristi tyrannide, Christi doctrinam in Wiclefo damnauit, atq; ob id Episcopus Roffensis est postea factus. Collegit ille ex diuersis historijs Anglorum Chronicon, & Sermones aliquot scripsit.* Hic prouisione Papali in hanc sedem intrusus est. Qua in re (audi iam paulisper Antiquitatum Britannicarum authorem) *Cantuariensi Archiepiscopo iniuriam feciſſe Papa visus est, quod Episcopatus Roffensis à Cantuariensi Archiepiscopo primò erectus, atq; stabilitus, omnia tam spiritualia quam temporalia iura ab eodem accepit, semperq; sub eius tutela, atq; potestate fuit, & Roffensis Episcopus, Cantuariensi Archiepiscopo pro temporalibus homagium præstare consueuit. Cuius homagij verba à Ioanne Langdon Gallice prolata hic inseruimus. Ieo Iehan Langdon, Eneſque de Receſtre iure à les ſaintz Enangelies que de ce iour en auant, ſerra foyal & loyal, & foy porteray à vous treſreuerend pere en Dieu, Henry par la grace de Dieu l'Archeneſque de Canterbery, & Primat de tout l'Angleterre, & à vos ſucceſſeurs, de terres & tenementes les queux ieo claime tenir de vous, & loialment ferai & cannoiſtrei les ſeruices que ieo doi faire à vous mon Seigneur, ſi Dieu me aide, & les ſaints Enangiles.* Hic Præsul (qui magnam pecuniam impendit in pontis Roffensis siue structura, siue reparatione) dum Concilio Basilienſi interesset, anno 1434. fato functus est. 1422. Henr. 6. 1.

56. THOMAS BROWN.

1434. *Henr. 6. 11.* THomas Brown, Vicarius generalis Henrici Chichleij Archiepiſcopi Cantuarienſis, & Sarisburienſis itidem Decanus, conſecratus eſt Maij 1. 1434. Dum Concilio Baſilienſi intereſſet, ad Norwicenſem Eccleſiam cum ea de re ne per ſomnum quidem cogitaſſet, poſtulatus eſt, & antequam domum reuerteretur tranſlatus.

57. GVLIELMVS WELLS.

1436. *Henr. 6. 15.* GVlielmus Wells Eboracenſis Cœnobij Abbas ſucceſſit, & mortem obijt Martij 2. 1443.

58. IOANNES LOWE.

1443. *Henr. 6. 22.* DE ſucceſſore eius, ſic Balæus : *Iohannes Lowe, in Wigornienſi Comitatu natus, & Auguſtiniana profeſſionis in Wichienſi Collegio fraterculus, à teneris annis, Lelandi teſtimonio, bonarum artium vel ſtudioſiſſimus fuit. Maturiori vero ætate, publicas Academias percelebranit, vnde & nomen dignitatemque facile adeptus eſt; vſque adeo, vt in Doctorum relatus numerum, hominibus ſui ordinis (quorum numeroſa ſocietas erat) Londini & in tota Anglia merito præficeretur, & famam ſuam, alioqui ſatis notam, notiorem redderet. Auguſtiniani quippe illum magnificè prædicant, opuſcula ſcripſiſſe quædam purgatis auribus digna. Illud interim mihi conſtat, fuiſſe illum longe diligentiſſimum veterum exemplarium exquiſitorem. Bibliotheca enim (quam magnificam Londini in ſuo inſtituit Collegio) fidem in hac parte meam vehementer comprobat. Anglorum Rex Henricus ſextus huius cum literas tum virtutes tam magni fecit, vt eum, primò ſani Aſaphi Epiſcopum deſignaret, deinde & Pontificatum Roffenſem adderet.* Scripſit non pauca quorum nonnulla idem Balæus mox recenſet. Deceſſit anno 1467. & tumulo conditus eſt marmoreo, è regione monumenti Mertoniani, prout Epitaphium ibidem teſtatur eidem inſculptum.

Digitized by Google

59. THOMAS ROTHERAM.

THomas Rotheram Lincolniam hinc translatus est 1471. & postea Eboracum. 1467. *Edw.* 4. 7.

60. IOANNES ALCOCK.

IOannes Alcocus ad Wigornienſem ſedem primum tranſlatus eſt 1476. & deinde ad Elienſem. 1471. *Edw.* 4. 11.

61. IOANNES RVSSELL.

IOanni Ruſſello dum Roffenſis eſſet Epiſcopus, Edwardi Principis pueritia traditur regenda. Anno 1480. Lincolniam tranſlatus eſt. 1476. *Edw.* 4. 16.

62. EDMVNDVS AVDLEY.

EDmundus Awdleius, hinc Herefordiam tranſlatus eſt & inde poſtea Sarisburiam. 1480. *Edw.* 4. 20.

63. THOMAS SAVAGE.

THomas Sauagius Londinum tranſlatus eſt, & inde Eboracum. 1492. *Henr.* 7. 8.

64. RICHARDVS FITZ-IAMES.

RIchardus Fitz-Iames Ciceſtriam tranſlatus eſt 1504. & mox deinde Londinum. 1496. *Hen.* 7. 12.

65. IOANNES FISHER.

DE Ioanne Fiſhero ſucceſſore, ſic Balæus, ſuo more paulo acerbius: *Ioannes Fiſherus Epiſcopus olim Roffenſis*, Collegij Reginæ Cantabrigiæ Præſes, *& eiuſdem Academiæ ſub Cancellarij titulo tutor ſupremus, omnium Epiſcopalium virtutum genere ſuffarcinatiſſimus, ab Eraſmo Roterodamo depradicatur. Is erat (inquit) ſingulari linguæ gratia præditus, atque hoc nomine aliquando Regis Henrici 8. auiæ paternæ Margaretæ egregiè charus. Nam & huius hortatu (inquit etiam Polydorus) eo in gymnaſio binas extruxit magnificas ædes, alteram Chriſto ſeruatori, alteram D. Ioanni Euangeliſtæ dedicans,* 1504. *Hen.* 7. 20.

cans; deditque ad eorum victum largiter fundos. Sed mox vt affulgescere Germanis cœpit æterna Dei ex Euangelio veritas (quam in eius vita, Lutheranæ factionis hæresin Georgius Lilius vocat) nemo magis excanduit, nemo potentius aduersus illam desæuijt, quam hic mataeologus & impostor Papisticus, crumenæ ac ventri prospiciens. Non solum ille contra diuini verbi ministros pro elenando Antichristi pseudomagisterio scripsit; sed & totis viribus suo Regi Henrico seditiose obstitit, dum religiose is laboraret à suo regno purpuratæ meretricis iugum pernicioſum excutere. Capitis supplicium delirus senex pertulit, (cum à Paulo tertio, Pharaone Romano, in præmium laboris, Cardinalis esset designatus) anno Christi 1535. Iunij 22. Et Cochlæus longe positus miracula confinxit vt sanctus esse à Papistis crederetur. Scripsit multa ab eodem Balæo memorata. Præcisum caput eius pilo transfixum, in ponte Londinensi suspensum; corpus vero in Cœmiterio Barkingensi humatum est.

66. IOANNES HILSEY.

1536. *Hen.* 8. 28. IOannes Hilsey (fraterculus niger Bristoliensis vulgo dictus) successit, S. Theologiæ Doctor Cantabrigiensis.

67. NICOLAVS HEATH.

1539. *Henr.* 8. 30. NIcholaus Heath consecratus est in Episcopum Roffensem Aprilis 4. 1539. Wigorniam translatus 1543. & postea Eboracum.

68. HENRICVS HOLBEACH.

1544. *Henr.* 8. 36. HEnricus Holbeach consecratus in Episcopum Suffraganeum Bristolienſem Martij 24. 1537. huc translatus est Iunij 9. 1544. & hinc Lincolniam 1547.

69. NICOLAVS RIDLEY.

1547. *Edw.* 6. 1. NIcholaus Ridleius consecratus Septemb. 5. 1547. Londinum translatus est 1549.

Digitized by Google

70. IOANNES POYNET.

IOannes Poinetus consecratus Iunij 26. 1550. Wintoniam ante annum transactum translatus est. 1550. *Edw. 6.4.*

71. IOANNES SCORY.

IOannes Scoreius consecratus Augusti 30. 1551. & paulo pòst Cicestriam translatus, sub initium Mariæ Reginæ exauthoratus, per Elizabetham Principem ad Herefordensem præsulatum euectus est. 1551. *Edw. 6.5.*

72. MAVRITIVS GRIFFIN.

MAuricius Griffin Archidiaconus Roffensis, Oxoniensis Academiæ alumnus, consecratus est Aprilis primo 1554. Obijt anno 1559. & sepultus est in Ecclesia S. Magni prope pontem Londinensem. 1554. *Mariæ 1.*

73. EDMVNDVS GVEST.

EDmundus Gueſt sacrę Theologiæ Doctor, consecratus Martij 24. 1559. Sarisburiam transfertur Decemb. 24. 1571. 1559. *Eliz. 2.*

74. EDMVNDVS FREAKE.

EDmundus Frecus sacræ Theologiæ Doctor consecratus Martij 9. 1571. Norwicum migrauit anno 1576. & postea Wigorniam. 1571. *Eliz. 14.*

75. IOANNES PIERS.

IOannes Piers sacrę Theologiæ Doctor, ædis Christi Oxoniæ Decanus, consecratus Aprilis 15. 1576. Sarisburiam 1577. & postea ad Achiepiscopatum Eboracensem translatus est. 1576. *Eliza. 18.*

76. IOANNES YONG.

IOannes Yong S. Theologiæ Doctor, & Aulæ Pembrochianæ Cantabrigiæ Prę̃ses, consecratus Martij 16. 1577. obijt mense Aprili 1605. 1578. *Eliz. 21.*

Digitized by Google

77. GVLIELMVS BARLOW.

1605. *Iac.3.* GVlielmus Barlow S. Theologiæ Doctor, Ceſtrenſis Eccleſię Decanus, & Aulę S. Trinitatis olim ſocius, conſecratus Iunij 30. 1605. Lincolniam transfertur anno 1608.

78. RICHARDVS NEILE.

1608. *Iac.6.* RIchardus Neile, S. Theologiæ Doctor, Decanus Weſtmonaſterienſis, Collegij D. Ioannis Cantabrigiæ alumnus, conſecratus Octob. 9. 1608. ſub exitum anni 1610. ad ſedem Coventrenſem & Lichfeldenſem tranſlatus eſt, ac poſtea Lincolniam.

79. IOANNES BVCKRIDGE.

1611. *Iac.9.* IOannes Buckrigius S. Theologię Doctor, Collegij S. Ioannis Oxoniæ Prę ſes, vna cum Gloceſtrenſi conſecratus eſt Iulij 9. 1611. & tam ſcribendo quam concionando veritatem Evangelicam haud ſegniter ſatagit propugnare. Librum certe nuper is perſcripſit de poteſtate Papę in temporalibus, quem ſi vidiſſet Fiſherus anteceſſor eius; in dogmatis palam tam falſi defenſione vitam nunquam abieciſſet. Neque enim inter doctos quenquam reperiri poſſe credo tam parum oculatum, vt hoc Buckerigij noſtri opus cum perlegerit, à nobis ſtare veritatem ſtatim non perſpiciat. Ioannem itaq; Roffenſem habemus, quem Ioanni Roffenſi opponamus, Fiſhero Buckerigium, cuius argumentis (ſi quid ego video) ne à mille quidem Fiſheris vnquam reſpondebitur.

Valet hic Epiſcopatus annuatim ſecundum rationem fiſci Regij libras 358. *ſolidos* 3. *& denarios* 7. *cenſu vero Pontificio* 1300. *Florenos.*

DE

DE EPISCOPIS OXONIENSIBVS.

CIrca annum salutis (si nostris credimus historicis) 730. Oxoniæ Regulus quidam imperitabat nomine Didan, cui filia erat pulchritudinis ac venustatis eximiæ, Fridiswida appellata; quæ etsi à procis quamplurimis petita, magnæ nobilitatis ac potentiæ adolescentibus; peruulgato tamen illorum temporum errore abrepta, quasi coniugatis vix aut ne vix cœlum pateret, cælibem perpetuò vitam ducere decrevit. Inter cæteros huius virginis amatores, Reguli cuiusdam filius memoratur Algarus nuncupatus, *qui cum ad nuptias eius animum applicuisset* (Parisiensem audias qui ex Malmesburiensi hanc videtur hausisse narrationem) *precibus tandem & blanditijs inaniter consumptis, violenter intendit rem agere cum puella. Quo comperto, Frideswida in syluam quandam latenter confugit; nec tamen latibulum latere potuit amatorem, quia desidia non defuit quin diligentius quæreret fugientem. Virgo igitur iterato iuuenis furore comperto, per occultos tramites Deo comitante, Oxoniam, de nocte fugiens, peruenit. Cumq; mane illuc curiosus amator aduolasset, puella de fuga iam desperans, simulq; propter lassitudinem nusquam progredi valens; Dei tutelam sibi, & persecutori pœnam, anxia imprecatur. Iamque iuuenis ille cum comitibus portas vrbis subibat, cum cœlesti plaga irruente, cæcitatem incurrit. Intellecto igitur pertinaciæ suæ delicto, iuuenis luce priuatus, & Frideswida vt misereretur per nuncios exorata, eadem facilitate lumen recepit, qua, imprecante puella, amiserat. Hinc Regibus Angliæ timor inoleuit, illius vrbis hospitium & ingressum cauere, quod feratur pestifera esse illis, cum non velint rei veritatem suo damno aut periculo experiri. Tunc virgo beata, constructo ibidem Monasterio, virginibus congregatis, vsque ad exitum vitæ suæ Deo placens, illis præfuit nomine Abbatissæ. Hoc autem Monasterium, tempore Anglorum Regis Ethelredi,*

Danis

Danis neci adiudicatis, & cauſa ſalutis in illud confugientibus; diſcurrentibus flammis cum eis conſumptum eſt; ſed non multo poſt ab eodem Rege conſtructum, & competentibus prædijs ampliatum. Poſt hanc reſtitutionem, ſub aduentum Normannorum in Angliam *Abendoniæ cuidam Abbati* (ſic habet Twynus noſter ex libro Frideſwidæ) *Eccleſia illa cum poſſeſſionibus ſuis, à quodam Rege donata fuit. Spoliati igitur bonis ſuis, & ſedibus expulſi Canonici ſeculares memorantur, & Monachis res addicta per aliquot annos, eorum diſpoſitioni ſeruiuit. Poſtea (ſicut ſe habent res mortales) Regis cuiuſdam beneficio, Canonicis præfatis ſua ſunt reſtituta, & vſq; ad annum incarnationis Domini* 1122. *eidem Eccleſiæ præfuerunt. Quo tempore* (inquit Malmesburienſis, Pariſienſis habet 1111.) *pauciſſimis ibi Clericis qui pro libitu viuerent, reſiduis, datus ille locus à Rogero Saleſbirienſi Epiſcopo Guimundo excellentis literaturæ & non aſpernandæ religionis Canonico: Qui non inoperoſe commiſſo inſudans muneri, multos ibi Canonicos regulariter victuros Deo exhibuit.* Cæterum dictus Frideſwidæ liber, donationem illam ipſi Regi aſcribit, & eius huiuſmodi memorat occaſionem. *Anno Dom.* 1122. *Henrici vero Regis* 22. *Guimundus videns quod Rex Clericos ſuos fere illiteratos in Epiſcopos promoueret; alys dignitates, alijs redditus non modicos conferens. ſibi litaratus cum eſſet, & integra opinionis, nihil præter victum & veſtitum à Rege donari: Indignans ſuper hoc, die Rogationum cum Rex miſſam audiret, ipſe lectionem propheticam in qua ſcriptum eſt, Non pluet ſuper terram annos* III. *& menſes* VI. *ſic pronunciando legit, Non pluet ſuper terram annos* I. I. I. *& menſes* V. I. *diſtinguendo notas, Clericis omnibus ſuper hoc admirantibus, ipſumque ſubſannando deridentibus. Increpatus igitur poſt miſſam à Rege, & interrogatus quare ſic feciſſet ſubridendo reſpondit, Quia vos, ſic legentibus Epiſcopatus & Eccleſiaſtica beneficia confertis. Ideoque ſciatis me de cætero ſoli Chriſto Regi Regum ſummo ſeruiturum, qui ſibi ſeruientibus, non ſolum temporalia beneficia largiri nouit, ſed & æterna. Ex qua reſponſione confuſus Rex, Eccleſiam S. Frideſwidæ Oxon: ad Capellam ſuam ſpectantem cum omnibus pertinentijs ſuis ei dedit, qui mox electis inde Canonicis ſecularibus,*

ribus, qui vſque ad id tempus eidem Eccleſiæ præfuerunt, regulares ſibi Canonicos congregauit, quorum ipſe primus Prior extitit; dictam Eccleſiam fœliciter regens annis 19. Ab eo iam tempore à Canonicis Regularibus inſeſſum fuit hoc Collegium, donec anno 1524. Wolſęo Cardinali facultas data eſt, novum Collegium ibi loci ſtudioſis condendi, cui nondum perfecto nomen impoſuit *Collegij Cardinalitij*. Illo vero paulo pòſt corruente, Henricus Rex, vt fundationis huius gloriam ad ſe trāsferret, *Collegium* appellavit *Henrici Octaui*. Sed mutato dein conſilio, cum decreuiſſet Sedem Epiſcopalem hic collocare (neglecta Oſneia, quam in Eccleſiam Cathedralem modo erexerat, indito nomine *B. Mariæ de Oſney*) vt vna fidelia (quod aiunt) duos parietes dealbaret; ex prædijs à Cardinale comparatis (ſi non & exilioribus & deterioribus) præter ſtudioſos centum, Decano, Præbendarijs 8 Miniſtris aliquot ſacrorum, & pauperibus 24. ſtipendia hìc aſſignavit; Epiſcopo etiam latifundijs attributis quæ nunc poſſidet, & tunc nuncupari ordinavit, *Eccleſiam Chriſti Cathedralem Oxon. ex fundatione Regis Henrici Octaui.*

1 ROBERTVS KING.

ROBertus King. S. Theologiæ Doctor, Oxonienſis Academiæ alumnus, eiuſdem Epiſcopus primus fuit, & Cœnobij Oſneienſis Abbas poſtremus. Qui Oſneiæ inſtallatus eſt anno 1541. vnde poſt quinquennium (anno nimirum 1546.) ad Collegium antedictum ſedes tranſlata eſt. Dum illi Cœnobio Abbas præeſſet, vmbratilem Epiſcopatum adeptus, Archiepiſcopo Athenienſi (ſi dijs placet) Suffraganeus in Epiſcopum conſecratus fuerat. Inde huc tranſlatus, ſedit annos 16. & Decemb. 4. 1557. defunctus, ab Aquilonari parte ſummi altaris conditus, in tumulo iacet parieti inſerto cui hæc verba legimus inſcripta: 1541. *Hen.* 8. 33.

Hic iacet Robertus King S. Theologiæ profeſſor, & primus Epiſcopus Oxon. qui obijt 4. *die Decembris* 1557.

2.

2. HVGO CVRWYN.

1567. *Eliz.* 11. HVgo Curwin vel Coren Legum Doctor Oxonienſis, ex Archidiacono Oxonienſi & Decano Hereſordenſi, Archiepiſcopus Dublinenſis & Hiberniæ Cancellarius creatus eſt. Quæ munera multo honoratiora, huius ſedis quieti poſtponens, huc ſe curavit transferri Octob. 14. 1567. vbi cum annum duntaxat vnum ſediſſet, Swinbrochiæ deceſſit prope Burfordiam & in Eccleſia parochiali ſepultus eſt ibidem Novemb. 1. 1568.

3. IOANNES VNDERHIL.

1589. *Eliz.* 33. ANnos totos 20. poſt obitum Curwyni, Epiſcopo caruit hæc ſedes. Elizabethæ Reginæ viſum tandem, in Ioannem Vnderhillum eam conferre, Capellanum ſuum, Sacræ Theologiæ Doctorem, & Collegij Lincolnienſis Rectorem. Conſecratus menſe Decembri 1589. exceſſit è vivis ſub initium Maij 1592. & in medio chori verſus orientem iacet humatus.

4. IOANNES BRIDGES.

1603. *Iacob.* 2. PEr annos poſtea vndecim vacavit hæc ſedes. Iacobus Rex noſter ſereniſſimus, initio ſtatim regni ſui, præſulem huius Eccleſiæ renunciavit Ioannem Bridges Sacræ Theologię Doctorem, Sariſburienſem Decanum, & Aulæ Pembrochianæ Cantabrigiæ olim ſocium, qui Februarij 12. 1603. conſecratus eſt.

Valet hic Epiſcopatus annuatim ſecundum rationes fiſcales 354. *li.* 16. *ſ.* 3. *d.*

DE

CATALOGVS EORVM QVI ECCLESIÆ Cathedralis prædictæ Decani extiterunt.

VIGENTE ADHVC PRIMA FVNdatione, hij duo.

1. Ioannes Higdon, quem etiam Brianum(ni fallor)nominatum comperi.
2. Doctor Moore.

Illa antiquata,post recentiorem hanc institutam, isti.

1. Ioannes Oliuer.
2. Richardus Cox, Elienſis poſtea Epiſcopus.
3. Richardus Marſhall.
4. Georgius Carow..
5. Thomas Samſon, propter Puritaniſmum exauthoratus.
6. Thomas Godwin 1564. Decanus Cantuarienſis deſignatus 1566. & Bathonenſis ac Wellenſis Epiſc. 1584.
7. Thomas Couperus 1566. In Lincolnienſem Epiſcopum conſecratus 1570. Wintoniam poſtea tranſlatus eſt.
8. Ioannes Piers 1571. Conſecratus in Epiſcopum Roffenſem 1576. inde Sarisburiam primum tranſlatus eſt, ac mox Eboracum.
9. Tobias Matthew 1577.Dunelmenſis Eccleſię Decanus creatus 1584. ad Epiſcopatum eiuſdem anno 1594.electus, Eboracum tranſlatus eſt 1606.
10. Gulielmus Iames in vtroq;illi ſucceſsit Decanatu, necnon etiam in Dunelmenſi Epiſcopatu.
11. Thomas Rauis 1594. Conſecratus in Epiſcopũ Glocestrenſem 1604. Londinum tranſlatus eſt 1606.
12. Ioannes King 1605. Conſ.in Epiſcopum Londinenſem 1611.
13. Gulielmus Goodwin. 1611.

DE

DE EPISCOPIS GLOCESTRENSIBVS.

OSricus Northumbriæ Rex, Monialibus cœnobiũ condidit Gloceſtriæ circam annũ 700. Kineburga, Eadburga & Eua, Merciæ omnes Reginæ, ſibi mutuo ſuccedentes, Abbatiſſæ ibidem munus perfunctę ſunt. A Danis id vaſtatum & deletum, deſertũ iacuit, ad tempora vſq; Aldredi Eboracenſis Archiepiſc., qui circa annũ Domini 1060. refecit, monachis compleuit, & Eccleſiam magnificam à fundamentis excitauit, vbi dioceſis illius Cathedram Epiſcopalem Henricus 8. collocauit, aſſignatis prædijs ad Epiſcopi, Decani, & ſex Præbendariorum ſuſtentationem.

1. IOANNES WAKEMAN.

1541. *Henr.* 8. 33. GLoceſtrenſis Epiſcopus primus (nouæ ſaltem huius fundationis) Ioannes Wakemannus perhibetur, Abbas Teuxburienſis, qui conſecratus eſt Sept. 20. 1541. Tumulum is ſibi viuus conſtruxerat Teuxburiæ, in capella quæ à ſummo altari ad ortum hibernum ſita eſt. Corpus vero eius Worthingtonæ (vbi ſub initium Decembris 1549. deceſſit) humatum accepi.

2. IOANNES HOOPER.

1550. *Edw.* 6. 5. IOannes Hooper⁹, Oxonienſis Academię alumnus in Epiſcopum Gloceſtrenſem conſecratus eſt Martij 8. 1550. accepto etiam (Edwardi Regis dono) Wigornienſi, multo opulentiori Epiſcopatu, quem ſimul cum Gloceſtrenſi (per eiuſdem Regis diſpenſationem) tenuit. Multum interea is deſudarat in Bonero Londinenſi accuſando; quę res (vt credibile eſt) illi poſtea vertit in perniciem. Statim enim vt regnum adepta eſt Maria, Londinum accerſitus, in carcerem coniectus, & hęreticus tandem iudicatus eſt. Sub Henrico Rege multum temporis in Germania conſumpſit (vbi Burgundam

gundam quandã duxit vxorem) & inter multos alios doctos pioſq; viros, familiaritate præcipue vſus eſt Henrici Bullingeri, cui ob eruditionem non contemnendam, morumq; tam ſanctitatem quam ſuauitatem, percharus fuit. Ad mortem damnatum placuit Gloceſtriam ablegare, vt ibi plecteretur, vbi plurimum peccaſſe viſus, errorum ſemina iaciendo; ipſo non parũ lętante, occaſionem datam, veritatem doctrinæ, effuſi ſanguinis teſtimonio confirmandi, ſub oculis illorum, quorum auribus, ſe prędone, toties ea inſonuerat. Ibi igitur rogo impoſitus & viuus crematus, ignis cruciatum, magna animi conſtantia pertulit, nimirum Februarij nono 1555.

3. IACOBVS BROKES.

IAcobus Brocus S. Theologię Doctor (qui in collegio Corporis Chriſti Oxoniæ educatus, Balleolenſis Præfect⁹ ſiue magiſter extiterat) Hoopero ſucceſſor datus eſt à Maria Regina. Quomodo Papæ delegatus, viros illos inſignes & martyres ſanctiſſimos, Cranmerum, Ridleium & Latimerum ad mortem is damnarit, ſupra à me narratum eſt. Mortem obijt ſub initium Februarij 1559.

4. RICHARDVS CHEINEY.

RIchardus Cheynæus S. Theologię Baccalaureus è Cantabrigienſi Academia, Luthero addictior (fortaſſe quã par erat) in ſynodo, Maria regnũ auſpicante, Pontificijs tum Papiſmũ reſtaurantib⁹, magno animo ſe oppoſuerat, quod ipſi perinde ac alijs non fuiſſe exitiali, miror. Conſecratus Aprilis 19. 1562. prędfuit huic Eccleſię ſimul ac Briſtolienſi, (quam rexit commendatari⁹ per Reginę diſpenſationem) annos plus minus 16. & decedens anno 1578. in eodem crypto conditus eſt quo Parkerus, Gloceſtrenſis Abbas poſtremus, cuius tumulum videmus in ſacello, quod à ſeptentrionali parte Presbyterij ſitum eſt, è regione fere Cathedrę Epiſcopalis. 1562. *Eliz.* 5.

5. IOANNES BVLLINGHAM.

IOannes Bullingham ſacræ Theol. Doctor, Magdalenenſis collegij Oxonię alumnus, ad hanc ſedem conſecratus eſt Sept. 3. 1581. cum annos ferme tres ea vacaſſet, data etiam in 1581. *Eliz.* 24.

in Commendam Briſtolienſi, quę tamen anno 1589. erepta eſt. Deceſsit circa diem viceſimum Maij 1598.

6. GODFRIDVS GOLDSBOROVGH.

1598. *Eliz. 41.* GOdfridus Goldsborough ſacrę Theologiæ Doctor, Archidiaconus Wigornienſis, conſecratus eſt Nou. 12. 1598. Socius aliquando collegij Trinitatis Cantabrigiæ, & gratitudinis ergo legauit moriens eidem collegio argentum cælatum non parui pretij. Obijt Maij 26. 1604.

7. THOMAS RAVIS.

1604. *Iac. 2.* THomas Rauis S. Theologię Doctor, ædis Chriſti Oxonię alumnus primum, ac mox Decanus, conſecratus Martij 19. 1604. Londinum tranſlatus eſt 1607.

8. HENRICVS PARRY.

1607. *Iac. 5.* HEnricus Parry S. Theol. Doctor, ſocius olim collegij Corporis Chriſti Oxoniæ, conſecratus Iulij 12. 1607. exeunte Septembri 1610. Wigorniam tranſlatus eſt.

9. ÆGIDIVS TOMSON.

1611. *Iac. 9.* ÆGidius Tomſonus S. Theologię Doctor, Windeſorenſis Decanus & collegij Omnium animarum Oxoniæ aliquando ſocius, conſecratus Iulij nono 1611. vna cum Roffenſi Buckrigio, primo prælulatus anno non dum expleto, morte immatura ſublatus eſt Iunij 13. 1612.

10. MILO SMITH.

1612. *Iac. 10.* MIlo Smith ſatræ Theologiæ Doctor, Herefordenſis Eccleſiæ Canonicus Reſidenſarius, qui primum in collegio quod ab Æneo naſo nomen habet, deinde ædis Chriſti capellanus, Oxoniæ multos per annos bonarum literarum ſtudio gnauiter incubuit, in huius Eccleſię Antiſtitem ſacrat⁹ eſt Sept. 20. 1612. poſtquam in ſacrorū Bibliorum verſione, vna cum alijs aliquot viris doctiſsimis vtiliſſimam nauaſſet operam.

Valet Epiſcopatus Gloceſtrenſis (ſecundum rationem fiſcalem) 315. l. 17. s. 2. d.

DE

Digitized by Google

DE EPISCOPIS PETROBVR-GENSIBVS.

CIuitatem Petroburgenſem ab Auſtro præterlabitur fluuius, Nen ab incolis nuncupatus, Latinè Auona, in cuius medio gurges eſſe perhibetur profunditatis non credēdæ, quę propter latices ibi perpetuò ſcaturientes, gelu nunquam adhuc potuit cōſtringi. Hic ſiue fons, ſiue gurges, Medeſwell antiquitus conſueuit appellari, & inde ciuitas adiuncta Medeſ-well-hamſtead, & Medeshamſtead, *quæ poſtquam Kenulfus Abbas locum muro erexit* (ſic loquitur Malmesburienſis) *à ſimilitudine vrbis Burgh vocata eſt* & nobis hodie Peterburgh, propter Monaſterium ibi loci D. Petro olim conſecratum. Peada filius Pendæ, Merciorū Regum primus qui Chriſtianam religionem amplexus eſt, Cœnobium illic anno Chriſti 656. molitus, per vxoris malas artes è medio ſublatus eſt, antequam ad vmbilicum opus perducere potuerit. Quod Wolferus frater & ſucceſſor tantum abfuit, abſolui curauerit, vt in Gentilium ſuperſtitionibus colendis pertinax, Wolfalum & Ruffinum filios proprios necauerit, nullam aliam ob cauſam, quam quod Chriſtiani extitiſſent. Poſtea tamen ex ſpiritus ſancti gratia adeo cor illi immutatum, vt ipſe Chriſtianus factus, & pœnitentia ductus ob paricidium tam immane; in recipiſcentiæ teſtimonium Cœnobium antedictum, magnificentiſſimè decreuerit extruere, quod reuera præſtitit, à fratre Ethelredo multum adiutus, necnon à Keneburga & Keneſwitha ſororibus, quæ (vt aſſerit Malmesb.) in Eccleſia ibidem iacent conditæ. Hoc Cœnobium, honori dicauit Diui Petri; & Abbatem præfecit eidem Saxulfum quendā (in Lichfeldenſem Epiſcopum poſtmodum aſſumptū) qui operis aggrediendi author illi iampridem fuerat. Annis tum plus quam ducentis, in ſumma omnium rerum affluentia hoc Cœnobium efflorescens, à Danis tandē deletum eſt, qui ædificijs euerſis, à Wolphero tan-

tis sumptibus erectis Monachos partim fugarunt, partim morte affecerunt. Ab eo tempore desertum iacuit per annos plus minus centum. Ethelwoldus tandem (Monachismi summus patronus)circa annum 970. restaurauit; qui Oundaliæ in Comitatu Northantonensi Cœnobium condere aggressus, de huius loci opportunitate admonitus, structuram Oundaliæ cœptam in Parochialem conuertit Ecclesiam & *Monasterium hic constrnxit, adeo elaboratis sumptibus* (inquit Malmesburiensis) *& ampliatis possessionibus, vt pene tota circa regio illi subiacuerit.* Hoc in opere perficiendo auxilium illi tulerunt Eadgarus Rex,& Adulphus Regis Cancellarius, qui ægerrimè ferens quod filiolus(quem vnicum habebat)ab eo & vxore in somno suffocatus esset; vniuersas opes in huius Monasterij restauratione effudit,mundo valedixit,& renouati Monasterij factus est Abbas. Iam inde multis opibus & magnis priuilegijs celeberrimum fuit vsque ad parentum nostrorum tempora,quando Henricus 8. Monachos vbique exturbauit. Huic visum, Lincolniensem diœcesim, spatiosam nimis, arctioribus finibus circumscribere, detractis inde comitatibus, Oxoniensi (quem nouus Episcopus regeret, Oxoniensis dictus) ac deinde Northantonensi & Rutlandensi,quibus Episcopus itidē præesset Petroburgi collocandus, Decano etiam constituto ibidem & 6. Præbendarijs.

1541. *Heur.* 8. 33.

1. IOANNES CHAMBERS.

NOuæ huiusce fundationis Episcopus primus,fuit Abbatum Petroburgensium postremus, Ioannes Chambers Medicinæ Doctor, Collegij Mertonensis Oxoniæ alumnus, & Collegij S.Stephani Westmonasterij aliquando Decanus, qui consecratus est Octob. 23. 1541.

1557. *Mar.* 5.

2. DAVID POOLE.

DAuid Poole Legum Doctor, socius olim Collegij Omnium Animarum Oxoniæ, Arcuatæ curiæ Decanus, Derbiensis Archidiaconus, & Diœcesis Couentrensis ac Lichfeldensis Cancellarius, cōsecratus Augusti 15.1557.ante

te biennium exactum ſub Elizabetha Regina exauthoratus eſt.

3. EDMVNDVS SCAMBLER.

EDmundus Scambler conſecratus Feb. 16. 1560. anno 1584. Norwicum tranſlatus eſt. 1560. *Eliz.* 3.

4. RICHARDVS HOWLAND.

RIchardus Howland ſucceſſit, ſacræ Theologiæ Doctor & Collegij S. Ioannis Cantabrigiæ Præſes, qui menſe Iunio deceſſit 1600. 1584. *Eliz.* 28.

5. THOMAS DOVE.

THomas cognomento Doue (quod Anglicè Columbam ſonat) Norwicenſis Decanus, Aulæ Pembrochianæ Cantabrigiæ alumnus & Elizabethæ Reginæ à ſacris, ſub exitum anni 1600. conſecratus eſt: Ea vir facundia ac eruditione, vt Regina antedicta, cum concionantem audiuiſſet, palam ſtatim pronunciarit columbam hunc, niſi gratia illius inſpiratum qui columbæ olim ſpeciem aſſumpſit, ſic loqui neutiquam potuiſſe. 1600. *Eliz.* 41.

Valet annuatim hic Epiſcopatus ſecundum rationes fiſcales 414. li. 19. s. 11. d.

DE EPISCOPIS BRISTOLIENSIBVS.

ROBertus Fitz-Harding cognominatus, quod patrem habuerit Hardingum Danorum Regis filiũ, cum ciuis esset Bristoliẽsis & eiusdẽ ciuitatis nonnunquam (vt ferunt) Prætor, Monasterium condidit D. Augustino sacrum prope dictam ciuitatem, & in eo Canonicos regulares collocauit anno 1148. Hanc fundationem confirmauit & prædijs auxit Henricus secundus Rex, apud quem tam gratiosus fuit conditor eiusdem, vt matrimonio iungendum curauerit cum vnica filia Baronis de Barkley, à quibus Barones Barkleij moderni perpetua serie stemma deducunt: Eamque ob causam illorum quamplurimi, non alibi quam in Ecclesia dicti cœnobij, sepultura condi voluerunt. Hanc in Cathedralem conuertit Henricus 8. Cœnobij prædijs partim Episcopo, partim Capitulo concessis, quod ex Decano & sex Præbendarijs constare volebat. Diocesim vero nouæ sedi assignauit, præter vrbem ac Decanatum Bristolienſem, sub alio quasi sole iacentem Comitatum Dorsetensem.

1. PAVLVS BVSH.

1542. *Henr.* 8. 34. PAulus Bush è gymnasio Oxoniensi S. Theologiæ Baccalaureus, Monachorum Prouincialis qui boni homines appellati sunt (vir in studio tam Medicinæ quam Theologiæ probe versatus) cum scriptis editis non paucis, eruditionis specimen edisset; in Episcopum Bristolienſem consecratus est Iunij 2. 1542. sub Maria Regina Præsulatu exactus quod vxorẽ duxisset, paucis ante ipsam diebus, ab hac luce infœliciter subtractus est. Tumulatus est ab Aquilonari parte Chori è regione sedis Episcopalis, vbi monumẽto non ineleganti hæc verba leguntur inscripta.

Hic iacet D. Paulus Bush, primus huius Ecclesiæ Episcopus, qui obijt 11. *die Octobris Anno Domini* 1558. *ætatis suæ* 68. *cuius animæ, &c.*

2.

Digitized by Google

2. IOANNES HOLYMAN.

IOannes Holyman, Monachus olim Readingensis, in Collegio vero Wiccamico Oxoniæ educatus, Episcopus Bristoliensis à Maria Regina, superstite adhuc antecessore designatus, circa idipsum tempus quo ille, excessit è viuis. 1554. *Maria* 1.

3. RICHARDVS CHEYNEY.

RIchardus Cheineius, sacræ Theologiæ Baccalaureus (de quo antea inter Gloecestrenses) in Gloecestrensem Episcopum consecratus Aprilis 19. 1562. Bristoliensis etiam Commendatarius constitutus est. Obijt anno 1578. 1562. *Eliz.* 5.

4. IOANNES BVLLINGHAM.

IOannes Bullingham Gloecestrensis quoque Episcopus, Bristoliensem Ecclesiam similiter per dispensationem administrauit ad annum 1589. quando Reginæ visum Bristoliensibus proprium dare Antistitem. 1581. *Eliz.* 24.

5. RICHARDVS FLETCHER.

RIchardus Fletcher sacræ Theologiæ Doctor, Petroburgensis Decanus, Collegij Corporis Christi Cantabrigiæ aliquando socius, consecratus est in Episcopum Bristoliensem (superstite adhuc Bullinghamo) Decemb. 14. 1589. cum sedes (nisi quatenus à Commendatarijs administrata est) vacasset annos 32. Exeunte anno 1593. Londinum translatus est. 1589. *Eliza.* 33.

6. IOANNES THORNBOROVGH.

IOannes Thornborough sacræ Theologiæ Baccalaureus, Episcopus Limbricensis in Hibernia, & Eboracensis simul Decanus, Magdalenẽsis Collegij quod est Oxoniæ alumnus, huc translatus est (Decanatu per dipensationem retento) anno 1603. 1603. *Iacob.* 1.

Bristoliensis Episcopatus annui census secundum registrum fiscale, valent 383. li. 8. s. 4. d.

DE EPISCOPIS WEST-MONASTERIENSIBVS.

I. THOMAS THIRLBY.

SIlentio hic non duxi prætereundum, Henricum octavum quando in animum induxisset ex Cœnobiorum eversorum spolijs partem aliquam Deo consecrare, nouos Episcopatus aliquot, in locis oportunis constituendo; cathedram Episcopalem Westmonasterij collocasse (quod ciuitatis Londinensis quasi suburbium propter propinquitatem censeri posse videtur) & Thomam Thirlby Episcopum primum (qui & postremus fuit) ibidem instituisse. Ecclesiæ patrimonio hic dilapidato, Norwicum translatus est, anno 1550. cum ad hanc novam sedem fuisset consecratus Dec. 19. 1540. Postea sub Maria Regina Episcopus evasit Eliensis anno 1554. Post illius discessum, Monachis Benedictinis Ecclesiam iterum replevit Maria, Abbate illis præposito Ioanne Fecknamo, Ecclesiæ Paulinæ Decano. Elizabetha vero Reginâ, eiectis denuo Monachis authoritate parlamentaria, in collegiatam convertit Ecclesiam, à Decano regendam. Quo munere ab eo tempore sunt perfuncti, quorum subiunxi nomina.

1. Gulielmus Benson Abbas postremus, fuit primus huius Ecclesiæ Decanus.
2. Richardus Cox S. Theol. Doctor.
3. Hugo Weston S. Theol. Doctor.
4. Ioannes Fecknam Abbas.
5. Gulielmus Bill S. Theol. Doctor. 1560.
6. Gabriel Goodman S. Theol. Doctor. 1561.
7. Lancelottus Andrews S. Theol. Doctor. 1601.
8. Richardus Neile S. Theol. Doctor. 1065.
9. Georgius Mountayn S. Theol. Doctor. 1610.

Reditus annui cœnobij Westmonasterienſis cum ſupprimeretur, erant, 3977. li.

DE

DE EPISCOPIS MENEVENSIBVS.

HIstorici omnes Britannici (ceu rectius fortaſſe dixerim Wallici) in hoc conveniunt (ſed vtrum etiam cum veritate, non pronuncio) quo primũ tempore Chriſtiana religio in hac inſulę parte recepta eſt quæ nunc Anglia appellatur; Epiſcopis 28. ſedes conſtitutas, interq; eas Archiepiſcopis tres, Lõdinenſi, Eboracẽſi, Carlegionẽſi. De Londinenſibus antea ſuo loco diximus. Carlegione vero, tẽpore famigeratiſſimi illius Arthuri (de quo tam incredibilia narrãtur à noſtris, vt falſa intermixta, veris fidem derogantia, meritiſſima laude defraudarint virum hauddubie inſignem & æterna memoria digniſſimum) ſediſſe perhibetur Dubritius, eumq; matrem habuiſſe Eurdilam, fœminam nobiliſſimam, quæ verò patris nomen nunquam voluerit edere. *Pubeſcentibus annis* (inquit Balęus, ex Lelando opinor) *maximum apud Britannos hic obtinuit nomen. Nam iuuenis adhuc, ſcientijs & moribus ſe tantum honeſtabat, vt non ex adiacentibus vrbibus ſolum, ſed etiam ex remotis regionibus, diſcipulos habuerit non paucos. Huic cœtui ſcholas erexit ad Vagæ fluminis ripam, quibus aſſidua lectione multis annis præfuit, ac Theliaum, Sampſonem, & Aidanum obaudientes habebat. Interim non omiſit feriatis diebus ſalutaris verbi pabula populis miniſtrare, Pelagiana dogmata vehementer improbans. His atq; alijs pietatis officijs*, emeruit, vt à Germano & Lupo Epiſcopis Gallicis (quos accerſierat Aurelius Ambroſius Rex, vti hæreſim Pelagianam inter nos tum pullulantem, extirpandam curarent) Epiſcopus Landavenſis conſtitueretur; vnde ſedem tranſtulit ad vrbem quæ hodie Carleona dicta, tum civitas Legionum appellata eſt, à ſecunda Legione Auguſta, quæ ſeculo Romano, ibi loci conſuevit hibernare, & Cambriæ tunc erat Metropolis. Ibi Vtherum primò, ac mox Arthu-

rum Britannici regni Diademate (vt dicitur) insignivit. Ætate iam grandis & pastoralis officij laboribus se imparem sentiens, præsulatum abdicavit; substituto pro se discipulo quodam suo qui Dauid nuncupatus est. Migravit tandem ab hac luce Novemb. 4. anno salutis 522. & in insula sepultus est quæ tunc Enlli, nunc Bardsey nuncupata est, vbi monasticam vitam amplexus, multos annos transegerat. Ossa eius post annos sexcentos translata inde ad Landavensem Ecclesiam, per Vrbanum Episcopum ibidem ante altare B. Mariæ condita perhibentur versus Aquilonem Maij 20. 1120.

1. S. DAVID.

DE Dauide antedicto (magni Arthuri avunculo) ex Lelandianis monumentis sic habet Balæus. *Xanti, Ceretica provinciæ Comitis adulteri, filius fuit Dauid Menevensis ex Melaria virgine Vestali, qui sub Paulino & Iltuto præceptoribus doctissimis, in re literaria super coætaneos omnes ingenij perspicuitate proficiebat. Vir erat (vt in eius historia habetur) amabilis valde, vultu venustus, forma præclarus, facundus, eloquens, & quatuor cubitorum statura erectus. Et postquam decem annis sacræ Scripturæ assiduam dedisset operam, Euangelium & legem populo Christiano quasi ex buccina exposuit. Euangelij nempe textum (inquit Historia) perpetuo secum deferebat, vt ex eo ad vulgum homilias faceret & ægrotos curaret. Magnificæ doctrinæ admiratores habuit plurimos; præcipue Thelianum, Aidanum, Madwinum, Ismaelem, Paternum & Kinotum. Duodecim Monasteria construxit, ac Monachos suarum manuum laboribus viuere docuit. Et vigente adhuc post* Germani ac Lupi Episcoporum *labores Pelagiana labe, ac desperato pene remedio, ex vniuersæ gentis Synodo præsul constitutus anno Christi* 519. *diuina prædicatione ac disceptationibus publicis eandem profligauit atq; aream Ecclesiæ purgauit. Cambriæ Metropolites propterea factus, tantam cum Rege Arthuro gratiam iniit, vt ab vrbe Legionum ad suam Menevidiam Archiepiscopalem transferret sedem. Quod ita permansit ad Normannorum vsq; tempora, & omnes ab ipso, Cambrorum*

siue

ſiue Wallorum *Epiſcopi, vt à ſuo Primate conſecrationem acceperunt, adhibito deinceps nominis titulo, vt Dauidis fanum* (incolis Twi-Dewi, quod idem ſonat) *ea vrbs diceretur.* Cęterum ſi Giraldo Cambrenſi eius ſedis poſtmodum Epiſcopo credimus, *Prior ille locus, Metropolitanæ ſedi longe plus congruebat. Hic etenim angulus eſt ſupra Hibernicum mare remotiſſimus, terra ſaxoſa, ſterilis & infœcunda; nec ſiluis veſtita, nec fluminibus diſtincta, nec pratis ornata; ventis ſolum & procellis ſemper expoſita, inter hoſtiles hodie populos hinc Flandrenſem, inde Cambrenſem frequenter attrita. Ex induſtria namque viri ſancti talia ſibi delegerunt habitacula, vt populares ſtrepitus ſubterfugiendo, vitamq; eremiticam paſtorali longe præferendo, parti liberius quæ non auferetur indulgerent. Fuerat autem Dauid ſanctitate conſpicuus & religione. Inter omnia vero quæ de ipſo legũtur miracula, tria mihi videntur admiratione dignißima* (inquit ille) *De origine videlicet ipſius & conceptione, & 30. annis ante ortum prælectione; & (quod omnibus præſtat) de terra quæ apud Ereuy vidente populo & admirante, ſub pedibus prædicantis in collem excreuit.* Sic Giraldus. Epiſcopus huic ſedi præfuiſſe dicitur annos 65. vixiſſe 146. In Eccleſia ſua ſepultus eſt, & poſt annos quingentos Sanctorum Catalogo aſcriptus per Calixtum ſecundum Papam. Succeſſerunt illi, quo ordine adſcripſimus, hij qui ſequuntur.

2. Cenauc à Paternenſi ſede tranſlatus, nonnullis Kinotus.
3. Eliud qui & Teliaus.
4. Ceneu.
5. Morwal.
6. Haernunen.
7. Elwaed.
8. Gurnven.
9. Lendivord. Anno 810. Eccleſia Menevenſis per Occidentales Saxones combuſta eſt.
10. Gorwyſc.
11. Gogan.
12. Cledauc.
13. Anian. Obijt 874. & ſi Wallorum Chronicis habeamus

beamus fidem, ſucceſſorem ſortitus eſt Hubertum quendam, de quo in Giraldo aut vetuſtis illius Eccleſiæ monumentis nullam reperi mentionem.

14. Elvoed.
15. Ethelmen.
16. Elanc.
17. Maſcoed.
18. Sadermen.
19. Catellus.
20. Sulháithnay.
21. Novis.
22. Etwal.
23. Aſſer.
24. Arthuael.

Catalogum iſtum ex Giraldo deſumpſimus; à quo diverſum haberi in archivis Eccleſiæ Menevenſis lectorem celandum non duximus; ideoque ſubiunximus.

1. S. Dauid.
2. Eliud.
3. Theliaus.
4. Kenea.
5. Moruael.
6. Haernurier.
7. Eluaeth.
8. Gurnel.
9. Lendywyth.
10. Gorwiſt.
11. Gorgan.
12. Cledauc.
13. Eynaen.
14. Eludgeth.
15. Eldumen.
16. Elvaoth.
17. Maelſchwyth.
18. Madeneu.
1. Catulus.
20. Syluay.

21.

21. Namis
22. Sathveney.
23. Doythwal.
24. Asser (qui in Wallorum Chronicis totius Walliæ Archiepiscopus appellatur) patruus fuit Asserij Shireburnensis Episcopi, & obijt anno 906.
25. Athuael.
26. Sampson.

De horum plurimus ad Sampsonem vsq; præter nuda nomina vix quicquam memoratur. Illo vero sedente, huius diocesis Antistiti, septem (vt perhibent Archiua prædicta) suberant Suffraganei; Episcopi nimirum Landavensis, Bangorensis, & Assaphensis, Exoniensis, Bathonensis, Herefordensis & Fernensis in Hibernia. Hovedenus probabilius hos numerat, Landavensem, Bangorensem & Assavensem (à quibus, vna cum Menevensi, Walliæ iurisdictio hodie administratur) Wigornienſem, Herefordenſem & Ceſtrenſem, (quorum dioceſes Walliæ conterminæ, Angliæ tamen partes hodie cenſentur) ac deniq; Paternenſem in Comitatu Cardiganenſi, cuius cathedram poſtquam incolæ præſulem ac paſtorem ſuum occidiſſent, neglectam, nemo ſuſtinuit occupare. Dum hic Episcopus præſideret, morbo quodam epidemico per illam regionem ſæuiſſimè graſſante (icterum fuiſſe perhibent) Cleri pars maxima ſibi metuentes (quoniam plebis numerum permagnum ea peſtis abſumpſerat) Epiſcopo ſuo authores fuerunt, vt ad Britannos Armoricos (qui tã origine & lingua quã nomenclatura Britanni cenſebantur) vna cum ipſis migraret. Quod cum ille feciſſet, patria derelicta; Eccleſię Dolenſis paulo pòſt factus eſt Antiſtes. Attulerat ſecum illuc pallium Archiepiſcopale, iam inde à Dauide ab omnibus eius ſucceſſoribus vſurpatum; & ſucceſſoribus Dolæ Pontificibus reliquit, qui ægre & poſt longã contentionem ab eius vſura Papali authoritate depulſi, ſubiectionem tandem coacti ſunt profiteri (ſicut priſcis temporibus, ante allatum illuc pallium Meneuenſe) Turonenſi Archiepiſcopo. Hinc vero factũ eſt, vt Sampſonis Meneuiæ ſucceſſores, ſiue quod pallio orbati eſſent, ſiue propter paupertatem, aut per in-

incuriam & negligentiam ſuam, Archiepiſcopali titulo exciderint. Archiepiſcopalem tamen authoritatem ſemper exercuerunt, Epiſcopos ſuffraganeos ſuos conſecrando & alia munia obeundo, profeſſione nulla ſedi Cantuarienſi facta, ad temp° vſq; Henrici primi Regis: qua de re ſuo loco Deo volente pluribus agemus. Sampſoni vero ſucceſſerunt qui ſequuntur.

26. Ruclinus.

27. Rodherich. Wallorum Chronici perhibent Rodhericum Epiſcopum Menevenſem obijſſe anno 961. Quod ſi verum ſit, hoc ordine non eſt recenſendus.

28. Elguni.

29. Lunuerd, al: Lywarch.

30. Nergu, al: Vergu.

31. Sulhidir, al: Sulhidw & Hubertus. Obijt 942.

32. Eneuris, al: Euerus. Obijt 944.

33. Morgeneu. Hunc vnum inter omnes huius ſedis Epiſcopos qui hactenus extitiſſent, carnes guſtare auſum Giraldus author eſt; ob quod (facinus ſcilicet inauditum) pyratas à Deo vult credere immiſſos, qui carniuorum iugularent; ac deinde poſt mortem, Epiſcopo cuidam Hiberno apparentem, hac vſum voce, *Quia carnes comedi, caro factus ſum.*

34. Nathan.

35. Ieuan. Hic vnico duntaxat die Epiſcopus fuiſſe dicitur.

36. Arguſtel.

37. Morgenueth, Morgeney etiam dictus & Vrgeney, à Danis occiſus eſt anno 998.

38. Eruin vel Hernun, homo doct° & pius obijt 1038.

39. Tramerin vel Carmerin obijt anno 1055. Cum dioceſim Herefordenſem multos annos gubernaſſet ſub Ethelſtano, qui ante mortem per annos 13. occulis captus cæcus vixit.

40. Ioſeph.

41. Bleithud. Obijt anno 1070.

42. Sulgheim. Abdicauit ſponte anno 1076.

43. Abraham. Anno 1078. vrbs Menevenſis ab hoſte

neſcio

neſcio quo deuaſtata eſt ac direpta, & Abraham Epiſcopus ſeu animi ægritudine, ſeu corporis morbo extinctus. Sulgheim tunc à populariḃ exoratus, præſulatũ reſumpſit, quem tamen iterum anno 1085. deſeruit, annoq; deinde 1088. extinctus eſt; vir (vt habent Wallorum Chronica) ob pietatem, prudentiam & eruditionem, totius Walliæ ijs temporibus celeberrimus.

44. Rithmarch ſucceſsit filius eius, qui ſub patre vna cum multos alijs educatus, illius cura doctiſſimus euaſit, & tam pietate quam prudentia inſignis adeo, vt per multos annos neminem Wallia produxerit, illi (niſi forte patrem excipias) anteponendum.

45. Wilfridus (in Wallorum Annalibus Griffri ni fallor appellatus) obijt anno 1115.

46. BERNARDVS.

BErnardus Patria Normannus, Henrici primi Regis Capellanus, Reginæ Cancellarius, haud electus à Clero ſuo (ſicut hactenus conſuetum) ſed mandato Regis Epiſcopus conſtitutus, conſecratur Iulij 12. 1115. De quo ſic ſcribit Giraldus: *Bernardus, primus Francorum apud Meneuiam Epiſcopus, Eccleſiæ ſuæ iura publice proteſtans, poſt multas ſumptuoſas & graues ad curiam Romanam vexationes; demum niſi factæ profeſſionis & ſubiectionis exhibitæ Cantuarienſi Eccleſiæ, falſi teſtes, in Remenſi Concilio coram Eugenio Papa palam prodyſſent, non ineffiaciter reclamaſſet. Tribus enim fultus auxilijs, tam formidabiles tantæ cauſæ conflictus conſitenter eſt aggreſſus: Regis videlicet Henrici primi familiaritate ſubnixus plurima & fauore; tempore pacifico gaudens; & pacis ſequela ſufficienti. Adeoque quidem ex nimiæ ſecuritatis audacia, debito de iure quandoque præſumpſit, vt & crucem interdum ſibi præferri per Cambriæ fines attemptauerit. Bernardus iſte quanquam in aliquo commendabilis, pompoſitatis tamen & ambitionis vitio, trans modeſtiam notabilis fuerat. Quoniam enimuero de curia exierat, & plantatio Regis extiterat, ad Anglicanas opulentias per tranſlationem ſemper anhelans (quo morbo laborant fere ſinguli ab Angliæ finibus hic intruſi) terras Eccleſiæ ſuæ plurimas infructuoſè* 1115. *Henr.* 1. 16.

ſe penitus & inutiliter alienauit: Alias vero tam improuide dimiſit, vt vbi militaribus officijs decem terra carrucatas, 20. vel 30. manu ampliſsima largiretur; ibi diuinis S. Dauidis obſequijs & Canonicis ab ipſo miſere nimis & infœliciter inſtitutis, vix vnam, vix duas vel tres impertiret. De duabus autem ſedibus iſtis de quibus facta eſt mentio (Cantuarienſi videlicet & Menenenſi) quod mihi videtur, iuxta moderna tempora paucis ediſſeram. Illinc hodie Regum fauor, opum affluentia, ſuffraganeorum antiſtitum opulenta numeroſitas, literatorum & iuriſperitorum copia multa. Hinc autem omnium iſtorum defectus & ius remotum. Quapropter niſi per regnorum forte mutationes, rerumque viciſſitudines magnas (quæ varijs & inopinatis euentibus accidere ſolent) difficilis erit antiqui iuris recuperatio. Cum ſediſſet hic Bernardus annos 33. anno demum deceſsit 1148.

47. DAVID FITS-GERALD.

DAuid Fitz-gerald ſucceſsit illi, Cardiganenſis Archidiaconus, patruus (vt accepi) Silueſtri Fitz-Giraldi Hiſtorici, quem Giraldum Cambrenſem vulgo appellamus, quique illius in hac ſede poſtmodum fuit ſucceſſor. Hoc vero me anxium habet, quod Epiſcoporum ſui temporis faciens mentionem, illum tam leuiter pertranſit, Dauidem ſolummodo ſecundum appellans, nec cognomentum adijciens, aut de cognationis viciſsitudine memorans quicquam, id quod nunquam ſine dubio neglexiſſet ſi patruus eius reuera extitiſſet. Iſte vero quicunque tandem extiterit, deceſsit anno 1176.

48. PETRVS.

1176. *Henr.* 2. 22. PEtrus, Benedictinorum cœnobij Wenlokiæ, prior, eodem anno 1176. nondum exacto, conſecratus eſt. Eccleſia Cathedralis, SS. Andreæ & Dauidis honori dicata, à Danis aut alijs hoſtibus ſæpe fuerat euerſa; & primis huius temporibus in ruderibus ſuis iacebat fere ſepulta; donec ille conatu laudatiſſimo, ingenti ſumptu eam refecit, ita vt Eccleſiæ quam nunc cernimus conditor haud iniuria poſſit cenſeri. Quam diu

Digitized by Google

diu ſederit non comperi. Coronationi certe Richardi primi Regis interfuit Sept. 2. 1189.

49. GALFRIDVS.

GAlfridus Canonicorum Regularium Lanthonenſis cœnobij Prior, opera Huberti Cantuarienſis Archiepiſcopi in hac ſede collocatus eſt. Obijt anno 1198.

50. SILVESTER GIRALDVS.

SIlueſter Giraldᵘˢ, vel potiᵘˢ Giraldides, à patria Giraldᵘˢ Cãbrenſis vulgo appellatᵘˢ, Academię noſtræ Oxon. (vt accepi) alumnus, Tinbeiæ in Comitatu Pẽbrochienſi, genere ortᵘˢ eſt nobiliſsimo, Mauricio nẽpe prognatᵘˢ, Giraldo de Winſor qui arcem condidit Pembrochianã, & Neſtæ (ſororis Griffini Auſtralis Walliæ Principis) filio. *Qui dum adhuc adoleſcens eſſet* (Balæum audis) *ſtatura procerus, facie & forma nitidus, ac doctrina præclarus, Baldwino, Gualoni, Serloni & aliis viris doctiſsimis familiaris fuit. Per totam Europam literas quæſiuit; & poſt ingentes ea in re labores, Lutetiam perueniens, artium ſcholas publicas illic in Anglorum collegio rexit. Per triennium quoque auditor Theologorum effectus totam fere ſcripturam poſtea expoſuit. Omnium bonarum literarum gloria celebris factus, cœpit apud Henricum Regem magnus eſſe, atq; filio ſuo Ioanni in Hibernia à ſecretis & à ſcriptis, cui & gratiſſimᵘˢ ſemper erat. Dum inclitus ille Princeps rebellantes Hibernos patriæ imperio ſubigeret, aderat eius lateri Giraldus, vt omnem peragraret ac deſcriberet regionem. Similes poſtea labores in Cambria, atq; vniuerſa Anglia ſuſcepit, Baldwino præfato Cantuariorum Archipræſuli comes adiunctus*, non ſolum in Cambria luſtranda, ſed in expeditione Hieroſolymitana. *Sunt qui illum putent Archidiaconum Landauenſem fuiſſe; ſed conſtat Breconiæ ac Meneuiæ illum Archidiaconum extitiſſe; Tandemq; à Canonicis eius Eccleſiæ rite in Epiſcopum Meneuenſem electus, Romam eius rei gratia petijt anno* 1200. *Sed dum illic ſollicite tractaret de Metropolitano ſuæ Eccleſiæ iure contra Hubertum Cantuarienſem Archiepiſcopum & ad eius inuectiones in pleno conſiſtorio reſpon-*

deret,

deret, competitore quodam ſtrenuè per pecuniam agente (ſunt enim omnia venalia Romæ) cauſa & dignitate cecidit. Eſt tamen eius nomen ob id in decretis Romanorum Pontificum celebre. Libros edidit pluſquam octoginta ab eodem Balęo recenſitos. Inter cæteros tres perſcripſit de inſtitutione Principis, in quorum præfatione, queritur de ingratitudine Regis, qui ſpe diu lactatum, prouehendum cum hucuſq; non curauerat; necnon de infelicitate ſua, quod ab Anglis contemneretur tanquam Wallus, & Wallis ſuis non tantum ſuſpectus eſſet, ſed & inuiſus, quod Anglico patre natus, diutina inter Anglos mora, iam in Anglũ tranſiſſe videretur. Sed quid ni integrũ locum tranſcribã, qui ſic habet? *Ad Curiam à ſtudio* (inquit ille) *peccatis exigentib⁹, à Rege vocat⁹ (cui nihil min⁹ menti quã mentiri, nihil deſiderio magis quam decipere, quã differre, quam ſequentium animos & obſequentiũ, dilationib⁹ cruciare) circa eundem eiuſq; defuncti filiũ atq; hæredem, & vitã non vitioſũ, irreparabili damno duo fere luſtra conſumẽs, nihil ab illis præter inanes vexationes & vacua veris promiſſa ſuſcepi. Si quid enim gratia morũ granitas, ſi quid litera, ſi quid induſtria conferre potuit; id totum ſuſpectum, totũ infeſtum, totũ exoſum Wallia nomen ademit. Tres enim naturæ partes, quanquã ab Anglis & Normannis linea contraxerim originali, totamq; præterea conuict⁹ (à quo & mores formantur) vim, partem & proprietatem longam quoq; commorandi conſuetudinem, quæ & alteram ſibi naturam comparare ſolet; Ex quarta tamen parentalis propagationis columna, & poſt tertiam prima tanquã genialis quadriga rota a Troiana nobilitate cõtracta, totũ i. fici, & modico quaſi fermento maſſã corrumpi, ſemperq; in elationem extolli gens inimica coniectat. Vnde quoniam & inter Anglos (vt diximus) noſtra tam morum inſtitutio fuerat, quam conuerſatio; in Cambria vero natio reperta eſt & cognatio; compactum eſt ex his & confectum, vt vterq; populus, me ſibi tanquã alienum reputans & non ſuum, ſemper oculo reſpexerit nouercali. Alter ob hoc ſuſpectum habens & alter exoſum. Acceſſit & aliud inter incommoda, quod ſi quid à nobis egregie dictum vel geſtum fuerit; ſtatim quoad licuit, aut illud inuidia ſuppreſſit, aut malitia peruertendo corrupit, in huiuſmodi plerunque verba*

verba prorumpens, A Cambria poteſt ne aliquid boni eſſe? Sin autem (humanis vt mos eſt exceſſibus) aut pes à linea quandoq; titubare, aut à litera vel ſyllaba cadere lingua videbatur, in medijs quoque & indifferentibus, nec laude dignis nec vituperio; ſtatim hoſtilis irriſio, cum exclamatione, Cambriæ vitium exprobrauit, tanquam patriæ cognata fuerit enormitas, & innata. Mihi vero viſum eſt, & indubitata veritate compertum, quod ſicut nonnullos regio compoſita malos educat, & incompoſitos; ſic aliquẽ interdũ regio barbara bonũ producere poſſit & eruditum: Quia non tam locus perſonam quam perſona laudabilis locũ illuſtrat. hæc ille. *Proditionis ſemel, licet ſycophanticè & falſè, à perfido quodam Ciſtercienſi Monacho* (cui nomen Wiberti) *accuſabatur. Sed eius rei periculum, Deo donante vir eruditus ac pius euaſit.* ſic Balæus. Vixit vltra ſeptuageſimum vitæ annum & mortuus, in eccleſia ſua ſepultus eſt.

51. IORWERTH.

IOrwerth, nonnullis Edwardus, neſcio cuius cœnobij Abbas, conſecratus eſt anno 1215. In pace conficienda inter Flandros ſuæ dioceſis & Leolinum Walliæ Principem, multum deſudauit anno 1219. 1215. Ioan: 17.

52. ALSELMVS.

IAnuarij 28. 1228. hæc ſedes vacauit. Poſtea vero Alſelmo cuidam commiſſam, habeo compertum. Dolore contabeſcens ob deuaſtatam bellicis populationibus patriam, anno 1247. deceſſit, vt habet Pariſienſis, qui pergens, de ſucceſſore eius ſcribit quæ ſequuntur. 1247. Hen: 3. 31.

53. THOMAS.

VAcante igitur ſede Meneuenſi, poſt innumeras Walliæ tribulationes, per bellum & Principum eorum mortem; electus eſt in eundem Epiſcopatum M. Thomas, cognomento Wallenſis, eo quod in Wallia fuerat oriundus, Lincolnienſis eccleſiæ Archidiaconus. Cui electioni, licet Epiſcopatus pauperrimus extitiſſet, conſenſit, tum propter Epiſcopum Lincolnienſem qui Canonicos ſuos ſuperauerat, tum propter hoc, quod in natali patria ad curam vo-

cabatur (& ad dulcedinem originis ſuæ quilibet naturaliter attrahitur) tum vt miſeros compatriotas ſuos ſua preſentia, conſilio & auxilio conſolaretur. Cui etiam electioni D: Rex gratanter conſenſit, & electum acceptauit, non multum conſtituens ſuper hoc difficultatis, cum exilis fuerat epiſcopatus. hactenus Pariſienſis. Thomas vero antedictus anno deceſſit 1255. conſecratus 1247. 7. Cal. Aug: Cantuariæ.

54. THOMAS CARREN.

DE Thoma Çarren (qui ſucceſſiſſe perhibetur) nihil omnino memoratur.

55. THOMAS BECK.

1280. Ed: 1. 8. THomas Beck ad hanc ſedem conſecratus eſt Octob. 13. 1280. Lincolniæ. Duo ille collegia fundauit, vnum apud Aberguilly, alterum in loco quem incolæ vocant Landewy-breuy. Eo nomine quidam appellatus anno 1320. factus eſt Lincoluienſis Epiſcopus. Non arbitror hunc fuiſſe. Annos dicitur ſediſſe non plus quam 13.

56. DAVID de S: Edmundo.

1293. Ed: 1. 21. THoma de Beck anno 1293. defuncto, electus eſt ipſi in ſucceſſorem (ſicut teſtatur Chronicon Oſneienſe) quidam Dauid de S. Edmundo, illius prouinciæ ſacerdos, qui Archiepiſcopatu vacante, per Capitulum Cantuarienſe confirmatus eſt.

57. DAVID MARTINVS.

1320. Ed: 2. 13. COnſecratum quendam comperi in Meneuenſem Epiſcopum anno 1320. cuius nomen non editur. Credo fuiſſe Dauidem Martinum, qui obijt Edwardi tertij anno ſecundo.

58. HENRICVS GOWER.

1328. Edw: 3. 2. HEnricus Gower collegij Mertonenſis Oxoniç alumnus, Epiſcopus Meneuenſis conſtitutus eſt anno 1328. Maij 26. Palatium Epiſcopale Meneuiæ conſtruxit & deceſſit anno 1347.

Digitized by

59. IOANNES THORISBY.

1347. Ed: 3. 21.

IOannes Thorisby vel Therisby Angliæ Cancellarius consecratus Sept: 23. 1347. Wigorniam translatus est 1349. & inde Eboracum 1352.

60. REGINALDVS BRIAN.

1349. Ed: 3. 24.

REginaldus Brian confirmatus est in Episcopum Méneuensem Febr: 6. 1349. & Wigorniam translatus anno 1352.

61. THOMAS FASTOLF.

1353. Ed: 3. 27.

THomæ Fastolfo temporalia huius sedis restituta sunt Iunij 4. 1353. Obijt anno 1361.

62. ADAM HOVGHTON.

1361. Ed: 3. 35.

ADam Houghton Legum Doctor Oxonienſis, mandato Papali in hanc sedē intrusus Sept: 20. 1361. collegium condidit prope ecclesiam Cathedralē Meneuensem: Circa annum 1376. Angliæ fuit ad tempus Cancellarius, & obijt mense Aprilis 1389.

63. IOANNES GILBERT.

1389. Ric. 2. 13.

IOannes Gilbertus à Bangorensi sede Herefordiam primum anno 1376. mox huc (quod miror) translatus Maij 13. 1389. obijt Iulij 29. 1397.

GVIDO de Mona.

1401. Hen: 4. 2.

GVido de Mona, nonnullis Guido de Mohun, priuati sigilli custos, Episcopus Meneuensis creatus anno 1401. decessit Augusti 31. 1407. Fuit bis ad tempus Angliæ Thesaurarius, Ricardi nimirum secundi vicesimo primo, & Henrici quarti quarto; quem dicit Walsinghamus, *dum viueret, multorum malorum causam extitisse.*

65. HENRICVS CHICHLEY.

1409. Hen: 4.10. HEnricus Chichley ab ipso Papa consecratus est in ciuitate Senensi Iunij 12. 1409. sedit annos 5. & Cantuariam translatus est.

IOANNES KETERICH.

1414. Hen: 5. 2. IOannes Keterich, vel Catericus Archidiaconus Surreiensis, consecratus sub exitum Iunij 1414. ad ecclesiam Couentrensem & Lichfeldensem translatus est 1415. ac deinde postea Exoniam.

67. STEPHANVS PATRINGTON.

1415. Hen: 5.3. STephanus Patrington, ex Academia Oxoniensi Doctor Theologus, Confessor Regius, & Carmelitarū per annos 15. Prouincialis, Maidstonæ consecratus est Iunij 19. 1415. Consilio interfuit Constantiensi anno 1417. ibique Decembri mense (*homo*, vt Walsinghamus, *doctissimus*) authoritate Pontificia Cicestriam translatus est.

68. BENEDICTVS NICOLS.

1417. Hen: 5.6. BEnedictus Nicols Bangorensis Episcopus, huc translatus est à Pontifice Decembr. 15. 1417. Hic vnus fuit ex illis quatuor, qui Ioannem Oldcastle Baronem de Cobham hæreseos accusatum, quod Pontificiam tyrannidem non ferendam existimaret, ad mortem eum vna cum Cantuariensi Archiepiscopo & alijs, iudex constitutus, condemnauerunt.

69. THOMAS RODBVRN.

THomas Rodburn vir multiplici eruditione instructissimus, Theologus magnus, Mathematicus insignis, Procuratorum Academię Oxoniensis anno 1402. fuit vnus, tum anno 1420. Cancellarius eiusdem, Collegij etiam Mertonensis Præses siue Gardianus constitutus est, deinde Archidiaconus Sudburiensis, ac tandem (quo tempore incertum) Menenensis Episcopus. Scripta reliquit nonnulla, inter quę præci-

Digitized by Google

præcipuè memoratur Chronicon neſcio quod. Anno 1434. anniſus eſt Rex ad Elienſem Epiſcopatum eum transferre; ſed operam luſit. Turrim ſupra portam collegij Mertonenſis hic Præſul ſuis ſumptibus conſtruxit.

70. GVLIELMVS LINWOOD.

GVlielmus Linwood Legum Doctor Oxonienſis (qui tamen in Aula Gonuilenſi Cantabrigiæ ad tempus vixitauit) Archiepiſcopi Cantuarienſis primum fuit Cancellarius, tum priuati ſigilli Regij cuſtos, poſtquam legationibus fuiſſet perfunctus ad Hiſpanum, Luſitanum alioſque Principes non paucos. Inter multa quæ ſcripſit, opus præcipuè celebratur, cui titulum fecit Prouinciale, ſeu Conſtitutiones Angliæ; in quo redegit in ordinem omnium ſynodorũ Canones à Stephano Langton ad H: Chichleium Cantuarienſem Archiepiſcopum. Obijt 1446. & in eccleſia collegiata S. Stephani Weſtmonaſterij iacet tumulatus.

71. IOANNES LANGTON.

IOannes Langton, Aulæ Pembrochianæ Cantabrigiæ Præſes, & eiuſdem Academiæ Cancellarius, conſecratus anno 1446. decimo quinto die à conſecratione ſua, animã exhalauit. 1446. Hen: 6.25.

72. IOANNES DELABERE.

IOannes Delaberus Decanus Wellenſis, conſecratus eſt Nou: 13. 1447. Hic ponte Tameſim coniunxit Dorceſtriæ. Id quod æneæ laminæ, cruci prope adſtanti infixæ, inciſum memini me adoleſcentem legiſſe. 1447. Hen: 6.26.

73. ROBERTVS TVLLY.

RObertus Tully Monachus olim Gloceſtrenſis, deceſſit Edwardi 4. Regis. 21.

74. RICHARDVS MARTIN.

RICHARDVS MARTIN conſecratus menſe Iulij 1482. Regi Edwardo 4. fuit ab arcanis conſilijs, & oppidi 841. Ed: 4.22.

pidi Prestainensis in Comitatu Radnorensi egregius benefactor.

75. THOMAS LANGTON.

1483. Ed: 4. 23. THomas Langton consecratus 1483. Sarisburiam primum translatus est anno 1485. ac Wintoniam postea.

76. HVGO PAVY.

HVgo Pauy, Academiæ Oxonienſis alumnus, vicarijs choralibus ecclesiæ suæ Meneuensis, appropriauit rectoriam de Lansanfrede siue S. Brigidæ.

77. IOANNES MORGAN al: YONG.

1503. Hen: 7. 19. IOannes Morgan al: Yong, Legum Doctor Oxonienſis, consecratus anno 1503. in cœnobio Carmerthenensi decessit mense Iunio 1504. & in ecclesia sua sepultus est.

78. ROBERTVS SHERBORN.

RObertus Sherborn, Ciceſtriam translatus est Nouemb. 8. 1508.

79. EDWARDVS VAVGHAN.

1509. Hen: 8. 1. EDwardus Vaughan Cantabrigiensis, consecratus Iulij 22. 1509. capellam condidit in ecclesia sua Meneuensi & in eadem iacet tumulatus.

80. RICHARDVS RAVLINS.

1523. Hen: 8. 15. RIchardus Raulins Mertonensis Collegij Oxoniæ alumnus, consecratus est Aprilis 26. 1523.

81. GVLIELMVS BARLOW.

1536. Hen: 8. 28. ASsaphensis Episcopus Gulielmus Barlow, huc translatus est mense Aprili 1536. & cum hic loci sedisset annos 13 ad ecclesiam Bathonensem ac Wellensem translatus est, posteaque Ciceſtriam.

ROBER-

Digitized by Google

82. ROBERTVS FERRAR.

ROBertus Ferrarus vir doctus & pius, conſecratus anno 1549. præſulatu exactus quod doctrinam Pontificiam nollet probare, præterea etiam quod coniugatus eſſet; in dioceſim ſuam deductus, à Morgano (qui illi ſucceſſor datus eſt) hæreſeos reus factus damnatur, & propter conſtantem fidei profeſſionē ignibus adiudicatus, Martij 30. 1555. in foro oppidi Carmarthenæ viuus combuſtus eſt. Vir haud dubie bonus & ſanctus, ſed rigidus & moribus aliquantò incomptior, quod multum illi peperit moleſtię Edwardo ſexto regnante, & nunc (vt auguror) exitio fuit. Nam cum à Duce Somerſetenſi, Rege adhuc puero, Protectore regni, ad illud dignitatis euectus eſſet; homo licet pius, aſperitate morum tamen arrogantiæ proprior (vt videtur) cuius ea gens maxime inſolens, accuſatores in ſe concitauit (horum duo poſtea Epiſcopi ſub Elizabetha Regina euaſerunt) qui à factione (Somerſetenſi extincto) aduerſa, ac iam rerum habenas nacta, facile obtinuerunt, vt in carcerem Ferrarus conijceretur. In cuſtodia igitur repertus quando regnum iniit Maria, & coram Wintonienſi productus, commodè reſpondendo, & tempori ſapienter cedendo, cruentas ſæuientium manus poterat fortaſſis honeſtè effugere, ſicut multi fecerunt ex ijs qui Ianæ Graiæ rebus ſe non immiſcuerant, neque aliàs Pontificios inſigniter læſerant; &, vel nemine manus inijciente in exilium abierant, vel capti, amicorum interceſſione haud difficulter dimiſſi ſunt. Verum ille blandiri neſcius, multo minus diſſimulare, pro innata aſperitate liberè ſatis ad interrogata reſpondens, ne dicam proteruè, Wintonienſem ſuapte natura ſatis crudelem, adeo irritauit, vt non mirer ſi durius cum illo actum fuerit. 1549. Ed: 6. 3.

83. HENRICVS MORGAN.

SVperſtite adhuc Ferraro, necdum exauthorato, Henricus Morgan Legum Doctor Oxonienſis, Præſulatum eius occupauit, ipſumq; adeo ad rogum crudeliſſimè damnauit.

Digitized by Google

Elizabethæ Reginæ anno primo exauthoratus, Decembris 23. interijt 1559.

84. THOMAS YONG.

1559. Eliz: 2. THomas Yong Legum Doctor, & ecclesiæ Meneuensis Præcentor, consecratus Ianuarij 21. 1559. Eboracum translatus est Febr: 25. 1560.

85. RICHARDVS DAVIES.

1561. Eliz: 3. RIchardus Dauies Episcopus Assaphensis, Oxoniensis Academiæ alumnus, Maij 21. 1561. huc translatus est.

86. MARMADVCVS MIDDLETON.

SVccessit illi Marmaducus Middleton, Waterfordensis in Hibernia Episcopus, qui decessit Nouembris 30. 1592.

87. ANTONIVS RVDD.

1594. Eliz: 37. ANtonius Rudd, sacræ Theologiæ Doctor, in Comitatu Eboracensi natus, collegij Trinitatis Cantabrigiæ aliquando socius, cum per annos 9. Gloucestrensis ecclesiæ Decanus extitisset, in ecclesiæ Meneuensis Episcopum consecratus est Iunij 9. 1594. Obijt mense Martio 1614.

88. RICHARDVS MILBORN.

RIchardus Milborn, sacræ Theologiæ Doctor Cantabrigiensis, & Roffensis Decanus, consecratus est Iulij 9. 1615.

Episcopatus Meneuensis, apud rationes fiscales valere censetur annuatim, supra 426. libras, denarios 22. & obolum unum; Pontifici vero pendebat pro primitijs, florenos 1500.

Digitized by Google

DE EPISCOPIS LANDAVENSIBVS.

1. Dvbritivs.

Ecclesia Cathedralis Landauensis (vt perhibent nonnulli) à Lucio Rege primum est constructa circa annum salutis 180. Haud comperi tamen Episcopũ ibi loci aliquem consedisse ante Dubritium, qui per Germanum & Lupum præsules Gallicanos, in Archiepiscopum huius prouinciæ consecratus est (vt antea demonstrauimus) & sedem habuit Landauiæ nõnnunquam, plerunque vero Carleonæ. Primus igitur huius sedis Antistes habendus est Dubritius. Non quod pronunciare aulim, neminem ante illum Landauensem fuisse Episcopum; sed quod primus ille sit à scriptoribus commemoratus. Et verisimile est antecessores non habuisse, cum omnium successorum memoriam tam diligenter & accurate posteritati commendatam videamus. Ad Dubritium vero quod attinet, apud Meneuenses pluribus de eo dissertatum est.

2. Teliav.

TEliaus, nonnullis Eliud, Landauensis Episcopus secundus fuisse perhibetur. *Contigit* (inquit Balæus, ex Lelando vti videtur) *vt Dubritius, Landauensis Protopræsul sedis, autho-*

authoritate ſynodi, Archiepiſcopus Vrbi Legionum ad Iſce fluenta anno Domini 512. deſignetur. Non diù caruit ſuo gubernatore Landauia. Nam Teliaus, vt eo munere dignus a patribus continuo ſurrogatus eſt. Ille quippe huic functioni ſollicite invigilans, egregium ſe paſtorem exhibuit, ac bonis artibus eccleſiæ ſuæ miniſtros erudiendos anxiè curauit. Hinc talem ſibi peperit famam, qualem nulla certe vnquam auferre poterit dies. Nobiliſſima proſapia ortus dicitur in loco, Eccluis Gunniau antiquitùs nuncupato, educatus vero ſub Dubritio anteceſſore & Paulino vna cum S: Dauid. Librum habet eccleſia noſtra Landauenſis, antiquitatis venerandæ, ante annos quingẽtos conſcriptus, vnde maximâ partẽ mutuati ſumus eorũ, quæ de Epiſcopis eiuſdem dicenda ſunt, anno Chriſti 1110. non recentioribus. Longam ibi reperi narrationem de itinere à Theliao, comite Paterno Hieroſolymam facto, vbi conſecratum volunt in Epiſcopum. Tum, modico poſt reditum tempore, propter morbum neſcio quem peſtiferum in illa regione graſſantem, in Gallia ſalutem petere coactum, vnde tres naues reduxerit, popularibus ſuis onuſtas (qui vna profugerant) ſeptimo exilij anno. Obijſſe videtur apud Lanteliau vawr. Vt de miraculis eius fabulas bene multas prætermittam in libro prædicto recenſitas; hanc vnam ſilentio non duxi prætereundam, cuius mentio in precatione habetur, liturgiæ feſti eius inſerta, poſtquam catalogo Sanctorum placuit eum aſcribi. De corpore defuncti (ſicut de patria Homeri) â trium locorum incolis, magna contentione certatum eſt, illis nimirum de Pennalun, vbi maiores eius fuerant ſepulti; alijs de Lantelio vawr, vbi deceſſit; ac Landauenſibus deniq; apud quos Pontificẽ egerat. Cum inter eos hac de re nullo poſſet modo conuenire; in loco (ecce) vbi cadauer fuerat repoſitum, tria derepente corpora apparuerunt, ſibi mutuo tam ſimilia quam ouum ouo. Singuli vnũ rapuerunt, ac lis ita finita conquieuit. At bene habet, quod miraculis crebris ad tumulum editis, liquidò (ſi dijs placet) conſtitit, verum corpus Landauenſes noſtros fuiſſe adeptos. cæteros phantaſticis deluſos. In omnibus eccleſię noſtræ monumentis, Archiepiſcopus Landauenſis hic appellatur.

3. OVDO-

3. OVDOCEVS.

SVcceſſit illi Oudoceus, filius Budici, Britanniæ Amoricæ Regis, & Anaumedæ, quæ fuit ſoror S: Teliau, anteceſſoris ſui. Principis, procerum & vniuerſi populi conſenſu electus, conſecratus eſt Doroberniæ (quæ nunc Cantuaria) ab Archiepiſcopo ibidem. Reuerſus inde, à Rege Mourico vna cum Regina, proceribus, clero & plebis numero ingenti excipitur, in occurſum eius prodeuntibus, & ſolenni proceſſione in eccleſiam eum deducentibus. Multa ſtatim priuilegia ſedi ſuæ à dicto Rege impetrauit, & mortuus, Diuis annumeratur. Iulij ſecundo deceſſit: De anno vero nihil mihi conſtat. Horum trium Epiſcoporum temporibus, multos habuit eccleſia Landauenſis benefactores, quorum donationes (ſaltem paucis) non commemorare, ingrati eſſet; quanquam temporis longinquitas ita nouam rebus faciem induxerit & vbique nomina mutauerit, vt locorum memoratorũ vix aliquem hodie dignoſcamus. Satis tamen patet hanc eccleſiam, ſi vel decimam partem hodie poſſideret eorum prædiorum, quæ hominum piorum munificentia illi ſunt olim conceſſa, inter opulentiſſimas Chriſtiani orbis fortaſſe numerandâ; cum iam vix habeat vnde ſe ſartam tectamq; poſſit tueri. Et Epiſcopatus, (cuius poſſeſſiones vna cum Capitularibus vſque ad annum circiter 1200 Epiſcopus diſpenſabat) tot largitionibus ditatus, totius tamen Angliæ Walliæque eſt longe tenuiſſimus, adeo ut, ſacerdotia non pauca dioceſis habeat, quæ fructus longe vberiores incumbentibus reddant, quam ſuo Epiſcopo hæc ſedes.

Mannerium de Mathern, vbi ædes hodie Epiſcopales, atque vnicæ illæ quidem (neque enim alias habet relictas) ſitæ ſunt, Epiſcopo dedit Moaricus Glamorganiæ Rex circa annum Domini 560. idque ea quam mox narrabo occaſione. S. Theodoricum (ita enim vulgo appellatur) patrem eius, poſtquam filio antedicto regnum conceſſiſſet, monaſticam vitam in eremo amplexum; bellum inferentibus Saxonibus opponendum, invitum ſui ab eremo reduxerunt; qui Tinternæ iuxta Vagam fluuium, occurrentem hoſtem, magno

Digitized by Google

magno prælio fudit. Sed accepto in capite vulnere (quod eum non latuit) mortifero; reditum maturauit, vt inter suos expiraret, rogato prius filio; si in via deficeret, templum ibi loci vt extrueret vbi animam exhalasset & ibidem corpus conderet exanime. Vix 5 mil ia passuum processerat, cum ad confluentes Vagæ & Sabrinæ spiritum emisit. Quare eo ipso in loco prout optauerat ecclesiola excitata, cadauer loculo inditum est saxeo, quem nuper seu casu confractum, ceu vetustate fatiscentem dum refici curarem, ossa reperi, post mille annos ne minimùm quidem consumpta, vulneris immanis tanquam recenter facti in cranio remanente vestigio. Cæterum Mouricus, officio se nondum satis functum arbitratus, prædia adiacentia ecclesiæ (sicut antea dixi) contulit; & loco, à posteris nomen antiquitùs impositum, Merthir-Tewdrick, quasi dicas Martyrium Theodorici, quem, quod in bello ceciderit, contra Christiani nominis hostes gesto, pro martyre ducendum arbitrati sunt. Postea vero contractius Merthirn appellari cœpit, & deinde (sicut hodie) Mathern.

Mouricus prædictus eidem ecclesiæ, dedit primum sponte, Mochros in ripe Vagæ fluminis, Porthcaseg, & ecclesiam de Gurvid; ac postea Ringranauc, Nantanan & Lansuluin nec non & alia prædia, vt eædem expiaret cuiusdam Cynuetu, post fœdus inter eos factum, contra fidem datam perfide necati.

Arthruis Rex Guentiæ filius eius dedit territorium S: Kinmarci.

Morcant filius dicti Arthruis, cum Frioc patruum suum perfide, eodemque plane modo quo auus eius Cynuetum interfecisset; excommunicatus ab Episcopo, postquam absolutus est, præter multa priuilegia ecclesiæ Landauensi concessa, dedit eidem Cyncirill, ac prædium quoddam nuncupatum Cynfall, nec non & ecclesiam de Ystrathaffren.

Iuddail vel Iuthail Rex Glewissig (quæ regio Isca & Rumneia fluminibus includitur) iter faciens per Gwocob (nunc S: Lithani) quod equo corruente magnum periculũ euasisse

Digitized by Google

euaſiſſe videretur, vt Deo ſeruatori ſe gratum exhiberet, dedit continuo Gwocob prædictum Oudoceo Epiſcopo & ſucceſſoribus, nec non etiam eccleſiam de Elindon vicinam. Dedit quoque Bertus, & veteres eccleſiæ poſſeſſiones, per temporum iniquitatem ab alijs vſurpatas, reſtitui curauit, nempe Cumbarrwc, Lancernu in ripa Dowr fluminis, Mafurn, Languoruoe, Lanlunabri, Landeny, Mochros, Lanebrdil, Bolgros, Lanllondeu, & Langarran.

Fernuail Rex Wentiæ filius eius dedit Trylec.

Caincair, Fernuaili coniux, dedit Bryn, Liguni & Mathenni.

Arthruis Rex Wentiæ, filius eorum, dedit Cair-riow.

Rotri & Grifud fratres eius, dederunt Pencelliguentuc iuxta Liſquerin, & Rotri ſolus, dedit Kemeri in oſtio fluminis Humri.

Ris frater quoque illorum, dedit Guerituc & alias terras.

Merchgum filius Gliuis, cum filiam curaſſet in ſanctimonialem velandam, dedit Biſhopſton in Goerſland, his verbis, *Do &c. quatuor modos terræ cum omni dignitate ſua & libertate, & communione totæ regionis Guhiri in campis & in ſylvis &c.*

Noe filius Arthuri dedit Penalun & Lantelio mawr in ripa fluminis Tyui.

Auguſtus Rex Brechinienſis, dedit Lancoran.

Tirtuc, quod caſu neſcio quo fortuito puerulum occidiſſet, Teliai Epiſcopi nepotem, in teſtimonium doloris, dedit manneria duo, Ciltutu & Penclecic.

Donationum memoratarum tempora fere non traduntur: Factæ tamen videntur ſub Epiſcopis antedictis. Reliqua digeſſimus in claſſes ſecundum ætates Epiſcoporum, quibus ſedentibus conceſſa ſunt.

4. UBILWYNUS.

OVdoceo ſucceſſit Vbilwinus. Illi & ſucceſſoribus, Brochmail filius Gwidgwentuaij dedit Menechi vna cum alijs prædijs.

Guruo-

Guruodius Rex Ercyngæ (nunc Vrchenfild) Saxonibus prælio deuictis, gratitudinis ergo dedit Bolgros iuxta Vagã fluuium.

5. AIDANVS.

CINVYN filius PEPIAV Rex, hoc ſedente, dedit Mafurn.

6. ELGISTIL.

CInvyn prædictus, vna cum Guidei fratre ſuo, dedit Elgiſtello Epiſcopo & eccleſiæ ſuæ, prædia quædam in Cumbarruc.

7. LVNAPEIVS.

PEpiau filius Erb, dedit *Mai naur garth benni vſque ad paludem nigram inter ſiluam & campum & aquam & iaculum Conſtantini Regis ſoceri ſui, trans Cwy amnem, Deo & Dubritio Archiepiſcopo, ſedi Landauiæ, & Lunapeio conſobrino ſuo.* hæc ſunt verba donationis. Dedit etiam Lanceruin, Iunabin & alia.

Gurcant Rex Erdyngæ filius Gynuni dedit Lanlowden & Budgwalan aliaque.

8. COMEGERN al: COMERGWINVS.

IDdon filius Yuyr Rex Gwentiæ, in bello aduerſus Saxones victoria potitus, in gratitudinis teſtimonium dedit Lanarth, Lantelio Porth-halawg, & quædam in Lantelio Criſſenny.

9. ARGWISTIL.

Iddon prædictus, dedit Argwiſtillo ſedente, Lancoyt.

10. GVRVAN.

TEudur Rex Brechiniæ filius Rein, poſt fœderis pacta iuramento firmata, contra fidem datam interfecit Engiſtillum

ſtillum illarum regionum regulum. A Guruano Epiſcopo eam ob cauſam excommunicatus, vt abſolueretur, dedit Lannihangel tref ceriauc.

11. GVODLOIV.

CVnheir filius Gloui dedit illi Hirpan, ſiue oppidum de Valle. Et Mareddud filius Rein occidentalis Walliæ Rex, dedit 6 eccleſias.

12. EDILBINVS.

GVrcant neſcio quis, dedit illi prædia quædam, ſicut & alius nomine Bonus.

13. GRECIELVS.

HVic, Faunus filius Beniamin, dedit eccleſiam de Kilpedec in Ercyng cum fundis adiacentibus. Gulfer, Cinuin & Nir filij Gurcan & Bonus cum filijs, quædam etiam contulerunt.

Brjteonhail filius Deuon, dedit ſex eccleſias vno eodemq; tempore, videlicet Lanbudgwalan in oſtio Circan, Merthircynſal, Lanbocha, Lantipalli, Landinuil, Mafurn & Mable.

Cinuelin dedit Lancumb.

14. BERTHGWIN.

PRoprium fratrẽ, Guidnerth interfecerat, nomine Merchion; atque ob id flagitium à Grecielo fuerat excommunicatus; qui etiam indixerat, vt in peregrinatione ad eccleſiam Dolenſem in Britannia Armorica, annum abſumeret. At Berthgwinus nouus Epiſcopus, Grecielo ante annũ exactũ defuncto, non ſine multis precibus Morcanti Regis, Guidnerthũ, tam peregrinatione quam excommunicatione tandem abſoluit. Ille vero vt ſe gratum exhiberet, dedit ſponte Epiſcopo antedicto & ſucceſſoribus, Lancadwalader nunc Biſhton vel Biſhopſton; quod vnicum mannerium ſedi hodie relictum eſt.

Conuilus filius Gurcenin, Regis Morcant & Ithail filij eius conſenſu, dedit Conuc & Maerun.

Mauſu

Mauſu dedit Iudbin: Conhac, Lantiſſoy: Elfin, Penhellei & Tull coit, *hodie* (ſic liber) *Bella-aqua.*

Gurcan filius Guinan, conſuetudine vtebatur nouercæ ſuæ, atque ob id flagitium excommunicatus, paſſus eſt Marchinis extorqueri ſibi ab Epiſcopo.

Iudon filius Cerian, emit à Iudhail, Gweinnouoe iuxta paludem Maurici pro 22 equis ſilueſtribus, & eccleſiæ protinus contulit.

15. TRYCHAN.

CONuin filius Iacoi, emit à Fernuail Rege, & Trychano ſucceſſoribuſque contulit, eccleſiam de Gurthbiriuc & prædia nonnulla adiacentia. Sed attende pretium: Fernuailo dederat pro illis equum generoſiſſimum, emptum vaccis decem; canem, vaccis 3: & alium deinde equum vaccas item 3. valentem.

Erbic filius Elfin, dedit Elcon & Catheuon; Bru filius Iudbin, Merthirtecmed: Catnuth filius Coffro, Houolennic ſuper fluuium Amyr: denique Eliud, Guoidocen & Erdtribin (Eugenij filij) cum terris adiacentibus arcem quandam appellatam tunc temporis (vt habet liber) Lanhelicon.

Bricon filius Guincon, à Rege Fernuail & filijs eius emit prædia quædam, pro quibus dedit equos 7. valentes vaccas 28. veſtimentum, quod vaccas 14. gladium 12. accipitrem vero 6. ac denique 4 canes, 14. vaccas valentes; & prædia ſic empta eccleſiæ contulit.

Matoc filius Guinan, ab eodem Rege emit Turion pro accipitre qui vaccas 12. valebat, pro equis duobus, 6. vncijs æſtimatis & cornu venatorio ſex itidem vnciarum valoris (argenti opinor intelligit) & linea coccinea (ſic liber Landauenſis prædictus) ac deinde dedit eccleſiæ.

Conuil filius Gurgoi, emit à Iudhail Rege prædia quædam pro equis duobus, qui vaccas 8. tuba qui 28. chlamide pro Regina, quæ 6. vncias (argenti puto) & equo adhuc alio qui quatuor vncias valebant, emptaque contulit eccleſiæ, hoc Epiſcopo ſedente.

16 ELVO-

16. ELVOGVS.

ELuogus Trychano ſucceſſit, ſeditq; temporibus Mouirici, Ris, & Fernuail, filiorum Rotri, Regum Glewiſſig. Fernvail autem defunctus eſt, anno ſalutis 763.

17. CATGVVARET.

SEdente Catgwaret, Cors filius Erbic dedit Merthirmaches; & Gabran filius Cors, Mamouric, necnon & Lanuvien.

Conuelin, filius Conuc, à Rege Rotri filio Iuthaelis, emit Louhai pro equis duobus generoſiſſimis, & totidem magni pretij veſtibus, & Eccleſię dedit vna cum Dinbirrion.

18. CERENHIR.

HOwel Rex Glewiſſig, filius Ris, Gallunum filium Cidrich, periurio deluſum, neſcio qua in re perfide circumſcripſit. Ob hoc ſcelus à Cerenhir Epiſcopo excommunicatus, ſic manſit per annum vnum integrum; & abſolutus, dedit illi Merthir-buceil, atq; Tricollon.

Ili filius Conblus, ex occaſione plane ſimillima dedit Guliple.

Kinuin filius Gurgant dedit Langulan.

Aquod filius Iouaf, inter ipſum & Epiſcopum orto iurgio, quod à verbis ad verbera proceſſit, Epiſcopum vna cum ſuis vi compulit in fugam, & fugientem perſecutus, ſaxis petiuit in ipſam Eccleſiam coniectis. Ob eam rem excommunicatus, quando abſolutus eſt, dedit Epiſcopo Pennoun, vna cum Eccleſia de Lantiuil, & alia prædia nonnulla.

19. NOBIS.

DE Nobis Epiſcopo, nobis certe nihil pręter nomen innotuit.

20. GVLFRIDVS.

LOumarch filius Caſgwocaun, à Gulfrido Epiſcopo excommunicatus eſt, quod Eccleſiæ ſuæ priuilegia violaſſet;

neq; placari potuit, donec pœnitentia peracta, dediſſet illi Loumarch prædictus, Trificarn pont, vt ſic tandem abſolueretur.

Aſſer filius Marchlud cum perfidia circumuentum quendam Gulagguni interemiſſit, *ad expiandam cædem* (ſic habet liber) *& pro anima defuncti* dedit Eccleſiæ Segan.

Catguocaun filius Owein dedit Rete.

21. NVDD.

GVilferth, Hegoi & Arguiſtil filij Beli, orta inter ipſos & Nudd Epiſcopum contentione, multa in illum inſolenter perpetrarunt. Sed tandem excommunicationem metuentes, correctioni eius ſe ſubmiſerunt, & pœnitentia peracta, dederunt Eccleſiæ territorium Iulij & Aaronis, hoc eſt (vt conijcio) oppidum Carleonenſe. Iulio ſiquidem & Aaroni, ibi loci, patrum adhuc noſtrorum memoria capellæ viſebantur conſtructæ, quarum vna ab Orientali, altera ab Occidentali parte oppidi, duobus plus minus milliaribus diſiunctæ erant.

Elgiſtil, dedit Caer dincil, & Tutmap filius Pauli, dedit Dincat, hodie Dingſtow.

Hiuel Rex filius Ris, dedit Pencreic, & Eccleſiam de Stathaffren. Guorai filius Iudic, Eccleſiam de Rin, & Abrahamus quidam, Brannuc.

22. CIMELIAVC.

BRochmail filius Mourici, dedit Eccleſiam de Lanmeiri-Penros, & Lannihangel-mawr, vna cum Yſcuit-ciſt. Priuilegium etiam conceſſit vtendi portubus in oſtio Pulmeric, & Tarroci fluuiorum, nullo reddito portorio aut vectigali, & omnia commoda ex naufragijs in mari vicino prouenientia, in ſuos vſus conuertendi. Dedit etiam arcem de Conſcuit (reponendum credo Porſcuit) & Eccleſiam S. Brigidę.

627. Nodd filius Gurcinnif, dedit Cymir; Eyſet filius Yrſinym Trefylly; March filius Pepiau, fundi neſcio quid quod nunc

ad

ad mannerium dicitur pertinere de Merthir-tewdrick; & Arthmael Caer-birran.

Hic Episcopus ille videtur, quem Westmonasterienſis appellat Camelec, & Australium Saxonum (sed perperàm) dicit Episcopum extitisse, inter quos captus est à Danis, anno 915. & lytro redemptus 40. librarum, per Edwardum seniorem Regem.

23. LIBIAV.

LIbiau decessit anno 929. Illi vero sedenti, Grisud filius Yrgein, quædam contulit prædia non nominata.

24. MARCHLVITH.

MArchluith (quem Annales Cambrici Bangorensem dicunt Episcopum, sed perperàm) decessit anno 943.

25. PATER.

NOngui filius Guriat, Rex Glewissig, quæ Regio in Annalibus Cambricis Gwganwin (nisi fallor) appellatur, vi multa eripuit à quodã Aircot filio Dissaith, idq; Trillegæ, quæ pars erat possessionũ Ecclesiæ, & asylũ habebatur. Huius, tanti (scilicet) facinoris pœnitentia ductus, sponte sua dedit Ecclesiæ Guidcon. Ille etiam ipse postea (anno nimirum Christi 955.) dedit (aut saltem in causa erat vt daretur) Lambedeui, idq; occasione huiusmodi. Rusticus quidam Diacono obuiam factus in via gladium gerenti, Quid ignauo (inquit) cum gladio? & cum dicto gladium eripere aggressus, retinentis Diaconi digitum vulnerauit. Quare irritatus ille duplici iniuria, rusticum protinus obtruncauit, & ad Ecclesiam confugit SS. Germani & Fabricij; vbi à sex famulis dicti Regis, licet non paucos habuerit propugnatores, ad ipsum altare confossus est. Hij sex Gwentoniæ (quæ hodie Caerwent) Episcopo in manus traditi sunt, qui vinculis per 6. menses castigatos, antea non dimisit, quam prędia sua omnia Ecclesię contulissent, & deinde Ecclesiæ, quam sanguinis effusione polluerant, argenti libras 7.

26. GVCAN, al. GOGVVAN.

GVcanus, consecratus est per Dunstanum Cantuariensem Archiepiscopum, anno 982. Illi, Merchiaun filius Ritherch, dedit Lancaruan, de quo dicit in charta donationis, *vtrisq; gemmis decoratum eum fuisse; sapientiæ videlicet sacrarum Scripturarum, diuinæ & humanæ, & regali nobilitate parentelæ, simul cum dignitate Pontificalis Cathedræ.*

Arthmael filius Nongui, Rex Gwentiæ, postquã occidisset Elised fratrem suum, dedit Lannihangel Lichrit, & alia prędia.

Laur, homicidio perpetrato, dedit Segan.

27. BLEDRI.

REgis, Cleri, totiusq; populi consensu electus in Episcopum Bledri, ab Archiepiscopo Cantuariensi consecratus est anno 993. & vixit vsq; ad annum 1022. Inter famulos huius, ac Edwardi Wentiæ Regis, exortó tumultu; dum ipse inter eos discurrit pacem annisus componere, leniter vulneratur. Satis hoc erat ad Regem excommunicandum, quem priusquam absolueretur, læso Episcopo dare oportuit mannerium de Iunuluc.

Rotri & Grisud Wentiæ Reges, dederunt Pencelli-gwen huc iuxta Lisgwern.

28. IOSEPH.

OCtobris 1. 1022. Ioseph cõsecratus est ab Ælnotho Archiepiscopo Cantuariensi. Obijt vero Augustæ Romam profectus, anno 1046. Quo sedente Ritherch ap Iestin, totius Walliæ Rex, multa priuilegia indulsit Ecclesiæ Landauensi, & confirmauit eidem omnes possessiones suas, quarum Catalogum (etsi longum fortasse nimis) adscribere tamen non pigebit.

Do omnibus subscriptis (inquit ille) *vestita fuit Ecclesia Landauensis, simul & Episcopus Ioseph, pace tranquilla, me Ritherch regnante per totam Walliam, & admonitione Æluod Archiepiscopi Cantuariensis, simul cum literis commendatitijs Cnut regnantis per Angliam.*

In Cantref maur.

1 *Lantelianmaur cum ſuis duobus territoriis.*
2. *Lantlian nant ſern.*
3. *Lantelian garth tenir.*
4. *Lantelian maur brunur.*
5. *Lantelian bechan in diffrin Teiui.*

In Cantref guartan.

6. *Lantelian landibbr guir mainaur.*
7. *Lantelian treſicernin.*
8. *Lantiloudaur icair.*
9. *Lantelian aper coguin.*
10. *Lantelian penn tiuinn.*
11. *Lantelian lninguaidan, villa tantum in Euelfre.*
12. *Lanarth.*
13. *Lanconguern cum tribus territoriis. Finis illarum Oſrut, Gurcant, Lutglanrath.*
14. *Treſcarn. Villa tantum ſine Eccleſia.*
15. *Laythty telian. Villa tantum ſuper ripam Ritec iuxta Pennalun.*
16. *Menechi arglann Ritec iuxta Pennalun.*
17. *Pull arda iuxta mainaur pir. Villa tantum.*
18. *Luin telian. Villa tantum.*
19. *Eccluis Gunnian, vbi natus eſt S. Telians.*
20. *Porth medgen. Villa tantum.*
21. *Din guenhalf in lonian. Villa tantum.*
22. *Lantelian litgarth in Findoueledif hache mei mainaur.*
24. *Lantelian cil retin in Emmlim.*

In Ros.

25. *Lan iſſan mainaur.*
26. *Bronn lann.*
27. *Langurfrit.*
28. *Telich clouuan.*

In Pembro.

29. *Clitutuc.*
30. *Penclecir.*

In Pepitiaue.

31. *Mainaur Mathru.*
32. *Cenarth maur.*

In Brecua.

33. *Langurvaet mainaur.*

In Cantref Selim.

34. *Lancoit.*

In Cantref Talacarn.

35. *Lancors.*
36. *Lanmihangel meibion gratlann.*
37. *Lanidoudec ſeith.*

In Cliuail.

38. *Lanmeilic bah gueir.*
39. *Lantelian i cilion i diffrin machagni.*

Mouricus Glamorganiæ Rex, reſtituit Elen, ab anteceſſoribus ſuis per iniuriam ereptam; & excommunicatus quod quendam nomine Etgum filium Guriati de Gueinſcoit oculis orbaſſet inducíarum tempore; vt abſolueretur, dedit Panipriſc. Deinde cum poſtea aſylum Landauenſis Eccleſiæ violaſſet, rapiendo inde vxorem hoſtis ſui; pœnam ab Epiſcopo infligendam redemit donatione Gulich & Fabrus, & ſeptem argenti libras pendendo, cum Canonicos Eccleſiæ alijs placaſſet muneribus. Caratuc vero ex conſortibus eius vnus, mulctatus eſt præterea mannerio de Henriu in Wencia.

Ringallan filius Run, excommunicatus, quod in Epiſcopum & famulos impetum feciſſet, dedit illi Rin brein & tertiam partem nemoris de Ynis perthan.

Merchiaun filius Ritherch, dedit Carnon & Crucon Leiguirn.

Cutguallam filius Guriat percuſſit quendam in conſiſto-

rio

rio Episcopali, idque Episcopo coràm; qui illum eam ob causam in vinculis detinuit, donec sibi Ecclesiam contulisset S. Brigidæ.

Seisill filius Gistlerth, dedit Penros prope ripam Mingui.

Caratocus filius Tutbulch, regionem de Lanmochan deprædatus; in reditu, dum stagnum quoddam præteriueheretur, Oir appellatum, ad saltum piscículi equo consternato excussus, os brachij luxauit. Quem casum interpretatus ille, signum esse offensi numinis & irati pro bello minus iuste illato; vt crimen expiaret, prædam vniuersam restituit, & Ecclesiæ insuper dedit Pennigelli.

29. HEREWALDVS.

HErewaldus, patria Wallus (aut si mauis Camber) sed inter Anglos educatus, à Iosepho antecessore sacerdos creatus est, & in Landauensem Episcopum consecratus Londini, dum synodus celebraretur, in hebdomada Pentecostes anno 1056. per Stigandum Archiepiscopum. Decessit Martij 6. 1103. annos natus plusquam centum, & Pontificatus sui quadragesimo octauo.

Catgwacaun Morganiæ Rex, excommunicatus ab eo, quod famulorum regiorum vnus, violentas manus per temulentiam iniecisset Berthuti, medico Episcopi, necnon & nepoti eius, idque in festo Natiuitatis Christi; crimen luit alienum iactura loci qui tùm temporis vocatus est Henriu Gunnua.

Iestinus filius Gurcant, excommunicatus, quod nepos quidam illius virginem quandam ex ipsa Landauensi Ecclesia raptam vi compressisset, idque scelcris tulisset impune; postquam tandem absolutus est ab Episcopo, dedit Ecclesiæ Miluc.

Caratoc filius Ringuallaun æger decumbens & se iam morti vicinũ existimans; in testimonium pœnitentiæ pro peccatis, ac pro eo præcipuè, quod frater eius Cinon, quamuis non ab ipso, sed à suorum quodam, se presente, suaque causa fuisset interemptus: primum peregrinationem se Romam vsque suscepturum voult; deinde per annos septem (si tan-

diù viuere contingeret)pœnam neſcio quam quotidianam ſe ſubiturum; ac deniq; Eccleſiæ Landauenſi dedit Gunhuc in Guarthacũ. Teſtes fuerunt huius donationis, Abrahã Archidiaconus Guentiæ, Lifricus Epiſcopi filius Archidiaconus Gladmorganenſis & Magiſter S. Cataci de Lancarnan. Vbi duo notãda;etiã in cœlibatu Papiſtico Epiſcopos(quod non raro contigit)filios habuiſſe;deinde,ijs temporib⁹ Archidiacanos duos habuiſſe hanc Dioceſim,cũ hodie vno ſit cõtenta.

30 VRBANVS.

1107. *Mem.* 1.8.

VRbanus Archidiaconus Landauenſis, conſecratus eſt vna cum multis alijs Epiſcopis Aug.10. 1107. per D. Anſelmum Cantuarienſem Archiepiſcopum, annos natus vix dum 32. Quo primum tempore pręſulatum ingreſſus eſt,temuiſſimum offendit,& pudenda preſſum paupertate. Nam cum redditus per ſe ſatis eſſent exiles, per ſuperiorem Epiſcopum tam improuide ſunt diſpenſati, vt iam pręter ipſum Epiſcopũ,vix duobus Canonicis alendis ſuffecerint, qui 24.ſuſtentandis olim ſatis fuiſſent.Eccleſia deinde fere tota collapſa fuerat,in recentibus ſub Gulielmo primo bellis ſæpius vaſtata. His de rebus apud Pontificem conqueſtus (Calixtum 2.) cum concilio Rhemenſi anno 1119. intereſſet; literas ab eo impetrauit ad Regem & Archiepiſcopũ,necnon ad Dioceſanos ſuos, in quibus impenſè eos hortatus eſt, vt Epiſcopum vnuſquiſque pro virili adiuaret,in rebus Eccleſię ſuæ tam turbatis componendis. Ferunt Archiepiſcopum, vt popularium munificentiam eliceret, quartam partem pœnitentię infligendæ,vnicuiq; ad ſtructuram Eccleſiæ ſtipem exhibenti,indulſiſſe,indeq; collectam magnã pecuniæ ſummã. Hoc adiutus ſubſidio Vrbanus,veteris Eccleſiæ reliquias demolitus,nouæ ſtructurã aggreſſus eſt.In Archiuis noſtris reperi annotatum, longitudinem habuiſſe priorem illam Eccleſiam pedum viginti octo,latitudinem vero 15. & altitudinem haud plus quã 20.cum noſtra ab illo poſita hodieq; viſenda(prętercquã quod ex quadrato lapide fere tota cõſtructa eſt,& ab occidente duabus turribus in magnam excelſitatẽ conſurgentibus ornata eſt,in occidẽte vero capella B.Mariæ ſplendiſſima)

ſplendidiſſima) longa ſit pedes 300. lata 80. & in altitudine colligat à pavimento ad tectum vſq; fere 30. Opus hercle (in tanta præcipue ſedis paupertate) magnificum, & cum gratitudine à poſteris celebrandum. Hanc ſtructuram Aprilis 14. 1120. inchoatam, cum perfeciſſet; ædes etiam ſibi & Canonicis ſuis extruxit. Quibus rebus ex animi ſententia confectis, ad poſſeſſiones ſedis ſuæ ab alijs occupatas recuperandas, animum adiecit. Et non pauca ſane à Bernardo Epiſcopo Menevenſi & Richardo Hereſordenſi iniuſte vſurpata repetijt; quos etiam haud bono iure Landavenſi ſedi ereptas, ſuis dioceſibus has regiones adiunxiſſe querebatur, Gwhyr, Cedwelly, Cantref Bychan, Yſtrad-Yw, & Erging. Re coram Papa ſex teſtium fidedignorum iuramentis comprobata; ſententia pro Landavenſi lata eſt; ac literæ ad Regem, Archiepiſcopum, atq; illarum regionum populares à Papa perſcriptę ſunt, hoc ipſum teſtantes. Sed Vrbani obitus immaturus in cauſa erat, vt mandatis Pontificijs obtemperatum non fuerit. Romam ſiquidem, vt hanc litem perſequeretur itinere ſuſcepto, in via defunctus eſt anno 1133.

31. VHTRID.

QVi poſt annorum 6. vacationem, Vrbano ſucceſſit, Vtredus, à Theobaldo Cantuarienſi Archiepiſcopo conſecratus eſt, vnà cum Mauritio Bangorenſi, anno 1139. Huic filia erat, viro nupta magnæ nobilitatis ac potentiæ, Iorwerth ap Owen ap Caradoc, Domino de Carleon. Obijt Vtredus anno 1148. 1189. *Steph.* 4.

32. GALFRIDVS.

GAlfridus ſucceſſit, & deceſſit anno 1153.

33. NICOLAVS AP GVRGANT.

NIcolaus ab Gurgant, deceſſit 1183.

Digitized by Google

34. GVLIELMVS DE SALSO-MARISCO.

GVlielmus de Salso-mariſco (quem Giraldus Cambrenſis *virum bonum, diſcretum & honeſtum appellat*) Epiſcopus fuit anno 1188. ſed quando aut conſecratus fuerit aut mortem obierit, nondum comperi.

35. HENRICVS.

HEnricus Prior Abergevennenſis, anno 1199. coronationi interfuit Ioannis Regis. Ad illius vſque tempora præſulatus, Epiſcopalia, & Capitularia prædia indiſcreta permanſere. Quatuordecim Canonicis hic primus Prębendas aſſignavit; & Capitulo elargitus quæ nunc poſſidet; cætera ſibi ſucceſſoribuſq; retinuit. Deceſſit Novemb. 8. 1218.

36. GVLIELMVS.

1219. *Hen.* 3. 3. GVlielmo Priori Goleliuenſi, huius ſedis temporalia reſtituta ſunt Iulij 16. Henrici tertij tertio: qui obijt Ianuarij 28. 1229.

ELIAS DE RADNOR.

ELias de Radnor, ſucceſſor eius, deceſſit Maij 6. 1240.

38. GVLIELMVS DE BVRGO.

1244. *Hen.* 3. 28. CVm Gulielmo de Burgo Henrici tertij Regis Capellano (qui in Epiſcopum Landavenſem conſecratus eſt anno 1244.) ad Concilium Lugdunenſe citato anno 1245. diſpenſatum eſt à Papa, & eius profectionis venia indulta, quod deprędatione hoſtili omnibus bonis paulo ante ſpoliatus diceretur. Deceſſit Iunij 11. 1253. cum ante mortem cæcus 6. vel 7. annos tranſegiſſet. Sic enim habet Pariſienſis in anno 1247. *Arctabatur Wallia eiſdem diebus, ceſſante eorum cultura, commercio, & pecudum cuſtodia paſtorali; & cœperunt conſumi inedia, Anglorum & inuiti legibus incuruati. Emarcuit antiqua eorum ſuperba nobilitas; & etiam virorum Eccleſiaſticorum cithara conuerſa eſt in luctum & lamenta. Obijt ergo*

quaſi

Digitized by Google

quasi præ dolore contabescens Episcopus Menevensis: Episcopus vero de Landaff Gulielmus cæcitate percutitur: Episcopus de S. Asaf & Episcopus de Bangor, destructis Episcopatibus, cæde ac incendio, mendicare, vt de alieno viuerent, cogebantur.

39. IOANNES DE LA WARE.

IOannes de la Ware Abbas Margamensis, decessit Iunij 30. 1256.

40. GVLIELMVS DE RADNOR.

GVlielmus de Radnor, decessit Ianuarij 9. 1265.

41. GVLIELMVS DE BREWS.

GVlielmo de Breusa Præbendario Landavensi, restituta sunt temporalia huius sedis Martij 17. Henrici tertij 50. Sub exitum mensis Martij decessit 1287. & marmore contectus iacet affabre sculpto, à Septentrionali parte altaris Capellæ B. Mariæ. 1266. *Hen.* 3. 50.

42. IOANNES MONVMETHENSIS.

IOannes de Monemutha S. Theologię Doctor, Cantuariæ consecratus est Februarij 10. 1296. Rectoriam de Newland in Saltu Deanensi, hic sedi suæ appropriari curauit; & cum alias multimodis eiusdem benefactor extitisset, diem clausit extremum Aprilis 8. 1323. & in medio Capellæ B. Mariæ humatus iacet, marmore tectus, cui Epitaphium Gallicè insculptum est, sed mutilum nunc, & fatiscentibus literis ægrè legendum. 1296. *Edw.* 1. 25.

43. IOANNES DE EGLESCLIFF.

IOannes de Eglescliff Dominicanus, Ecclesiæ Connerensis in Hibernia Episcopus, à Pontifice huc translatus est circa festum Michaëlis 1323. qui ad sedem suam pervenit in vigilia Trinitatis sequenti. Mortem obijt Bishtonæ (quæ tunc temporis Lancadwallader dici consuevit) Ianuarij 2. 1346. & Cardiffæ sepultus est, in Ecclesia Cœnobij Dominicanorum. 1323. *Edw.* 2. 16.

44.

Digitized by

44. IOANNES PASCAL.

1347. *Edw.3.21.* IOannes Paſcal S. Theologiæ Doctor, Carthuſianus Ipſwicenſis, familia ortus nobili Paſcallorum, qui in Comitatu Suffolcienſi etiamnum florent, in Academia Cantabrigienſi educatus, Batemanni Norwicenſis Antiſtitis opera, Suffraganeus ſub illo conſtitutus eſt, nomine Scutarienſis Epiſcopi. Ab vmbra huiuſmodi ad corpus quantumvis exile tranſlatus, oraculo Pontificio Landavenſis Epiſcopus renunciatus eſt, (electione legitima caſſata, de Ioanne Coventry Archidiacono Landavenſi facta) Iunij 3. 1347. Exceſſit è vivis Octob. 11. 1261. Biſhtonæ, & in Capella B. Mariæ ſub lapide marmoreo iacet humatus. Vir fuit doctiſſimus & ob concionum tam aſſiduitatem quam elegantiam celeberrimus. *Edwardus, eius nominis à conqueſtu tertius, vſque adeo eius applaudebat concionibus* (inquit Lelandus apud Balæum) *vt illum Landauenſi Epiſcopatu donauerit. Senſerat & ante conciones ſuas (quas frequentiſſimas habuerat) populo placuiſſe. Quare multas ex illis vehementis eloquentiæ pleniſſimas ſelegit, ſelectaſq; Latinitate donauit.*

45. ROGERVS CRADOCK.

1362. *Edw.3.36.* ROgerus Cradock ex ordine Minorum, ab Epiſcopatu Waterfordenſi huc tranſlatus anno 1362. deceſſit in exitu anni 1382.

46. THOMAS RVSHOOK.

1383. *Rich.2.7.* THomas Ruſhook Dominicanus, Sacræ Theologiæ Doctor & Confeſſor Regius, conſecratus Maij 3. 1383. Ciceſtriam tranſlatus eſt menſe Octobri 1385.

47. GVLIELMVS DE BOTTLESHAM.

GVlielmus de Bottleſham, à Papa Epiſcopus Bethleemitanus creatus, ad Eccleſiam primum Landavenſem tranſlatus eſt, ac poſtea (anno videlicet 1389.) ad Roffenſem.

48.

Digitized by Google

EDMVNDVS BROMFELD.

EDmundus *Bromfeld* (vt habet Balęus) *ad fanum Edmundi in Suffolcia Monachus, tam insigniter eruditus fuit, vt facile crediderim* (inquit ille) *nullam vnquam in illo Collegio fuisse eruditiorem. Ex quodam Tinensis Monasterij Chronico patet, Romæ illum studuisse & eo doctrinæ peruenisse, vt apud palatinos palatinus & ipse in magno honore esset, quod publicè illic prælegeret.* Ob has animi dotes, commonachis suis inviſus extitisse videtur. Nam factiosum appellantes & pacis communis turbatorem, de eo quoquo pacto amoliendo consilium inierunt: Et post multam consultationem, placet tandem Romam ablegare, honorifico in speciem munere delato, procuratoris publici, non illius tantum Cœnobij, sed *totius nigri ordinis*. (Sic loquitur Walsingamus, qui huius rei historiam fusius prosequitur) vt res illorum curaret ibidem. Accipit ille conditionem libentissime. Sed profecturum iuramento onerant, quo spondere cogunt, *non acquisiturum se aliquod beneficium ipsius domus, neque procuraturum quod in ipsius Ecclesiæ caderet præiudicium quouismodo.* Romam ergo perveniens, officium sibi demandatum magna cum diligentiæ solertiæque laude exequitur. Cumque longam ibi moram traxisset, nihil consequutus emolumenti; dicti Cœnobij Abbatem audiens defunctum; neglecta iuramenti religione, Abbatem se curavit à Pontifice renunciandum. Monachi interea Rege annuente, præposuerant sibi Ioannem Timworth, Subpriorem suum. Rex igitur ægrè ferens Bromfeldio hoc habitum honoris, se inconsulto; ad Cœnobium reversum seque pro Abbate gerentem, comprehendi iubet & in carcerem conijci, læsæ Maiestatis etiam crimen intentans, ex lege anno 22. Edwardi tertij lata. Lupum iam Pontifex auribus tenebat: Authoritatem suam spretam animo ferebat iniquo; contumeliam tamen sibi illatam non est ausus vindicare, ne irritatus Rex, partibus se addiceret Antipapæ. Quare mediam ingressus viam, in Hiberniam cogitabat hominem extrudere, si forte contingeret aliquem ibidem Episcopatum vacare. Roffenſi interea (Thoma Brintono moriente) Landavensem, Roffam 1389. Rich. 2. 13.

Digitized by Google

Roffam tranſtulit & præſulatum eius Bromfeldio contulit, poſtquam in Turri Londinenſi per decennium fere captiuus iacuiſſet. Videtur interea Abbatem cum alibi deſignaſſe. Nam temporalibus huius ſedis reſtitutus Dec. 17. Ricardi tertij 13. appellatur in breui regio *Abbas Monaſterij Siluæ maioris ordinis S. Benedicti Burdegalenſis diœceſis; & ſcholarum Palatij Apoſtolici in ſacra Theologia Magiſter.* Vix biennio cum præfuiſſet, anno deceſsit 1391. & in Eccleſia ſua ſepultus dicitur.

49. TIDEMANNVS.

TIdemannus ſucceſſit, Abbas Beaulienſis, ſiue de Belloloco, qui (ni fallor) Tidemann' eſt ille dictus de Winchcomb, qui anno 1395. Wigornienſis euaſit Epiſcopus.

50. ANDREAS BARRET.

ILli itidem ſucceſsit Andreas Barret legum Doctor.

51. IOANNES BVRGHILL.

IOannes Burghill Dominicanus, Epiſcopus Landauenſis & Confeſſor Regius, Lichfeldiam tranſlatus eſt, menſe Septembri 1398.

52. THOMAS PEVERELL.

1399. *Rich. 2. 23.* THomas Peuerell Carthuſianus, Monachus & ſacræ Theologiæ Doctor, Epiſcopus erat Oſſerienſis in Hibernia, vnde ad Landauenſem ſedem tranſlatus eſt 1399. & inde Wigorniam. 1407.

53. IOANNES LA ZOVCH.

1408. *Hen. 4. 9.* IOannes la Zouch Minorita & ſacræ Theologię Doctor, in Landauenſem Epiſcopum conſecratus eſt ſub initium Auguſti 1408. Ex inſignibus eius gentilitijs ſupra portam ædium Epiſcopalium Matherniæ muro inſertis, portam illam conſtruxiſſe videatur & turrim illi incumbentem, ſi non etiam partem multo maximam domus prædictę, vbi in feneſtris & alibi, Zouchæorum parma honoraria funiculo circundata

ſæpius

ſæpius viſenda, fidem facit haud dubiam, ex honoratiſsima familia Baronum Zouchiorum ortum eum habuiſſe.

54. IOANNES WELLES.

IOannes Welles qui ſucceſsit illi, Minorita porro fuit & S. Theologiæ Doctor, conſecratus circa feſtum Natiuitatis Chriſti 1423. & defunctus ſub initium Nouembris 1440. 1423. *Henr.6.2.*

55. NICOLAVS ASHBY.

NIcolaus Aſhby, cœnobij Weſtmonaſterienſis Prior, conſecratus eſt anno 1441. 1441. *Henr.6.20.*

56. IOANNES HVNDEN.

IOannes Hunden, Minorita, ſacræ Theologiæ Doctor, & cœnobij de Langley-Regis Prior, conſecrat' anno 1458. ſponte poſtmodum abdicauit. 1458. *Henr.6.37.*

57. IOANNES SMITH.

IOannes Smith, ſacræ Theologiæ Doctor ſucceſſit. Traditum reperi (quod mihi tamen veriſimile non videtur) obijſſe eum Octobris 16. 1478. & in æde Chriſti ſepultum Londini ab aquilonari latere capellę omnium Sanctorum.

58. IOANNES MARSHALL.

IOannes Marſhall ſacræ Theologiæ Doctor, ſocius olim Mertonenſis collegij Oxoniæ, temporalia huius Epiſcopatus accepit à Rege (vt in Archiuis patet turris Londinenſis) Sept. 18. Edw. 4. 18. hoc eſt, anno 1478. Aut igitur Smithus ante obitum reſignauit; aut in tempore, vel mortis vnius vel ſubſtitutionis alterius deſignando, menda eſt. Monumentum ex polito lapide perpulchrum cernitur, è regione fere ſedis Epiſcopalis Landauiæ. Eorum vtriq; & ſedi nimirum & tumulo, inſignia eius infixa vidi; vt alterum erexiſſe videatur, in altero conditus. Verum & Campanili Eccleſię Mathernenſis, bis eadem ſunt inſculpta, vnde ſatis probabiliter conijcio, eius præcipue ſumptibus turrim eam conſtructam, quæ ex quadrato lapide fabricata, in magnã altitudi- 1478. *Edw.4.18.*

nem

nem consurgit. Sedit annos 18. & quantum deinde amplius, me fugit.

59. IOANNES INGLEBY.

IOannes Ingleby Carthusianus, Prior Shenensis, Episcop' sedit Iunij 30. 1497. & Octobris 15. 1499. quando autem præsidere aut cæperit aut desierit, haud comperi.

60. MILO SALLEY.

MIlo Salleius, Abbas primum Abendonensis, mox Einsamensis, Episcopus Landauensis creatus est ante quintum Nouembris 1504. & decessit sub exitum Decembris 1516. Ab ætate prouectioribus nonnullis accepi, magnam partem ædiũ Mathernensium ab illo constructam, Capellam, aulam, cœnaculum, turrim adiunctam, necnon & coquinam cum ædificijs vicinis.

61. GEORGIVS ATHEQVA.

1516. *Henr.* 8. 8. GEorgius de Athequa Dominicanus, patria Hispanus, qui vna cum Catharina Regina in Angliam veniens, illi factus est à sacris, eiusque opera ad hunc Episcopatum euectus, consecrationem accepit Martij 8. stilo Anglicano 1516.

62. ROBERTVS HOLGATE.

1537. *Henr.* 8. 28. RObertus Holgate, sacræ Theologiæ Doctor Cantabrigiensis, & ordinis Sempringamensium Prouincialis, consecratus est Martij 25. 1537. & post septennium ad Archiepiscopatum Eboracensem translatus est.

63. ANTONIVS KITCHIN, *al:* DVNSTAN.

1545. *Henr.* 8. 36. FVndi nostri calamitas, Antonius Kitchin alias Dunstan, sacræ Theologiæ Doctor, & Cantabrigiensis Academiæ alumnus, consecratus est Maij 3. 1545. Monachus olim Westmonasterienſis & studiosorum in aula Gloucestrensi Oxoniæ Prior, Abbas factus est Einsamensis, ibiq; cœnobio dissoluto

dissoluto, hic, omne parum fausto Episcopus collocatus est. Prædia siquidem Episcopalia omnia (pauciſsimis exceptis) diuendidit, & reliqua ad longiſsimum tempus elocauit, pensiunculis perquam exiguis reseruatis. Hanc attamen sedem, à se eovsque depauperatam relinquere grauatus, homo Pontificiæ doctrinæ addictiſsimus; Elizabetha regnante, omnium sui temporis Episcoporum solus, iuramentum de primatu Regio præstitit iuxta legem nuper latam, & præsulatum ad mortem vsque retinuit. Decessit vero Octobris 31. 1563. & in Ecclesia parochiali Matherniæ sepultus est.

64. HVGO IONES.

HVgo Iones, potius dixerim Ioannis, Legum Baccalaureus, Oxoniæ educatus, consecrationem accepit Maij 5. 1566. & Matherniæ tumulatus est Nouembris 15. 1574. Wallorum primus, qui per annos plus minus trecentos huiusce sedis infulis ornatus est. 1566. *Eliz.* 9.

65. GVLIELMVS BLETHIN.

GVlielmus Blethin, Legum itidem Baccalaureus, necnon & Oxonienſis, Wallus etiam, & Brechinienſis Archidiaconus, consecratus est Aprilis 17. 1575. & diem clausit extremum, circa medium Octobris 1590. Shernewtonæ, Matherniæ vero sepultus est, iuxta antecessorem. 1575. *Eliz.* 18.

66. GERVASIVS BABINGTON.

GEruasius Babington, sacræ Theologiæ Doctor, Landauensis Thesaurarius, & collegij sacrosanctæ Trinitatis nomini Cantabrigiæ dicati aliquando socius, consecratus est Augusti 29. 1591. Hinc deinde Exoniam translatus, mense Februarij 1594. Wigorniam denique postea migrauit. 1591. *Eliz.* 34.

GVLIELMVS MORGAN.

GVlielmus Morgan, sacræ Theologiæ Doctor Cantabrigiensis, cum sacra Biblia in Cambricum siue Wallicum idioma conuertisset, laboris vtiliſsimi hoc tulit præ- 1595. *Eliz.* 38.

mium, vt ſedi Landauenſi præficeretur, opulentiori poſt ſexennium remunerandus. Conſecratus Iulij 20. 1595. cum de Eccleſia reficienda Cathedrali, iam æuo fatiſcente & ruinam minitante totus cogitaret; ad ſedem Aſſaphenſem tranſlatus Sept. 17. 1601. hunc laborem mihi reliquit, quem adeo nollem præripuiſſet, vt eam obrem maiorem bono viro gratiam habeam, quam quod rerum Epiſcopalium fidus diſpenſator, optimo quantum potuit loco omnia mihi reliquerit, meliori etiam relicturus, ſi conatibus eius ſors arriſiſſet. Sed irrita eius induſtria, me ad annitendum excitauit. Et labores meos, per Dei bonitatem, tam Eccleſiæ Cathedrali, quam ſedi Epiſcopali, nonnihil profuiſſe, ſucceſſoribus vt ſpero conſtabit, vtcunque hæredes conquerantur rem propriam familiarem mihi inde non mediocriter afflictam.

FRANCISCVS GODWIN.

1601. *Eliz.* 43. FRanciſcus Godwin ſacræ Theologiæ Doctor, Subdecanus Exonienſis, Thomæ Godwini filius (Bathonenſis olim ac Wellenſis Epiſcopi) Haningtonæ natus in Comitatu Northantonenſi, in æde vero Chriſti Oxoniæ educatus; Epiſcoporum Anglicorum Catalogum contexui anno 1601. qui non parùm auctus & locupletatus, iterum (ſed mendoſiſſimè) anno 1614. editus, nunc demum anno 1616. in Latinum ſermonem, multis id flagitantibus, à me conuerſus eſt. Elizabethæ Principis (quæ annos iam quatuor regnauerat quando natus ſum) deſignatione, Eccleſiæ Landauenſis miniſterio admotus ſum, & in Eccleſia Weſtmonaſterienſi conſecratus Nouembris 22. 1601.

Epiſcopatus Landauenſis, ſecundum rationes fiſcales, valet annuatim 154. l. 14. s. 1. d. *Pontifici vero Romano pendebat pro primitijs, florenos* 700. *quod noſtra moneta conficit* 257. l. 10. s.

DE

DE EPISCOPIS BANGORENSIBVS.

1. HERVAEVS.

BAngoræ, ſedes Cathedralis quando fuerit conſtituta, aut quis eiuſdem primus extiterit Epiſcopus, haud facile quis deſignarit. Ad me quod attinet, non reperi (fateor) Antiſtitis cuiuſquam Bangorenſis mentionem ante tempora Normannorum, niſi fortè vnius (dicti Marclois) qui (vt habent Cambrię Annales) anno deceſſit 943. Verum Marclois ille (appellandus rectius Marchluith) Landauenſis fuit, & non Bangorenſis Epiſcopus. Mihi ergo primus hoc in ordine collocandus Heruęus, *qui* (vt loquitur Malmesburienſis) *hanc ſedem ſpe maiorum diuitiarum reliquit, cauſatus quod ſibi & Wallenſibus non conueniret*, atq; (vtrum hic neſcio) Elienſis Eccleſię primus haud dubie Pontifex factus eſt, idq; anno 1109.

2. DAVID.

HEruæo à nõnullis ſubſtituitur Vrbanus, qui etiam Landauenſis fuit Epiſcopus & (quantũ auguror) Bangorã nunquã vidit; interfuit vero conſecrationi Dauidis, anno 1120. de quo hęc ſcripta reliquit Balęus. *Dauid Preſbyter, natione Scotus, antiquorum Philoſophorum exemplo ductus, reliquit terram patriam, & amore bonarum diſciplinarum, longinquas regiones adijt. In ſuperiorem Germaniam poſt longa ac laborioſa ſtudia, expatiatus eſt, ad Wirceburgenſem ſcholam inſignem pædotribes admiſſus. Eo tempore Henricus quintus Imp. in Italiam rebus agendis proficiſcens, ſe non ſolum armatis militibus, ſed & peritis quoq; viris, ac literatis hominibus munivit, vt per ipſos cuiq; poſcenti, in omni eruditione rationem redderet. Inter eos Dauidem hunc Scotum, à ſacellis habuit, doctrina ac morum probitate præſtantem virum. Qui iuſſu ab illo (vt Vrſpergenſis author eſt) itineris eius curſum, rerum in eo geſtarum ordinem, facili ſtilo,*

quo ab omnibus intelligeretur congessit: Ita vero (teste Malmesburiensi) *vt in gratiam Principis, magis quam historicum deceret, acclinus videretur.*

3. MAVRITIVS, al. MEVRIC.

MAuritius, vel Meuricus, consecratus est anno 1139, vna cum Vhtredo Landauensi, per Theobaldum Archiepiscopum Cantuariensem. Iuramentum fidelitatis Angliæ Regi præstare recusauit aliquandiu: Sed hoc ipsum ab omnibus Episcopis etiam Wallicis, præstari consuetum edoctus; licet ægrè consensit tandem. Cum anno 1161. obijsset; diu sedes vacasse videtur.

4. GVLIELMVS.

PRoximus illi successisse videtur (quamuis post longum temporis interuallum) Gulielmus, cœnobij S. Augustini Bristoliæ Prior, vir pietate doctrinaq; (vt Cambrorum annales testantur) celeberrimus.

5. GVIDO, al. GVIANVS.

HOuedenus author est, Guidonem in cœnobio sanctimonialium consecratum Ambresburiæ 11. Cal. Iunij 1177. & Gulielmum, ab Henrico secundo huic Dioceſi Episcopum datum anno 1184. Attamen quia Giraldus Cambrensis testis oculatus, Guianum, Baldwinum Archiepiscopum Cantuariensem hospitio perhibet excepisse, anno 1188. & Catalogus in Archiuis Ecclesiæ Bangorensis repertus, Gulielmum in priori loco collocat, non possum non hunc ordinem probare quem sequutus sum.

6. ALBANVS.

ALbanus dictus Prior Hospitalis Hierosolymitani, consecratus est Aprilis 16. 1195. & anno sequenti mortuus est.

7.

7. ROBERTVS SALOPIENSIS.

ROBertus Salopienſis, conſecratus anno 1197. Anno deinde 1210. in Eccleſia ſua Cathedrali ; à Ioanne Rege captus, pro lytro dedit eidem accipitres 200. Anno 1213. decedens; corpus ſuum humari mandauit (ſic Weſtmonaſterienſis) in medio fori Salopienſis. Poſt obitum eius, per biennium ſedes vacauit, propter continua bella inter Ioannem Regem, & Leolinum Walliæ Principem id temporis geſta. 1197. *Ioan. 9.*

8. CADVCANVS.

CAducanus, vel Cadwgan, Abbas Landeſidenſis, homo egregiè doctus, conſecratus eſt (vt annales teſtantur Cambrorum) anno 1215. Anno deinde 1236. ab onere muneris Epiſcopalis liberatus per Gregorium 9. Papam, cœnobij Dorenſis Monachus factus eſt. Scriptas dicitur reliquiſſe Homelias quaſdam, appellatas ab ipſo, Speculum Chriſtianorum, & in Monaſterio Dorenſi prędicto fuit ſepultus. 1215. *Ioan. 17.*

9. HOVVELLVS.

HOwellus quidam conſecratus anno 1236. Eccleſiam conſecrauit, & honori B. Virginis dedicauit in cœnobio Franciſcanorum apud Llanvais, in littore inſulæ Angleſeiæ. Hanc Eccleſiam (vna cum cœnobio) extruxit Leolinus Walliæ Princeps, ſuper ſepulchrum vxoris ſuæ Ioannæ, quæ Ioannis Regis fuerat ſoror, & ibi loci ſepeliri expetierat. 1236. *Henr. 3. 20.*

10. RICHARDVS.

RIchardus Epiſcopus Bangorenſis, Leolinum Principem excommunicauit, quod contra fidem iuſiurandi Griffinum fratrem captiuum detinuiſſet, qui Epiſcopo inſuper de reditu ſpondente, ſe in illius dederat poteſtatem. Cumq; excommunicatione huiuſmodi nihil proficeret; ad Regem atq; Pontificem conquerendi finem non fecit, donec ita inſtigaſſet, hunc ad excõmunicationem emiſſam confirmandum, illum vero ad bellum protinus inferendum, vt Regi tandem, neceſſum habuerit Leolinus, fratrem tradere, qui in Turri Londinenſi homi-

nem curauit asseruari, donec effugere conatus, à muro delapsus, fractis ceruicibus interijt. Hic deinde Episcopus (vt habet Parisiensis) anno 1248. *Venit ad cœnobium S. Albani, vt eidē depauperato sinus pateret misericordiæ, & ibidē cum D. Abbate, donec Episcopatus eius qui per bellum destructus erat, aliquantulum restauraretur, habitaret; & ipse cum Clericis suis à pressuris quæ circundederant eos, sicut quondam Hertfertensis Episcopus* (quisquam is fuerit non possum conijcere) *qui & ibidem per circiter viginti annos commorans honorificè sustentabatur, respiraret.*

II. ANIANVS.

1267. *Henr.* 3. 52. ANianus, appellatur etiam Enion, Monæ siue Angleseiæ Archidiaconus, temporalia huius Episcopatus accepit, Decemb. 12. Henrici tertij 52. Vna cum proceribus Walliæ iuramentum fidelitatis Edwardo de Caernaruon Walliæ Principi præstandæ, suscepit Aprilis 28. anno 1300.

12. CADVCANVS.

1306. *Edw.* 1. 34. CAducanus fuit Episcopus Bangorensis anno 1306.

13. GRVFFINVS.

GRuffinus consecratus est anno 1306.

14. LVDOVICVS.

1320. *Edw.* 2. 13. LVdouicus, consecratus est vna cum Meneuensi, Archiepiscopatu Cantuariensi vacante, per Episcopum Londinensem, facultate ad id impetrata à Priore & Conuentu Cantuariensi, anno 1320.

15. MATTHAEVS.

1334. *Edw.* 3. 18. MArthæus, consecratus anno 1334. decessit Aprilis 25. 1357.

16. THOMAS de RINGSTEAD.

1358. *Edw.* 3. 32. THomæ de Ringstead, Academiæ Oxoniensis (sicut accepi) alumno, iurisdictio huius sedis commissa est, Decemb. 16. 1357. Augusti vero 21. sequenti consecratus, in Dominicanorum

canorum cœnobio Salopiæ decessit, Ianuarij 8. 1365. Testamenti eius vidi formulam, in quo Canonicis Augustinensibus Huntindoniæ legauit 10. libras, & corpus suum inter illos sepeliri mandauit, vbi parentes eius antea fuissent tumulati: Ad reparationem item Ecclesiæ suæ Cathedralis centum libras: Ad vestimenta & capas emendas, in parochialibus Ecclesijs, vbi deesse viderentur, 40. libras; Atq; ad studiosorum pauperum sustentationem 100. libras. Has pecunias (Wallis suis nescio quam ob causam infensus) Walli cuiusquam fidei distribuendas committi vetuit. Deinde inter alia minoris momenti legata, Academiæ Cantabrigiensi (miror quod non potius Oxoniensi si ipse fuerit Oxoniensis) dedit viginti libras, in arca ibidem perpetuo asseruandas, vt inde studiosus quilibet 10. solidos, relicto pignore, posset mutuari.

17. GERVASIVS de CASTRO.

GErualio de Castro Dominicano, sacræ Theologiæ Doctori, iurisdictio huius diocesis commissa est Ianuarij 26. 1366. Romæ postea dicitur consecratus. Testamentum condidit, Sept. 24. 1370. 1367. *Edw.* 3. 41.

18. HOVVELLVS.

HOwellus quidam huius Ecclesię Episcopus, constitutus est mense Ianuarij 1370. & mortem obijt mense Februario anni sequentis, sicut in Regist. Gul. Wittlesei Archiepiscopi Cantuariensis memoratum reperi; Vbi etiam obseruaui, Geruasium, proximũ eius antecessorẽ appellatum. Non desunt tamen qui Anxanum nescio quem interponant. Hunc vero publicarum tabularũ nixus authoritate, reijciendũ duxi. 1370. *Edw.* 3. 44.

19. IOANNES GILBERT.

IOannes Gilbert Dominicanus successit, qui anno 1374. Hereford iã translatus est, & inde postea ad sedẽ Meneuensẽ.

20. IOANNES.

IOannes Episcopus Clouensis, Cassilensis Archiepiscopi in Hibernia Suffraganeus, ad hanc sedem translatus est per bullam Papalem 6. Non. Iulij 1376. 1376. *Edw.* 3. 50.

21. IOHANNES SWAFFAM.

IOannes Swaffam Linnenſis Cœnobij Carmelita, & Academiæ Cantabrigiēſis Theologus magnus, propter crebra cum Wicleuiſtis certamina, Epiſcopus Bangorenſis à Gregorio 11. Papa declaratus eſt, vt Balæus teſtatur. Gregorius vero cum anno 1378. mortem obierit, non poſſum non ſuſpicari, Ioannem Clouenſem & iſtum, vnum eundemque hominem fuiſſe.

22. RICHARDVS YONG.

1400. *Henr.4.1.* RIchardus Yong, Epiſcopus Bangorenſis conſtitutus an. 1400. in vinculis agens (captiuitatis vel cauſam vel locum non intellexi) ad Eccleſiam Roffenſem per bullam Pontificiam tranſlatus eſt 3. Id. Nouemb. 1404.

23. LVDOVICVS.

EXiguo tempore cum præfuiſſet huic Dioceſi Ludouicus quidam, ad aliam neſcio quam ſedem dicitur tranſlatus. Anno 1408. *Pontifex Bangorienſis* (inquit Walſingamus) *captus cum Comite Northumbriæ & Barone Bardolfo* (qui res nouas molientes contra Henricum quartum Regem, prælio ſuperati, temeritatis ſuæ pœnas morte luerũt) *donari vita meruit, eo quod inermis captus fuit.* Hunc ipſum fuiſſe non dubito, & (quemadmodum Tho. Merkes Carliolenſis ante triennium) ſub vmbram tranſlationis, Epiſcopatu per malitiã priuatum.

24. BENEDICTVS NICOLLS.

1408. *Henr.4.9.* BEnedictus Nicolls Legum Baccalaureus, & Eccleſiæ de Staplebridge in Dioceſi Sarisburienſi Rector, conſecratus eſt an. 1408. & Meneuiam tranſlatus Decemb. 15. 1417.

GVLIELMVS BARROW.

1418. *Hen.5.6.* GVulielmus Barrow, Legum Doctor & Canonicus Lincolnienſis, Epiſcopus Bangorenſis creatur 1418. vnde Carleolum transfertur anno 1423.

26.

26. NICOLAVS.

NIcolaus tum quidam, proximus ſucceſſor nominatur. Attamen in Archiuis Regijs quæ in Turri Londinenſi aſſeruantur traditum reperi, cuidam Ioanni Canonico Ciceſtrenſi temporalia reſtituta huius ſedis per tranſlationem Gulielmi Barrow vacantis, Ianuarij 15. 1424.

27. THOMAS CHERITON.

THomas Cheriton Epiſcopus huius ſedis conſtitutus eſt anno 1436. 1436. *Henr. 6. 15.*

28. IOANNES STANBERY.

IOannes Stanbery Carmelita, conſecratus 1448. Hereſordiam tranſlatus eſt 1452. 1448. *Hen. 6. 26.*

29. IACOBVS.

IAcobus, Achadenſis, Tuamenſis Prouinciæ in Hibernia Epiſcopus, ſucceſſit, & menſe Septembri obijt 1464.

30. THOMAS EDNAM.

THomas Ednam conſecratur anno 1474. 1464. *Edw. 4. 4.*

31. HENRICVS DEAN.

HEnricus Deane Abbas Lanthonienſis, conſecratus anno 1496. Sarisburiam tranfertur 1500. & poſtea Cantuariam. Huius ſedis benefactor ille fuit egregius. 1496. *Hen. 7. 12.*

32. THOMAS PIGOT.

THomas Pigotus conſecratus 1500. obijt Auguſti 15. 1504. 1500. *Hen. 7. 16.*

33. IOANNES PENNY.

IOannes Penny Legum Doctor, conſecratus 1504. anno 1509. Carleolum tranſlatus eſt. 1504. *Henr. 7. 20.*

Digitized by Google

34. THOMAS SKEVINGTON.

1509. *Hen.8.1.*

THomas Skeuington conſecratus Iunij 17. 1509. Eccleſiæ ſuæ Cathedralis quicquid à choro in Occidentem protenditur, ſuo ſumptu conſtruxit, niſi quod parietum nonnihil antea fuerit à fundamentis excitatum. Id elogium teſtatur in exteriori parte Campanilis inſculptum. Intempeſtiua morte ſublatus, opus illud non potuit perficere: Hæredibus vero reliquit vnde id fieret; qui tamen (vt intuenti facile apparet) ad propoſitam altitudinem non perduxerunt.

35. IOANNES CAPON.

1534. *Henr.8.25.*

IOannes Capon, *alias* Salcot, Legum Doctor, & Hidenſis olim Abbas, Croydonæ conſecratus eſt Aprilis 19. 1534. & Sarisburiam tranſlatus Aug. 14. 1539.

36 IOANNES BIRD.

1539. *Hen. 8.31.*

IOannes Bird, Doctor Theologus Cantabrigienſis, & Carmelitarum Prouincialis, Oſſerienſis in Hibernia Epiſcopus, huc primum tranſlatus eſt Septemb. 3. 1539. & Ceſtriam deinde poſt biennium.

37. ARTHVRVS BVLKLEY.

1541. *Hen.8.33.*

ARthurus Bulkley Legum Doctor, in Epiſcopum Bangorenſem confirmatus eſt Decembris 20. 1541. Res mira eſt & memoratu digniſſima, quam de hoc homine narrauit mihi non ita pridem vir grauiſſimus ſideque digniſſimus. Non contentus Eccleſiam ſuam deprędari, nolis quinque ſatis grandibus ereptis ac diuenditis; ad mare deſcendit vt naui impoſitas avehi conſpiceret. Rediturus, vix ſe conuerterat & vnum aut alterum paſſum progreſſus fuerat, cum oculis derepente orbatus eſt (quos voluit ſacrilegio paſcere) & cæcitate percuſſus, vt lucem (qua fuit indignus) nunquam poſtea aſpexerit.

38. GVLIELMVS GLYN.

GVlielmus Glyn, ſacræ Theologiæ Doctor, & Collegij Reginæ Cantabrigiæ alquando ſocius, conſecratus anno 1555. Mariæ Reginæ anno vltimo deceſſit. 1555. *Mar.* 3.

39. ROLANDVS MERICK.

ROlandus Meric Legum Doctor, Hoſpitij noui Oxoniæ olim Principalis, conſecratus eſt Decemb. 21. 1559. Pater hic fuit Gelleij Merick Equitis aurati, qui vna cum Eſſexio Comite generoſiſſimo, an. 1600. morte mulctatus eſt. 1559. *Eliz.* 2.

40. NICOLAVS ROBINSON.

NIcolaus Robinſon, Doctor Theologus Cantabrigiẽſis, conſecratus eſt Octob. 20. 1566. 1566. *Eliz.* 9.

41. HVGO BELLOT.

HVgo Bellot, Cantabrigienſis itidem, & Theologiæ Doctor, conſecratus Ian. 25. 1585. Ceſtriam anno 1590. tranſlatus eſt. 1585. *Eliz.* 28.

42. RICHARDVS VAVGHAN.

RIchardus Vaughan ſacræ Theologiæ Doctor, conſecratus Ianuarij 25. 1595. Ceſtriam itidem tranſlatus eſt, (Belloto etiam ibi ſucceſſurus an. 1597) poſteaq; Londinum. 1595. *Eliza.* 38.

43. HENRICVS ROWLANDS.

HEnricus Rowlands Oxonienſis Academiæ alumnus, conſecratus vna cum Sarisburienſi, Exonienſi & Gloceſtrenſi Epiſcopis, Nouembris 12. 1598. eccleſiæ ſuæ campanile quod Skeuingtonus condiderat, Bulkleius expilauerat, quatuor nolis inſtruxit, eius amplitudinis, vt earum maxima centum libris illi conſtiterit. Collegio etiam Ieſu Oxoniæ, contulit prædia ad duorum ſociorum ibidem ſuſtentationem. 1598. *Eliz.* 40.

Cenſus huius Epiſcopatus annuus, ſecundum rationes fiſci Regij eſt 132. li. 16. s. 4. d. ob. *Papa vero pro primitijs pendebat, florenos tantum* 126.

DE

DE EPISCOPIS ASAPHENSIBVS.

I. KENTIGERNVS.

CIrca annum ſalutis per Chriſtum 560. Kentigernus quidam Glaſcuenſis in Scotia Epiſcopus, à popularibus ſuis expulſus, Cœnobium ſibi ſuiſq; qui ſecum in exilium ſponte erant profecti, condidit, inter fluuios Elwyd & Elwy; vbi cum Eccleſiolam conſtruxiſſet & habitacula in quæ ſe reciperet; hominum ingens multitudo ad ipſum indies confluebat; ex quibus tam multi ſodalitio eius ſe adiunxerunt, vt Monachos breui numerauerit 660. Horum partem dimidiam (quæ ex illiteratis conſtabat) agriculturam iuſſit exercere in campis: Reliquos, intra Monaſterium continuit, ſed ita, vt vario laborum genere victum comparare coegerit, niſi quod 60. ex omni numero ſelectos, ad ſacra per vices die nocteque in Eccleſia ſua perpetuo celebranda deſtinarit. Hanc autem Eccleſiam ex materia primùm fabrefactam, poſtea ex lapidibus novam conſtruxit, quamvis impeditus multum à Malgone vel Maglocuno (Rege quodam Britannico) ſexto inde milliari apud Deganwy habitante; qui tamen placatus paulatìm, cathedram Epiſcopalem in eadem tandem collocari permiſit, & non ſolum prædijs multis locupletavit, ſed immunitates etiam & priuilegia non pauca Epiſcopo Monachiſque indulſit. Sedes à nonnullis Elgüenſis, ab alijs Eluenſis & Lanelwenſis nuncupata, à fluuio Elwe, prope quam ſita eſt. Kentigernus vero eiuſdem primus Antiſtes, matre dicitur natus Thamete, quæ filia fuerit Lothi Pictorum Regis. Ad patrem quod attinet, Britannum fuiſſe neſcio quem, Balæus prodidit. Cæteri vero ſcriptores omnes, adeo cunctos latuiſſe affirmant quem genitorem habuerit, vt plurimis vulgo perſuaſum teſtentur, virginem, illum, matrem peperiſſe. Quoſcunque habuerit parentes;

Digitized by

rentes; vir fuit haud dubie insignis & dignus cuius memoriã celebremus, saltem si vera sint quæ de eo tradiderũt Capgravus, Boethius, Lelandus, cæteri. Inter alios, de ipso hæc habet Balæus. *Dum esset Elguæ in terra Cambrensi, vir Apostolici ordinis in pastorem constitutus, melota ex caprinis pellibus vsus, & cucullæ strictu, candidaq; contectus stola, primitiuæ Ecclesiæ formam seruauit. Apostolico more pedes ad prædicandum perrexit, multosque ad fidem conuertit. Apostatas reuocauit, Pelagianos expulit, nondum renatos baptisauit, simulachra euertit, Ecclesias condidit, egrotis ministrauit, languores curauit, in magnaque semper abstinentia vixit, homo ad promouendam verã religonem natus. Formatis enim in re Christiana Venedotis & Rossis; Euangelium prædicabat ad flumen vsq; Fordense, & ad mare Scoticum, Columba Scoto viro sanctissimo concomitatus; vbi Caledonios, Athalos, Horestos, ac vicinarum Albaniæ regionum incolas, monendo, hortando, docendo, ad veræ pietatis obseruationes fideliter instigauit. Ex suis etiam discipulis, quosdam ad Orcades insulas, ad Norwegiam & Islandiam misit, vt eorum institutionibus sacris fidei lumen reciperent.* Quamdiù hanc sedem rexerit, non constat. Hoc constat, revocatum tandem in patriam, discipulorum quẽdam nomine Asaphum sibi successorem ante discessum ordinasse, & reversum ad suos, munus repetijsse à se pridem derelictum, in quo tam diù vixit, vt ætatis annos (si fas credere) 185. expleverit. Sic nempe historici nostri. Episcopatus iste, quamvis inter tenuissimos Angliæ Walliæque semper numeratus (Giraldus anno 1188. *pauperculam sedem Lanelwensem* vocat, & qualis hodie censeatur novimus) tempore tamen Edwardi secundi, ædes habuit Episcopales quinas, videlicet apud Lanelwy, Altmeledin, Landegla, Nannerch & S. Martini, quas omnes præter vnicas illas Lanelwenses sacrilegium absorpsit, nisi quod pensiunculæ nescio quæ pro illis annuatim reddumtur, ne centesimam fortassis partem iusti pretij attingentes. Ad Ecclesiam quod attinet, ratione bellorum (quæ inter Angliæ Reges Wallięque Principes in hac regione plurimum residentes, per multorum annorum curricula continenter gesta sunt) sæpe ea direpta & incensa est, vna cum Episcopi & Canonicorum

nonicorum ędibus. Clade vero omnium maxima affectam ferunt ab Oweno Glendowr, Henrico quarto regnante, à quo tempore Canonicorum domus nũquam reſtauratę ſunt.

2. S. ASAPH.

ERat *in prædicta literatorum multitudine* (ſic loquitur Capgravus) *Aſaph quidam, genere & ſpecie clarus, ab ipſo pubertatis flore, virtutibus & doctrina fulgens, qui vitam magiſtri in omni ſanctitate & abſtinentia iugiter ſequi ſatagebat.* Iſtum Kentigernus ob exhibita ſibi fidelitatis officia, charum habens, Monaſterij curam illi delegavit. Et cum à pio Principe Roderico poſt tyrannorum moleſtationes quam plurimas, ad verbi miniſterium revocaretur, eum in Epiſcopatu ſucceſſorem (plebe conſentiente) inſtituit, hanc freqũentiuſcule habens in ore ſententiam; *Quicunque verbo Dei aduerſantur, hominum ſaluti inuident.* Scripſit Aſaphus Ordinationes Eccleſiæ ſuæ, Magiſtri ſui Kentigerni vitam, atque alia nonnulla. Quo tempore ſederit aut quando obierit minime habeo compertum, imo nec quis illi per multas poſtea annorum centurias ſucceſſerit. Et crediderim certe aliquot ſeculis hanc ſedem Antiſtite caruiſſe. Huntindonenſis etenim (qui ſcripſit circa annum Domini 1150.) ſedes Wălliæ Cathedrales recenſens, tres duntaxat enumerat, Menevenſem, Bangorenſem & Landavenſem, quam à regione in qua ſita eſt, Glamorganenſem vocat.

3. GALFRIDVS.

QVi primus iam occurrit poſt Aſaphum Aſaphenſis Eccleſiæ Epiſcopus eſt Galfridus, nonnullis Arthurus cognominatus (à patre fortaſſis Arthuro, ſecundum morem gentis, fortaſſis etiam ab Arthuro Rege, de quo multa ſcripſit) vulgo dictus Monumethenſis, ideo credo quia Monumethæ natus. Ex Monacho Benedictino, huius ſedis factus eſt Epiſcopus anno 1151. Hic eſt qui Britannicam hiſtoriam à Bruto vſque Troiano (ſi Dijs placet) ad annum Chriſti 689. perduxit, ſcriptis ante illum à nemine traditam, vt vulgo ſaltem innotuerit. Reperi annotatum, obijſſe illum anno Domini 1165. quod verum non eſſe probatur teſtimo-

1151. *Steph.* 16.

nio

nio Chronici cuius mentionem facit Balęus in Appendice vitę eius, perhibentis, hiſtoriam quandam ſui temporis ab illo conſcriptam anno 1170. aut eo circiter. Hovedenus author eſt Concilium Londini celebratum anno 1175. *In quo* (ſic ipſe loquitur) *Clerici Eccleſiæ S. Aſaph, petierunt à Cantuarienſi Archiepiſcopo, vt in vi obedientiæ præciperet Godefrido* (quod nomen vſurpatur ſæpe pro Galfrido) *Epiſcopo Eccleſiæ S. Aſaph, ad ſedem Eccleſiæ ſuæ redire, cui præfuit Pontificali dignitate; vel vt prædictus Archiepiſcopus aliũm Epiſcopum loco ipſius inſtitueret. Ipſe enim Godefridus, Epiſcopatum ſuum deſeruit, paupertate & infeſtatione Wallenſium compulſus; veniensque in Angliam, à Chriſtianiſſimo Rege Henrico, benignè & honorificè ſuſceptus eſt; cui tradidit Abbatiam Abendoniæ vacantem in cuſtodia, donec ad propriam ſedem liberum haberet regreſſum. Itaque præfatus Archiepiſcopus in ipſo Concilio ad inſtantiam prænominatorum Clericorum, & admonitione Alexandri ſummi Pont. necnon & conſilio venerabilium Archiepiſcoporum ſuorum, conuenit iam dictum Godefridum vt in vi obedientiæ ad ſedem propriam rediret, vel curam paſtoralem quæ ſibi fuerat commiſſa in manu ipſius libere & abſolute reſignaret. Ipſe vero Godefridus, ſperans quod Abbatia de Abendonia quæ tradita fuerat ei in cuſtodia, poſſet ſibi remanere; Epiſcopatum ſuum nullo cogente reſignauit, libere & abſolute tradens Cantuarienſi annulum & baculum paſtoralem. Et ſic deceptus, amiſit vtrunque. Nam Rex dedit Epiſcopatum eius magiſtro Ada Wallenſi & Abbatiam de Abendonia cuidam Monacho.* Godefridus hic, fuerit nec ne Galfridus de quo agimus, non auſim pronunciare: Mihi vero (vt quid ſentiam liceat exponere) ſatis clarum videtur, eundem ipſum hunc fuiſſe, tempore congruente & nomine non abhorrente. Hoc tantum moratur iudicium meum, quod mirer cum Cardinale tam duriter actum. Tradit ſiquidem Ponticus Virunnius (qua fide multa alia) *fuiſſe hunc Galfridum Cardinalem, & Britanniæ per plures annos gubernatorem generalem apud Robertum Regem ipſius.* Quam lepide hiſtoricaſter iſte in vnum cumulum congeſſit, mendacia fere plura quã verba? Aſſerat quantum voluerit Ciaconius (qui Cardinalium omnium vitas videri vult ſcrip-

ſcripſiſſe) Cardinalem hunc extitiſſe, & producat teſtes Lelandum, Roſſum, Boſtonum : Mihi tamen nunquam perſuadebit, moris adhuc fuiſſe Pontificibus Ro. Cardinales è tam longinquis regionibus petendi, aut aliquos creandi titulares huiuſmodi, qui in Curia Romana non reſiderent. Imo rariſſime adhuc reperies in hunc ordinẽ admiſſos, niſi qui in Italia ſi non nati, at per multum tamen temporis verſati ſint. Deinde quì fieri poteſt, vt rei tam memorabilis hiſtoricorum noſtrorum ex illis qui editi ſunt nemo quiſquam fecerit mentionem? Fatebor attamen, tam verum eſſe, Galfridum noſtrum Cardinalem fuiſſe, quam Robertum regno apud nos potitum, aut Galfridum antedictum (quod iſti placet) orbem Britanniæ noſtræ digito olim temperaſſe.

3. ADAM.

POſt Galfridi abdicationem, Epiſcopatum hunc ambivit quidam, Cambris dictus Gwillim Bach, hoc eſt, Gulielmus Parvus, vero nomine Gulielmus Petit appellandus, qui (vulgo Neubrigenſis) hiſtoriam ſui temporis conſcripſit (vt illa ferebant tempora) elegantem ſane ; in cuius præfatione Galfridum inſectatur acerrimè, Arturum inde cognominatum perhibens, *quod fabulas de Arturo ex priſcis Britonum figmentis ſumptas, ex proprio auctas, per ſuperductum Latini ſermonis colorem, honeſto hiſtoriæ nomine palliarit, in qua petulãter & impudenter fere per omnia mentiri eum dicit, & partim ab ipſo, partim ab alijs conficta tradidiſſe, ſiue effrenata mentiendi libidine, ſiue etiam vt Britonibus ſuis placeret, &c.* Hic, præterea quod repulſam tulit; à Davide Walliæ Principe, adeo parum amicè ſuſceptus eſt, vt ſuſpicentur nonnulli, hominem vniverſæ genti iratum, eiuſque gloriæ invidentem, cum hæc ſcriptitaſſe, tum aliàs à verbis non temperaſſe quæ exiſtimationi illius maculas inurerent indelebiles. Alij ſunt è contra qui arbitrentur ob hiſtoriam prius ab illo conſcriptam, ideo ab iratis Cambris reiectum & inhumanius tractatum. Vndecunque id evenerit, præſulatu certe excidit expetito, ſubſtituto ſicuti antea retulimus Adamo quodam qui Oxoniæ deceſſit anno 1180. & in Oſnienſi Cœnobio ſepultus eſt.

Digitized by Google

4. Reinervs.

SVcceſſiſſe tum videtur Reinerus quidam. Anno ſiquidem 1188. quando Baldwinus Archiepiſc. Cantuarienſis vniuerſam Walliam peragrauit, ſedi huic is præfuit, ſicut teſtatur Giraldus, qui etiam perhibet, ante Archiepiſcopi aduentum, multos ad ſuſcipiendam crucem ab illo allectos, ſacræ militiæ nomina dediſſe. Ædes hic plurimũ incoluit prope Oſweſtriam quę antiquit' Oſwaldceſter. Et cum Monaſteriũ Albũ (vulgo Blanch-monaſtery) ſacerdotes (plerunq; coniugatos) aleret duodecim; decimas fœni & frumenti Eccleſiarũ vicinarum quibus ſuſtentabantur, eripuit & (re à Pontifice probata) in monachos contulit Salopienſes. Dimidium deinde omnium decimarum Wrexamę prouenientium, appropriauit cœnobio Langueſtenſi (vulgo de Valle-crucis) quod anno Chriſti 1100 fundauerat Madoc ap Gryffith Domin' de Bromfeild. Vixit Reinerus iſte ad annum 1220. quantum vero deinde poſt, vitam produxerit me latet.

5. Abraham.

ANno 1232. Abrahamus quidam Epiſcopus deceſsit Aſaphenſis. Qui anno 1227. cum ratam haberet anteceſſoris ordinationem de Wrexamenſibus decimis factã reliquam, etiam medietatem earundem Monaſterio conceſsit antedicto.

6. Howel Ap Ednevet.

ANno 1235. Howel ap Edneuet, neſcio cuius ſocietatis Fraterculus, Epiſcopus creatus eſt huius Eccleſiæ. Anno deinde 1239. Sanctimonialibus de Llanligan in Powiſia appropriauit rectoriam de Lanvayr in Caerenion; necnon & Langollen cœnobio de Valle-crucis, & Lanaſaph ad fabricam Eccleſiæ Cathedralis. Bellorum populationibus Epiſcopatu deuaſtato, in Angliã profugit, & in ſumma omnium rerũ inopia Oxoniæ deceſsit anno 1247. ibique iacet ſepultus. 1235. *Henr.* 3.19.

7. Anianvs. I.

ANianus eius nominis primus, conſecratus eſt anno 1248. Hic litem diu agitatam inter Leolinum Wallię Principem & Richardum Bangorenſem Epiſcopum, anno 1261. compoſuit. Poſt biennium deinde Sanctimonialibus de Llanligan appropriauit rectoriam de Lanllwghaiarn; & Monaſterio Po- 1248. *Henr.* 3.32.

lensi rectoriam de Abertew anno 1265. Sedit annos plus minus 18.

8. ANIANVS. 2.

1268. *Henr.* 3. 52. POstquam per biennium vacasset sedes, Aniano in successorem ordinatus est Anianus, cognominatus de Schonaw, Dominicanus, vulgo appellari consuetus *Ybrawddu o Nanny*, quasi dicas, Niger fraterculus de Nanny. Consecratus dicitur mense Octobri 1268. in Ecclesia S. Marię prope pontem Londinensem. Hic Regi Edwardo primo à Confessionibus, ipsum à Palestina reuertentem in patriam vsque sequutus est. Illi & successoribus, Ioannes Fitz-allen Arundeliæ Comes, dedit centum terrę iugera (acras appellamus) apud S. Martini anno 1271. ea lege vt acciperet quotannis ad festũ D. Io. Baptistæ auratorum calcariũ par. Ioannes autem filius eius alia itidem iugera 44. adiecit, vna cum ædib⁹ pręcipuis, aut (vt loquimur) capitalibus mannerij. Inter ipsum & Abbatem Salopiensem lis diù agitata est Romę, de patronatu Vicarię Blanch-monasterienſis, cuius loci decimas, Salopiensibus Reynerus appropriauerat. Huius contentionis is fuit exitus, vt Salopienses, quo in decimis colligendis & disponendis nemo eos interturbaret, quicquid prędiorũ haberent apud S. Martini, id totum darent Episcopo & successoribus. Lis fere consimilis tum postea exorta est inter ipsum & Abbatem de Valle-crucis, circa vicarias de Langollen, Wrexham, Ruabon, Chirk, Lansanfrayd, & Landegla, quarum Ecclesiarũ patronatus, ab Officiali Cantuariensi & Abbate de Tallelechew (Pontificijs delegatis) Episcopo & successoribus adiudicata est. Sed quoniam de iure patronatus Ecclesiæ de Landegla nonnihil dubitatum est (vt videtur) tertiam partem decimarũ de Brineglwis oportuit cum Monachis de Valle-crucis appropriare. In alia lite inter ipsum & Thomam de Cantelupo Herefordensem Episcopum excitata, propter iurisdictionem territorij de Horddor, eadem fœlicitate non est vsus. Thoma Herefordensi defuncto, Richardo de Swinfeild successore eius annuente, res per compromissum ad arbitrium delata est Richardi Londinensis Episcopi, qui pro Herefordensi iudicauit: Vnde regio illa iam inde ab eo tempore, Herefordensis dioceſis pars semper est æstimata. Antistiti huic, Gruffith Vaughan ap Gruffith

fith ap Madoc, Dominus de Yale, mannerium contulit de Landegla anno 1278. Qui rebus suis iam ita constitutis, animum adiecit ad Cathędrā suam Episcopalem à Lanelwy, vico rusticano, & loco, tam turbulentis temporibus parum tuto, ad Ruthland transferendum; oppidum, populi frequentia, ædificiorum splendore & incolarum opulentia tunc temporis satis celebre, quod duobus tantum milliaribus à veteri distabat sede. Edwardus primus Rex, aream promisit in qua Ecclesia construeretur, & mille marcas, ad sumptus structurę. Literæ etiam ad Martinum quartum Pontificem conscriptæ sunt, ad facultatem ab illo pro sedis translatione huiusmodi impetrandam; vt conijcere non possim, eiusce rei vnde impedimentum natum sit, nisi forsitan ex morte Pontificis qui anno decessit 1286. Ad Episcopum vero quod attinet, anno 1292. vitam ille cum morte commutauit.

9. LEOLNIVS DE BROMFEILD.

SVccessor illi designatus Leolin⁹ de Bromfeild, alias dictus Leolinus *ap Llewelin ap Yuyr* Asaphensis Canonicus, in æstate anni 1293. consecratus est. Qui anno 1310. decimas de Lanelwy in quatuor partes diuisas, quatuor vicarijs choralib⁹ attribuit, vt infra quatuor cruces sacra perpetuò obirent. Rectorias etiam de Lansilin & Ruthlan Capitulo appropriauit, vel potius appropriationes ab Aniano antecessore factas confirmauit, quod diplomata eiusce rei ab Aniano confecta, belli tempore incendio fuissent absumpta; sicuti & illa quæ donationes Fabricę Ecclesię factas testabantur; quę similiter renouauit. Portionem vero de Corwen (Fabricę ante appropriatam) in pristinum statum reduxit, & præsentatiuam esse ordinauit. In liturgia Ecclesię suę & chori disciplina cum plurima mutauerit, constitutiones eius ea de re in hodiernū vsq; diem vim obtinent. Testamenti condendi facultatem cum ab Edwardo primo Rege impetrasset; argenti cælati, librorum & vestium sacrarū magnam copiam legauit, Ecclesię partim Cathedrali, partim Canonicis eiusdem & Capellanis suis, famulorum etiam quamplurimis pecunia mediocri relicta. Obijt anno 1313. 1293. *Edw.* 1. 21.

Digitized by Google

10. DAVID AP BLETHIN.

1319. *Edw.* 2. 12. ELectio facta de Dauide ap Blethin, Regio assensu confirmata est anno 1314. Qui tamen consecratus non videtur ad annum vsq; 1319. Excessit è viuis sub exitum Septembris 1345. Comperi siquidem Edwardum 3. Regem, Oct. 9. anni prædicti, literas dedisse ad Decanum & Capitulum quibus petijt, quendam Ioannem Lincolniensem, Dominicanum, & Comitis Warrenij Confessorem, Episcopũ ab illis renunciari.

11. EPHRAIM.

IN Cambrorum Annalibus, traditum reperi, Ephraimum quendam Episcopum Asaphensem defunctum anno 1332. Si talis quispiam his temporibus dioceſi huic præfuerit, seriùs aliquantisper id extitisse necessum est. Mendose scriptum suspicor 1332. pro 1352.

12. HENRICVS.

IN Archiuis Regijs quæ in Turri Londinensi asseruantur, fit mentio cuiusdam Henrici Asaphensis Episcopi, qui sederit Edwardo tertio regnante: Et videtur Ioannis Treuauri proximus antecessor extitisse.

13. IOANNES TREVAR.

EPhraim & Henricus supradicti (si tales aliqui huic Ecclesiæ prefuerint) tam exiguo tempore videntur sedisse, vt inter Episcopos vix meruerint numerari. In registro siquidem Simonis Islip Archiepiscopi Cantuariensis, testem quendam comperi mense Aprili 1357. examinatum, qui asseruerit, omnes per multos annos retroactos Ecclesiæ Asaphensis Episcopos se nouisse; interq; eos, Anianum quidem ante annos sexaginta defunctum, eique succesisse Leolinum, huic Dauidem, ac Dauidi Ioannem Treuaur, cuius morte (inquit ille) Episcopatus iam vacat. Et verum certe id fuit, Ioannem prædictum anno 1356. diem clausisse extremum.

14. LEOLINVS AP MADOC, AP ELIS.

1357. *Edw.* 3. 31. LEolinus, filiꝰ Madoci, Eliseꝰi nepos, ab Innocentio 6. Papa, Asaphensis Episcopus Auenione renunciatur, mense Iulio 1357. & intestatus decessit 1376. Nam bonorum eius administrationem, tanquam defuncti, concessam reperi 8. Cal. Iunij 1376.

15.

Digitized by Google

15. GVLIELMVS DE SPRIDLINGTON.

GVlielmus de Spridlington, Decan⁹ Aſaphenſis, conſecratus eſt Maij 25. 1376. Ante tempora iſtius Epiſcopi, ij quibus elocata erant prędia mannerij Lanelwienſis, operarios 6. alere tenebantur, qui ſaxa quotidie eruerent è latomijs, y *Garreg goch* appellatis, hoc eſt, rupis rubrę; & pro vnoquoq; defectu, quatuor denariorum mulcta Epiſcopo erat pendenda. Iam, querentib⁹ agricolis, ad paupertatem ſe redactos ratione bellorum, & aſſerentibus, Eccleſiæ Cathedralis ac ædium Epiſcopalium ſtructura perfecta, ſuperfluam fore iſtorum operam: Paciſcitur cum ijs Epiſcopus, licitum illis poſthac fore, officium huiuſmodi redimere 10. marcarum annua ſolutione. Et hic redditus ad hunc vſq; diem, *ardreth y garreg goch* nuncupatur, quaſi dicas redditum rupis rubræ. Hodie vero (vnde id eueniat non conijcio) pro decem illis marcis quinq; duntaxat numerantur. Exceſsit è viuis hic pręſul, Aprilis 9. 1382. apud Altmeledin. 1376. *Edw.* 3. 50.

16. LAVRENTIVS CHILD.

LAurentius Child, cœnobij de Bello Monachus, & Iuris Canonici Licentiatus, Auguſto menſe ſequenti conſecratus, deceſſit Septembris 20. 1389. 1382. *Rich.* 2. 6.

17. ALEXANDER BACH.

ALexandro Bach Dominicano, ſacræ Theologiæ Doctori, dioceſeos Aſaphenſis iuriſdictio commiſſa eſt tanquam Electo in Epiſcopum, Aprilis 6. 1390. 1390. *Ric.* 2. 13.

18. IOANNES TREVAVR. 2.

OCtobris 15. 1395. Ioanni Treuaur, eius nominis ſecũdo, iuriſdictio Eccleſiaſtica dioceſis Aſaphenſis commiſſa eſt. Sententiam ille tulit, qua exauthoratus & in ordinem redactus Richardus ſecundus Rex; atque in Hiſpaniam mox amandatus vt Regi ibidem, Henrici quarti ad regnum Anglicanum ius exponeret ac demonſtraret. Anno poſtquam redijt vno aut altero, deſciuit à Rege & nobiliſsimi rebellis partibus ſe addixit Oweni Glendowr, anno videlicet 1404. & biennio deinde tranſacto diem obijt. 1395. *Ric.* 2. 19.

Digitized by Google

19. ROBERTVS.

1411. *Henr.* 4. 12. IVnij 28. 1411. Robertus quidam in Episcopũ Asaphensem consecratus est Lincolnię, per Th. Arundellum Cantuariensem Archiepiscopum. Maij vero 26. 1433. illius morte sedem vacuam extitisse comperi.

20. IOANNES LOW.

IOannem Low, Monachum Augustinianũ sacræ Theologię Doctorem ad Episcopatũ Asaphensem Henrici Regis opera prouectum constat ante annũ 1439. Vnde 1443. ad Roffensem sedem translatus est.

21. REGINALDVS PEACOCK.

1444. *Henr.* 6. 22. REginaldus Pecocus sacræ Theol: Doctor, Croydonę consecrat° Iunij 14. 1444. Ciceſtriã translatus est anno 1450.

22. THOMAS.

1450. *Henr.* 6. 29. ANno 1450. prædicto non dum transacto, præsulatũ hunc adeptus est quidam nomine Thomas, de quo nihil habeo compertum, nisi quod vltra 12. annos non præfuerit. Nam Ianuarij 28. 1462. sedem constat vacasse.

23. RICHARDVS REDMAN.

RIchardus Redman Episcop° fuit Asaphensis anno 1485. (sed quando consecratus nescio) & Exoniam translatus primum, anno 1495. atq; mox ad sedem Elicnsem. In reparatione Ecclesię Asaphensis ab Oweno Glendowr incensæ ac deuastatæ multum videtur insumpsisse pecuniam; quod ex insignibus eius gentilitijs conijcio, in plurimis Ecclesiæ locis depictis, videlicet, in cathedra Episcopali, supra ostium chori, & in fenestra orientali.

24. DAVID AP OWEN.

1503. *Henr.* 7. 19. DAuid, Oweni filius, Abbas primum de Strat-Marchell, postea de Conway, homo ob munificentiam ac liberalitatem multum celebratus, consecratus anno 1502. sub initium Februarij decessit 1512. Ædes Episcopales ad S. Asaphi ab Oweno Glendowr incensas & destructas hic refecit, quas nimirũ vnicas moderni possident Episcopi.

25.

Digitized by Google

25. EDMVNDVS BIRKHEAD.

EDmundus Birkhead, ſacræ Theologiæ Doctor Cantabrigienſis, Maij 29. conſecratus 1513. ſub initium Aprilis vita functus eſt anno 1518. 1513. *Hen.*8.5.

26. HENRICVS STANDISH.

HEnricus Standiſh, ſacræ Theologiæ Doctor Cantabrigienſis, Oxoniæ conſecratus eſt Iulij 11. 1519. & huic ſedi præfuit annos plus minus 16. 1519. *Hen.*8.11.

27. GVLIELMVS BARLOW.

GVlielmus Barlow, Canonicorum regularium apud Biſſham Prior, conſecratus eſt Febr. 22. 1535. Aprili deinde menſe ſequente Meneuiam tranſlatus eſt, poſteaque ad ſedem Bathonenſem & Wellenſem, vnde pulſus à Maria Regina, per Elizabetham Ciceſtriæ collocatus eſt, vti ſuo loco à me iam antea dictum eſt. 1535. *Hen.*8.27.

28. ROBERTVS PARFEW.

RObertus Parfew, *al:* Warbington, vel potius Warton, ſacræ Theologiæ Baccalaureus, Abbas Bermondſeienſis, Cantabrigienſis Academiæ alumnus, conſecratus Iulij 2. 1536. Lamethæ; Abbatiæ vna cum Epiſcopatu retinendæ facultatem impetrauit. Denbighiæ plerunque aut Wrexamę vitam degere conſueuit: ad S. Aſſaphi raro aut vix vnquam. Hoſpitalis vero Epiſcopi gloriã affectans, tantã aluit familiam, vt cum quotidianis ſumptib⁹ redditus non ſuffecerint, neceſſum habuerit fundos Epiſcopales in longiſſimum tempus (quod nimirũ adhuc non eſt elapſum) elocare; id quod Epiſcopatũ antea ſatis tenuem, nunc reddidit pauperrimum. Cum annos ſediſſet 18. Mariæ Reginæ mandato Herefordiam anno 1554. tranſlatus eſt. 1536. *Henr.*8.28..

29. THOMAS GOLDWELL.

THomas Goldwell, ſub initium Octobris 1555. conſecratus, circa ſolſtitium æſtiuale 1559. (Elizabethæ Reginæ primo) ſolum ſponte mutauit, & in exilio viginti poſtea per annos vixit. Magno conatu magnas nugas. Multis precibus à Papa 1555. *Mar.*3..

à Papa impetrauit Goldwellus, indulgentias renouari neſcio quas ad tempus certum conceſſas, ſuperſtitionis gratia peregrinationes ſuſcipientibus ad fontem qui S. Winefridę appellatur, & oblationes ſacrificuliſ exhibentibus qui ibi loci ex hoc lucelli genere victitabant.

30. RICHADVS DAVYES.

1559. *Eliz. 2.* RIchardus Dauyes, cum tempora Mariana in exilio tranſegiſſet; reuerſus in patriam, Ianuarij 21. 1559. in Epiſcopum Aſaphenſem, Goldwelli profugi loco conſecratus eſt, & ad Meneuenſem ſedem tranſlatus Maij 21. 1561.

31. THOMAS DAVYES.

1561. *Eliz. 4.* THomas Dauyes Legum Doctor Cantabrigienſis, eodem anno conſecratus, ſedit annos 12. & paulo poſt feſtum S. Michaelis. 1573. defunctus eſt.

32. GVLIELMVS HVGHSS.

1573. *Eliza. 16.* GVlielmus Hughes, ſacræ Theologiæ Doctor, conſecratus Dec. 13. 1573. diē clauſit extremum Nouemb. 18. 1600.

33. GVLIELMVS MORGAN.

1595. *Eliz. 37.* GVlielmus Morgan ſacræ Theologiæ Doctor (de quo inter Lādauenſes plura) ad Landauenſem ſedem conſecratus Iulij 20. 1595. ad Aſaphenſem tranſlatus eſt Septembris 17. 1501. Cumque triennium tantum ſediſſet, Septemb. 10. 1604. ab hac ærumnoſa ad meliorem vitam tranſiuit.

34. RICHARDVS PARRY.

1604. *Iacob. 2.* RIchardus Parry, ſacræ Theologiæ Doctor (cui eruditione, cæteriſq; Epiſcopalibus virtutibus, vtinam egomet tam illi eſſem æqualis, quam ille mihi ætate ſtudiorumq; Academicorum tempore locoque) ædis Chriſti Oxoniæ alumnus, ex Decano Bangorenſi Epiſcopus Aſaphenſis per Iacobū Regem noſtrum Sereniſſimum deſignatus, conſecratus eſt Decembris 30. 1604.

Epiſcopatus huius cenſus annuus, ſecundum rationes fiſci Regij eſt librarum 131. *ſolidorum* 16. *& vnius oboli vltra denarios* 4. *Papæ pro primitijs reddere conſuenit florenos* 126.

DE

De ARCHIEPISCOPIS EBORACENSIBVS.

1. Pavlinvs.

QVam certum sit Britannos nostros ad fidem Christianam conuersos, si non ab ipsis Apostolis, at certè à discipulis eorum Iosepho Arimathensi & socijs suis, fusius à me supra est expositum. Quod etsi Pontificijs non libeat nobis concedere; hoc tamen (opinor) nemo inficias ibit, Lucium regem Britannum eandem fidem amplexum, concionatores ab Eleutherio Episcopo Romano impetrasse, Damianum ac Faganum, qui vnà cum Medunio & Eluano *per latos Britanniæ campos semen spargerent Euangelicum*. Et videatur certè (quod etiam historici nostri testantur) laboribus ipsorum eousq; clementissimum numen aspirasse, vt cum plurimos ad fidem conuerterint, tum alios reliquerint, qui prædicationis munus apud posteros obierunt & hoc ipsum ad alios perpetua serie transmiserunt, donec fraude diabolica excitatis subinde tyrannis, hoc fidei lumen extinctum, paulatim euanuit. Nobis attamen fatendum est, primorum ecclesiæ nostræ Britannicæ rectorum, memoriam sanè perquam exi-

lem ſupereſſe; ſiue quod à natura comparatum ſit, vt omnium rerum initia obſcura ſint plerumque, ſiue quod eccleſiaſticam illorum temporum hiſtoriam, tyrannorum & perſecutorum rabies deleuerit ac abſumpſerit. Archiepiſcoporum ſiquidem Londinenſium quindecim duntaxat nominantur (de quibus antea) & Eboracenſium multò adhuc pauciores, nimirum quatuor, ex omnibus illis, qui his eccleſijs ad Saxonum vſque aduentum, per annos plus minus trecentos præfuerunt.

1. Horum, & omnium huius ſedis Archiepiſcoporum primus fuiſſe perhibetur, Sampſon, à Lucio Rege ibidem collocatus; cuius rei apud me ſuſpecta eſt fides. Mos ſiquidem non dum erat receptus veterum, ſeu Hebræorum, ſeu ſanctorum Chriſtianorum, nomina vſurpandi.

2. Memoratur tum proximus Taurinus Epiſcopus Eboracenſis, quem volunt huc tranſlatum Conſtantij Chlori Imperatoris mandato.

3. Tertius eſt Pyrannus, ab inclito illo Arthuro (vt placet) conſtitutus.

4. Tadiacus denique omnium Archiepiſcoporum Eboracenſium, ante fidem Chriſtianam in his regionibus per Paulini prædicationem reſtitutam, vltimus traditur extitiſſe.

Nam poſtquam rerum hic potiti Saxones, veteres incolas in eam inſulæ partem quæ Cambria & Wallia hodie nuncupata eſt, pepulitſent: reliqua certè Anglia, erroris & ſuperſtitionis tenebris immerſa iacuit, ad Auguſtini vſque aduentum. Et poſt illius etiam tempora, annis non paucis, plurimis ad ſeptentrionem populis Chriſtus ne minimum quidem innotuit, donec miſericordiæ oculo aſpiciens eos clementia diuina, conuerſioni eorum hunc aditum aperuit. Edwinus Northumbrorum Rex, Edilburgam deperibat, Eadbaldi Cantiorum Regis ſororem: Cumque eam ſibi expeteret in vxorem; illa, mulier Chriſtianæ pietatis ſtudioſiſſima, cum homine ethnicæ ſuperſtitioni addicto, matrimonio coniungi recuſauit; ſubindicans tamen, ſi Chriſto dare nomen non grauaretur, haud illibenter conditionem

ſeſe

ſeſe accepturam. Qua re nũciata, reſpondit, ſacra quæ maiores tot ſeculis coluiſſent, tam temere eiurare, ſummæ futurum leuitatis, & regiam maieſtatem minime decentis: Hoc attamen polliceri ſeſe, vxori liberum futurum, imo & comitibus vniuerſis famuliſque, quam vellent religionem profiteri; deinde, ſi poſthac ratione poſſent demonſtrare, gratiorem numini eum cultum exiſtere quem Chriſtiani exhibeant, quam illum quem à maioribus ipſe accepiſſet; aiuitam ſuperſtitionem (ſed ſuo tempore, & poſt maturam deliberationem) ſe abiecturum. His legibus coniugium coijt, & Edilburga cum honorifico comitatu in Northumbriam, matrimonio illi mittitur copulanda. Inter cæteros verò, præcipua amicorum cura, Paulinus illi adiungitur, vir eruditione pietateque præſtans, qui non ſolum monitis ſuis ab ethnicæ ſuperſtitionis labe ac contagio immunem eam ſeruaret, ſed ſacra etiam faceret, & illius regionis incolas (ſi vſquam daretur facultas) ad fidem Chriſtianam conuertere ſatageret. Quibus rebus viſum conducere, in Archiepiſcopum illius gentis ipſum conſecrare; id quod ab Archiepiſcopo Cantuarienſi Iuſto eſt præſtitum Iulij 21. anno ſalutis 652. aut ſecundum nonnullos 628. Huc igitur quamprimum acceſſit, muneris ſibi commiſſi memor, Chriſtum diligenter prædicauit Northumbris, ſed fructu aliquantiſper perquam exiguo.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

¶ Rege priſtinæ ſuperſtitioni pertinaciùs adhærente, ſubditos ab eadem auellere, quis non auguretur difficile futurum? In hunc igitur vnum omnem conuertens induſtriæ vim; hoc tandem obtinuit, vt bello iam ſuſcepto contra Guichelmum Viſiſaxonum Regem, qui exitium illi fuerat machinatus, Chriſtianum ſe futurum polliceretur, quando Chriſtianorum precibus exoratus Deus, victoriam ipſi contra hoſtem capitalem conceſſiſſet. Victoria tamen parta, eaque inſigni, de die in diem conuerſionem diſtulit, prætextu quidem proceres inducendi ad conſilia ſecum in hac re conſocianda; illis inconſultis ac inuitis, periculoſum dictitans futurum aliquid in tanti momenti negotio attentare. Sic pro-

craſtinandi finem non facturus videbatur, niſi oraculum quoddam cœleſte Paulino diuinitus fuiſſet reuelatum, cuius admonitus Edwinus, promiſſi tandem fidem exoluit. Eiuſce rei hiſtoriam (quamuis longiuſcula ſit) Beda tibi Venerabilis ſuis verbis exhibebit. *Cum videret Paulinus* (inquit ille) *difficulter poſſe ſublimitatem animi regalis, ad humilitatem viæ ſalutaris & ſuſcipiendum myſterium viuificæ crucis inclinari, ac pro ſalute illius ſimul ac gentis cui præerat, & verbo exhortationis apud homines, & apud diuinam pietatem verbo deprecationis ageret: Tandem (vt veriſimile videtur) didicit in ſpiritu, quod vel quale eſſet oraculum, Regi quondam celitùs oſtenſum. Nec exinde diſtulit, quin continuò Regem admoneret explere votum, quod in oraculo ſibi exhibito ſe facturum promiſerat, ſi temporis illius ærumnis exemptus, ad regni faſtigia perueniret. Erat autem oraculum huiuſmodi. Cum perſequente illum Edilfrido qui ante eum regnauit, per diuerſa loca vel regna multo annorum tempore profugus vagaretur; tandem venit ad Regem Redualdum, obſecrans, vt vitam ſuam à tanti perſecutoris inſidijs tutando ſeruaret. Qui libenter eum excipiens, promiſit, ſe quæ petebat eſſe facturum. At poſtquam Edilfridus in hac eum prouincia apparuiſſe, & apud Regem illius familiariter cum ſocijs habitare cognouit; miſit nuncios qui Redualdo pecuniam multam pro nece eius offerrent, neque aliquid profecit. Miſit ſecundo, miſit tertio, & copioſiora auri & argenti dona afferens, & bellum inſuper illis ſi contemneretur indicens. Qui vel minis fractus, vel corruptus muneribus, ceſſit deprecanti, & ſiue occidere Edwinum, ſeu legatarijs tradere promiſit. Quod vbi fideliſſimus quidam amicus illius animaduertit; intrauit cubiculum vbi dormire diſponebat (erat enim prima hora noctis) & euocatum foras, quid erga eum agere Rex promiſiſſet, edocuit, & inſuper adiecit; Si ergo vis, hac ipſa hora educam te de hac prouincia, & ea in loca te introducam, vbi nunquam te vel Redualdus, vel Edilfridus inuenire valeant. Qui ait; Gratias quidem ago benevolentiæ tuæ, non tamen hoc facere poſſum quod ſuggeris, vt pactum quod cum tanto Rege ini, ipſe primus irritum faciam, cum ille mihi nihil mali fecerit, nihil mihi inimicitiarum intulerit: Quin potius ſi moriturus ſum, ille me magis quam ignobilior quiſquam mortitradat. Quo enim nunc fugiam, qui per*

omnes

omnes Britanniæ prouincias tot annorum temporumque curriculis vagabundus hoſtium vitabam inſidias? Abeunte igitur amico, remanſit Edwinus ſolus foris, reſidenſq; mœſtus ante palatium, multis cœpit cogitationum æſtibus affici, quid ageret, quone pedem verteret neſcius. Cumq; diu tacitis mentis angoribus & cæco carperetur igne; vidit ſubitò intempeſtæ noctis ſilentio, appropinquantem ſibi hominem vultus habituſq; incogniti; quem videns, vt ignotum & inopinatum non parum expauit. At ille accedens ſalutauit eum, & interrogauit, quare illa hora ceteris quieſcentibus, & alto ſopore preſſis, ſolus ipſe mœſtus in lapide pervigil ſederet? At ille viciſſim ſciſcitabatur, quid ad eum pertineret, vtrum ipſe intus an foris noctem tranſigeret? Qui reſpondens ait: Ne me æſtimes tuæ mœſtitiæ & inſomniorum & forinſecæ ac ſolitariæ ſeſſionis cauſam neſcire. Scio enim certiſſimè quis es, & quare mœres, & quæ ventura tibi in proximo mala formidas. Sed dicito mihi, quid mercedis dare velis ei (ſi quis ſit) qui tuis te mœroribus abſoluat, & Redualdo ſuadeat, vt nec ipſe tibi aliquid mali faciat, nec tuis te hoſtibus perimendum tradat? Qui cum ſe omnia quæ poſſet huic tali pro mercede beneficij daturum eſſe reſponderet; adiecit ille, quid ſi etiam te Regem futurum extinctis hoſtibus in veritate promittat, ita vt non ſolum omnes progenitores tuos, ſed & omnes qui ante te Reges in gente Anglorum fuerant, poteſtate tranſcendas? At Edwinus conſtantior interroganda factus, non dubitauit promittere, quin etiam ei qui tanta ſibi beneficia donaret, dignis ipſe gratiarum actionibus reſponderet. Tum ille tertiò. Si autem (inquit) is qui tanta taliaq; dona veraciter aduentura prædixerit, etiam conſilium tibi tuæ ſalutis ac vitæ melius atque vtilius quam aliquis de tuis parentibus aut cognatis vnquam audiuit, oſtendere potuerit; num ei obtemperare & monita eius ſalutaria ſuſcipere conſentis? Nec diſtulit Edwinus, quin continuo polliceretur, ſe in omnibus ſequuturum doctrinam illius, qui ſe tot ac tantis calamitatibus ereptum, ad regni apicem proueheret. Quo accepto reſponſo, confeſtim is qui loquebatur cum eo, impoſuit dexteram ſuam capiti eius, dicens; cum hoc ergo tibi aduenerit, memento huius temporis ac loquelæ noſtræ, & ea quæ nunc promittis, adimplere ne differas. Et his dictis (vt ferunt) repente diſparuit:

vt intelligeret, non hominem esse qui sibi apparuisset sed spiritum. Et cum regius iuuenis solus adhuc ibidem sederet, gaudisus quidem de collata sibi pia ac benigna consolatione; sed multum sollicitus, ac mente sedula cogitans, quis esset ille, vel vnde venisset qui hæc sibi loqueretur; venit ad eum præfatus amicus illius, lætoq; vultu salutans eum, surge (inquit) intra, & sopitis ac relictis curarum anxietatibus, quieti membra simul & animum compone; quia immutatum est cor Regis, nec tibi aliquid mali facere, sed fidem potius pollicitam seruare disponit. Postquam enim cogitationem suam (de qua tibi ante dixi) Reginæ in secreto reuelauit; reuocauit eum illa ab intentione, admonens, quia nulla ratione conueniat tanto Regi, amicum suum optimum in necessitate positum, auro vendere, imo fidem suam (quæ omnibus ornamentis pretiosior est) amore pecuniæ perdere. Quid plura? Fecit Rex vt dictum est, nec solum exulem nuncijs hostilibus non tradidit; sed etiam eum vt in regnum perueniret, adiuuit. Nam mox redeuntibus domum nuncijs, exercitum ad debellandum Edilfridum collegit copiosum, eumq; sibi occurrentem cum exercitu multum impari (non enim dederat illi spatium, quo totum suum congregaret atque adunaret exercitum) occidit in finibus gentis Merciorum ad Orientalem plagam amnis qui vocatur Idle. In quo certamine & filius Redualdi, vocabulo Rengheri occisus est. Ac sic Edwinus iuxta oraculum quod acceperat, non tantum Regis sibi infesti insidias vitauit, verum etiam eidem perempto in regni gloriam successit. Cum ergo prædicante verbum Dei Paulino, Rex credere differret, & per aliquod tempus horis competentibus solitarius sederet, & quid agendum sibi esset, quæ religio sequenda, sedulus secum ipse scrutari consuesset: Ingrediens ad eum quadam die vir Dei, imposuit dexteram capiti eius, & an hoc signum agnosceret, requisiuit. Qui cum tremens ad pedes eius procidere vellet, leuauit eum, & quasi familiari voce affatus; Ecce (inquit) hostium manus quos timuisti, Domino donante euasisti: Ecce regnū quod desiderasti, ipso largiente percepisti. Memento vt tertium quod promisisti facere non differas, suscipiendo fidem eius, & præcepta seruando, qui te à temporalibus aduersis eripiens, temporalis regni honore sublimauit. Et si deinceps voluntati eius quam per me tibi prædicat, obsecundare volueris; etiam à perpetuis malorum

lorum tormentis te liberabit, & eterni ſecum regni in cœlis faciet participem. Quibus auditis, Rex, ſuſcipere quidem ſe fidem quam docebat, & velle & debere reſpondebat Reliqua iam in pauca contrahamus, quæ Beda prolixè perſecutus eſt. Poſtquam Edwinus Rex, Chriſto per regenerationis lauacrum initiatus eſt, operæpretium iam erat videre ex omni hominum genere numerum ingentem ad Paulinum vndique confluentem vt idem ſalutis ſymbolum ſuſciperent. Sanè ferunt eum diebus triginta ſex continuis, (vix noctibus ad quietem conceſſis) laboraſſe perpetim in docendo, & catechumenis baptiſmi ſacramentum in campis ac fluminibus impertiendo, eccleſijs nimirum nondum conſtructis. Edwinus equidem ipſe baptiſandus ædiculam ex materia fabricauit & D. Petro conſecrauit; & iactis circumcirca fundamentis, magnificentiſſimæ baſilicæ ſtructuram molitus eſt, quam poſteà (morte immatura ipſo ſublato) Oſwaldus ſucceſſor eius abſoluit. Sedwallo Wallorum, & Penda Merciorũ Regibus, coniunctis viribus bellũ inferentibus (occulto Dei iudicio id permittente) Princeps pietate tam clarus, magno prælio fuſus & occiſus eſt. Paulinus tum, perturbatione ac periculo omnia videns plena in prouincia ſua; in patriam abnauigauit ſexto poſtquam venerat anno, vbi ſedis Roffenſis tum forte vacantis curam, exoratus ſuſcepit. Præfuit illic annos 13. & Octobris 10. 644. hinc eſt auocatus vt fœliciſſimorum laborum glorioſam mercedem à Chriſto ſummo iudice acciperet; poſt primam conſecrationem annis 19. expletis, duobus item menſibus, & diebus 21. Vir fuit (vt teſtatur Beda) *ſtaturæ longæ, paululum incurui, nigro capillo, facie macilenta, naſo adunco, & pertenui, venerabilis ſimul & terribilis aſpectu. Sepultus eſt* (vt idem Beda) *in ſecretario B. Apoſtoli Andreæ, quod Rex Edilbertus à fundamentis in eadem Rhoffi ciuitate conſtruxit.*

2. CEDDA.

ANnos poſt Paulini diſceſſum 20. vel (vt nonnullis placet) 30. Archiepiſcopo caruit Eboracenſis prouincia, propter continua bella quibus à paganis exagitata eſt. Aida-

nus, Finnanus, Colmannus & Tuda, ſibi mutuo ſuccedentes in Epiſcopatu Lindiſfarnenſi, curam totius Tranſhumbranæ regionis durante vacatione hac tam turbulenta ſuſceperunt. Egfridus tandem Northumbriæ Rex, Wilfridum (de quo mox plura) ad hunc præſulatum deſtinauit, & in Galliam ablegauit, ad conſecrationem ſuſcipiendam ab Agilberto tum Pariſienſi dudum vero Dorceſtrenſi Epiſcopo. Vbi cum moras ille necteret non neceſſarias, neque breui rediturus videretur; Ceddam coegit Rex prædictus, *virum ſanctum* (inquit Beda) *modeſtum moribus, Scripturarum lectione ſufficienter inſtructum, & ea quæ agenda in Scripturis didicerat, operibus ſolerter exequentem*, ſolium Archiepiſcopale Wilfrido debitum vſurpare. Quo reuerſo, poſtquam boni Paſtoris per triennium munere Cedda fuiſſet perfunctus; admonitus à Theodoro Cantuarienſi Archiepiſcopo, haud bono iure alienam ſedem à ſe occupatam, ceſſit redeunti Wilfrido, & eiuſdem Theodori opera, Lichfeldenſis Epiſcopus conſtitutus eſt.

3. WILFRIDVS.

WIlfridus antedictus in aquilonari Angliæ parte ex tenuioris ſortis parentibus natus eſt. Pueritiæ tempus perdidit, ne primis quidem literarum elementis imbutus, ante annum ætatis decimum quartum. Quo tempore propter nouercæ proteruiam lares paternos deſeruit, incertus quem locum peteret. Forte fortuna incidit primum in aulicos quoſdam, quibus pater ipſius nonnulla humanitatis officia exhibuerat. Ab illis, tanquam puer, propter formam indolemque non vulgarem, regio ſamulitio non indignus, ad Reginam deductus eſt. Quæ multa percunctata, de genere vitæ quod ſequi cuperet; literarum præcipuè ſtudia illi cordi eſſe percepit. Quare miſit eum ad Ceddam quendam, Monachum Lindiſfarnenſem, qui Regis fuerat conſiliarius nec non Camerarius. Ab eo inſtitutus diligenter, ingenio puer acutiſſimo, memoria fœliciſſima; breui temporis ſpatio mirificè profecit. Erant illis diebus quotidiana certamina Angloſaxonum, contra Britannos, Scotos, &

& Pictos, circa Paschalem obseruationem, Clericorum tonsuram, cœlibatum, & similia. Romam igitur proficiscendi, animum eius incessit mira libido, vt linguam rationibus armaret, quibus eos impugnaret, qui Orientalium Ecclesiarũ morem tuebantur, à Iolepho Arimathensi (vt videtur) acceptum. Ab Eanfleda Regina antedicta, & Ercomberto Cantiæ Rege omnibus rebus necessarijs instructus, vno aut altero comitatus, iter ingressus est. Lugduni aliquandiu retentus, à Wulfino Archiepiscopo, multa didicit. Tum Romam sicut instituerat perrexit. Et reuersus inde, Lugduni substitit, ab Archiepiscopo prædicto in filium adoptatus; neque redeundi in patriam propositum resumpsit, donec Brunechildis Reginæ artibus, Archiepiscopus è medio sublatus est, quæ iam antea nouem alios Episcopos dicitur interfecisse. Reuersus igitur tandem ad suos; *ab Egfridõ Rege mox donatus est terra decem familiarum in loco qui dicitur Stanford* (sic loquitur Beda) *& non multo post monasterio* 30. *familiarum in loco qui vocatur Inrhypum.* Neque multum deinde temporis intercessit, quin Archiepiscopus Eboracensis designatus, in Galliam fuerit amandatus, vt ibi consecrationẽ acciperet; Scotorũ antistitũ ordinatione spreta, quos schismaticos appellabant, quod in dogmatibus supradictis cum Ecclesia Romana non consentirent. Ætatis annũ tricesimũ vix dum videtur expleuisse, quando ab Agilberto Parisiensi & vndecim alijs Episcopis, magna cum solennitate Episcopalibus sacris initiatus est. Horum aliorumque doctorũ hominum consuetudine delectatus; illis in locis hæsit diutius quam opus erat: Et domum tandem cum properaret; aduersis tẽpestatibus in longinquas regiones eiectus est, vnde, post multos errores, patriam repetens, cathedram suam reperit (sicut antea retulimus) ab alio iam totos tres annos occupatam. In monasterio proinde Riponensi aliquandiu delitescens, à Wulfhero Merciorum Rege accersitur, vt Lichfeldensem ecclesiam gubernandam suscipiat; & suscipisset fortassis, nisi Cedda bonus vir, Lichfeldensem Episcopatum bono iure maluisset possidere, quam Archiepiscopatum Eboracensem cum alterius summa iniuria. In sede igitur propria

pria

pria ſtabilitus, & rebus ex animi ſententia compoſitis ; nihil habuit prius aut antiquius, quam eccleſiam cathedralem, ſub Paulino conſtructam, ſed nunquam abſolutam, iam ferè collapſam, reſtaurare. Quare muros perfecit, & perfectos tecto operuit plumbeo, feneſtras vitro obduxit, & omni ornamentorum genere affatim inſtruxit. Propter quæ, nec non ob comitatem, affabilitatem, induſtriam, liberalitatem & facundiam, apud omnes hominum ordines gratioſus adeò euaſit, vt multi (è clero præſertim) pecunias ſuas apud eum deponerent viuentes ; & morituri, opes vnà cum liberis (ſi quos haberent) ipſius arbitrio diſponendas relinquerent. Hinc breui temporis ſpatio ſupra modum locupletatus ; famulorum caterua ſtipatus, vaſis aureis & argenteis comparatis, & pretioſa ſupellectile domo exornata, in magno vixit ſplendore. Theodoro Cantuarienſi Archiepiſcopo hæc cùm eſſent nunciata, in memoriam ei reuocarunt dioceſis Eboracenſis magnitudinem nimiam ; & dioceſanis, quàm non eſſet futurum oneroſum, plures imponere Epiſcopos. Wilfrido igitur cæpit ſuadere, vt ſuffraganeos ſibi ſubſtituere non grauaretur, qui laborum parte ipſum leuarent ; & cum non perſuaderet, ad morem illi gerendum vi cogere annisus eſt. Quod grauiter ferens Wilfridus, poſtquam ad Pontificem prouocaſſet, Romam ipſe profectus eſt. Sunt qui tradant (quam verè non pronuncio) diſcordiarum ſemina iacta ab illo inter Regem & Reginam, & conatum illam, ad monaſticam vitam amplectendam, marito deſerto inducere ; atq; hac tanta iniuria Regem irritatum, ad potentiam eius imminuendam nouos Epiſcopos ipſi ſubrogare conatum ; & criminum porro neſcio quorum, reum coram Pontifice peractum, exauthoratum in ordinem redigere voluiſſe. Wilfridus in transfretatione cum aduerſa tempeſtate iterum colluctatus, in Friſiam appulit ; vbi hiemem coactus tranſigere, gentem vniuerſam ethnicis ſuperſtitionibus deditam, vna cum illorum Rege ad fidem Chriſtianam conuertit. Papam, ineunte vere, Synodi celebrationi intentum offendit ; à quo Epiſcopis 125. preſentibus (cauſa eius cognita) ordinatum eſt, in Archiepiſcopatu Eboracenſi, Archiepiſcopo non conſen-

conſentiente, nihil mutandum. Egfridus attamen Rex, tam pertinax in propoſito permanſit; vt Wilfridus aut cedendum illi videns, aut ſolum vertendum; repulſam pati non ſuſtinens in re in qua tantum laboris inſumpſiſſet, rerum omnium inops in exilium ſponte abierit. Poſt aliquantum erroris, apud Auſtrales Saxones conſedit, quos ad fidem Chriſtianam cum conuertiſſet ab idolorum cultu, pontifex eorum primus factus eſt, & eccleſiæ cathedralis iecit fundamenta apud Seolſey, prout apud Ciceſtrenſes ſupra fuſius enarrauimus: In exilio decem annis tranſactis (Egfrido Rege mortuo) ab Alfrido (qui ſucceſſit) reuocatus eſt ad ſedē ſuâ. Sed poſt annos quinque accuſatus denuò ab eodem ipſo Rege & plurimis Epiſcopis, præſulatu iterum pulſus eſt: Venienſque Romam, accuſatorum calumnijs ſic reſpondit, vt abſolutus fuerit à Pontifice, qui litteris ad Regem perſcriptis, (amicis etiam pro eo intercedentibus) reditum illi & rerum ſuarum reſtitutionem impetrauit. Cauſam eius multum iuuit perlectum ſynodi antedictæ decretum, *dicentibus omnibus*, (ſic Beda) *virum tantæ authoritatis, qui per quadraginta prope annos Epiſcopatu fungebatur, nequaquam damnari debere, ſed ad integrum culpis accuſationum abſolutum, ad patriam cum honore reuerti.* Quadriennium tum poſtea in pace cum tranſegiſſet, exceſſit è viuis Octob. 12. anno 711. in monaſterio ſuo apud Vndalum iuxta Stanford, poſt primam eius conſecrationem annos 45. cumque ætatis annum expleuiſſet ſextum ſupra ſeptuageſimum. Ripponæ in monaſterio à ſe conſtructo primum eſt ſepultus: Eccleſia vero collapſa ibidem, oſſa eius per Odonem Cantuarienſem Archiepiſcopum Cantuariam anno 940. ſunt tranſlata. Qui plura auet de hoc homine cognoſcere, Bedam petat, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro 5. cap. 20. Malmesburienſem de Pontificibus lib. 3. horum pleraque aliaque multa de illo prolixe tradentes. Inter cætera vero epitaphium, tumulo inſculptum adſcribere abs re futurum non putaui.

Wilfridus hic magnus requieſcit corpore præſul,
Hanc domino qui aulam ductus pietatis amore

Fecit,

Fecit, & eximio ſacrauit nomine Petri,
Cui claues cœli Chriſtus dedit arbiter orbis,
Atque auro ac Tirio deuotus veſtiit oſtro.
Quin etiam ſublime crucis radiante metallo
Hic poſuit trophæum, nec non quatuor auro
Scribi Euangelij præcepit in ordine libros,
Ac thecam e rutilo his condignam condidit auro.
Paſchalis qui etiam ſolennia tempora curſus
Catholici adiuſtum correxit dogma Canonis,
Quem ſtatuere patres, dubioque errore remoto,
Certa ſuæ genti oſtendit moderamina ritus;
Inque locis iſtis monachorum examina crebra
Colligit, ac monitis, cauit quæ regula patrum
Sedulus inſtituit, multiſque domique foriſque,
Iactatus nimium per tempora longa periclis,
Quindecies ternos poſtquam egit epiſcopus annos,
Tranſijt & gaudens cæleſtia regna petiuit,
Dona Ieſu, grex vt paſtoris calle ſequatur.

De Wilfrido iſto vide adhuc plura apud Theodorum Cantuarienſem.

4. BOSA.

POſt primam Wilfridi expulſionem, in inſtituto curſu pergens Theodorus; dioceſim eius in quatuor partes diuiſit. In harum vna, Eatam collocauit Haguſtaldæ (quem poſtea Lindiſfarnâ tranſtulit, nouam ſedem, ab eo etiam tunc temporis erectam) & Tumbertum illi dedit ſucceſſorem: In prouincia Pictorum Trumwinum ordinauit; & Eboracenſi ſedi ingeſſit Boſam, qui redeunti Wilfrido locum cedere coactus eſt, quemadmodum & Ioannes qui Eata Haguſtaldæ ſucceſſerat. Sed Wilfrido iterum pulſo, tam Boſa quam Ioannes ſedes antedictas repetierunt. Antequam vero reſtitueretur, Boſa mortem obijt, & ſucceſſorē habuit Ioannem, quem Wilfridus (Haguſtaldenſi ditione contentus & annis iam grauis) extrudere noluit. Boſam ferunt ob manſuetudinem & pietatem laudatum, decem annis poſt conſecrationem peractis, mortem obijſſe, & Archiepiſcoporum

rum Eboracenſium primum in eccleſia ſua cathedrali ſepultum.

5. IOANNES.

IOannes (vulgo dictus S. Ioannes Beuerlacenſis) ex ſplendida Angloſaxonum familia in Harpham Deirorum pago natus fuit, *& ſub Hilda Abbatiſſa (muliere ſanctiſſima) in bonis diſciplinis ac pijs moribus educatus. Adoleſcens adhuc Theodoro Graco Cantiorum Archi præſuli à parentibus tradebatur literis Latinis & Græcis inſtituendis, vt ex Folchardi & Asketelli de eius vita libris claret.* Hæc Balæus. Adijcit Alfredus Beuerlacenſis, *Oxonie* non ſolum literis operam dediſſe, verum etiam *Magiſtrum liberalium artium fuiſſe creatum*: Quod mihi (pace Alfredi dixerim) non videtur probabile. Neq; enim tam cito huiuſmodi graduum diſtinctio in illa Academia innotuit; imò nec alibi vſquam (vt credo) in orbe toto Chriſtiano. Vir fuit haud dubiè Ioannes literarum ſcientia clarus. Id opera abillo ſcripta abundè teſtantur: Vitæque ſanctitate meritò celeberrimum fuiſſe facile crediderit, qui Bedæ fidem habuerit miracula ab illo edita enarranti Hiſtoriæ ſuæ eccleſiaſticæ lib. 5. cap. 2. 3. 4 5. & 6. Bedæ (inquam) qui illius fuit diſcipulus, & ab ipſo in presbyterũ fuerat ordinatus. Senecta iam grauis, cum a prima conſecratione annos vixiſſet 33. menſes 8. & dies inſuper 13. Clero conſentiente præſulatu ſe ſponte abdicauit, & Wilfridum quendã, capellanum ſuum, ſibi curauit ſubſtitui. Ætatis reliquum tranſegit in Collegio quod ipſe Beuerlaici conſtruxerat Preſbyteris ſecularibus, & Maij 7. 1721. defunctus, in porticu eccleſiæ ibidem humatus eſt. In ſynodo Londini celebrata anno 1416. dies obitus antedictus, videlicet Maij 7. illius memoriæ conſecratus & feſtis annumeratus eſt. Inter plurima priuilegia collegio Beuerlacenſi in illius gratiam à principibus Anglicanis conceſſa, Athelſtanus Rex aſylium illi contulit, cathedra quadam è ſaxo ſolido in eccleſia collocata, cui hæc verba mandauit incidi. *Hæc ſedes lapidea dicitur Freedſtool, id eſt Pacis cathedra, ad quam reus fugiendo perueniens, omnimodam habet ſecuritatem.* 687.

6. WILF-

6. WILFRIDVS 2.

178. WIlfridus antedictus, consecratus anno 718. cum annos sedisset plus minus 13. decessit anno 731.

7 EGBERTVS.

731. HOc defuncto, emicuit in Pontificali speculo Egbertus, (sic Malmesburiensis) *Eadberti frater, eiusdem prouinciæ Regis. Is sua prudentia & germani potentia, sedem illam in genuinum statum reformauit. Paulinus namque eiusdem primus Antistes, vi hostilitatis loco pulsus, apud Roueceſtriam diem obiens, ibidem illud insigne pallij quod ab Honorio Papa susceperat, reliquit. Cæteri post eum tantæ vrbis præsules, simplici Episcopi vocabulo contenti, nihil altius anhelarunt. At verò Egbertus in thronizatus, animosioris ingenij homo cogitans, quod sicut superbum est si appetas indebita, ita ignauum si debita negligas; pallium multa throni Apostolici interpellatione reparauit. Hic omnium liberalium artium armarium (vt ita dicam) fuit, & nobilissimam bibliothecam Eboraci constituit. Cuius rei testem idoneum aduoco Alcwinum, qui dixit in epistola ad Carolum Augustum; Date mihi exquisitioris eruditionis scholasticæ libellos, quales in patria habui, per bonam & deuotissimam magistri mei Egberti Archiepiscopi industriam. Et, si placet excellentiæ vestræ, remittam aliquos ex pueris nostris, qui excipiant inde quæuis necessaria, & reuehant in Franciam flores Britanniæ, & non sit tantum in Eboraco hortus conclusus, sed etiam in Turone emissiones Paradysi &c. Sepultus est cum fratre suo in vna porticu apud Eboracum post 36. annos Episcopatus.* Non solum eruditionis & eruditorum summus patronus, sed & ipse eruditissimus, volumina scripsit non pauca à Balæo commemorata.

8. COENA al. ALBERTVS.

767. ALbertus, nonnullis Adelbertus, Florentio Cœna, sedit post Egbertum annis 14. Nam consecratus est vna cum Alcmundo Haguſtaldensi Episcopo Aprilis 24. anno 767. & anno 781. Ceſtriæ decessit.

9. EANB-

Digitized by Google

9. EANBALDVS.

SVperſtite adhuc ſiuè Cæna ſiuè Alberto (ſiuè abdicarit, ſiuè coadiutorem ſibi aſciuerit non conſtat) Eanbaldum certè ordinatum comperi, Alcwini (vt teſtatur Malmesburienſis) diſcipulum (niſi forte ſucceſſorem eius intelligat, ab eo omiſſum) qui ætate prouectior annis tamen 17. hanc rexit prouinciam. Obijt in Monaſterio Atletenſi ſiuè Edetenſi anno 796. & in eccleſia ſua dicitur ſepultus. 781.

10. EANBALDVS 2.

ECcleſiæ Eboracenſis Presbyter quidam Eanbaldo ſucceſſit, Eanbaldus etiam appellatus: Qui Socabergæ conſecratus eſt Nouembris 19. 797. Ante cuius anni exitū ſynodum celebrauit apud Pincanhalch. 797.

11. WVLSIVS.

ALiquanto tempore poſt eum ſedit Wulſius, Malmesburienſi Wilfridus, qui obijt anno 831.

12. WIMVNDVS.

WVlſio ſucceſſit Wimundus, qui ſediſſe dicitur annos 17. & mortem obijſſe (ſic habet Weſtmonaſterienſis) anno 854. 832.

13. WILFERVS.

POſt Wimundum ſedit Wilferus, idque 46. annorum ſpatio. Anno 873. à dioceſanis in exilium pulſus eſt, vnà cum Egberto Rege, qui ad Burrhedum Merciæ Regem profecti, & humaniter excepti, apud eum manſerunt, donec anno ſequenti Egberto mortuo, à Ricſino ſucceſſore eius in patriam Wilferus reuocatus eſt. Obijſſe videtur circa annum 900. niſi Weſtmonaſterienſi credimus, qui non admodum probabiliter, anno 895. defunctum tradit. Illo ſedente; Dani prouinciã eius igne & ferro tam crudeliter deuaſtarunt, vt emolumenti parum Archiepiſcopis inde creuerit per annos plurimos ſequentes; qui non habentes vnde ſe 854.

se suosque sustentarent, administrationem plerunque impetrarunt Episcopatus Wigornienſis, quem in commendam (vt loquimur) vnà cum Archiepiſcopatu tenere diù conſueuerunt.

14. ETHELBALDVS.

897. WIlferum ſequutus eſt Ethelbaldus, de quo nihil omnino traditum reperi.

15. REDEWAKDVS.

NEque verò Ethelbaldi obſcurior eſt apud Hiſtoricos noſtros fama, quam eius qui ſucceſſit illi Redewardi, qui minus adhuc noſtris innoteſcit quàm ille, cum ne nomen eius habeamus niſi varietate obſcuratum. A Stubbeſio ſiquidem (quo nemo plura de huius ſedis Archiepiſcopis perſcripſit) Lodewardus appellatur.

16. WVLSTANVS I.

ATthelſtani Regis opera Wulſtanus huius ſedis gubernaculo admotus eſt, à quo impetrauit Agmunderns à Danis pretio emptam. Huic præluli, peſſimi flagitij nota inuritur. Dicunt enim, quantum Edredo Regi debuerit, vel fratris Athelſtani gratia (à quo prouectus fuerat) imò nec ſacramenti huic de more præſtiti, nec patriæ memorem, vel religionis quam profiteretur; rebus ſtuduiſſe Danorum, Chriſtiani nominis hoſtium crudeliſſimorum, qui Angliam his temporibus diuturno atrociſſimoque bello affligebant. Ob hoc tantum ſcelus, mille mortibus plectendum, in vincula coniectus eſt anno 952. & anno ſequenti, clementia Principis inaudita, libertati reſtitutus. Hæc Malmesburienſis & alij. Weſtmonaſterienſis verò, author eſt, non aliam ob cauſam carcerali cuſtodia coercitum, quam quod ciues quoſdam Thetfordenſes trucidaſſet, necem vindicaturus Adelmi, Abbatis neſcio cuius, iniuſte ab illis & ſine cauſa perempti. Biennio poſtquam libertati reſtitutus eſt, videlicet Decembris 26. 955. mortem obijt, & apud Vndalum propè Stanford ſepultus eſt.

17. OSKIT-

Digitized by Google

17 OSKITELLVS.

OSkitellus illi ſucceſſit, homo tam ob innocentiam vitæ quam literarum non mediocrem cognitionem multum celebratus. Annos 16. Archiepiſcopali munere cum laude perfunctus, anno deceſſit 971. 955.

18. ATHELWOLDVS.

SEquutus illum Athelwoldus, cum præſulatum paululum quaſi deguſtaſſet, quietem ſplendori præferens pontificatu nuper adepto ſe ſponte abdicauit. 971.

19. OSWALDVS.

SVbvnius anni curriculum, tres Archiepiſcopos habuit prouincia Eboracenſis, Oskitellum recens defunctum, Athelwoldum qui ſe abdicarat, & Oſwaldum. Oskitellum Oſwaldus, proximo conſanguinitatis gradu attingebat; Odoni tamen Cantuarienſi Archiepiſcopo coniunctior, illius ex fratre nepos extitit. Et Wintonienſis primum Canonicus, poſtea Decanus horum opera creatus (nam Wintonienſem eccleſiam ea tempeſtate Clerici tenebant, ijque vt plurimum coniugati) cum videret nouis Monachorum technis clericorum fortunas peſſum ire, ac vltimam minari ruinam; conſulto patruo, Floriacum in Gallijs petijt, atque inter ſtudia peregrina fit illic Monachus. Ibi loci cum hæſiſſet annos 5. vel 6. crebris epiſtolis reuocatus à patruo, non obtemperauit, donec ægritudine nunciata, nouiſſima illa ex qua paulò poſt deceſſit, in Angliam tandem properauit, ſed ſero, Archiepiſcopo antequam appelleret defuncto. Parum abfuit quin exanime patrui corpus non dum humatum, ne iuſtis quidem perſolutis relinqueret: Tanto ſtudio tenebatur Floriacenſis ſeceſſus. Retentus tamen ab Oskitello, illius atque Dunſtani opera, Wigornienſis Epiſcopus poſt biennium creatus eſt, anno nimirum 960. Wigorniam igitur quam primum acceſſit; eccleſiam ſuam cernens à clericis occupatam, id ægrè ferens, animo ſtatim cæpit agitare, quomodo hos eijceret, & electorum loco Monachos introduceret; id

quod huiuſmodi techna tandem effecit. *Quòd ſedes Epiſcopalis S. Petri famulabatur honori* (ſic Malmesburienſis) *alteram in eodem cœmiterio, in genetricis Dei nomine fecit eccleſiam: vbi dum Monachos poſuiſſet, libentius cum eis conuerſari, familiarius diuina officia exercere. Quod videns populus, qui benedictionibus tam religioſi Epiſcopi carere nefas immane duceret; omnis eò accurrere. Ita clerici in medio relicti, maluerunt Monachorum veſtem ſuſcipere, quam ſibi diſpendio, plebi ludibrio eſſe. Huiuſcemodi rumoris aura multam Oſwaldo amicitiam apud Regem conflauit & proceres. Rex igitur conſilio Dunſtani, vacuatum Epiſcopo Eboracum viro implenit, qui barbariem gentis moderari pro antiquo conuictu probe noſſet. Nec tamen Wigornienſi ſede renunciare permiſſus eſt, ne Monachorum recens habitatio, altoris ſui deſtitueretur fomento.* Epiſcopatui ſic Archipræſulatu adiuncto, conſueto Monachiſmi ſtudio incenſus, cœnobium Benedictinis ſuis ampliſſimum Rameſeiæ fundauit (adiutus non mediocriter a Comite quodã cui nomen Aelwyni) tantumq; locupletauit, vt ſuppreſſionis tempore, fere duo millia librarum in cenſu annuo numeraret. Floriacenſibus quoque plurima contulit, inter quos (vt retulimus) aliquot annos iuuenis tranſegerat. Wigorniæ morte repentina extinctum tradunt, cum paulo ante, pauperum quorundam pedes (pro quotidiano more) lauiſſet, & in genua procumbentem exanimem repertum, cum nulla ægritudine præuia fuiſſet vel leuiſſime tentatus. Hæc fere Malmesburienſis, qui & adijcit, pridie quam excederet, corporis ſui diſſolutionem inſtare, prædixiſſe. Vir fuit (vt illa ferebant tempora) eruditus, & ob morum ſanctitatem merito celebratus, niſi Monachiſmi admiratione & ſtudio quodam inſano à ſpiritu erroris abreptus, in doctrina illa dæmoniorũ propaganda, prohibentiũ nubere tantũ deſudaſſet, & in homines pios nullã aliã ob cauſam tantopere fuiſſet debacchatus, quam quod ſecundum Dei ordinationem vxores duxiſſent. Deceſſit Februarij 27. 992. poſt conſecrationẽ annis 32. cumq; Eboracenſi prouinciæ annos præfuiſſet 22. Wigorniæ in eccleſia à ſe conſtructa ſepultus eſt; vbi ad tumulũ eius multa patrata perhibentur miracula, propter

ter quæ à posteritate credula Sanctorũ numero ascriptus est, & Aldulfus successor eius, ossa feretro indidit pretiosissimo.

20. ALDVLFVS. 993.

Successit ei in vtraq; sede (Malmesburiensem audis) *Aldulfus ex Abbate Peterburgensi, sanctus (vt perhibent) vir & reuerendus. Ipsi pro sanctitate ignoscitur* (inquit ille) *quod scilicet non hoc ambitione, sed necessitate fecerit: Wulstano non ita.* Quare quæso? *quia sanctitate discrepabat, & habitu;* Monachus non fuit. O Monachum iniquum. Quod in Monacho probat hoc alteri pro scelere imputat. *Iacet Adulphus Wigorniæ, etiã Floriacensi Monasterio pro copia xeniorum quibus Oswaldi munificentiam æmulari sategit, prædicandus.*

21. WVLSTANVS. 2.

ALterille Wulstanus, Canuti Regis gratia ad vtrumque Præsulatum prouectus, cum sedisset annos 20. Maij 28. decessit anno 1023. & in ecclesia Eliensi sepultus est. 1003.

22. ALFRICVS, al. PVTTA.

POst Wulstanum, Sedem Eboracensem adeptus est Alfricus (nonnullis Puttoc nuncupatus) Præpositus Wintoniensis, *Wigornienſem Leofsius. Alfricus tempore Canuti & Hardecanuti fuit, habeturq; in hoc detestabilis, quod Hardecanutus, eius consilio, fratris sui Heraldi cadauere effosso, caput truncari, & infami mortalibus exemplo in Thamesim proijci iussit. Quin & Wigornienſibus pro repulsa Episcopatus infensus, author Hardecanuto fuit, vt quod illi pertinaciùs exactoribus Regiorum vectigalium obstiterant, vrbem incenderet, fortunas ciuium abraderet.* sic Malmesburiensis. Magnam hic pecuniam impendit in Beuerlacensi collegio ornando & locupletando. S. Ioannis Beuerlacensis corpori capiendo thecam magno sumptu fabricari curauit. Prædia non pauca pretio comparauit; alia nimirum apud Fridays-thorp, Meltonæ atque Holmæ alia, quæ dicto donauit collegio. Campauile deinde construxit, quod in magnam altitudinem consurgens, nolis duabus prægrandibus instruxit; quibus duas alias magnitudine pares collegio contulit Stowensi, & alias itidem 1023.

Digitized by Google

duas Southwellenſi. Quid mirum iam ſi hunc Monachi noſtri inſectẽtur, qui collegijs tam beneficus vbi ſacerdotes degebant ſeculares, monachorum cœnobijs nihil dedit? Southwellæ obijt anno 1050. & Petroburgi eſt tumulatus.

23. KINSIVS.

1050. EDwardi Regis (quem Confeſſorem nuncupamus) capellanus quidam, nomine Kinſius, Alfrico ſucceſſit. Ædificia non pauca Beuerleiæ hic extruxit, aulam nimirũ, Eccleſiam fere totam, aliaque. Eccleſijs ſuæ Dioceſis quamplurimis, & Shirſtonenſi in primis, libros dedit allaque ornamenta. Deceſſit Eboraci Decembris 22. 1060. & Petroburgi eſt ſepultus, vbi Monachus quandoque vixerat. Manuſcriptum quoddam Anonymum (quod tacendum non eſt) multa Alfrici benefacta huic Kinſio attribuunt, quem dicit non natum, ſed ex vtero matris exciſum.

24. ALDREDVS.

1061. DE Aldredo qui Kinſio ſuffectus eſt, hæc Malmesburienſis: *Ex Monacho Wintonienſi, Wigornienſis Epiſcopus* anno 1047 *creatus eſt. Hic ſimplicitati Edwardi illudens, moremq; anteceſſorum magis pecunia quam ratione allegans, Archiepiſcopatum Eboracenſem non intermiſſa priori ſede ſuſcepit: Diſpoſitoq; apud Regem conſilio, Romam pertendit, comitatus duobus electis Epiſcopis, Giſone Wellenſi, & Waltero Herefordenſi; nec non & Toſtino Comite Northumbrorum. Comitem, Nicolaus Papa gratioſe ſuſcepit & eum in Synodo (quam contra Symoniacos coegerat) ſibi à latere aſſidere fecit. Giſonem & Walterum voti compotes reddidit, qui eſſent non vſq; quaque contemnenda ſcientiæ, & nullius notati ignominia Simoniæ. Aldredum, ſuapte reſponſione culpabilem vtrobiq; repertum, omni honore ſeuerus expoliavit. Ita differenti effectu cum regrederentur, vna pariter ærumna omnes involuit: Nam à prædonibus irruentibus, rebus omnibus expoliati præter ſimplices veſtes, corporibus tamen illæſis, Romam refugere. Hæc calamitas peperit Aldredo recuperandorum occaſionem honorum. Toſtinus quippe grauibus verborum contumelijs Apoſtolicum aggreſſus, in ſententiam ſibi placitam.*

Digitized by Google

tam reduxit. Parum metuendam à longinquis gentibus eius excommunicationem, quam propinqui latrunculi deriderent. In ſupplices furere, in rebelles parum valere: Aut ſua ſibi per eius authoritatem reddenda, quæ per eius fraudulentiam conſtarct amiſſa; aut futurum, vt hæc Rex Anglorum audiens, tributum S. Petri meritò Nicolao ſubtraheret: ſe non defuturum rerum veritati exaggerendæ. Hoc minarum fulmine Romani territi, Papam flexerunt, vt Aldredo Archiepiſcopatum redderet & pallium. Eſſe impium dictitantes, ſi & inglorius & vaſtatus repatriaret. Fecit ille quod monebat ratio, hac moderationis libra adiecta, vt Wigornienſi ſedi proprius Antiſtes accederet. Abierunt ergo domum incolumes, magna & diffuſa omnes Apoſtolici liberalitate de damno priori conſolati. Poſt pauca deinde exponit, quomodo Gulielmus Rex à Stigando nolens inaugurari, ob cauſas à me ſuo loco commemoratas; ab Aldredo regia ſuſcepit inſignia, *ſacramento coram omni populo præſtito quod ſe modeſte erga ſubiectos ageret, & æquo iure Anglos quo Francos tractaret. Illum itaq; quamdiu erga ſuos temperiem habuit, dilexit vt prolem, veneratus eſt vt Regem. Sed cum importabilis tributi penſum à prouincialibus exigeret; convenit eum per legatos Antiſtes, quos ægre admiſſos, cum turbulento reſponſo abegiſſet; non moratus ille, maledictionis telum in illum & omnem eius vibrabat progeniem; præfatus, poſſe ſe maledictionem dare merito qui benedictionem dediſſet immerito. Quod cum relatum eſſet Regi; amicorum admonitione delinitus, miſit illico qui Epiſcopum exorarent. Veruntamen præuenerat nuncios mors Antiſtitis, qui ex ægritudine animi (vt plerunq; fit) contracto morbo deceſſerat & obierat. Libertas animi eius in vno verbo enituit præclare, quod Anglice apponam, quia Latina verba non ſicut Anglica, concinnitati reſpondent. Vrſus erat Vicecomes Wigornia à Rege conſtitutus, qui in ipſis penè faucibus Monachorũ caſtellum conſtruxit, adeo vt foſſatum, cœmiterij partem decideret. Querela ad Archiepiſcopũ (qui tutor eſſet Epiſcopatus) delata eſt. Ille cum vidiſſet, Vrſum his verbis adorſus eſt.* **Vigheſt thou Urſe, haue thou Gods curſe.** *Eleganter in his verbis (ſeddurè) nominum euphoniæ alludens; Vocaris (inquit) Vrſus; habeas Dei maledictionẽ & (quod Anglicè non appoſui) meam,*

& omnium consecratorum capitum, nisi castellum hinc amoueris; Et scias profectò, quod progenies tua non diu de terra S. Mariæ hæreditabitur. Dixit ille implenda, quæ nos vidimus impleta. Siquidem non multis annis filius eius Rogerius, paternarum possessionum compos, graui Henrici Regis indignatione pulsus est, quod quendam ex ministris Regijs præcipiti furore iussisset interimi. Hactenus Malmeburiensis. Florentius vero Wigorniensis aliam causam interitus Aldredi adducens; *nunciato, Canutum & Haraldum Danos cum 240. nauium classe in ostio Humbri fluminis appulisse, valde tristem effectum in magnam incidisse infirmitatem* dicit, *& decimo anno sui Archiepiscopatus, 3. Id: Sept: (vt Deum rogauerat) vitam finiysse, anno 1069. & in ecclesia S. Petri sepultum.* Quomodo astutia invtili Wigornienſem ſedem prædiorum ſuorũ parte maxima emungere fuerit conatus (relictis Wulſtano, quibus ſe ſuoſque ſuſtentaret, 12. tantummodo mannerijs) à me ſupra eſt expoſitum. Quod factum ſic tuebatur vt diceret, Archiepiſcopatum ſub Wulfero populatione hoſtili ita deuaſtatum, vti ab eo iam inde tempore parum emolumenti ſui Præſules inde perciperent. Atqui verum id (pace tua dixerim Aldrede) non fuit. Nam Alfricus & Kinſius, nullius commendę adminiculo ſuffulti, plurima tamen coemerunt prædia, & multa ſumptu magno conſtruxerunt. Sed & Aldredus etiam ædificauit quamplurima, aulam nempe Canonicis ſuis Eboraci, & aliam Southwelliæ: Tertiam, à Kinſio Beuerlaci non planè abſolutã, perfecit, & non ſolùm presbyterium ibidẽ, ſed Eccleſiam totã Gloceſtrenſẽ (illã inquã quæ nunc Cathedralis eſt) à fundamentis excitauit. Prouinciæ ſuæ clerum, à veſtimentorum luxu nimio, ad habitum redegit decentem & vniformem. Edwardi Regis orator, annum integrum in Germania tranſegit: & anno 1058. aut eo circiter, *per mare tranſiens, per Hungariam profectus eſt Hieroſolymam; quod nullus Archiepiſcoporum Angliæ* (inquit Houedenus) *eatenus dignoſcitur feciſſe.*

25. THOMAS

25. THOMAS. I.

A Rege tunc Archiepiſcopus deſignatus eſt Thomas, Canonicus Baiocenſis, ortu quidem Normannus, ſed qui in Saxonum ſcholis in Normannia fuerat educatus, nonnihil etiam temporis in Hiſpania tranſegerat. Patre ortus eſt ſacerdote, & fratrem habuit Samſonem Epiſcopum Wigornienſem, cuius filius Thomas, huic poſtea in Archiepiſcopatu (quamuis non immediatè) ſucceſſit. In patriam quam primum reuerſus eſt ab Hiſpania, ab Odone Baiocenſi Epiſcopo, fratre Regis vterino, in ſacellanum aſcitus eſt, qui mox eum Theſaurarium Baiocenſem conſtituit & poſtea Regi fratri commendauit, vt illi eſſet à ſacris. *Vir fuit* (inquit Malmesburienſis) *omni vita integer, & cui nihil vel in geſtis, vel in dictis ſuccenſeri debeat, niſi quod primo Archiepiſcopatus tempore, in cauſa primatus Cantuarienſis, magis errore quam pertinacia certauit. Elegantia perſonatus ſpectabilis, deſiderio videntibus erat; iuuenis vigore & aequalitate membrorum commodus, ſenex viuido faciei rubore, & capillis cygneus. Liberalitate ſua ſucceſſores ſuos contriſtauit, vt qui, multam terrarum Epiſcopalium partem in Clericorum vſum, nimiè (vt dicunt) prodigus diſtraxerit. Clerum ſufficientem opibus & literis adunauit: Eccleſiam à fundamentis, inchoatam, conſummauit. Cœlibatum eius nunquam ſiniſter rumor aſperſit: Philoſophus antiquis ſcientia comparandus, nec elatus ſermone, & vultu comis, moribus dulcis. Nec cantu nec voce minor, multa eccleſiaſtica compoſuit carmina. Si quis in auditu eius, arte ioculatoria aliquid vocale ſonaret, ſtatim illud in diuinas laudes effigiabat: Illud apud Clericos quam maxime agere, vt maſculam in eccleſia muſicam haberent, nec quicquam effœminate diffungentes, tenero* (vt Perſius ait) *ſupplerent verba palato.* Conſecrandus, Cantuariam cum acceſiſſet; obedientiæ profeſſionem Archiepiſcopo facere, præſtito pro more iuramento, recuſauit. Ad Regem re dilata, poſt accuratam diſquiſitionem, pro Cantuarienſi lata eſt ſententia. Profeſſionem igitur fecit ſecundum conſuetudinem, niſi quod iuramentum illi relaxatum eſt. Paulo poſtea Romam vna cum Lanfranco 1070. Gul. 1. 5.

Cantuarienſi Antiſtite (aſſociato etiam Remigio Dorceſtrenſi) profecti ſunt, pallium ab Alexandro Papa recepturi. Ibi, ſiue commotus inuidia propter honorē magnū Lanfranco habitum (de quo antea,) ſiue quod iniuriam ſibi factā reuera exiſtimaret; cæpit corā Papa litē de ſubiectione & primatu, antea Regio decreto ſopitā redintegrare, tum prouinciæ ſuæ fines in Lincoln: Wigorn: & Lichfeld: dioceſes dilatare, quas ex veteribus regni inſtitutis, ſuæ ditionis ambitu continere aſſeuerabat. Et ſane (ſi Stubbeſio credimus, qui huius eccleſiæ hiſtoriam non inſulſe conſcripſit) ante Normannorum aduentum, hij duo Metropolitæ (Cantuarienſis inquam & Eboracenſis eccleſiarum Antiſtites) *Non ſolum poteſtate, dignitate & officio, idque ex conſtitutione Gregorij primi Papæ, ſed etiam ſuffraganeorum numero pares cenſebantur. Nunc autem Cantuarienſes nouo & credulo Regi Gulielmo perſuaſerunt, Eboracenſem eccleſiam Cantuarienſi debere ſubijci: Et vtile eſſe ad regni firmitatem, vt Britannia vni quaſi Primati ſubderetur: Alioquin poſſe contingere, vt de exteris gentibus quæ Eboracum nauigio venientes, regnum infeſtare ſolebant, vnus aliquis ab Eboracenſi Archiepiſcopo & ab illius prouinciæ indigenis Rex crearetur, & ſic regnum turbatum ſcinderetur.* Hæc Stubbeſius. Diſceptatio iſta, quia priuilegijs & conſuetudinibus, ac priuatis vtriuſque Archiepiſcopatus inſtitutis, certius quam iure ſcripto definiri poſſe videbatur; decretum eſt à Papa, vt à Rege & regni proceribus dijudicaretur. Qui in Windeſorienſi caſtro, contra Thomæ intentionem, prouincias Humbro flumine ſeparabant, & Eboracenſem prouinciam, excluſis illis quas Thomas vendicabant dioceſibus, & Cantuarienſi prouinciæ aſcriptis, perexiguis (ſi cum Cantuarienſi conferatur) finibus concludebant: Et profeſſionem ab Eboracenſi iuramento etiā præſtito Cantuarienſi faciendā decernebant. Huius decreti formulā ſi quis auet legere, habetur ea in libro cui titulus Antiquitates Britannicæ pag. 111. Papa interim, ſiue in Lanfranci gratiam popularis ſui (erant enim Inſubres vterque) ſiue quod munera captaret; paſtorali baculo & annulo priuauit, & Thomam & Remigium: Illum, quod ſacerdotis eſſet filius: Hunc, quia multis opibus Gulielmum

didit. Hæc poſtquam ita conſtituiſſet, vnicuique Canonico præbendam aſſignauit, vt ſeorſim victitarent, cum antea communi menſa fuiſſent vſi ſicut in Academijs hodie collegiorum ſocij. Decanum etiam creauit, Theſaurarium, & Præcentorem, cum Cancellarium ſub prima Epiſcopatus tempora ordinaſſet. Eccleſiam à ſe conſtructam libris & eccleſiaſticis ornamentis, tam ad ſplendorem quam ad vſum abunde inſtruxit; & magna ſollicitudine doctiſſimos viros vndique conquiſitos in ea collocauit, cum quibus crebros ſermones de rebus literarijs conſerere ſolebat, non tam animi cauſa, quam vt eos ad ſtudia literarum excitaret. Ipſe (vt tempora ferebant) doctus erat, & multa ſcripſit tam proſa oratione quâ carmine. Inter cætera, cantica eccleſiaſtica plurima compoſuit, quæ (muſicus ipſe) tonis idoneis aptauit, non tantum canendi, ſed & organa pulſandi muſica peritus. Cum Henricum primum Regem diademate regio impoſito inauguraſſet Aug. 5. 1100. (Anſelmo Cantuarienſi Archiepiſcopo tunc exulante) Nouembris 18. ſequenti Ripponæ deceſſit, & in eccleſia quam ipſe conſtruxerat tumulatus eſt prope Aldredum antecеſſorem. Epitaphium adiunctum Stubbeſius Thomæ poſteriori, nepoti eius aſcribit. Mihi tamen ex tempore mortis, & hominis deſcriptione, ſatis conſtat ad hunc vnum pertinere.

Orba pio viduata bono paſtore patrono,
Vrbs Eboraca dolet, non habitura parem.
Qualia vix vni, perſona, ſcientia, vita,
Contigerat Thomæ, nobilis, alta, bona.
Canicies hilaris, facies, ſtatura venuſta,
Angelici vultus ſplendor & inſtar erat.
Hic numero atque modo doctrinæ ſeu probitatis,
Clericus omnis erat, vel magis omnis homo.
Hæc domus & Clerus ſub tanto Preſule fœlix,
Pene quod eſt & habet, muneris omne ſui eſt,
Octauis igitur Martini tranſiit ille,
Qui pietate Dei ſit comes in requie.

26. GIRARDVS.

THomæ defuncto ſucceſſit Girardus, qui Herefordenſi eccleſiæ tempore præfuit exiguo, & Walchelmi Wintonienſis Epiſcopi nepos, Angliæ ſub Gulielmis primo & ſecundo Regibus, Cancellarius extiterat. Homo (inquit Malmesburienſis) *Literarum non neſcius, in eloquentia diffuſus, imo ſcientia & eloquentia* (ſi Stubbeſio credimus) *paucis ſui temporis ſecundus.* Neubrigenſis (qui homini videtur paulo iniquior) *acutum fatetur nec non literatum fuiſſe, vita tamen lubricum extitiſſe* aſſerit; *in emungendis per indecoras etiam occaſiones ſubditorum marſupijs callidum, & (vt plurimi aſſeuerarent) maleficys etiam aſſuetum, Deoque adeo & hominibus inuiſum.* Obedientiæ profeſſionem Cantuarienſi facere dum cunctatur, mandato Papali ad eam præſtandam mox adigendus, Regis hortatu iuſſum Pontificium præuenerat. Cum ſediſſet annos 7. menſeſque 6. *deceſſit inſperatè, morbo quidem, ſed leui antea tactus. Nam cum aliquantulum ager in quodam viridario ædibus ſuis* Suthwellenſibus *vicino cubitaret, vt ſalubriori aura, quam ſuauè halantes herbarum flores animarent, foris frueretur; inſſit vt aſtantes domum ſecederent, corporis curæ interim proniſuri.* (Newbrigenſis vero *clericis prope ſpatiantibus, ſuper ceruical quieſcentem, letali ſopore diriguiſſe* dicit. Sed pergat Malmesburienſis) *Abierunt* (inquit) *illi & poſt epulas reuerſi, fleuerunt dominum exanimem. Vtinam hæc rumor finxerit* (hæc Malmsburienſis) *nec homo Pontificalis gratiæ ſic obierit. Certe Canonici Eboracenſes, ne in eccleſia ſepeliretur pertinaciſſime reſtitere, vix ignobilẽ ceſpitem cadaueri pro foribus iniici paſſi; quamuis poſt aliquot annos Thomas ſucceſſor eius, indignitatem facti leniens, in eccleſia ipſum iuxta prædeceſſores ſuos eminentiſſime tumulauerit.* Adijcit Newbrigenſis, *raro agmine corpus Eboracum delatum; neque clericis neque ciuibus cum pompa exequiali ex more occurrentibus, ſed pueris (vt dicebatur) ſandapilam lapidantibus, extra eccleſiam*, ſic vt præfertur *ſine honore ſepulturæ traditum.* Regi hic author fuit, vt Capitulo Eboracenſi donaret eccleſiam de Laxton; & cum quinque alias ab eodem

1101. Henr. 1. 2.

ſibi

ſibi impetraſſet Driffeild, Kiln, Pokington, Pickering & Burgh; illas quoque Canonicis ſuis contulit. Balæus infenſior illi quod ſacerdotes coniugatos inſectaretur, Magicarum artium inſimulat, inde ſumpto argumento, quod defuncti ſub ceruicali volumen ſit repertum Firmici Aſtrologi, quem de rebus Magicis aliquid ſcripſiſſe, nbn dum didici.

27. THOMAS. 2.

1109. Henr. 1. 10.

GIrardo ſucceſſit Thomas, prædicti Thomæ ex fratre Samſone Epiſcopo Wigornienſi nepos, capellanus Regius & Richardi Baiocenſis Epiſcopi frater, multum iuuenis & ob eſo corpore præpinguis, adeo tamen non fuit obeſi naris ſed prudentia vere ſenili præditus, vt virtutum fama clarus, eodem fere tempore à duobus eccleſijs in antiſtitem electus ſit & poſtulatus, Londinenſi primum, ac mox Eboracenſi. Sicuti anteceſſores, ad obedientiæ profeſſionem Cantuarienſi faciendam, nimium haud quaquam properauit. Poſt aliquot tergiuerſationes, cum putaret Anſelmus iam dudum ægritudine longa contabeſcens, mortem ſuam eum expectare, vt vacante ſede Archiepiſcopali, conſecrationem ab aliquo alio ſine profeſſione conſueta impetraret: Epiſtola adomnes Angliæ preſules perſcripta, ſingulis ſub anathematis pœna interminatus eſt, ne ſe vel viuo vel mortuo, aut illum, aut alium quemlibet ad ſedem Eboracenſem conſecrarent, niſi facta prius profeſſione antedicta. *Et tantus fuit Epiſcoporum omnium conſenſus, non refragante & patre Thoma, Wigornienſi Antiſtite, vt mallent omni honore ſpoliari quam præcepta patris ſui Anſelmi tranſgredi. Confirmauit religionem illorum principalis aſſenſus, cum ſubiecit; Quicquid aliorum ſententia ferat, ego patris Anſelmi excommunicationi nec ad horam ſubiacere aliquatenus volo. Itaque quia præter epiſtolam Anſelmi, ſunt priuilegia ſedis Apoſtolicæ, ſunt definitiones ante patrem & matrem, cum conſilio totius regni ſtatutæ, quibus authoritas eccleſiæ initur; Eligat Thomas, aut ſubiectionem eccleſiæ Cantuarienſi facere, aut Epiſcopatui valefacere. Ceſſit ille, non rationi ſed potentiæ, factaque profeſſione, ſuſcepit à miniſtro, Richardo ſcilicet Londinenſi Epiſcopo, quod detrectauerat ſuſcipere à magiſtro.*

magistro. Hæc Malmesburiensis. Consecratus Iunij 27. 1109. cum annos 5. & menses ferme 9. sedisset, in morbum incidit, quem letalem medici pronunciarunt, nisi fœminæ vellet vti consuetudine. Maluit ille castus interire, quam dignitatis pontificalis macula tam pudenda vitam redimere, atq; ita decessit, Februarij nimirum 19. 1114 prope patruum sepultus. In ecclesia sua Eboracensi duas de nouo præbendas erexit: Canonicos Regulares Haguſtaldæ collocauit: Prædia nonnulla pretio comparata, Suthwellensibus dedit Canonicis, & easdem immunitates illis impetrauit, quibus Eboracenses, Beuerlacenses & Ripponenses gauisi noscebantur.

28. THVRSTANVS.

THurstanus, Ecclesiæ Paulinæ Canonicus, & Sacellanus Regius, successor illi designatus est. Sed cum à Radulpho Cantuarensi Archiepiscopo consecrationē nullo pacto posset obtinere, nisi professione præstita consueta; electioni de se factæ renunciauit. Tandem nihilo secius, admonitus ab amicis, si Romam proficisceretur, fieri posse vt voti compos rediret; suscepto illuc itinere, nihil impetrauit à Pontifice præter literas inefficaces, quæ nec apud Regem nec Archiepiscopum (ad quos datæ sunt) quicquam ponderis habuerunt. Paulò post Paschali mortuo, & qui illi successit Gelasio, Calixtus concilium Rhemis celebrauit. Illuc Thurstanus voluit accedere, sperans consecrationem à nouo Pontifice se impetraturum. Rex vero petenti, commeatum denegauit donec fidem dedisset *nihil se contra decus Ecclesiæ Cantuariensis molituru*m. *Quod mox* (inquit Malmesburiensis, iam tandem relinquendus) *vt opportunum vidit, oblatus effregit, & ab Apostolico (contra omnes consuetudines maiorum) benedictionem Episcopalem suscepit. Præcesserat sanè Thurstanum ad Papam Legatus Regis, idemq; frater Radulphi Archiepiscopi, Seffridus (postea Cicestrensis Episcopus) denunciaturus Pape, ne vllo modo Thurstanum aut ipse sacraret, aut ab aliquo nisi Pontifice Cantuariorum secundum antiquum morem sacrari permitteret. Et si contra hoc Apostolatus sui iure niti vellet,*

1119. Henr. 1. 20.

vellet, certus existeret, quia nec pro amissione coronæ suæ, propositum suum in hac causa mutaret. His respondit Apostolicus, Ne putet Rex me, de quo agit negotio aliter acturum quam ipse velit: Neq; enim voluntas mea vnquam me tulit, vt Cantuariensis ecclesiæ dignitatem (cui tot præclari Patres, vt pene toti mundo notissimum est præsederunt) quoque modo humiliem. His blanditijs persuasus Legatus, reditum maturauit. Post cuius discessum, Apostolicus Romanorum iussis obnoxius, qui in Thurstani amicitiam transierant, eum sacrauit, palam illud interdicente Ioanne Archidiacono Cantuariensi. Respondit q; ei Apostolicus, nullam iniustitiam ecclesiæ Cantuariensi volumus facere, sed salua iustitia & dignitate illius, quod proposuimus exequamur. Friuolum id audientes iudicauerunt, cum dissideret factum à dicto. Hoc audito Rex, Thurstano interdixit omnem dominationis suæ terram. Quam seueritatem nec tunc voluit diminuere, cum enim apud Gisortium præsens interpellasset Apostolicus, asserens se de fide qua se Rex obligatum esse dicebat, eum authoritate B: Petri soluturum. Quod cum frustra fuisset, tunc quidem impacatus remansit. Sed sequenti anno, cum iam prafatus Papa in sede Apostolatus corroboratus, liberius quæ vellet disponeret; misit epistolam qua videbatur, vt aut Thurstanus episcopatu suo poturetur, aut Rex anathemate, & Pontifex Cantuariensis suspensione sacerdotalis officij plecteretur. Hic metus coegit Regem cæptis desistere, & receptus est Thurstanus in sede. Qui magno vir animo & doctrina per eam ætatem singulari, ob prudentiam etiam industriam & in munere pastorali obeundo summam diligentiam multum laudatur. Canonicis suis admodum benignum se exhibuit, quibus hoc indulsit priuilegium, vt Præbendarum suarum fructus hæredes eorum perciperent per vnum integrum annum postquam decederent, nisi quod pars eorundē tertia fabricæ ecclesiæ erat relinquenda. Neq; hæc de Eboracensibus solis ita sunt ordinata: Id ipsum de Beuerlacensibus, Ripponensibus, Suthwellensibus & Glocestrensibus (quorum collegia ab Eboracensibus Archiepiscopis fuerant condita) constitutum est. Monasteria vel fundauit de nouo, vel collapsa restaurauit, octo; inter quæ memoratur præcipue illud quod à Fontibus nomen habebat, cuius

cuius annui redditus numerabatur ſuppreſſionis tempore 1173.l 7.d. ob. Triennio antequam obiret, inſigni clade perculſa eſt tam ciuitas quam eccleſia Eboracenſis. Fortuito igne, præter Cathedralem, triginta aliæ eccleſiæ abſumptæ ſunt, vna cum cœnobio S. Mariæ in ſuburbijs, Hoſpitale à Thurſtano conſtructum, & vrbis denique ipſius ædificia pene vniuerſa. Anno tum proxime ſequenti, nimirum 1138. Dauidi Scotorum Regi cum numeroſo exercitu in fines noſtros irruenti & ferro flammaque omnia deuaſtanti, cum manu tumultuaria occurrens Aluertonæ, magno eum prælio fuſum profligauit, hoſtium duodecim millibus interfectis. Sic Walſinghamus; cum Houedenus aſſerat, ipſum morbo detentum, expeditioni non interfuiſſe, quamuis ipſius conſilio & auſpicijs pleraque gererentur. Cum ab electionis tempore annos 26. in iſtius prouinciæ regimine tranſegiſſet, ætate iam grauis & valetudinarius, præſulatum ſponte exuit & apud Pontem-fractum Monachus fieri voluit. Vix iam veſtem Pontificalem depoſuerat, Monachalem aſſumpſerat; quando morte imperante, ſepulchralem ſtatim induere oportuit. Vndecim duntaxat dies abdicationi ſuperſtes, animam exhalauit Februarij 5. 1140.

29. HENRICVS MVRDAC.

STephano Regi, ex Emma ſorore, Hereberto Comiti nupta, nepos erat nomine Gulielmus; vir animi virtutibus non minus quam regia cognatione nobilitatus, qui Theſaurarius Eboracenſis, ad Archiepiſcopatum legitima electione poſtulatus, & auunculo Rege annuente, etiam conſecratus, Rommam miſit, qui ſuo nomine pallium à Pontifice peterent; quod cum negatum eſt, tum ipſi quoque imperatum, vt Romam accederet de criminibus neſcio quibus reus peragendus, quorum hoc (vt videtur) præcipuum æſtimatum eſt, quod minus legitime electus, præſulatum ſibi non debitum auſus fuiſſet ſuſcipere ac vſurpare. Illuc vt pervenit, aduerſarios reperit præter ſpem & numero quamplures & potentia validos. Inter cæteros memoratu in primis D. Bernardus, Abbas ille Clareuallenſis clariſſimus, qui

1142. Steph. 8.

qui cauſam propugnabat Henrici cognomine Murdac Abbatis Fontani, ſecretis multorum votis ad Archiepiſcopatū Eboracenſem (Gulielmus ſi pelleretur) deſignati, qui vnâ cum Eugenio tum Pontifice, Bernardi antedicti fuerat diſcipulus. Bellum ciuile atrociſſimum his temporibus in Anglia feruebat, certantibus de regno, Stephano Henrici primi ex ſorore nepote, & Matilde propria eiuſdem Henrici filia. A Matildianis igitur grauiter ferentibus, Gulielmum Stephani propinquum tantæ dignitatis acceſſione honeſtatum; crimina credo conficta, quorum prætextu, precibus accedentibus veteris amici, præſulatu inſontem Eugenius mulctauit, & Henricum pallio ornatum miſit in Angliam. Qua re nunciata, Rex nepotis tanta contumelia (quam haud quaquam meritum omnes iudicabant) grauiter commotus; à nouo Archiepiſcopo iuramentum neſcio quod inuſitatum cœpit exigere. Quo recuſante id præſtare; quamuis vltra minas & iurgia non proceſſit Princeps clementia præditus tam mirabili, vt multorum annorum bello ciuili exagitatus, non legatur tamen procerum ſuorū quenquam capitali ſupplicio affeciſſe: Attamen ciuibus Eboracenſibus (quibus Gulielmus propter benignitatem vitæque ſanctitatem admodum charus extiterat) animos addidit ad Henricum ciuitate ſua arcendum; quos ille eam ob cauſam ſacris interdixit. Euſtachius nihiloſeciùs Regis filius, authoritate eius contempta, ſacra in omnibus eccleſijs more conſueto fieri mandauit. Huiuſce rei occaſione, & quia miniſtri Regij graues vbique incumbebant omnibus qui ad Gulielmum pellendum operam aliquam detuliſſent; ſeditiones ac tumultus per totam prouinciam indies gliſcebant, ac in vrbe præcipue, vbi Archidiaconus quidam, Archiepiſcopi amicus, obtruncatus eſt. Cum per annos duos vel tres hoc modo tumultuatum fuiſſet; Rege tandem pacato, Archiepiſcopus à ſuis pacifice ſuſceptus, magna cum auſteritate hanc ſedem rexit annos plus minus decem, & Octobris 14. 1153 Sherborniæ ab hac luce migrauit, atque in eccleſia ſua ſepultus eſt.

30. S. GVLI-

30. S. GVLIELMVS

GVlielmus, illico vt in ordinem redactus est, in Angliam remeauit, seque in cœnobio Wintonienſi abdidit; Henrici Wintonienſis Episcopi auunculi sui (Stephani nempe Regis is frater fuit) consuetudine ac familiaritate multum subleuatus, à quo in Archiepiscopum fuerat sacratus. Dum hic subsistit, magna animi æquitate casum ferens tam aduersum; eodem fere tempore excesserunt è viuis & D. Bernardus & Eugenius Pontifex, qui (vt supra monuimus) illi, vna cum Henrico Archiepiscopo fuerat discipulus. Eorum obitu vulgato, Gulielmum monent amici, vt Romam proficiscens, de iniuria sibi ante decennium illata, apud Anastasium nouum Pontificem querimoniam instituat. Paret ille monentibus, & Romam perueniens, dum se ad negotium propter quod venerat accingeret, certior fit, Henricum Archiepiscopum aduersarium suum diem quoque obijsse. Consilio tum vsus Gregorij cuiusdam Cardinalis (qui multo rerum vsu & magna præditus erat prudentia) voti facile compos factus, & pallio à Pontifice ornatus est. Paulò ante Pascha Wintoniam redijt, ibique cum auunculo solennitate paschali celebrata, ad sedem suam properauit. Occurrerunt autem ei extra ciuitatem Robertus Eboracensis Decanus & Osbertus Archidiaconus, qui in electione eius vitium causati, interposita ad Pontificem appellatione, ab ecclesia sua arcere illum voluerunt. Ille nihilominus appellatione contempta progrediens, ingenti plausu à Clero & populo susceptus est. Polydorus Virgilius author est, *tantũ illi honoris vbique habitum, vt quacunque pergeret, passim mortalium concursus ad eum fierent. Quare ita accidit,* (inquit ille) *vt cum Eboracũ vir sanctus peteret, & eundo parum vltra Pontifractum transiret pontem qui in flumine est quod Adierum appellant, tantus hominum munerus secutus sit, vt fracto repente ponte (ligneus enim erat) bona pars in flumen ceciderit. Quod vbi Gulielmus (qui iam in altera ripa erat) ex morientium clamore cognouit, è vestigiò conuersus ad flumen, & vbertim lachrymans, manus cum oculis in cœlum sustulit, atque Deum supplici-*

1153. Steph. 18.

ter precatus, diuinum auxilium imploranit; quod ita celeriter cum morte luctantibus in vndis adfuit, vt ne vnus quidem perierit. Hactenus Polydorus. *Receptam Ecclesiam* (sic Nubrigensis) *decenti moderamine regens, & ingenita lenitate nulli onerosus existens; paucis post Pentecosten euolutis diebus, febre corripitur, & rapitur ex hac vita, ingenti tam clericis quam laicis ex mitissimi pastoris occasu, luctu relicto. Sane propter inopinatum eius transitũ; à multis creditur veneno extinctus, asserentibus eũ ex sacro calice per quendam ab aduersarijs immissum, vel pro eis amulantem infecto, potum mortiferum* (*quod dictu horrendum est*) *& cum potu vitam transisse. At hoc mera quorundam opinione* (inquit ille) *quam tamen petulanter velut perspicuam veritatem sparserunt in vulgus. Denique ego processu temporis cum fama ista crebresceret, quendam virum magnum & grandaeuum, Rieuallis monastery Monachum iam valetudinarium & morti vicinum, qui eo tempore ecclesiæ Eboracensis Canonicus, & memorato Archiepiscopo familiaris extiterat, super hoc cum adiurationibus percunctandum putaui: Qui constanter respondit, hoc esse mendacissimum concepta à quibusdam opinionis commentum. Se quippe cum scelus illud attentatum dicitur, præsentem atque Archiepiscopo assistentem fuisse, & nullo modo malignum quenquam inter circumstantes fidelissimos, ad aliquid tale audendum irrepere potuisse. Illud quoque falsum est, quod dicunt, eum amicis suadentibus antidotum gustare noluisse, cum ab eis hostilis malitia in eum aliquid ausa putaretur. Et ad hoc summ vel opinabile vel commentum firmandum, fertur eum dixisse, quod cœlesti antidoto non adijceret humanum. Quod vtique quia vir sapiens fuit, & Dominum non esse tentandum diuina authoritate edoctus, nec dixisse neque egisse credendus est. Ad hoc Symphorianum familiarem clericum eius, qui in eius obsequio non paruo tempore fuerat, & agrotanti deuotus minister astiterat, audiui dicentem, quod amicis suadentibus, antidotum sumpserit: Quod vtique sapiens credendus est. Ab eodem quoque audiui, amicos qui aderant, ob hoc maximè ad putandum quod mortiferum quid biberit, fuisse proclines quia dentes eius qui candidi fuerant, in extremo illo incommodo nigrescere cæperant. At hoc ridetur à medicis, cum homines morituri passim nigrescere soleant.* Hæc Newbrigensis,

cum

cum hymnus in festo eius decantari solitus (nam in Sanctorum numerum mox videbimus relatum) contrariam tueatur sententiam: Sic enim ille:

Eboracum præsul redit,
Pontis casus nullum ladit
De tot turbæ millibus.
In octauis Pentecostes
Quidam malignantes hostes
In eum pacificum,
Et vt ipsum priuent vita,
Celebrantis, aconita
Propinant in calice.
Troxicatur à prophanis,
Ille potu, ille panis,
Per quem perit toxicum, &c.

Houedenus, illorum temporum scriptor, suorum proditione aquam dicit infectam, qua, sacra facientem, in ablutionibus vti eum oportebat, atque inde causam mortis contraxisse. Id vndecunque euenerit, è viuorum certè numero exemptus est, Iunij 8. 1154. & in ecclesia sua per propinquum eius Hugonem Dunelmensem Episcopum sepulturæ est mandatus, vbi (ipso inter Diuos relato) multa patrata ferunt miracula; quod credere cui cordi est, meminerit, hunc qualemcunque Diuum, à Diuo certe Bernardo, aut eius saltem opera exauthoratum & præsulatu expulsum.

31. ROGERVS.

GVlielmi morte comperta, rationes protinus inire cœperunt Robertus Decanus & Osbertus Archidiaconus, de Rogero Cantuariensi Archidiacono ad Archipræsulatum Eboracensem prouehendo; quem, annitente Archiepiscopo Cantuariensi Legato Pontificio, à Capitulo (non nimis in eam rem propenso) eligendum curarunt. Hunc monachi (rerum his temporibus gestarum vnici scriptores) acerrimè insectantur, sic tamen, vt Lectori non ini- 1154. Steph. 19.

quo facile pateat, ſummum eum virum fuiſſe & iudicio præditum admirabili. Quare, vitam eius à Newbrigenſi deſcriptam, illius verbis Lectori exhibere decreui, ac deinde illa adiungere, quæ ab illo omiſſa, alibi tradita reperi. *Anno* (inquit ille) 1181. *deceſſit Rogerus Eboracenſis Archiepiſcopus, homo literatus & eloquens, atque in commodis temporalibus prudentiæ penè ſingularis. In officio quidem Epiſcopali, hoc eſt in cura animarum, minus ſollicitus; in his autem quæ officio non Deus, ſed propter Deum mundus annexuit conſecrandis & promouendis, efficaciter ſtudioſus. In bonis quippe temporalibus, Archiepiſcopatum Eboracenſem ita prouexit, vt de augmentis reddituum vel amplitudine ædificiorum, fere nullam ſucceſſoribus curam reliquerit. Occaſiones quoque auaritiæ ita exercuit, atque in his exercendis ita excelluit, vt raro aliquam prætermittere vel remiſſius agere videretur. Properſonis ſpectabilibus quibus tanquam quibuſdam monilibus Eboracenſis olim refulſit eccleſia, titulauit imberbes, & quoſdam etiam agentes ſub ferula, aptos magis pro ætate*

Ædificare caſas, poſtella adiungere muris
Ludere par impar, equitare in arundine longa,

quam perſonas gerere in eccleſia magnatum; vt ſcilicet ad annos vſque viriles curam agens titulatorum, vniuerſa perciperet commoda titulorum. Chriſtianos philoſophantes, id eſt virosreligioſos (hinc iſtæ lachrymæ, nunc vnguis in vlcere) *in tantum exhorruit, vt dixiſſe feratur* (ô hominem oculatum, qui in tenebris illius ævi plus quam Cimmerijs hæc potuerit perſpicere) *Thurſtinum, anteceſſorem ſuum nunquam grauius deliquiſſe, quam ædificando inſigne illud Chriſtianæ philoſophiæ ſpeculum, Monaſterium ſcilicet de Fontibus. Cumque hoc verbo ſcandalizarentur circumſtantes; Laici* (*inquit*) *eſtis, niſi percipere poteſtis vim verbi. Dicebat etiam, eccleſiaſticum beneficium, luxurioſis potius quam religioſis conferendum. Quam planè regulam, omni tempore ſuo ſollicite tenuit, & deteriorem fere in omnibus conditionem fecit religioſorum clericorum. Porro in hac mira cecitate* (ſic placet appellare lynceam perſpicaciam) *cum aliàs eſſet vir acutiſſimus, arbitrabatur obſequium ſe præſtare Deo; quod ſic probatur. Acceſſit ad eum iam ægritudine decumbentem*

bentem & maturè finiendum, quidam mihi notiſſimus, cuiuſdam loci religioſi præpoſitus, vir bonus & ſimplex, humiliter poſtulans, vt pias bonorum virorum collationes, quas ſancti eius ſucceſſores eidem loco diuini amoris intuitu, autentico ſcripto confirmauerunt, ipſe quoque ſigilli proprij atteſtatione confirmare dignaretur. Ad quod ille, En (ait) morior, & quia Deum timeo, quod poſtulas facere non præſumo. Tam ſolide apud ſe tenebat, nullis minus quam huiuſmodi philoſophantibus eſſe præſtandum, (inertibus verius dixiſſet, deſidioſis, & qui ſub veſtibus ſanctiſſimorum illorum virorum quos Monachos vocatos primitiua eccleſia iure eſt admirata, totidem plerunque dæmones occultarent) Iratum igitur iam audiamus. *Quod in vita ſua tondendis magis quam paſcendis ouibus Dominicis intenderit, in fine claruit. Quippe moriturus decumbens, non pauca millia marcarum argenti Pontifex euo grauis in theſauris habebat, cum tot pauperes Chriſti inedia laborarent. Quibus cum iam vlterius incubare non poſſet, partem aliquam diſperſit in pauperes, partem eccleſijs, partem familiaribus & propinquis, ſerus diſtributor legatis dimiſit. Verum cum iam obijſſet, Rex per officiales ſuos & inuenta diripuit, & non inuenta ab ijs quibus iam data erant extorſit: Dicens theſauros à quocunque vſque ad mortem repoſitos, ſolius Principis in bonis eſſe.* Sed dic mihi Newbrigenſis hoccine verum eſt quod tondendis tantum ouibus intentus, opibus partis ita incubauit, vt nihil ad vtilitatem gregis impenderit? Stubbeſium igitur audias (ſi placet) ſic loquentem. *Iſte Rogerus chorum cathedralis eccleſiæ S. Petri Ebor. cum cryptis eiuſdem & palatium Archiepiſcopale quod iuxta ipſam eccleſiam ſitum eſt, de nouo conſtruxit. Condidit etiam capellam S. Sepulchri ad tantam ipſius palatij ex parte boreali eiuſdem eccleſiæ; eamque vndecim eccleſijs (quarum quinque ex ſua propria largitione, ſex vero ex collatione quorundam fidelium ſuæ dioceſis extiterant) dotauit; Et 13. miniſtros eccleſiaſticos diuerſi ordinis ad celebrationem diuinorum in ea perpetuos inſtituit: Quorum 4. eſſe ſacerdotes, quatuor diaconos, 4. vero ſubdiaconos, & vnum ſacriſtam qui præeſſet reliquis decreuit, quem cuſtodem ipſius capellæ & procuratorem omnium prouentuum dictarum vndecim eccleſiarum ad eandem*

dem capellam pertinentium constituit. Et ne eisdem ministris competens deesset sustentatio, statuit idem Archiepiscopus, vt vnusquisque dictorum presbyterorum decem marcas ; Diacanorum, centum solidos ; Subdiaconorum verò sex marcas argenti quolibet anno per manum Sacristæ perciperent. Residuum verò prædictorum reddituum, in vsum Sacristæ conuerti disposuit. Et quia Canonici præfatæ ecclesiæ B. Petri super sitv dictæ capellæ, eo quod nimis adhæsit matrici ecclesiæ, penes Archiepiscopum grauiter murmurabant ; statuit idem Archiepiscopus ad eorundem Canonicorum exonerationem & perfectæ pacis & charitatis inter Archiepiscopum & Capitulum perpetuam firmitatem, vt Sacristæ eiusdem capellæ, ea quæ ad eosdem Canonicos spectant in die cœnæ Dominicæ tam in nebulis quam in vino & cerusia & vasis & aqua calida ad ablutionem pedum ipsorum Canonicorum & Clericorum & pauperum, decem etiam solidos argenti, 60 pauperibus post ablutionem pedum suorum distribuendos, & victualia quæ secundum consuetudinem matricis ecclesiæ solebant die prædicto ministrari, hæc inquam omnia Sacrista dictæ capellæ sumptibus suis proprijs inueniret. Hæc & alia multa (inquit ille) *Rogerus Archiepiscopus ad honorem Dei & ecclesiæ cui præerat decorem, in Archiepiscopatu gessit vtilia.* Cum annos sedisset 27. grandæuus iam, Loudæ in morbum incidit lethalem, & morti se vicinum sentiens, multos ad se Abbates, Priores ac religiosos (vt vocant) accersiuit. Ex quorum consilio, pecuniam ingentem tradidit euestigio, fideique commisit Antistitum Angliæ ac Normanniæ, ad paperum sustentationem aut alios pios vsus distribuendam : Archiepiscopo, nimirum Cantuariensi 500. libras, Rothomagensi 500. & Rhemensi totidem, & singulis fere dictarum prouinciarum Episcopis non nihil. Quod cum fecisset, Eboracum se deportari curauit (vt Houedenus) Sherborniam vt alij, ibique decedens Nou. 22. 1181. per Hugonem Episcopum Dunelmensem exequijs celebratis, in chori meditullio à se constructi honorifice tumulatus est. *Hic ad huc viuens* (inquit Parisiensis) *à Papa Alexandro priuilegium impetrauerat, vt si clericus sua iurisdictioni suppositus, agens in extremis, testamentum conficeret, & proprijs manibus bona sua moriens non distribueret, Archiopiscopus haberet facultatem.*

tem iniciendi manus in bona defuncti. Et quoniam quod quisque iuris in alterum statuerit, vti debet eodem: Post mortem Archiepiscopi, quaecunque reperta sunt in thesauris eius, iusto sunt Dei iudicio confiscata. Quorum summa fuit pecuniae numeratae vndecim millia librarum argenti, & auri 300. præter auri ac argenti cœlati copiam per magnam. Per totum decennium, post mortem eius sedes vacauit.

32. GALFRIDVS PLANTAGENET.

ECclesia Lincolnienſi per mortem Roberti de Querceto vacante anno 1167. Henricus secundus Rex, filium suum nothum, Galfridum, tenerum adolescentulum, sed rectæ indolis & modestum, Lincolnienſem iam dudum Achidiaconum, in Episcopum eiusdem ecclesiæ à Canonics eligendum curauit. Ille vero fructibus opulentissimi præsulatus contentus, consecratione abstinuit, vtpote oues tondendi magis gnarus quã pascendi. Ita cùm septem annorũ spatium huic sedi incubasset; electioni suæ sponte renunciauit, patre iubente (quod secũ eum vellet permanere, vt quidã; vel quod ecclesiastico ordini parum idoneum existimaret, vt alij) qui mox eum Cancellariũ Angliæ constituit. Id muneris, quanquam multum adhuc iuuenis, octo per annos, non sine æquitatis & prudentiæ laude administrauit, ad annum videlicet 1189. quo tempore pater eius defunctus est. Presulatus per Angliam plurimi ea tempestate iam diu vacauerant, ac Eboracensis in primis, iam per totum decennium. Richardus igitur Rex nouus, vt vna fidelia duos parietes dealbaret, hoc est vt Eboracenses placaret, tam diuturnam vacationem iam dudum grauiter ferentes, & fratri simul prospiceret, cui res adhuc satis erat tenuis; literis ad Canonicos Eboracenses perscriptis; ægrè quidem, sed tandem impetrat ab eis, in Archiepiscopum illum electum renunciari. Consecratus est Turonæ, à Gulielmo illius sedis Archiopiscopo, mense Augusti 1191. Tum, quanquam fratri Regi in Palæstinam ad Mahometanos debellandos proficiscenti, iuramento confirmauerat, in Angliam ante exactum triennium se non rediturum; statim tamen ad sedem suam properauit, Doue- 1191. Ric. 1. 3.

riamque appellens, à miniſtris Gulielmi Elienſis Epiſcopi (quem quaſi Proregem diſcedens Richardus reliquerat) ab ipſo altari eccleſiæ S. Martini abreptus, in carcerem coniectus eſt, impedimentis prius direptis, & rebus omnibus quas ſecum attulerat ſpoliatus. Audiamus iam Pauliſper Newbrigenſem. *Huius enormitatis fama* (inquit ille) *diſcurrens, & quaſi gradiens ſuper pennas ventorum; in breui Angliam replenit. Alacres in Elienſem Cancellarium fremunt; minores eidem maledicere cantur; vniuerſi vtpote communibus tyrannum deteſtantur. Ioannes maxime de fratris captiuitate dolus, atque ad eius non tantum liberationem, ſed etiam vltionem iuſtiſſimo motu exarſit. Itaque feſtinanter congregatis ex omni terra ditionis ſuæ, nec non ex Wallia ingentibus copijs, præparabat exercitum. Cui mox acceſſere Wintonienſis Epiſcopus & Barones plurimi, Comiteſque nonnulli cum militia copioſa. Nec defuere Epiſcopus Bathenſis & Ceſtrenſis, qui paulo ante principales Cancellary complices & fautores extiterant. Sed tyrannicis eius moribus & immoderato faſtu offenſi; cum cæteris, imo & præ cæteris in eum tunc linguis ſimul & animis ſæuiebant. Pœnitudine igitur ſtimulatus, quod tantum contra ſe flammam petulanti auſu accenderit; præcepit captiuum relaxari Pontificem. Qui dimiſſus venit Londonias, & illatæ doloreminiuriæ, abundantioribus multorum affectibus atque officijs compenſauit.* Prouinciam ſibi demandatam, præter ſpem plurimorum rexit præclarè, ſi non, tanquam tantorum natalium ſplendore inflatus, animoſius paulo quam par erat. Grauitatis certe & temperantiæ magnam laudem retulit. Richardo regnante, multæ lites ac contentiones inter eum ac Canonicos ſuos iactatæ ſunt, qui contra illum ad Pontificem & Regem querelas crebras deferre neutiquam ceſſarunt. Cum Ioanne rege (fratre itidē ſuo) malè illi conueniebat, qui regni ſui anno ſecundo, non ſolum Achiepiſcopatus fructus omnes fiſco ſuo iuſſit inferri, ſed & bona eius mobilia cuncta. Quod mandatum cum Vicecomes Eboracenſis fuiſſet exequutus; & ipſum Galfridus excommunicauit, & eos etiam in Vniuerſum omnes qui illi fuiſſent in eo negotio adiutores, quique Regem ad iracundiam contra ſe extimulaſſent. Moleſtationis huius cauſa ab alijs atque alijs aliter atque aliter

traditur,

traditur. Dicunt nonnulli miniſtros Regios ab illo impeditos ne veſtigal neſcio quod inuſitatum colligerent. Alij, in Galliam trajcientem Regem vt nuptias nepti cuidam ſuæ conciliaret & fœdus cum Gallo percuteret; concomitari eum Archiepiſcopū vocatū recuſaſſe. Vtut fuerit, hoc certe conſtat, per annum integrum redditus Archiepiſcopales detentos, mobilia bona nunquam reſtituta, & tamen neceſſum eum habuiſſe mille libras numerare, priuſquam ad temporalia ſua reditus illi concederetur. Grauius fuit hoc vulnus, quam vt breui tempore cicatricem obduceret. Quare anno poſt ſeptimo recruduit. In concilio Wintoniæ congregato, petijt Rex, in bellicas neceſſitates ſubſidium, nempe ſolidum decimum tertium omnium bonorum mobilium per totam Angliam. Huic petitioni nemo eſt aduerſatus, præter vnum Eboracenſem, Regis ipſius fratrem. Siue hinc ita fratrem offenſum exiſtimans, vt reconciliationi locum non putaret relictum; ſiue grauioris alicuius delicti ſibi ipſi conſcius; in exilium mox ſponte profugit (omnibus prius excommunicatis, qui per ſuam ditionem, ſubſidium antedictum perſoluerent) ibique quinquennium tranſegit donec ad cœleſtem patriam anno 1213. eſt auocatus. Archiepiſcopus huic præfuit eccleſiæ annos ferme 22.

33. WALTERVS GRAY.

VAcauit tum ſedes poſt mortem Galfridi annos 4. Interea vero Simon Langtonus Stephani Cantuarienſis Antiſtitis frater, electione Capitulari Archiepiſcopus Eboracenſis renunciatus eſt, cum paulo ante Stephanus præfatus, à Papa fuiſſet ab executione muneris Pontificalis ſuſpenſus, quod ſeditioſorum procerum partibus ſe addixiſſet, & vna cum illis res nouas fuiſſet molitus. Quod fratris crimen in cauſa fuit vt præſulatu ipſe excideret. *Caſſata igitur electione prædicta* (ſic Pariſienſis) *D. Papa Canonicis præcepit, vt ſtatim in electione procederent; ſin minus, ipſe eis Paſtorem prouideret idoneum. Tunc Canonici (ſicut prius promiſſum fuerat) poſtulauerunt Walterum de Gray Epiſcopum Wigorni.n'em* (quem antea reiecerant, literarum inſcitiam cauſati, quamuis 1217. Henr. 3. 1.

uis certum ſit Oxoniæ literarum ſtudio operam dediſſe aliquando) *propter carnis munditiam (vt aſſerebant) vt qui ab vtero matris virgo permanſerat vſq; in præſentem diem.* Quod vt magnum ea tempeſtate prodigium habitum intelligas; *Ad hoc* dicitur *Papa reſpondiſſe, per S. Petrum virginitas magna virtus eſt, & nos eum damus vobis. Itaque accepto pallio, Epiſcopus memoratus rediit in Angliam, obligatus in curia Romana de decem millibus librarum eſterlingorum.* Quam pecuniam vt corraderet & æs alienum inde contractum aliquando poſſet exoluere, parſimoniam per totum vitæ curriculum ita coluit, vt tanquam ſordidus & auarus apud hiſtoricos noſtros peſſimè audiat. In cuius rei probationem, placet hanc tibi ex dicto Pariſienſi exhibere hiſtoriam (ſi non fabellam potius dixeris) mirandâ certe potius quam credendam. Hoc anno (inquit ille) id eſt 1234. *qui tertius erat ſterilium, exitialis mortalitas crudeliter vbique ſæuiebat & fames, quæ peſtilentiæ, tam exigentibus peccatis, quam ex præcedente aeris intemperie & agrorum generali ſterilitate abſque dubio prouenerunt. Pauperes vero in diuerſis locis ob inediam tabeſcentes moriebantur, non inuenientes Samaritanum qui eos ſtabulario committeret reficiendos, vel vulnera leniret oleo conſolationis. Eleemoſyna quidem (quæ etiam diuitias augere ſolet) vbique deſerta languebat, dum diuites qui in omnibus bonis abundabant temporalibus, tanta cæcitate percuſſi ſunt, quod homines Chriſtianos, ad imaginem Dei creatos, mori præ alimentorum inopia permittebant. Cæci quidem fuerunt, qui non ex dono Dei, ſed propria induſtria ſaltant ſe diuitias acquiſiuiſſe. Etſi hoc turpe fuit omnibus generaliter Chriſtianis, turpiſſimum tamen extuit Epiſcopis & eccleſiarum prælatis. Vnde inter primos ex vitio auaritiæ notabiles, Walterum Eboracenſem Archiepiſcopum pono cæteris in exemplum. Ad quem cum veniſſent plurimorum manneriorum præpoſiti pariter & miniſtri, oſtendentes quod in locis diuerſis multum habuerat bladum, q: inquennali iam tempore inueteratum, quod [illegible] habebant ſuſpectum, vt vel à muribus eſſet corroſum, vel [illegible] aliqua tuncſactum. Archiepiſcopus autem, non habens [illegible] neceſſitate nec ad Dominum nec ad pauperes reſpectum, præcepit miniſtris ſuis ac præpoſitis, vt traderent frumentum*

Digitized by Google

tum vetus ruſticis de Mannerijs ſuis, qui pro veteri nouum ſibi redderent poſt autumnum. Contigit ergo cum præpoſitus eiuſdem Archiepiſcopi in villa de Ripun bladũ circuiret, & extra horrea poſitum illud triturare t; apparuerunt vbique in garbis, capita vermium, ſerpentium ſcilicet, colubrorum & buſonum terribilium. Vnde miniſtri qui cum præpoſito ad hoc ſpectaculum conuenerant, fugientes, timuerunt ne à vermibus læderentur. Cumq; omnia Archiepiſcopo fuerant intimata, miſit ſeneſchallos ſuos nimio rubore confuſus, vt viderent quid inde conſultius eſſet faciendum. At illi venientes ad locum; non obſtante vermium multitudine, ſcalas applicauerunt ad bladum, & ruſticos quoſdam compulerunt vt aſcenderent & frumentum detegerent Qui cum ad ſummitatem peruenissent, exiuit de blado fumus nigerrimus & fœtor quidam infernalis & intolerabilis. Vnde cum feſtinatione deſcendentes, vt periculum mortis euaderent, teſtificati ſunt ſe nunquam antea talem ſenſiſſe fœtorem. Vocem etiam audierunt ſibi dicentem, ne ad bladum manus apponerent, quia Archiepiſcopus & omnia quæ habebat, Diaboli poſſeſſio erat. Videns autem Seneſchallus & alij qui cum illo erant, ex vermium multitudine graue periculum imminere; fecerunt murum altum in circuitu bladi, & ignem adhibentes in girum, omnia combuſſerunt ne vermes exeuntes totam adiacentem inficerent regionem. Hæc vtcunque Pariſienſis ibi loci; alibi certe virum eum vocat *magni conſilij & profundi pectoris*: & Weſtmonaſterienſis hominem fuiſſe teſtatur prudentiſſimum, rerum gerendarũ apprime peritum & Principi ſuo fideliſſimum: Cuius rei non leue eſt indicium, quod anno 1253. Alienora Regina, cui Rex in Galliam traijciens regnum commiſerat gubernandum; ad maritum tranſfretatura, huic vicem ſuam tradidit, iam grandæuo, & propter ſenium valetudinemq; tanti muneris pondus non niſi grauate ſuſcipienti. Sedit annos ferme 40. quo temporis ſpacio, multa fecit ad ornatum & amplificationem, tam ſedis ſuæ quam eccleſiæ Cathedralis. Mannerium de Thorp pretio comparatum, eccleſiæ ſuæ ſpecie tenus donauit, re vero ipſa ſedi Archiepiſcopali; ea ſiquidem lege conceſſum, vt Archiepiſcopi ſemper tanquam ſuo vterentur, nec quicquam inde fructus Ca-

nonic-

nonici perciperent niſi ſede vacante. Quod eo conſilio factum referunt, vt ſi (quod ſæpe vſuvenit) temporalia ſedis Rex eriperet, tamen in hoc Mannerium nihil ei iuris eſſet. Qui pro ſe defuncto miſſificarēt, ſacerdotibꝰ multis paſſim ſtipendia aſſignauit. Capas 32. pretioſiſſimas dedit eccleſię ſuæ; & ſucceſſoribus reliquit magnam vim pecorum iumentorumque (à Rege illius donationis confirmatione impetrata) ea lege vtendam, vt eundem numerum vnuſquiſque ſucceſſori itidem ſuo exhibere teneretur. Ædes deinde Weſtmonaſterij quas Hubertus de Burgo Cantiæ Comes à ſe conſtructas Dominicanis contulit, à Dominicanis emptas ſucceſſoribus ſuis reliquit, vulgo idcirco nuncupatas Whyte place, id eſt, hoſpitium Eboracenſe, donec à Wolſæo Cardinali iam ruente extorſit Henricus 8. & auxit adeo ornauitque, vt iam inter præcipuas regiarum cenſeatur. *Whitehall.* Dum Londini Parliamento intereſſet Walterus Archiepiſcopus antedictus, *cerebrum habens pro quotidianis ieiunijs & ſollicitudinibus infirmatum* (ſic loquitur Weſtmonaſterienſis) *ita vt amiſſo penitus comedendi appetitu, ſupra modū debilitaretur; ad Fulnham Mannerium Epiſcopi Londinenſis diuertit, vbi tertia die poſt aduentum ſuum fœliciter expirauit. Hic 40. annis eccleſiam ſuam ſtrenue rexit, exceptis tribus menſibus & tribus ſeptimanis, & ſic circa Calendas May 1255. viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt.* Cuius corpus (Waltero Dunelmenſi Epiſcopo exequias celebrante) in eccleſia ſua, magna cum funeris pompa tumulatum eſt.

34. SEWALLVS.

1256. Henr. 3. 40. CAnonici Eboracenſes defuncto Graio, legitima electione Archiepiſcopum renunciarunt Sewallum, eccleſiæ ſuæ Decanum, qui in Academia Oxonienſi educatus, animū ſuapte natura conſtantiſſimum ac tamen modeſtiſſimum, bonarum artium ſcientia non mediocri excoluerat, ac Theologiæ in primis atque iuris peritiæ, quod ſcripta quæ reliquit monumenta teſtantur à Balæo enumerata. *Rex* (inquit Patiſienſis) *in quantum potuit electionem eius fecit differri & impedire vt diutius & liberius bona diriperet Archiepiſcopatus.*

Ait

Ait enim: Nunquam illum Archiepiſcopatum antea in manu tenui, ideo cauendum eſt ne nimis citò elabatur. Quare, eo quod dictus Decanus non fuit de legitimo matrimonio procreatus, poſtulationem de ipſo factam quibuſdam friuolis exceptionibus nitebatur impedire. Olim huiuſmodi per diſpenſationem Romæ petitam ſublato, à ſuffraganeis ſuis conſecratus eſt Iulij 23. 1256 Decanatum ſic vacantem Alexander 4. Papa, Sewallo inconſulto, Iordano cuidam contulit homini Italo & Anglici ſermonis penitùs ignaro: Cuius rei hiſtoriam narrabit ſuis verbis Pariſienſis. *Venerunt ijs temporibus quidam ignoti in eccleſiam Eboracenſem, in hora dum diſcumberent homines ſoli menſæ intendentes, & clanculo intrantes, inquiſiuerunt à quodam ibidem orante, quodnam eſſet ſtallum Decani. Et reſponſum eſt hoc, demonſtrato ſtallo Decani. Duo igitur tertio (quem inſtallarunt) dixerunt, Frater nos te authoritate Papali inſtallamus. Quod cum cognouiſſet Archiepiſcopus Sewallus, ſcuiter creatus, & quandoq; illius eccleſiæ Decanus, doluit inconſolabiliter de tali fraude perpetrata; & factum illud ſab dolum quantum in ſe potuit irritauit. Fraudulenti tandem Romani curiam de qua venerant, adeuntes; illum bonum virum & modeſtum Archiepiſcopum interdici fecerunt, & damnis & laboribus immenſis fatigarunt. Quæ omnia ſanctus præſul ſuſtinuit in patientia, etſi immineret ei euidenter tribulatio, quam magiſter eius, amicus quondam & ſocius S. Edmundus prædixerat futuram. Hac autem fraudulenta præſumptio, omnes Canonicos ita reddidit attonitos, vt quid agendum fuerit, penitus ignorarent: Abſurdum namq; & ab omni ratione diſſonum, imo deteſtabile eis merito videbatur, tam nobilem Prebendam, tam arduum officium, deſpicabili ac ignoto ſic intruſo, conferri permittere, vt in tam nobili eccleſia fieret talis & taliter ſuo Archiepiſcopo ſecundarius. Authoritatem tyrannicam D. Papæ (cui ſe Rex totum inclinauit, & vt aptius dicam incuruauit) vehementer formidabant.* Periculo hinc facto patientiæ Anglicanæ, & rebus non peſſime ſuccedentibus, ad maiora Pontifex exurgens; emiſſo mandato, auſus eſt, beneficia eccleſiaſtica trecentena per Angliæ regnum proximè vacatura, Italis quibuſdam ſuis à ſe nominatis conferri imperare; quos, (vt euentu patuit) iuuenes plerunque laſciuos

lasciuos ac petulantes, Anglicique sermonis prorsus ignaros, Sewallus admittere per diocesin suam pertinacissime recusauit. Quare Iordanus post multas disceptationes, centum marcarum pensione sibi assignata, Decanatum ciurauit. Papa vero hinc adeo non placatus est, vt Sewallo iamdudū suspenso, crucem contumelioſe iussserit *auferri, quam consueuit clericus primus ante ipsum baiulare. Renuit tamen adhuc* (Parisiensis sunt verba) *genua flectere Baali, & indignis barbaris opima beneficia ecclesiæ suæ, quasi margaritas porcis, imo spurcis distribuere. Postea igitur* (audi iterum Parisiensem) *aggrauauit manum suam D. Papa in Archiepiscopum, iussitq; eum ignominiose nimis in tota Anglia excommunicari, accensis candelis & pulsatis campanis, vt tali terrore ac tanto, constantiam suam eneruaret. Ipse tamen Archiepiscopus exemplo B. Thomæ & exemplo ac doctrina B: Edmundi quondam magistri sui informatus, nec non & B: Roberti Episcopi Lincolnienſis fidelitate eruditus; de solatio cœlitus mittendo minime desperauit; omnem Papalem tyrannidem patienter sustinendo. Nec opimos ecclesiæ suæ reditus Transalpinis indignis & incognitis conferre volebat; Nec curauit voluntati Papali, relicto iuris rigore, muliebriter obedire vel inclinari. Quapropter, quanto magis precipiente Papa maledicebatur, tanto plus a populo benedicebatur, tacite tamen propter metum Romanorum.* Post pauca deinde folia, subijcit quę sequuntur. *Circa festum Ascensionis anni 1258. Archiepiscopus prædictus vt cum Domino ascenderet, & de carcere mundi ad cœlum ascendens auolaret; dum constanter contra Romanæ curiæ tyrannidem, quoad poterat, pro ecclesia sua viriliter dimicaret, multis tribulationibus lacessitus, pro ista vita mundana regnum cœlorum (vt veraciter creditur) suis laureatus meritis commutauit. Ipse vero Sewallus, Beati Edmundi sequens vestigia pedetentim, vtpote ipsius in scholis auditor, discipulus & conscholaris, ipsius satagebat prorsus feliciter assimilari, & in moribus cōformari. Nec censeo prætereundum, quod huic suo charissimo B: Edmundo Lectori in Theologia Oxoniali, discere consueuit discipulo suo Sewalo; O Sewale, Sewale, Martyr ab hoc seculo transmigrabis, & ad fidem gravibus & insuperabilibus in mundo tribulationibus impetitus & trucidatus. Veruntamen sit tibi consolatorium, quod suo Psalmographo inspirauit, dicens; Multæ tribulationes*

Digitized by Google

tiones iuſtorum, de quibus quandoq; omnibus liberabit eos Dominus. Conſtat autem profecto, multos à ſeculo martyres, ſine ſanguinis effuſione (vt beatum Iohannem Euangeliſtam & multos alios) tranſmigraſſe. Hic quoque ſanctus Archiepiſcopus, cum mortem ſuam inhabitanter, vt tranſiret ab hoc mundo præſciſſet; erigens ſe iunctis manibus, & in cœlum vultum intendens lachrymans, ait: Domine Ieſu Chriſte, iudicum iuſtiſſime, nouit infallibile examen tuum, quam Papa, quem ſupra eccleſiam tuam conſtitui permiſiſti gubernandam, meam multipliciter fatigauit innocentiam, pro eo, vt Deus ſcit, & mundus non ignorat, quod indignos prorſus & ignotos nolui admittere ad regimen eccleſiarum, mihi, licet indigno, à te commiſſarum. Veruntamen ne ex contemptu, Papalis ſententia, quamuis iniuſta, ſiat iuſta; humiliter poſtulo, abſolui, talibus vinculis irretitus. Sed ante ſummũ & incorruptibilẽ iudicẽ, Papã ipſũ appello: Et erunt mihi teſtes cœlum & terra, quam iniuſte impetiuit me, & laceſſi ũ multipliciter ſcandalizauit. In amaritudine igitur animæ ſcripſit Papæ exemplo Roberti Lincolnienſis Epiſcopi prouocatus, dolens inconſolabiter quod tam multiformiter ipſum fatigarat, eo quod inexpertos & linguæ Anglicanæ ignaros renuit acceptare, nunc ſuſpendendo, nunc ab eccleſia eliminando, nunc crucem auferendo, nunc palam per regnum horribiliter, innitis excommunicatoribus excommunicando diuerſimode famam ſuam non ſine magnis damnis temporalibus denigrando. Conqueſtus eſt inſuper graniter, quod impetus quorundam clericorum authoritate Papali protervientium, præcipue magiſtri Iordani ad Decanatum hiantis, eger ſuſtinuerat; ſed patienter, vt probra patris, non vt Cham reuelando derideret, ſed vt Sem abſconderet & velaret. Humiliter igitur in ſcripto ſuo, & inſtanter, ſicut memoratus Epiſcopus Lincolnienſis Robertus fecerat, petijt, vt conſuetas tyrannides temperaret, humilitatem ſanctorum prædeceſſorum ſequendo. Dixit enim Dominus Petro, paſce oues meas, non tonde, non excoria, non euiſcera, vel deuorando conſume. Sed D. Papa ſubſannans & contemnens, indignationem concepit non minimam, eo quod in tantam temeritatem & præſumptionem proruperunt, vt D. Papam auderent quomodolibet ſollicitare, & tam Archiepiſcopi Sewali, quam dicti Roberti Lincolnienſis ſalubribus monitis renuit

incli-

inclinari. Subiungit deinde miraculum, de aqua ab eo in vinum commutata quo tempore lethali morbo decumberet, cuius rei fides penes authorem esto, qui ea tempestate viuens, vix integro biennio Sewallo fuit superstes. Sedit ille tantundem temporis; eoque spatio multa in ecclesia vtiliter ordinauit. Ministrorum S. Sepulchri stipendia auxit, & Canonicos eos appellari ordinauit: Ecclesijs appropriatis non paucis vicarios assignauit; multaque alia præstitit memoria non indigna, plura etiamnum præstiturus, si per Papæ tyrannidem ipsi licuisset. In ecclesia sua sepultus est, ad tumulum eius populo magno numero quotidie confluente, à quo inter Diuos numeratus est, vtcunque Pontifex infensus hunc ipsi honorem inuiderit.

35. GODFRIDVS de KINTON.

1258. Henr. 3. 24.

APontifice Rom. his temporibus ordinatũ est, vt nouus quilibet Archiepiscopus Romam ipse proficiscereturpalliũ impetraturus. Quare Godfridus de Kinton Eboracensis Decanus (à nonnullis Godfridus de Ludham appellatus) in Archiepiscopũ legitime electus, Romam itinere suscepto, ibi consecratus est Sept. 23. 1258. Hic, nescio quam ob causam ciuitatem suam Eboracensem sacris interdixit sub initium Quadragesimæ, neque interdictam relaxauit ad tertium vsque mensis Maij sequentis. Sedit annos 6. menses 3. dies 18. & circa festum Epiphaniæ defunctus 1264. in ecclesia sua sepultus est.

36. WALTERVS GIFFARD.

1265. Henr. 3. 49.

GOdfrido in successorem electus est Gulielmus de Langton Eboracensis Decanus. Qui Romam profectus (credo, quod nummis satis instructus non venerit) reiectus est à Papa, & Walterus Giffard Bathonensis ac Wellensis Episcopus, huc translatus. Papæ fuerat Capellanus, & Canonicus Wellensis, Angliæ primum Thesaurarius, ac post Cancellarius, ad sedem Bathonensem electus Maij 22. 1264 vnde ad hunc præsulatum migrauit, confirmatus Octob. 15. 1265. quem cum tenuisset annos 13. & menses 6. diem

6. diem clauſit extremum Aprilis 25. 1279. & in eccleſia ſua eſt tumulatus.

37. GVLIELMVS WICKVVANE.

ABs re hic non fuerit commemoraſſe, Onuphrium Panuinum necnon & Ciaconium authores eſſe, Sanctum Bonauenturam (quem Bonauenturam Fidanzam appellant) ex Archiepiſcopo Eboracenſi Cardinalem creatum anno 1274. Paulus vero Æmylius, in hiſtoria quam de geſtis Francorum conſcripſit, dicit, Thomam Aquinatem, Theologiam Neapoli profitentem, à Pontifice accerſitum, vt cum Græcis quibusdam diſceptaret, de ijs rebus in quibus ab eccleſia Romana diſſidebant, vita vero defunctum in itinere: Tunc autem Bonauenturam ipſi ſubſtitutum; & ne fraterculi tenuitatem Græculi contemnerent, oblatum illi à Papa Archiepiſcopatũ Eboracenſem. Cumque tantum oneris in ſe ſuſcipere grauaretur, Cardinalem creatum. Fieri non poteſt vt horum vtrumvis verum ſit. Hæc namque ſedes per annos 9. illud tempus præcedentes, ac poſtea per quinquennium, à Giffardo pacifice poſſeſſa eſt. Hunc igitur vt relinquamus; demortuo Giffardo, electione legitima Archiepiſcopus deſignatur ab Eboracenſibus Canonicis Gulielmus Wickwane, qui è ſuo gremio deſumptus, illius eccleſiæ fuit Cancellarius, & more iam recepto Romam proficiſcens, ibi conſecrationem accepit. *Cumq; reuerſus applicaſſet in Angliam* (audis iam Chronici Oſneienſis authorem) *& per prouinciam Cantuarienſem erecta cruce (quam ante ſe more prædeceſſorum fecerat deportari pompatice) pertranſiret: Quidam de familia D. Cantuarienſis crucem ipſam de manibus baiuli violentis auſibus abſtulerunt, ipſamque minutatim in fruſta confregerunt.* Hic (vt habet ex Brigamo Balæus) *natalium ſplendore illuſtris, ita omni virtutum & literarum genere ſe exercuit, vt ingentem ſui nominis in Anglia late famam ſparſerit. Opus quoddam reliquit (Memoriale appellatum) variis doctrinarum generibus refertum.* Præfuit annos 6. & nulla re memorabili perpetrata (niſi hoc memoria dignum arbitreris, quod Diui Gulielmi anteceſſoris ſui oſſa ad locum honoratiorem tranſtulit, & 1279. Edw. 1. 8.

ferentro indidit pretioſiſſimo, Rege præſente, Regina, atque Epiſcopis alijs 12.) præſulatu ſponte abdicato, in Galliam diſceſſit, & Pontiniaci morbo correptus, ibi loci defunctus ac ſepultus eſt, Auguſti 27. 1285. Ab illius regionis popularibus vir ſanctiſſimus habitus eſt, credentibus, miracula non pauca ad tumulum eius patrata.

38 IOANNES ROMANVS.

1285. Edw. 1. 14. OCtobris 28. ſequenti, Ioannes, qui, quod patrem habuerit Romæ oriundum (Ioannem nempe Eboracenſis eccleſiæ Theſaurarium) Romanus nuncupatus eſt; cum eccleſiæ præfatæ exiſteret Præcentor & Lincolnienſis Cancellarius, in Archiepiſcopum electus, & paulo poſtea Romæ conſecratus eſt. Vir ſapiens & animoſus, *doctrinæ etiã & integritate vitæ* (ſi Polydoro credimus) *clariſſimus*. Hic in eccleſia ſua ſepti tranſuerſi partem ſeptentrionalem, quæ nimirum palatium ſpectat Archiepiſcopale, ſuis ſumptibus conſtruxit; nec non campanile quod in medio eiuſdem ſepti conſurgit. In Hoſpitali quoque D. Petri non pauca ædificauit: Et fundamenta iecit nauis eccleſiæ, quam nouam extruere decreuerat, niſi morte fuiſſet ſublatus intempeſtiua, poſtquam Aprilis 6. 1290. primum lapidem in auſtrali parte eiuſdem poſuiſſet. Deceſſit nimirum Burtonæ prope Beuerleiam Martij 15. 1295. cum paulo plus quam decennium ſediſſet. Anno mortem præcedente, Epiſcopum Dunelmenſem Antonium Beck, Conſiliarium Regium excommunicauit, negotia Regia apud Imperatorem procurantem. Qua re vehementer Regem commotum audiens; vt eum placaret, clementiæ eius ſe commiſit & 4. millibus marcarum eam ob cauſam mulctatus eſt. In eccleſia ſua tumulatus eſt quam ſtructuris magnificentiſſimis multum auxerat & amplificarat.

39 HENRICVS NEVVERK.

1288. Edw. 1. 28. MAij ſeptimo ſequenti, Henricus Newerk Decanus Eboracenſis, in Archiepiſcopum electus, biennio poſtea (Pontifice annuente) in eccleſia ſua conſecratus eſt Iunij. 24. 1298. per Antonium Epiſcopum Dunelmenſem. Annum

num vnicum inaugurationi ſuperſtes, Auguſti 15. deceſſit. 1299.

40. THOMAS CORBRIDGE.

SVcceſſit illi Theologus magnus, Thomas Corbrigius, 1299.
Canonicus Eboracenſis, & Cuſtos ſiue Præpoſitus capel- Edw. 1. 28.
læ S. Sepulchri. Quod munus (cuſtodiam dico capellæ antedictæ) Papa mox contulit affini cuidam ſuo, qui paulo poſt morbo correptus, & exitum perſpiciens imminere; iudiciũ cœpit expaueſcere diuinũ, eo quod munus ſuſcepiſſet à ſe nullo modo adminiſtrandum, vtpote procul degente, & Anglicanæ linguæ penitus ignaro. Quapropter, Pontificem propinquũ ſuum obteſtatus eſt, vt inſigni alicui viro id muneris demandandum curaret, qui ſua diligentia, quod à ſe peccatum fuiſſet reſarciret. Eo igitur defuncto, Archiepiſcopum literis perſcriptis Papa rogauit, vt officium antedictum in præſtantem aliquem virum conferret, qui Eboraci reſidens, illud ipſe per ſe adminiſtrare. Fecit ille quod imperatum eſt, & Præpoſituram contulit Gilberto Segrauio, qui poſtea Epiſcopus Londinenſis euaſit. Acciderat vero interea, vt Rex hunc locum expetierit atque ambierit cuidam Ioanni Buſh Secretario ſuo; & cum repulſam ferret ægerrime, neque vllam admitteret excuſationem; iratus, Archiepiſcopo eripuit tria manneria, ſedi ſuæ pertinentia, neque vnquam illo viuente reſtituit. Neque enim diu ſuperfuit. Siue quod mortalium pauci animo tam excelſo & forti præditi ſint, ut oneri non ſuccumbant regiæ maieſtatis offenſæ; ſiue quod Deo (qui maiores colentibus, vitam promittit longæuam & diuturnam) iuſtitiæ ſuæ normæ videtur conſentaneum, vt immorigeri & ſuperiorum contemptores morte intereant immatura: Ita certe plerumque vſuuenit, vt præſules qui principibus ſuis maxime immorigeri extiterunt, raro diurnarint, aut contumaciæ ſuæ diu ſuperfuerint. Cuius rei plurima producere exempla in promptu eſt. Deceſſit certe Corbrigius Lanhamiæ Septem. 22. 1303. Paulo ante obitum eius tribunalia Banci Regij & fiſci (quem Scaccarium appellamus) poſtquam iam per ſep-

tennium Eboraci fuiſſent Londinum ſunt reuocata.

41. GVLIELMVS de GREENFEILD.

1305. Edw: 1. 34. GVlielmus de Greenfeild ſiue de Viridi campo, Canonicus Eboracenſis, & Angliæ ſub Edwardo primo Rege Cancellarius, eloquentia & conſilio clarus, ac non indoctus, à capitulo Eboracenſi electus ſtatim poſt Corbrigij deceſſum, confirmationem tamen Archiepiſcopatus non potuit à Pontifice impetrare niſi poſt biennium, idque numeratis ipſi 9500. marcis. Lugduni tandem Clementis quinti manibus conſecratus eſt anno 1305. Pecunia tam grandi emunctus, ad eam tenuitatem redactus eſt, vt Clerum diœceſis ſuæ inopiam eius oportuerit ſubleuare, idq; bis, primo ad Eboracum aduentus ſui anno. Quod primum ab eis corraſit, beneuolam appellauit contributionem; quòd ſecundò, ſubſidium. Templarios ea tempeſtate vbique oppreſſos, ac præcipuè à Philippo Gallo & Papa, quantum potuit fouit ac iuuit. Anno 1311. Conſilio Viennenſi interfuit, vbi ſedes ei aſſignata eſt loco, Treuerenſi Archiepiſcopo proxima. Cum annos ſediſſet 10. vno menſe minus, exceſſit è viuis Cawodiæ Decemb. 13. 1315. & in capella S. Nicolai conditus, in ſua eccleſia iacet ſepultus.

42. GVLIELMVS de MELTON.

1317. Edw: 2. 11. SAtagente Rege, à Capitulo Eboracenſi tum ſtatim (Ianuarij nempe 21 ſequenti) Grenfeldio ſubſtitutus eſt Gulielmus de Melton Præpoſitus Beuerlacenſis & Eboracenſis Canonicus, qui ſucceſſu haud meliori vſus quam anteceſſores, Auenione totum hæſit biennium priuſquam conſecrationem poſſet impetrare; quam tandem obtinuit Sep. 25. 1317. Annos ferme 23. hanc ſedem idque laudatiſſimè rexit; magna ſollicitudine, non ſolum publicæ adminiſtrationi intentus, ſed etiam morum ſuarum cenſor ſeueriſſimus, omnem curam adhibens, ne à ſe vſpiam ſcandali occaſio oriretur; caſtitate, ieiunijs, orationibus, eleemoſynis, hoſpitalitate & morum grauitate populum ſibi commiſſum inſtruens, & tam exemplo vitæ actionumque ſuarum docens, quam

Digitized by Google

quam verbo & prædicatione in clientes ſuos (quos tenentes appellamus) admodum fuit benignus , ita tamen vt eccleſiæ ſuæ iura non negligeret. Neque tamen propinquos neglexit, quos libenter (vt occaſio tulit) prouexit. Inter cæteros, cuidam ex fratre nepoti comparauit manneria de Kingskiln, Kingsclere, & Wentworth, ab Archiepiſcopo Rothomagenſi empta, Ioanne 22. Papa eam emptionem ratam habente. In feretro D. Gulielmi ornando multam impendit pecuniam ; & nauem eccleſiæ (cuius ſtructuram cœpiſſe Ioannem Romanum memorauimus) ſumptu 700. marcarum abſoluit. Locum etiam appellatũ the old Bayly in ciuitate Eboracenſi muro circumdedit. Denique poſt diuturnam contentionem inter Decanum eccleſiæ ſuæ & Capitulum, pacem conciliauit, & ſuam ea de re ordinationem, authoritate Pontificia confirmari curauit ; anno nimirum 1328. Deceſſit tandem, vt plurimi, Aprilis 22. vt Stubbeſius, quinto, 1340. Cawodiæ, cum ſediſſet vltra ſemeſtre annos 22. & munera ſucceſſiue adminiſtraſſet Theſaurarij ac Cancellarij Angliæ. Sepultus iacet in naui eccleſiæ quam noua ſtructura ornauerat, prope baptiſterium.

43. GVLIELMVS le ZOVCH.

GVlielmus Zouchius Decanus Eboracenſis, prænobili Zouchiorum Baronum familiâ (quæ etiamnum viget) vt videtur oriundus ; quando biennali certamine cum quodam Gulielmo Kilsby pro Archiepiſcopatu contendiſſet ; conſecrationem tandẽ Auenione impetrauit à Clemente 6. Pont. anno 1342. Anno verò Chriſti 1346. (ſic Walſingamius) *Dauid Rex Scotiæ animatus per inſtigationem Regis Franciæ, cum Scotorum exercitu glomeroſo, auſus eſt intrare Angliam ; eſtimans non remanſiſſe in terra, niſi clericos & paſtores. Autumabat enim omnem regni militiam cum cæteris viris defenſoribus exiiſſe regno cum Rege ſuo* (Edwardo tertio qui Galliam tum debellabat) *Nec vtique illi conſtabat de glorioſo triumpho quem Rex Angliæ de Rege Franciæ reportauerat : Sed progrediens vſque ad Dunelmum, putabat ſe montes poſſe æquare vallibus, & cuncta ad libitum ſibi licere. Sed eũ opinio ſua cito fefellit.* 1342. Edw: 2. 17.

fe'lit. Nam per Clerum Eboracenſem & paucos laicos, non ſine confuſione maxima, in vigilia S. Luca deiectus & captus eſt cum Gulielmo Duglas & multis alijs nobilibus de regno ſuo, & carcerali cuſtodiæ mancipatus. Qui verò dictam volente Deo fecere victoriam, fuerunt D. Guliel: Zouch Archiepiſcopus Eboracenſis (adijciunt etiam alij Epiſcopum Carliolenſem) *cum clero ſuæ dioceſis, D. Guliel: de Vmfreuill Comes de Angus, Henricus Percy, Radulphus Neuill, Gulielmus Deincourt, & Henricus Scroop, cum exercitu quem collegerant Anglicorum, prout poterant in tanta temporis diſtrictione. Et quamuis pene tota militia Scotiæ ibi capta fuerat vel peremptæ; pauci tamen ibi (Deo laudes) ex Anglicis ceciderunt.* Cuius tam nobilis victoriæ laus vni Archiepiſcopo attributa eſt, quod huic Rex diſcedens eam prouinciam tradiderat regendam. Structuram hic inchoauerat capellæ cuiuſdam ab auſtrali parte eccleſiæ ſuæ, tumulari cupiens in eadem. Sed ægritudine neſcio qua diuturna contabeſcens, antequam opus ad vmbilicum poſſet perducere, ſublatus (Auguſti nimirum 8. 1352.) ante altare S. Edmundi humatus eſt.

44. IOANNES THVRSBY.

1352. Edw: 3. 27.

ANno 1349. Ioannes Thurſby Meuenenſis Epiſcopus Wigorniam tranſlatus eſt; & circa medium Octobris 1352. (cum tunc temporis Angliæ foret Cancellarius) ad ſedem Eboracenſem eſt prouectus. Oxoniæ inuenis ſtuduit, vbi Theologus magnus & vtriuſque iuris peritiſſimus euaſit. Inter alia quæ ſcripſit opuſcula, tam Latina quam Anglicana lingua exarata, Commentarium habeo lingua vernacula conſcriptum de vulgi inſtitutione, vbi Dominicam orationem, Decalogum & articulos fidei exponit, ad vſum plebis prouinciæ ſuæ. Balæus, neſcio quo nixus fundamento, Cardinalem eum creatum perhibet tit: S. Sabinæ per Vrbanum quintum quem Wallingamius autumat Anglum extitiſſe. Sed his de rebus poſtea ſuo loco pluribus Deo volente differemus. Tranſlationis ſuæ anno decimo, chorum eccleſiæ ſuæ Thursbæus cœpit nouum extruere, & primum lapidem ſuis manibus poſuit Iulij 29. 1362. quo tempore

tempore ad ſtructuræ ſumptus centum libras illico numerauit (vel vt nonnulli 500.) & annuatim ducentas marcas pendere promiſit (vel totidem libras vt alij volunt) donec perficeretur; quod quoad vixit, fideliter ab eo præſtitum eſt. Multum deinde pecuniæ impendit vt Capellam B. Mariæ ſtatuis & picturis operis eximij exornaret; & anteceſſorum aliquot ſuorum corpora quorum tumuli eccleſiam temere occupabant, in eam tranſtulit, ſeruato ſibi ſepulturæ loco in medio eiuſdem, vbi (cum Thorpæ deceſſiſſet Nouembris 6. 1373.) honorifico funere elatus, tumulatus eſt.

45. ALEXANDER NEVILL.

HVic ſedi tum præficitur à Papa, Alexander Neuil, Canonicus Eboracenſis, familia ortus nobiliſſima, & in gratia Richardi ſecundi Regis flagrantiſſimus, quod ipſi vertit in perniciem. Procerum quamplurimi quibus præſentia non placebant, anno 1386. arma ſumpſerunt aduerſus Principem, & parliamento coacto, alios pro libitu capite plectendos, alios vero exilio mulctandos aut carceribus coercendos decreuerunt, quos ſuæ factioni aduerſos exiſtimabant. Omnium vero nullus erat quem impenſius oderant, quam hunc Archiepiſcopum; quem ſuſurris & clandeſtinis accuſationibus Regem contra ſe maximè inſtigare volebant credere. Quare proſcribitur inter primos: Et quia moris non dum fuerat Antiſtitem quemcunque capitali ſupplicio afficere; in arce Roffenſi quamdiù viueret vinctum aſſeruandum ſtatuunt. Ille vero tempeſtatem huiuſmodi ingruere præuidens fuga ſibi conſuluit. Papa hunc Vrbanus, ſiue miſertus hominis, vt ſubleuaret eum (quod non videtur) ſiue Præſulatum eius alteri conferendi auidus; ad Archiepiſcopatum S. Andreæ in Scotia eum tranſtulit. Quocunque id animo fecerit; Neuillio certe pluſquam Diomedea fuit illa permutatio. Scoti ſiquidem Vrbanum Pontificem non agnoſcebant; vt donatio Pontificia ipſi nihil contulerit; & tamen priſtina ſede ipſum eiecerit. Hinc factum eſt, vt inopia coactus, eccleſiæ parochialis curæ Louanij deſeruiendo victum quærere vitamque tolerare habuerit neceſſe. In eo vitæ genere 1373. Edw: 3. 48.

genere triennium cum tranſegiſſet, in exilio vero peregiſſet quinquennium, anno deceſſit 1391. & in eccleſia Carmelitarum ibidem ſepultus eſt. Caſtrum Cawodienſe (quod tacendum non duxi) turrium aliquot & aliorum ædificiorum ſtructura, hic plurimum auxit & ornauit.

46. THOMAS ARVNDELL.

SVb prætextu tranſlationis Neuillio ſic exauthorato, Papæ conſultum viſum ſucceſſorem illi dare Thomam Arundellum Arundellij Comitis fratrem, Elienſem iam dudum Epiſcopum, & illi Dunelmenſem, Dunelmenſi Bathonienſem, Bathonienſi Sarisburienſem, Sarisburienſi vero deniq; ſubſtituere Ioannem Walthamum Regium Capellanum: Forſitan vt tot tranſlationibus omnem Neuilio receptus ſpē præcluderet; forſitan etiam vt plurimi eſſent qui primitias fiſco ſuo inferrent. Arundellus iſte, anno 1396. omnium Eboracenſium primus, ad Cantuarienſem Archipræſulatum ſe paſſus eſt transferri. Dum adhuc eſſet Eboraci, pecuniæ multum effudit in ædium Archiepiſcopalium ſtructura. Eccleſiæ ſuæ inter alia ornamenta dedit pelues duas argenteas deauratas prægrandes, thuribula duo, pelues itidem duas minores, & calices duos argenteos: Vicarijs etiam choralibus craterem dedit & Canonicis ſuis ſciphum, magni vtroſque ponderis. Angliæ factus Cancellarius priuſquam huc migraret, id muneris geſſit ad annum 1396. quando Cantuariam tranſlatus eiurauit. Interea verò, anno 1393. ſumma Angliæ tribunalia Londino Eboracum traduxit; eo pacto optimè dicens caſtigari Londinenſium proteruiam atque ſuperbiam, quibus Rex ea tempeſtate fuit admodum infenſus. Et hoc ipſum ante annos 80. Corbrigio ſedente factitatum memorabat. Quicquid verò ille obtenderet, Eboracenſes ſuos iuuandi & locupletandi gratia hæc ipſum molitum Londinenſes affirmabant. Quocunque id fecerit conſilio, non diurnauit hoc eius inſtitutum, iudicijs poſt terminum vnum aut alterum ad priſtinum locum reuocatis.

1388. Rich: 2. 12.

47. ROBERTVS

47. ROBERTVS WALDBY.

1396.
Ric: 2. 20.

ROBertus Waldby haud infimo loco in vrbe natus Eboracenſi (Ioannis Waldby, Auguſtiniani illius doctiſſimi, frater, de quo plurima Balæus) vir ſcientiæ titulo clarus, idemque profeſſione Auguſtinianus, ex Anglia cum Edwardo Principe, (quem vulgo Nigrũ cognominamus) fortunatiſſimo, in partes tranſmarinas profectus; Tholoſæ philoſophiæ primum tam naturalis quam moralis, ac poſtea Theologiæ ſtudio nauiter incubuit, & in eis ſupra communem ſortem profecit. Eo ſiquidem excellentiæ deuenit demum, vt literatorum primus haberetur, linguarum peritia atque excellentia præſtans. Hinc Theologiæ profeſſor Tholoſanis fuit & tam inſignis concionator, vt ampliſſimæ (Regum beneficio) fortunæ illi obueuerint; videlicet Epiſcopatus Adurenſis in Vaſconia primùm, poſtea Dublinenſis Archiepiſcopatus in Hibernia anno 1387. tunc Ciceſtrenſis Epiſcopatus 1395. ac tandem Archiepiſcopatus iſtius eccleſiæ cui non diu præfuit, morte ſublatus Maij 29. 1397. Sepultus eſt Weſtmonaſterij, & marmore contectus æreis laminis ornato, in medio ferme capellæ B. Edmundi, vbi, mutilum epitaphium non ita pridem legi inciſum. Volumina aliquot compoſuit enumerata à Balæo, è cuius hiſtoria pleraq; hauſimus quæ de illo hic loci à me perſcripta ſunt.

48. RICHARDVS SCROOPE.

1397.
Ric: 2. 21.

QVi ſucceſſit, Richardus Scroope (vir generis nobilitate clarus, vtpote Gulielmi Wiltoniæ Comitis atque Angliæ Theſaurarij frater) à teneris annis aſſiduam in literis nauabat operam, vt artium magiſter & vtriuſque iuris in Academia Cantabrigienſi (ſic Balæus, in Oxonienſi vt Weſtmonaſterienſis) Doctor euaderet. Nec tantum contentus inter patriæ ſepta ſe continere, Galliam & Italiam peragrauit, vt maiores doctrinæ theſauros inde reportaret. Profectus igitur Auenionem & Romam; fiebat in ipſa Pontificis curia aduocatus non infimus, ac reuerſus in patriam, Angliæ Cancellarius primum, poſtea Couentrenſis & Lichfeldenſis

feldenſis Epiſcopus, ac tandem Walbeio defuncto Eboracenſis Archiepiſcopus. Laudatur multum tam propter vitæ ſanctimoniam, quam publicam adminiſtrationem, & tamen exitum habuit infœliciſſimum. Henricus Dux Lancaſtriæ, regni ſolium, vnde Richardum Regem legitimum eiecerat, vi nuper occuparat, Richardum (inquam) cuius gratia per tot dignitatum gradus, Scropus ad Archiepiſcopatum fuerat prouectus; ac deinde fratrem eius Wiltoniæ Comitem atque Theſaurarium Angliæ ſecuri Briſtoliæ percutiendum mandauerat. Siue vt has amicorum iniurias vlciſceretur, ſiue aliam aliquam ob cauſam, certe in caput Henrici coniurauit vna cum Comitibus Northumbriæ & Mareſcallo, Barone deinde Bardolfo & alijs. Quamprimũ innotuit arma hos ſumpſiſſe; Ioannes Dux Lancaſtrię, noui Regis filius, & Weſtmerlandiæ Comes (qui ea forte tempeſtate non procul degebant) copias raptim coactas in illos ducebant. Sed coniuratos videntes melius inſtructos quam vt in illos impreſſionem facere deberent (nam vniuerſa fere aquilonarium Angliæ regionum iuuentus illis nomina dederat) colloquium poſtulant; & congreſſi, cur rebus pacatis arma ſumpſerint percontantur. Reſpondet Archiepiſcopus, ijs ductum rationibus hoc ſeſe facere, quæ ipſi debeant perſuadere (Weſtmerlandio, inquam, nam Lancaſtrius non aderat) ſi vir bonus ſit patriæque amans, arma cum illis conſociare. Tum ſcriptum profert ſatis prolixum, in quo inſtituti ſui rationem reddit: Regem dicit contra ius faſque Richardo principi legitimo regno deturbato, vitam etiam per ſummam crudelitatem eripuiſſe: Tam clerum quam populum, quorum iura & immunitates ſe defenſurum iuramento pro more confirmarat, crebris tributis exhauſtos ab illo & ad inopiam ſummam redactos: Procerum pleroſque ex leuibus cauſis, aut potius ſine cauſa, cauſa certe indicta, plerunque necatos: & Pontifici Romano vectigal pendi conſuetum, ereptum. Quibus proditionis, iniuriæ, crudelitatis & ſacrilegij criminibus, alia denique adiunxit, prauæ adminiſtrationis, perfidiæ, periurij, ob quæ excommunicatũ à ſe pronunciauit. Et hortatus omnes vt in tyranno oppugnando

nando operam ſecum nauarent; Sic (inquit) vero regni hęredi, ac cæteris omnibus ſua iura reſtituentur; Sic tam in Hibernia ac Wallia quam Anglia pacem firmam ac duraturam videbimus ſtabilitam; Sic nos ab expilationibus continuis reſpirabimus tandem, & ſeruitutis iugo excuſſo, rebus noſtris pacifice libereque frui vtique poterimus. His rationibus ſe permotum ſimulans Comes, copias ſe dimiſſurum promittit, ac vt id ipſum faciat Archiepiſcopus hortatur. Tum iunctis dextris, in vtriuſque exercitus conſpectu ſibi mutuo præbibunt. Et Archiepiſcopi quidem copiæ bellicorum laborum tædio affecti, cum hæc vidiſſent, illo non invito dilapſæ paulatim; Comitis vero auctæ ſunt, Rege, vt poterat, nouas quotidie ſummittente. Quare ſe ſatis inſtructum cernens, in Archiepiſcopum nil tale metuentem, impetum tandem facit & fraude huiuſmodi circumventum comprehendit. Rex iam Pontefractum vſque peruenerat, quo Archiepiſcopus & alij ſecum capti deducti ſunt, atque inde Eboracum, vel vt quidam, Thorpam, vbi à Gulielmo Fulfordo equite aurato legum regni perito & alio cui nomen Gaſcoyn, iudicibus à Rege conſtitutis, in excelſo pegmate ad id extructo conſidentibus, capitali ſupplicio afficiendos, decernitur. Vtrum per Pares (vt loquimur) in crimen de quo accuſatus eſt Archiepiſcopus, inquiſitum fuerit (quod in Paribus regni, maieſtatis læſæ reis, conſuetum) non comperi: Multoque minus meum eſt pronunciare quid ea in re fieri debuerit, cum doctiſſimus ille Camdenus, non debere à Paribus Epiſcopos iudicari explorati eſſe iuris conſtanter neget. Quibus non placet per Pares regni Epiſcopos iudicandos; ſuam confirmant ſententiam, Fiſheri Roffenſis exemplo; cum tamen Stanfordus (cuius authoritate plurimum nituntur) de Placitis coronæ lib. 1. fol: 153. in dubio relinquat quid fuerit ſtatuendum, ſi Epiſcopus ipſe per Pares ſe iudicandum poſtulaſſet. Brocus vero in Caſibus nouellis 3. M. 1. p. 465. diſertis verbis aſſerit, Epiſcopum regni Parem eſſe, & Parium examen ſubire debere. Deinde 26. Henr: 8. pro tribunali pronunciatum accepi, reſcriptū quod *Capias* appellatur, contra Abbatem non emittendum, magis

magis quam contra Comitem, multoque igitur minus contra Episcopum. Si vero Baroniæ ecclesijs annexæ, ab ordinario processu nos eximant, cur non etiam ab ordinario examine? Esse autem nos & habendos Pares, confirmat lex Edwardi 3. 25. lata, vbi Pares regni appellamur. Et quomodo Io: Stratford Archiepiscopus Cantuariensis ex Parlamentari consessu exclusus (teste Stephano Birchintono) conquestus sit, se *Regni Parem maiorem post Regem*, iniuste arceri ab eo loco, quo per rescriptum Regium fuerat accersitus; ac deinde à Rege quomodo fuerit ordinatum, vt de delictis ab eo admissis duodecim regni Pares (4. videlicet Comites, 4. Barones, ac Episcopi totidem) inquirerent (quod idem Brichintonius testatur) supra à me in vita dicti Staffordi est demonstratum. Courtnei deinde Cantuariensis protestatio & cæterorum Episcoporum, de iure Paritatis non præiudicando, quando consessu prædicto sponte excesserunt, habetur in Archiuis dicti Archiepiscopi, sic vti à me suo loco est expositum. Vt nihil dicam de lege quadam recentiori, vbi sancitum est, *omnes Dominos Parlamentares* (inter quos Episcopos numerari nemo ambigit) *qui contra illam legem peccauerint, à Paribus iudicandos*. Hæc enimuero omnia iurisperitorum nostrorum relinquenda iudicio; quibus (opinor) nulla ætas aut doctiores protulit, aut integritate, iudiciorumque æquitate laudatiores. Ad Scropum vero Archiepiscopum vt redeamus; quamprimum de illo iudicium latum est, iumento illico impositus turpi & strigoso, idque auersus, *Pontifex quem cunctis commendauit ætatis grauitas, vitæ præcedentis sanctitas, & incomparabilis literaturæ scientia, cunctisq; amabilis ipsa persona* (sic Westmonasterienſis) nullo non probri ac contumeliæ genere affectus, ad locum supplicij raptus est, vbi ab imperito carnifice, vix quinque ictibus caput est amputatum, Iunij 8 1405. Sepultus est in orientali parte nouorum operum, vbi miracula nescio quæ patrata creditum, sancti huiusce Martyris meritis ascripta. Regem porro, fingunt harum rerum authores, lepra incurabili illico percussum. Pontificū certe hic primus, ad mortem iudicio legitimo damnatus est. Haud miror, si res tam

inusi-

inuſitata, & in qua odio ac iracundiæ tantopere indultum, occaſionem dedit multa confingendi. Inter cætera, notam quandam inurunt nonnulli poſteris iudicum antedictorum, quam, ne iniuriam illis feciſſe videar, ſilentio duxi prætereundam. Necis Pontificiæ authores Papa excommunicauit, ſed vt breui abſolueret, facile exoratus eſt,

48. HENRICVS BOWETT.

MEnſibus iam poſtea triginta ſedes vacauit. Eam intea ſemel Papa contulerat Roberto Halam, Academiæ Oxonienſis Cancellario. Factus vero certior, multum hoc Regi diſplicere, cupere vero in primis, Henricum Bowet eidem præfici, Bathonenſem ac Wellenſem Epiſcopum; Bowettum Eboraci iam tandem, & Halamum Sarisburiæ collocauit. Bowettus iſte Legum Doctor & eccleſiæ Wellenſis Canonicus, cum Italiæ Galliæque partem magnam peragraſſet, & Angliæ per vnius anni ſpatium fuiſſet Theſaurarius; Henrici quarti Regis gratia (qui hominem multum dilexit) ad præſulatum Bathonenſem fuit prouectus, conſecratus Nouembris 16. 1401. Eboracum vero tranſlatus eſt Decemb. 1. 1406. & ibi annis præfuit plus minus 17. Contigit interea vt Henrico quinto Gallos debellante, Scoti magno exercitu coacto, in fines noſtros irruerent, & Barwicenſem vrbem, nec non & arcem de Rokesbrough obſidione cingerent; quam vt ſoluerent noſtris ſatagentibus; ad caſtra ſuorum natu grandis, & tam infirmus, vt equi ſuccuſſionem non ferret, famulis baiulantibus Archiepiſcopus voluit deportari: vbi ſedens in hemicyclo qui ne vel ſtare quidem (multo minus pugnare) poterat, voce & verbis ſuos cohortatus, non mediocre momentum ad victoriam attuliſſe viſus eſt. Anno hac 1417. Hoſpitalis menſæ munificentia, prædeceſſores cunctos hunc antegreſſũ traditur à nonnullis, qui eius rei hoc argumentum afferunt, quod vini Gallici (vulgo Claretum appellamus) abſumpſerit quotannis in familia ſua tonnas 80. hoc eſt dolia 320. vnde reliquum menſæ apparatum facile eſt conijcere. E viuis exceſſit Octobris 20. 1423. Cawodiæ, & ſepultus eſt in ori-

1406. Henr. 4. 8.

entali

entali parte ecclesiæ suæ prope altare Omnium SS: quod multa pretiosa supellectile ab illo fuerat ornatum. Construxit etiam aulam perpulchram in arce Cawodiensi & Coquinam in ædibus Dominicis Mannerij Oteleiensis.

50. IOANNES KEMP.

1425. Henr. 6. 4. PApæ tum visum, ex plenitudine potestatis, ad Archiepiscopatum per mortem Bowetti vacantem, Richardũ Flemming promouere, Lincolniensem Episcopum. Legibus aliquot nuper sancitis cautum fuerat, ne donationes huiusmodi Pontificias, quispiam aut acceptaret, aut ratas haberet. Quare Eboracenses Canonici, qui ius electionis per tyrannidem Pontificiam sibi extorqueri grauiter ferebant, Pontificem hunc Pontificium, excommunicationum Papalium laruas vilipendentes, pro Archiepiscopo agnoscere recusarunt, & ecclesiâ suâ per vim arcuerunt. Litis ac contentionis inde flamma ingens exarsit; cuius exitus hic fuit, vt Flemmingi translatione irrita declarata, Ioannes Kemp Episcopus Londinensis, à Pontifice, Eboracensibus non reclamantibus, Archiepiscopus fuerit renunciatus. Hic in Episcopum Roffensem consecratus anno 1418. Ciceſtriam translatus extiterat 1422. atque inde Londinum eodem ipso anno; Eboracum vero 1425. quando sedes iam per biennium, propter certamina antedicta, vacauerat. Præfuit ibi annos 28. & ætate iam extrema, ante mortem anno duntaxat vno, Cantuariam migrauit. Quomodo Cardinalis S. Balbinæ creatus, ad tt: S. Rufinæ translatus extiterit, alibi demonstrabitur.

51. GVLIELMVS BOOTHE.

1453. Henr: 6. 32. QVI successit illi Gulielmus Boothus, in Hospitio Graiano Londini, legum municipalium studio operâ aliquandiu nauauit; & Cancellariatu ecclesiæ Paulinæ oblato, Clericus derepente factus est, ac postea (nimirum Iulij 9. 1447.) in Episcopũ consecratus Couentrensem & Lichfeldensem. Cui sedi cum annos 6. præfuisset, Kempio successor in Archiepiscopatu Eboracensi declaratus est. Præfuit

fuit illic annos 12. & Southwellæ deceſſit Sept. 20. 1464. atque in Capella B. Mariæ ſepultus eſt prope palatiũ Archiepiſcopale. Sub Pontificatus illius exitum, Eccleſia Eboracenſis fortuito incendio conflagrauit; neque comperi ab illo refectum. In palatio certe Eboracenſi reſtaurando; nouiſque ædificijs amplificando, multum inſumpſit pecuniæ.

52. GEORGIVS NEVILL.

MAgnus ille Warwicẽſis Comes Richardus Neuill (qui tanquam in ſcena, Reges hic aliquot annos creauit & exauthorauit fere pro libitu) fratrem habuit Georgium Neuilium, quem multum adhuc adoleſcentem ad ſummos prouexit honores. Nam Oxonienſis Academiæ (vbi bonarum artium ſtudio in collegio Balliolenſi operam dederat aliquandiu) Cancellarius, in Epiſcopum Exonienſem conſecratus eſt Nouembr. 25. 1455. non dum annos natus viginti. Anno deinde 1460. (id quod iure mirere) ſummus Angliæ factus eſt Cancellarius. Quod munus adminiſtrauit, ad illud vſque tempus, quando Rex Edwardus 4. (poſtquam Warwicenſem fratrem eius prędictum ad Gallum miſerat legatum vt nuptias ipſi conciliaret cum Bona, Gallicę Reginæ ſorore) abſente illo, Elizabethæ Graiæ captus amore, illam derepente duxit, cum omnia Warwicenſis ex animi ſententia confeciſſet. Non ignarus igitur, ob hoc eius factum, tanta contumelia læſũ Warwicenſem ſtomachari; vt vires ipſi paulatim detraheret (ſic credere par eſt) fratrem eius Cancellariatũ iubet eiurare, & ſubſtituit illi Stillingtonũ Bathonenſẽ ac Wellenſem Epiſcopũ. Poſtea tamen Henrico ſexto regni æmulo capto; & Comite irati animi nullum indicium edente, quamuis alto pectore dolorem coqueret; paſſus eſt Exonienſẽ ad Eboracenſem Metropolim promoueri. Vix dum triennium ab eo tempore interceſſerat, quando illorum molitione, regno (quod per decẽnium ferme tenuerat) Edwardus exutus eſt & ab Eboracenſi Vlneiæ comprehenſus; atque Henricus emiſſus carcere in regni iterum ſolio collocatus, quod annos olim pene 40. tenuerat. Captum Regem ad Warwicenſem arcem primo, mox Middlamenſem in Comitatu

1466. Edw. 5. 6.

mitatu Eboracenſi auexit. Sed cuſtos parum ſeuerus, cum tam benigne eum haberet, vt pro libitu in campos expatiari permitteret paucis comitatum, nonnunquam etiam venari; amicorum ope facile elapſus eſt, & regno recuperato, ſimul æmulum Regem cepit iterum, vnà cum hoc ipſo Archiepiſcopo qui illum ceperat, (per poſticum irrumpens in palatium Epiſcopi Londinenſis vbi ambo agebant) & ipſe nuper vinctus, illos a quibus in cuſtodiam datus fuerat, in carcerem compingit. Ad Henricum quod attinet; homo ſine dubio ſanctiſſimus, ſed aui Henrici 4. ſcelere prægrauante (qui Richardum ſecundum regno eiectum necauerat) poſtquam vnicum filium occiſum cognouiſſet, ipſe paulo pòſt in Turre Londinenſi crudeliſſime confoſſus occubuit; Edwardo ad tantum flagitium ſi non annuente, conniuente certe, vt perpetratſe videatur quod noluerit vindicare. Archiepiſcopus, à Rege (æmulis omnibus iam ſublatis è medio nam & Neuillij fratres prælio occubuerant) vt humanitatis ſibi olim capto exhibitæ, memor videretur, poſt vnum aut alterum cuſtodiæ menſem, dimiſſus eſt. Anno poſtea vix integro elapſo, Regi Windeſoræ venatui indulgenti, retulit forte fortuna Archiepiſcopus, feris conſectandis nullibi voluptatem percipi maiorem, quam in regione ædibus ſuis vicina, quas magnis ſumptibus Moræ in comitatu Hertfordenſi extruxerat nuper & pretioſiſſima ſupellectile inſtruxerat. Cogitata perficiendi anſam huiuſmodi exhibitam, Rex illico arripuit, & tempus deſtinauit quando ſe illuc venturum ſimulauit. Quare domum reuerſus Neuilius, argenti cælati magnam vim, belli ciuilis tempore occultatã, illuc fecit comportari, necnon & ab amicis multum mutuo ſumptũ vt Regem quam poterat magnificentiſſime exciperet. Ille vero cum hanc ferã (vnicè ab illo expetitam) caſſibus pro voto inditam cognouiſſet; pridie temporis deſignati Archiepiſcopum accerſiuit, quem protinus comprehenſum, in carcerem coniecit, & opes ad viginti librarum millia valentes in illis ædibus congeſtas, diripuit. Inter cætera hinc ablata, mitra memoratur Pontificia, gemmis immenſi pretij exornata, ex qua poſtea comminuta diadema ſibi Rex fabricauit. Per annos poſtea 4. miſer Caleti

leti & Guinis vinctus iacuit in ſumma inopia, Archiepiſcopatus redditibus in fiſcum interim redactis. In hanc cladem incidit anno 1472. Anno tandem 1476. interceſſione amicorum emiſſus è carcere, mœrore (vt creditur) confectus, Blithlauæ interijt, & in eccleſia ſua ſepultus eſt. Hoc ſedente, Epiſcopus S. Andreæ in Scotia, Archiepiſcopus per Sixtũ quartũ creatus eſt, iuſſis illi 12. Epiſcopis illius gentis ſubeſſe, qui hactenus Archiepiſcopi Eboracenſis Suffraganei cenſebantur: Reclamante quidẽ Eboracenſi, ſed fruſtra; aſſerente Pontifice, minime conuenire, vt ille Scotiæ ſit Metropolitanus, qui propter crebra inter Scotos & Anglos bella, Scotis plerumq; hoſtis ſit capitalis. Conuiuiũ quando inſtallatus eſt celebrauit Neuillus, magnificentia, noſtro æuo (quantum autumo) inaudita. In antiquis quibuſdam ſchedis deſcriptum, quid ni lectori impertiam, venia prius petita, ſi vocabula quædam minus hodie intellecta, & obſoleta, quædam etiam Latinæ linguæ non capacia, Anglice ſicut reperi exhibeam?

Obſonia ad conuiuium hoc præparata.

Tritici quartaria 300. *Habet autem quarterium pondus circiter quingentarum librarum.*		*Grues*	200
		Hœdi	200
		Pulli gallinacei	2000
Ceruiſiæ tonnæ	330	*Columbæ*	4000
Vel dolia	1200	*Cuniculi*	4000
Vini tonnæ 104. *Dolia*	416	*Butiones* 204. Bittours.	
Vini aromatici Pipa. Dolia	2	*Anates.*	4000
Boues ſaginati	80	*Ardeolæ* 400. Hernſewes.	
Tauri ſilueſtres	6	*Faſiani*	200
Verueces	1004	*Perdices*	500
Porci	300	*Gallinagines* 4000 woodcoks.	
Vituli	300	*Vpupæ* 400. Plouers.	
Anſeres	3000	*Curlini* 100. Curlewes.	
Capi	3200	*Coturnices*	100
Porcelli	300	*Aſteriades* 1000. Egrets.	
Pauones	100	*Rees* 200. Quid ſit nõ conijcio	

Cerui	}			*Streblitæ* 400. Tarts	
Dama	}	*plusquam*	400	*Artologani qui refrigerant*	
Capreoli	}	Roes.		4000. Custards.	
Artocreæ ex ferina ca-				*Calentes*	2000
lentes			1506	*Lupi fluuiatiles*	300
Quæ refrigerant			4000	*Præseni* 300. Breames	
Dishes of Gelly (coaguli) *par-*				*Vtuli marini*	8
ted			1000	*Phocenæ*	4
Dishes of Gelly plaine			4000		

Ministri siue Officiarij munera sua obeuntes in dicto conuiuio.

Comes Warwicensis Seneschallus Archiepiscopi.
Comes Bedfordiensis Thesaurarius.
Hastingus Baro Censor siue Contrarotulator.
Willoughbæus Baro Dapifer.
Ioannes Baro Buckinghamius Pincerna.
Richardus Strangewayes eques auratus Pragustator.
Walterus Morley eques auratus Aulæ Martialis cum alijs octo equitibus auratis eodem munere perfunctis, præter Armigeros & seruientes.
Seruiens ad Peluem Regi, hic etiam à pelui.
Ioannes Graystocke, & Ioannes Neuil argenti calati custodes.
Ioannes Braynocke Supraui sor Aulæ.

Conuiuæ in Aulæ.

Ad summam mensam.

Archiepiscopus.

Episcopi { *Londinensis* / *Eliensis* / *Dunelmensis* } *à dextra.*

Dux Suffolciæ.
Comes Oxoniensis. } *à sinistra.*
Comes Wigorniensis.

Ad

Ad secundam mensam.

Abbas S. Mariæ Eboraci.
Abbas Selbiensis.
Abbas Whitbiensis.
Abbas Bilandensis.
Abbas Renauxiensis.
Abbas Furneiensis.
Abbas Christallensis.
Abbas de Meaux.
Abbas Whalleiensis.
Abbas Salleiensis.
Prior Dunelmensis.
Prior Bridlintonensis.
Prior Gisburnensis, cum octo aliis Prioribus.

Ad mensam tertiam.

Barones { *Mountegew.* *Cromwell.* *Scroope.* *Dacres.* *Ogle.*
Cum Equitibus auratis. 48.

Ad quartam.

D. Decanus Eboracensis.
Decanus S. Seuerini.
Eboracenses Canonici.

Ad quintam.

Prætor Eboracensis.
Prætor Stapuli Caletensis.
Cum ciuium Eboracensium speciatissimis.

Ad sextam.

Barones 4. Fisci Regij.
Et 26. Iurisperiti.

Ad postremam.

Armigeri 49. Regi famulantes.

Nomina conuiuarum in Conclaui summo epulantium.

Ad mensam primam.

Dux Gloceſtrensis.
Ducis Suffolciensis soror à dextra illius.
Comitissa Westmerlandiæ. } *à sinistra.*
Comitissa Northumbriæ. }
Comitis Warwicensis filiæ duæ in eadem mensa.

Conuiuiæ ad secundam mensam ibidem.

Baro Grayſtockius.
Barones alij 3.
Matronæ nobiles 12.

Ad tertiam.

Dictarum matronarum pedisequæ 18.

Conuiuæ ad menſam primam in conclaui ſecundo.

Ducissa Suffolcienſis ſenior.
Comitissa Warwicenſis.
Comitissa Oxonienſis.
Baroniſſa Haſtinga.
Baroniſſa Fitz-hugh.

Ad menſam ſecundâ ibidem.

Baroniſſa Lumlea.
Baroniſſa Strangia.
Matronæ aliæ nobiles 8.

Conuiuæ ad menſam primam in conclaui magno.

Epiſcopus Lincolnienſis.
Epiſcopus Conentrenſis & Lichfeldenſis.
Epiſcopus Exonienſis.
Epiſcopus Carleolenſis.

Conuiuæ ad ſecundam menſam ibidem.

Comes Warwicenſis.
Comes Weſtmerlandiæ.
Comes Northumbriæ.
Baro Fitz-hugh.
Baro Stanleus.
Equites Banereti 10.

Conuiuæ ad tertiam menſam.

Fœminæ nobiles 14.
Nobiles quos Generoſos vulgo appellamus 14.

In aula iteram.

Nobiles & plebeij ingenui duebus vicibus 412

In ſolario.

Famuli magnatum 400. *duabus vicibus.*

In alijs locis.

Officiarij & famuli 1000.
Coqui 62.
Lixæ & coquinæ miniſtri 515.

Conuiuij huius fercula prima.

Aprugnum } potage.
Furmenty viant }
Hare powdred for ſtandard.
Roe powdred.
Feſant entraille.
Swannes. Cigni.
Capons in halfe-greece.
Hernſewes. Ardeolæ.
Carpet of Veniſon.
Pike in harbles.
Leach cant.
Fruter.
Ferina in furno cocta.
Cuſtard planted.
A Suttlety.

Fercula

Ferculaſecunda.

Gelly parted } *potage.*
Raſſens. }
Veniſon bake. Ferina.
Peacock in rapill.
Cony reuerſe.
Lardis of veniſon.
Perdices.
Woodcocks. Gallinagines.
Vpupa.
Breames in ſpile.
Pummis verte.
Leache ſipers.
Fruter napkin.
Dates in mold.
Scatins ryall.
Suttlety.

Blank deſire.
Dates in compoſt.
Butours. Butiones.
Faſiani.
Egrets. Aſteriades.
Cuniculi.
Coturnices.
Martins. Martes.
Auiculæ maiores.
Alaudæ.
Phocena.
Leache blank.
Fruter criſpin.
Cotonea in furno cocta.
Chamblet ryall.
Suttlety.
Placentarum (wafers) *& vini aromatici magna copia.*

53. LAVRENTIVS BOOTHE.

EPiſcopus Dunelmenſis Laurentius Boothe, Gulielmi Boothe (cui Neuilius ſucceſſit) frater, ſed non vterinus, in præſulatu Eboracenſi illis ſucceſſit. Aulæ Pembrochianæ Cantabrigiæ Præſes, in Dunelmenſem Epiſcopum conſecratus eſt Sept: 25. 1457. & poſt annos inde viginti Eboracum tranſlatus eſt. Menſe Auguſto 1472. Cancellarius Angliæ conſtitutus, eo munere per biennium functus eſt. Mannerium de Baterſey prope Londinum, hic pretio emit à quodam Nicolao Stanlæo; ædes ibi conſtruxit & ſedi ſuæ contulit. Obijt Suthwelliæ anno 1480. cum huic eccleſiæ præfuiſſet annos 3. & menſes 9. atque iuxta fratrem ſuũ ſepultus eſt. 1477. Edw: 4. 17.

54. THOMAS ROTHERAM al: SCOT.

QVi illi ſucceſſit, Thomas, vero nomine Scotus appellandus, Rotheramæ in Comitatu Eboracenſi natus, more eccleſiaſticis hominibus ea tempeſtate vſitato, inde 1480. Edw: 4. 20.

cognomen voluit mutuari, gentili deserto & abiecto. Cum prima literarum rudimenta in patria percepisset, adolescentiam ingressus, Cantabrigiam se contulit, vbi in numerum sociorum Collegij Regij ascitus est primum, & postea Præses constitutus Aulæ Pembrochianæ; quod munus laudatissimè obiuit, donec ad maiora auocatus est. Per Edwardum 4. Regem (cui fuit à sacris) Præpositus Beuerlacensis primum, ac deinde Priuati sigilli custos, atque anno 1467. Roffensis Episcopus constitutus. Ibi cum sedisset annos duntaxat 4. Lincolniam translatus est. Anno vero 1474. summus Angliæ Cancellarius renunciatus, quo munere perfunctus est ad regnum vsque Richardi tyranni, & non sine causa est reprehensus, quod Reginæ id poscenti, magnum Angliæ sigillum tradiderit; vnde Richardus tunc regnum occupaturus, occasionem arripuit in carcerem eum conijciendi, vt sic Regem legitimum (patroni eius filium) fidelissimi ministri adminiculo orbaret. Dum adhuc Lincolinensi ecclesiæ præesset, magnam illam & speciosam portam scholarum publicarum Cantabrigiæ construxit, ambulacra ab vtroque latere eiusdem & Bibliothecam ad orientalem partem, idque proprijs sumptibus, nisi quod ab Academicis non nihil adiutus est, quorum fuit Cancellarius. Opus cœptum 1470. anno 1476. est absolutum. Cum Lincolniæ sedisset annos 9. Eboracum translatus, ecclesiam rexit ibidem annos 20. tribus exceptis mensibus: Quo temporis spacio, plurima præstitit memoratu non indigna. Rotheramæ (vbi natus est) collegium condidit (nomini Iesu dicatum) Præposito (quem oportebat concionatorem esse) Præsbyteris 5. Choristis 6. & pædagogis tribus; Vno nempe qui Grãmatices elementis pueros imbueret; alio qui in Musicis institueret; ac tertio qui scribere & literas formare doceret. Hoc collegium quando suppressum est, redditus habuit annuos 58l. 5s. 9d. ob. q. Collegium Lincolnienſe Oxoniæ (quod immatura morte sublatus Flemingus, imperfectum reliquerat) absoluit; & socijs 7. ab illo constitutis, alios quinque adiecit, prædijs collatis vnde alerentur. Mitram pretiosissimam successoribus reliquit, vice illius quam Edwardus

Digitized by Google

wardus Rex Neuillio eripuerat. In ædibus Archiepiſcopalibus multa extruxit: Weſtmonaſterij nempe (quæ nunc White-hall, & Regia eſt, tunc verò ad Archiepiſcopum ſpectabat Eboracenſem) magnam illam coquinam: Southwellæ promptuarium (Anglicè the pantry) & conclauia flumini vicina: Ac Thorpæ quoque promptuarium, piſtrinum etiam, atque ædificia ab æquilonari domus latere nemora ſpectante. Neceſſarios ſuos, quoſque ſiue propter obſequia, ſiue ob ſanguinis propinquitatem charos habebat, magna ſollicitudine prouexit; hos per coniugia, illos per munera, aut prædiorum donationem, ac alios denique per promotiones eccleſiaſticas. Peſte tandem dicitur extinctus Maij 29. 1500. Cawodiæ, annos natus 76. & in capella B. Mariæ tumulo conditus eſt marmoreo quem ſibi viuus fabricari curauit.

55. THOMAS SAVAGE.

QVi ſucceſſit (Thomas Sauagius) Roffenſis quoq; (ſicut anteceſſor) extitit Epiſcopus, vnde Londinum 1493. tranſlatus eſt, atque inde (Rotheramo defuncto) Eboracum, anno videlicet 1501. Hic nobili ortus proſapia, & (ſicuti accepi) equitis aurati filius; quamuis è Cantabrigienſi Academia Legum Doctor; tamen magis propter obſequia Principibus præſtita & rerum fortaſſis gerendarum dexteritatem, quam eruditionem aliaſue virtutes, ad tantos honores prouectus videtur. Aulicarum ſanè artium fuit egregiè peritus, & in ſecularium negotiorum cura atque adminiſtratione ætatem totam conſumpſit, niſi quatenus venationibus indulſit, quibus immodicè delectatus eſt. Multa Cawodiæ ædificauit atque Scrobeiæ, & magnam famulorum cateruam in familia aluit. Moris fuit ante hunc Archiepiſcopum, vt inſtallationis tempore conuiuium ingenti ſumptu pluſquam magnificum ab inſtallandis inſtrueretur; quem ſumptum, inutilem ſane, hic præſul omnium primus conſilio non imprudenti amputauit, inopinatò & clanculum per vicarium inſtallatus. Cum ſeptennium plus minus ſediſſet, Cawodiæ deceſſit; & corpus quidem Eboraci ſepulturæ

1501. Hen: 7. 17.

Digitized by Google

mandari præcepit, cor vero Maclesfeldiæ in comitatu Cestrensi (vbi natus est) in capella à se ibidem constructa, quando collegium ibi loci molitus, morte intempestiua sublatus interijt.

56. CHRISTOPHORVS BAMBRIDGE.

1508. Hen: 7. 24.

CHristophorus Bambrigius successit; nobili ortus familia prope Appleby in Westmerlandia. Qui in collegio Reginæ Oxoniæ educatus, iam Legum Doctor, Rotulorum Præfectus & Decanus Eboracensis renunciatus; anno 1507. in Episcopum Dunelmensem consecratus est, & anno deinde sequenti Eboracum translatus. Dum legati munus hic Romæ obiret; inter Ludouicum 12. Gallorum Regem & Iulium Pontificem bellum exarsit. Huius Archiepiscopi opera, Henricus 8. Rex noster inductus fertur (sic Ciaconius) vt Pontifici opem ferret, ac parata classe, contra Ludouicū arma caperet. Ea re fœliciter gesta (inquit ille) rubrum pileum (quem iam diù ambierat) cum tt. S. Praxedis adeptus est, mense Martio 1511. Vtrum tam diù Romæ permanserit, an iterum eo sit profectus non comperi; Ibi certe anno 1514 veneno sublatus interijt, quo per Italum quendam sacerdotem, Riualdum de Modena œconomum suum infectus est, iratum (sicuti capite eam ob rem plectendus confessus est, sic P. Iouius) quod ab irato, fuste fuisset castigatus. Decessit Iulij 14. anno antedicto, & in Hospitali gentis Anglorum sepultus est.

57. THOMAS WOOLSEY.

1515. Hen: 8. 7.

MAgnus ille Cardinalis (de quo nunc proxime sermo habendus est) Thomas Wolsæus, Ipswici in comitatu Suffolciæ, patre lanio pauperculo prognatus est. Nondū pubertatis annos ingressus, Oxoniam missus, in Magdalenensi collegio bonarum literarum studio incubuit; & artium Magister creatus, in schola dicto collegio vicina, Ludimagister constitutus est. Cuius muneris (vt laborioſi admodum, nec tamen multum quæstuosi) cito pertæsus; sacerdotium Limingtonense in Comitatu Somersetensi, oblatum

primum Lincolniensi, mox Eleemosynarij etiam Regij munere honestauit. Hucusq; sub Henrico septimo processit; cui moris non erat, quenquã tam repentinis honorum accessionibus euehere, quin surgere sese persentisceret. Postquam vero sublato illo, Henricus eius filius rerum potitus est: Adolescentis animum blanditijs & morum commoditate penitus occupauit. Siquidem cum alij amici quamplurimi rogarent, vt consultationibus eorum qui ipsi erant à secretis assiduus interesset, atque experientia magistra rerumque vsu prudentiam colligeret, rebusque gerendis sese assuefaceret: Solus Wolsæus, vitam iucundiorem vt sectaretur hortatur; consultationum tædia, adolescenti dictitans non ferenda: Ætatem hominis temporibus discretam, & vnicuique sua studia conuenire: Non recte facere qui senilem seueritatem tanquam personam nescio quam intempestiue obtrudant & inuita conentur Minerua inducere: Futurum olim (si Deo visum) vt quæ huic ætati molesta, prouectiori grata sint, aut etiam fortassis oblectamento. Donec ea veniret, præsenti frueretur, neque alijs invtiliter obsecundando, eius fœlicitatis cursum vllatenus retardaret, quam imperij magnitudo & opum à patre congestarum affluentia facile largiretur. Iret igitur, venatum, aucupia, aliasque honestas voluptates fortiter consectaretur: Si quando fuerit vt senex derepente fieri aueat, senilibus curis se immiscendo, non deesse inter suos, inquiens, (seipsũ volebat subintelligi) qui vno aut altero verbo sub vesperam narrare possint, quæ multarũ horarũ altercatio, ne dicam totius diei consultatio expressserit. Oratio hæc Regis cupiditatibus mirifice congruens, tantum Wolsæo peperit potentiæ, vt cum antea gratia inter alios plurimum pollere noscceretur, nunc posthac plane secundus à Rege haberetur, & solus apud eum omnia potuerit. Nam ille statim delectus est, qui tanquam Mercurius aliquis inter Iouem hunc & minorum Deorum Senatum discurreret, atque horum scita ad illum, illiusq; placita ad ipsos deferret. In numerum igitur illorũ qui ipsi erant à sanctioribus consilijs primo quoque tempore ascisscitur, & præter Tornacensis sedis administrationem (ciuitate bello ab Henrico capta)

passim emanare, inutilem & parum honorificum hoc coniugium futurum; spuriam quippe censendam esse Mariam, vt ab incesto & legibus ecclesiasticis damnato matrimonio procreatam. Neque enim Catharinam Reginam Regi legitimo connubio iunctam, quæ Arthuro Regis fratri antea denupsisset: Vetari id in sacrosanctis noui ac veteris instrumenti legibus, vt quæ diuino iure essent constituta, Iulius Pont: auro accepto rescindere non potuerit. Hæc & huiusmodi alia ab ipso Cæsaris Legato qnandoque iactitata fuisse, negandum non est. Cæterum Wolsæus, nullum alium in finem ista memorabat, quam vt Rex (quem vxorium haud nimis fuisse satis nouerat) occasione inde arrepta, ad nouum aliquod matrimonium animum appelleret. Cumque secundis auribus à Rege hæc excipi videret, & orbitatem suam sæpe deflere, quod tantum imperium puellæ cogeretur relinquere, quæque tam dubijs esset orta natalibus, vt successorem sibi eam pro certo non liceret destinare: Ad nouas nuptias hortari non est veritus, & simul Alansoniam monstrare Margaretam, Regis Gallici sororem, spectatæ formæ & venustatis fœminam; quam si duceret, repudiata Catharina, satis intelligebat, ab amicitia Cæsaris, ex tam graui amitæ contumelia, cum penitus diuulsum, Gallico nomini absque vlla spe receptus, arcto & necessario fœdere iungendum. Erat Catharina fœmina, licet sanctissima nobilissimaque, iam tamen vergenti ætate (vtpote quadragenaria) & semper Hispanica grauitate (moribus imbuta austeris) atque ingenio ab omni cultu ac venustatis cura abhorrenti. Vt hanc igitur fastidiret ac abijceret, his rationibus facile est inductus: Tum vero suo iudicio vsus, aliam deperire cœpit, Annam Boleniam, Wolsæi consilio de Alansonia Galli sorore neglecto. Romam igitur extemplò oratores mandantur, qui diuortium à Catharina magna importunitate flagitent. Clemens Pontifex, Cæsari erat non sine causa infensus; & Henricus Rex, ob auxilia illi præstita (quo tempore capta nuper ciuitate Romana, in Vaticano obsidebatur) magna apud eum erat in gratia. Siue tamen natura cunctator; siue receptum sibi ad amicitiam Cæsaris nollet

nollet omnem præcludere; ſiue denique Pontificis Romani authoritatem, hoc diuortio imminuendam exiſtimaret; nihil certe expediebat, donec importunitate victus, & vergentibus in Italia rebus Cæſarianis, legatos tandem conſtituit qui de hac cauſa in Anglia cognoſcerent, Wolſæum, & Campeium Cardinalem, hominem Italum, ſed Sarisburienſem ea tempeſtate per gratiam Regis Epiſcopum, cui Papa (vt ſtudium ſuum erga Regem declararet) bulla decretali (vt vocant) confecta quam fieri potuit occulte, matrimonium Regium cum Catharina irritum pronunciauit, eiuſq; rei tabulas Legato cum huiuſmodi mandato dedit, vt ijs Regi atque Wolſæo oſtenſis, ſe illarum promulgandarum facultatem habere diceret, tempus vero quantum poſſet protraheret, neque ſententiam perferret, priuſquam nouum mandatum à ſe accepiſſet. Placere quidem dicens, vt Regi tandem traderetur ea bulla (& veriſimile eſt eo animo tunc temporis eum fuiſſe) verum ſua intereſſe, negotium trahi, donec ſe contra Cæſaris iram ſatis munijſſet. Hæc in ſpeciem Legato, veterator egregius & ad ſimulationem vnicè comparatus, cum ille nihil aliud ſpectaret, niſi vt occaſiones integras ſibi reſeruaret, quibus pro ratione temporis vteretur. Cum Londinum veniſſet Campeius; de Pontificis in Regem propenſiſſima voluntate (bulla etiam decretali oſtenſa) nihil non pollicetur, homo minime malus, quique non aliter ea de re loquebatur quam ſentiret. Nam Papa haud ignarus, quam difficile ſit hominem non ſtupidum fallere per nuncium conſcium doli, quique ipſe prius in errorem perductus non fuerit: nihil ſibi fecerat reliquum, vt, ſe Regis cauſa omnia facturum propenſiſſimè, Legato eſſet perſuaſiſſimum. Cauſa igitur cognoſci cæpta eſt, ſed lente ſatis, ita tamen vt in ſummam ſpem rei mox conficiendæ Rex adduceretur, cum tandem, ad promiſſam & tam diu expectatâ ſententiam ferendam, ſolito frigidius Campeium properare animaduertit. Nam potentia Cæſaris in Italia iam multum aucta; cum eum Papa non modo offendere deincep̃ nollet, ſed potius offenſionem illatam abolere cuperet: Franciſcum quendam Campanum in Angliam miſerat,

ſerat, alio quidem prætextu, ſed hoc præcipue habentem in mandatis, vt Cardinalem iuberet, Decretum illud iudiciale ante dictum, igne protinùs corrumpere, & reditum quantũ poſſet maturare. Cum vero ſimul cum hoc mandato, ægrotare Pontificem nunciatum eſſet; rem exequi diſtulit aliquandiù Campeius, vt ſi forte moreretur ille, occaſione vteretur amico Regi gratificandi, à quo cum Epiſcopatũ Sariſburien'em accepiſſet, ipſique ſpem certam feciſſet, omnia pro voto ſucceſſura; verebatur ne non ſolum ingratus, ſed etiam perfidus videretur, ſi Regem ita ludificari permitteret. Poſtquam vero convaluiſſe Clementem accepit, non auſus reniti, mandato obtemperauit, ac bullam in focum coniecit. Rex interim qui rei conficiendæ cupidine flagrabat, & morâ omnem vel minimam moleſtiſſimam habuit; mutationem cito perſentiens; inquirere non deſtitit, donec rem prout geſta eſt, totam ordine reſciuit. Actum primum omnem iracundiæ vim in Wolſæum effudit; cuius ingenio cum nihil non effeciſſet hucvſque; per illum ſolum ſtetiſſe voluit credere, quo minus ex animi ſui ſententia hoc negotium iamdudum fuiſſet confectum. O iniquam ſortem hominũ Principi ingrato famulantium, & qui ex euentu conſilia cenſeat metienda. Totos iam viginti annos in obſequio Regis hic Cardinalis abſumpſerat, in eoque ita ſe geſſerat, vt ſibi magnam ſane potentiam & opes forte nimias; Regi vero optimi clariſſimique Principis famam comparauerit. Quoties enim, quanta cum laude Remp: hucvſque adminiſtrarit Henricus 8 apud animum meum perpendo; & deinde in ſequentium temporum calamitates oculos conijcio; equidem facile inducor vt illis aſſentiar, qui Wolſæi conſilijs aſcribunt, quod ab omnibus Europæ Monarchis hucvſque ſuſpiceretur, ne dicam metueretur. Et cui ſit imputandum, quod poſt cum ſublatum, duas vxores necauerit, duas repudiarit, tot mortales (interq; eos viros egregios permultos) ob ſolam religionis cauſam capitali ſupplicio affecerit, ſuſpendio ſimul in Papiſtas ſæuiens, & ignibus in hæreticos (nam hæc fuerunt eorum temporum vocabula) deinde quod eccleſiæ patrimonium tam horribiliter deuaſtarit & dilapidarit;

darit; ego mihi tantum non ſumo vt pronunciem. Hoc ſolum dico, Wolſæum, ſi ad gubernacula conſediſſet, nunquam commiſſurum, vt Regem tanquam nauem gubernatore deſtitutam, tam contrarijs & incertis motibus fluctuare permitteret. Ille vero magnitudine iamdudum laborans ſua, & plurimorum preſſus inuidia, quam diuturna fœlicitas & potentia in ſe concitarat; nutare ſtatim cœpit ſimul ac infenſum habuit Regem, & ad primum eius fremitum, tanquam ad Leonis rugitum (non expectato impetu) corruit proſtratus, vt caput quamuis ſubinde leuare videretur, ſurgere tamen deinceps ſuiſque niti viribus nunquam valuerit. Neque enim Rex poſtquam ab eo ſemel alienatus eſt, in conſpectum ſuum eum vnquam poſtea voluit admittere. Plus adeo potuerunt obtrectatorum calumniæ (ne dicam opum quas poſſidebat ingentes ſplendor & cupiditas) quam tantorum laborum recordatio & tot annorum fidele obſequium, ad magnam vtriuſque gloriam diligentiſſime præſtitum. Haud me quidem latet, qualia ipſi crimina fuerint obiecta. Ea vero mihi adeo probabilia non videntur, vt parum naſutum exiſtimem, cui primo ſtatim intuitu ab inuidis conficta non appareant. Neque enim aduerſus eum accuſationem vllam inſtituit quiſquam, priuſquam conſtitit, Regem, iracundia flagrantem, quod diuortij negotium ex animi ſententia non ſucceſſiſſet, minas & vindictam dies noctesque anhelare. Quamprimum enim ſimulatio Pontificis (aut ſi mauis perfidia) prodita eſt; Labyrinthum Romanum pertæſus (in quo annos plus minus quinque errauerat, neque exitus ſpem vllam inuenire potuit) ſepta quouiſmodo tranſilire decreuit, & vi perficere quod aliter obtineri non poſſe videbat, ac tanquam alter Alexander, nodū hunc Gordium ingenio non ſolubilem, gladio diſcindere. Wolſæum itaque accerſens, conſilium aperit noui matrimonij, Pontifice quantumuis inuito ac refragante, ineundi; ſimulque petit, vt rationem aliquam inueniat, quomodo Campeius collega, ijs non obſtantibus quæ nuper accepiſſet in mandatis, ad ſententiam pro ſe ferendam poſſit adduci; In cuius facti excuſationem, multa (dicens) obtendi

tendi posse, ac in primis metum iracundiæ Regiæ, cuius fortassis causam habituri essent non inanem, nisi ipsi tam iusta petenti obsecundarent. Quid his Wolsæus responderit, parum habeo compertum. Illud constat, hominem, siue quod primam eiusce rei mentionem auersaretur, vt cœpti temerarij nimisque audacis; siue quod de collega in eam sententiam pertrahendo nullam spem facere voluerit; siue (quod Sleydanus nescio quo authore tradit) comperisset Rex, monuisse eum Pontificem, ne diuortium cum Catherina approbaret, quod successuram videret aliam Lutherana hæresi infectam: Minis certe & conuitijs adeo exagitatum à Rege, vt animi valde consternati plurima mox dederit indicia. Nam cum à Regia reuertenti, Episcopus Carleolensis (qui secundo fluuio iter facienti, in cymba vnà aderat) de æstu (qui tum forte plus solito feruebat) conquereretur; Tu (inquit Cardinalis) si meum locum modo obtinuisses, reuera profecto æstuares. Paulo tum post, summi Cancellarij munus iubetur eiurare. Neque multum deinde temporis intercessit, cum accusatio aduersus eum intenditur maiestatis læsæ, idque (quod raro fit) in ipso Parliamento, vt lege lata inauditus damnetur. Cæterum ille, conatum hunc inuidorum nescio vnde præsentiens; famulum quendam suum, Thomam Cromwellum (virum post magni nominis & potentiæ) in album eorum curauerat legendum, quibus ius erat suffragium inter ordines ferendi. Ab eo edoctus quotidie Cardinalis quid obijceretur, monuit vicissim per literas, quid esset respondendum: Quod ille (homo ingeniosissimus & egregiè facundus, quamuis indoctus fere) ea & fide & facundia retulit ad Concilium, vt herum curauerit absoluendum, & magnam sibi laudem comparauerit, aditumque simul patefecerit ad magnos illos honores, quos deinde, paucorum annorum curriculo, adeptus est. Hac non succedente, alia aggrediuntur via, pœnam cuiusdam legis incurrisse Cardinalem contendunt, vnde omnibus fortunis exciderit. Huius legis prætextu, hominem quasi nudum è domo sua eijciunt, & opibus ingentibus per ministros Regios expoliant, vt ab amicis non tantum

tum ſuppellectilem, ſed pecuniam etiam vnde alcretur, mutuò ſumere neceſſum habuerit. Tum miſſi iudices qui à præſente quærerent de delicto cuius fecerant reum aduerſarij; nempe, quod Legati poteſtate fungi tot annos auſus fuerit, à Rege ad id facultate non impetrata. Ad hanc eorum criminationem, ſeu mauis calumniam (neque enim quiſquâ erat tam hebes, cui aut vera viſa ſit aut veriſimilis) in hanc ille fertur ſententiam reſpondiſſe. Hoccine vero illud tam atrox eſt flagitium, ob quod omnibus derepente fortunis eijcerer & victum quaſi oſtiatim emendicare cogerer, homo iam ſexagenarius, qui totam ætatem in obſequio Regis conſumpſi, nullis parcens laboribus vt illius commodis proſpicerem? Expectabam equidem vt proditionis aut læſæ maieſtatis arceſſerer; non quod talis mihi delicti conſcius eſſem, ſed quod Regem noram tam ſapientem, vt ſatis intelligeret, non decere conſtantiam & magnanimitatem Regiam ob leuius aliquod peccatum, veterem amicum, & ſummæ apud illum tot per annos authoritatis, inauditum damnare, & pœna morte longe grauiori plectere. Quis enim animi tam puſilli eſt & abiecti, vt millies non malit perire, quam mille homines (tot mea alit familia) quorum opera fideli iam diù vſus fuerit (de pleriſque loquor) quaſi ante oculos pereuntes videre? Iam poſtquam nihil aliud video afferri, quam quod à vobis obijcitur, in ſummam ſpem erigor; nihiloque melius ceſſurum hunc inuidorum conatum confido, quam de proditionis crimine intentando nuper initum conſilium. Ipſi ſiquidem Regi (de cuius æquitate non poſſum non optime ſperare) notiſſimum eſt, Legati munus me non auſum attingere, priuſquam diplomate ſuo eius rei facultatem is mihi dediſſet. Illud vero diploma ſi vt proferam iubetis, non poſſum fateor. Et hoc & alia quæ poſſidebam omnia, mihi erepta probe noſtis. Cæterum neque proferrem certè ſi haberem. Ego enim cum Rege quorſum iure contendam? Agite proinde ac Regi nunciate, me omnia quæ habeo (quid dico habeo, cum nihil mihi relictum videam?) quæque vnquâ habui, illius vnicè munificentiæ ferre accepta; nec iniquum cenſere, vt repoſcat qui contulerit, ſi is me indignum

illis existimet. Quid ni igitur ipsi Regi hanc causam dijudicandam relinquo, vt ille pro voluntate, me aut damnatum aut absolutum pronunciet? Huic si placet vt obiectum crimen fatear, en fateor, nec vobis vltra negotium facesso. Cum Regi satis constet de innocentia mea, vt neque mea confessio, nec aduersariorum calumnia in errorē possit eum perducere; equidem non abuuo quo minus confitentem reum habeatis. Is qui peccantibus pro insita clementia non raro solet ignoscere, innocentem (sat scio) vel nolentem absoluet. Hac edita confessione, pœna legis protinus irrogata est, hoc vno dempto, quod carceribus perpetuis mancipando, libertas non est imminuta. Iam vero si post hâc quomodo Rex eum tractauerit quæras; eo fere pacto dicendum, quo murem deuorandum familica felis. Nam annum integrum permisit viuere, de quo perdendo certissimè videtur statuisse, & ita viuere, vt nunquam posset euadere, nec tamen de euadendo desperaret. Quamuis enim vix vlla dies præterierit per aliquot istos menses, in quo non aliquid pertulerit miser quod animum quantumuis ferreum ad iracundiam extimularet; Homo tamen suapte natura, animo ad perferendum aduersa parum forti, nunquam desperatione fractus est, quod tristibus læti aliquid quotidie admixtum fuerit, crebris à Rege nuncijs (sed fere noctu semper & clanculum) aduentantibus, qui de beneuolo eius affectu fidem facerent, monile nonnunquam, aut tale quippiam amoris symbolum afferentes; animum ne desponderet monentes, futurumque breui asseuerantes, vt pristinum gratiæ & potentiæ locum rursus obtineret. Prævalentibus tandem aduersis, incidit in morbum, quo omnes periturum existimabant. Ad laborantem vocatus est medicus quidam Regius, à quo memorant Principem quæsisse postea, quid morbi haberet Cardinalis: Cui ille; Quidquid id est morbi, si mortuum cupis, tu quiescas, & haud totum triduum superfuturum spondeo. Ad quam vocem Rex commoueri non mediocriter visus, Malim vero (inquit) viginti millium librarum iacturam facere quam vt ille moriatur. Abite igitur ociùs tu, & quotquot alij medici in regia possunt reperiri, hominemque

hominemque quam poteſtis diligentiſſime curate. Deinde cum animo eum laborare magis quam corpore is retuliſſet; amandauit ad eum extemplo nobilem quendam cum annulo quo Regem ipſe Cardinalis olim donauerat, & nunciare iuſſit, deferbuiſſe iam iracundiam ſuam; pœnitere quod obtrectatoribus inuidis tam diu aures accommodauerit; perſpecturum breui, haud minori ſe illum beneuolentia complecti, quam quo tempore gratia apud ſe plurimum pollere noſceretur. Iſta cum rurſus ab alio atq; itidem alio afferrentur; recreatus ille, paucorum hercle dierum ſpacio, priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt. Aulici igitur proceres (quorum multi proximum ſibi potentiæ locum euerſo Wolſæo ſpoponderunt) metuentes vehementer, ne Regi reuera reconciliatus, ſpem eorum eluderet, & iam læſus, eorum ceruices multò quam antè premeret grauius; omnibus ingenij neruis in hoc incubuerunt, vt Londini adhuc hærentem, aut alibi infra pauca milliaria, procul amandandum curarent. Neque vero Wintoniæ (cuius Epiſcopatum Adminiſtratoris titulo tenebat) degere eum permiſerunt (Londino ea ciuitas 40. circiter milliaribus diſtat verſus occaſum hibernum) Eboracum ad Archiepiſcopatum regendum quid ni abeat dictitantes, poſtquam Cancellarij munus Londini eum amplius non diſtineret? Itaque conceſſo viatico, eoque longe copioſiori quam conſiliarij Regij aſſignarant (videlicet pro 1000. marcis totidem libris, tertiam partem Rege vltro adijciente) iter cœpit Eboracum verſus (vrbem Londino 150. milliaribus in boreali parte regni ſitam) ſub finem menſis Martij anni 1530. Ex tot vero ſacerdotijs, nihil illi relinquunt ad victum quotidianum, præter fructus prædicti Archiepiſcopatus, qui ea tempeſtate valebant credo 4000. librarum annuatim. Quod de Apicio Romano Seneca, cur non hic etiam nos de Wolſæo? Quanta luxuria erat cui cenſus aureorum 13000. egeſtas fuit? Totam igitur æſtatem inſequentem, non Eboraci, ſed Cawodiæ (vbi domum habet Archiepiſcopus) moram traxit; ea comitate, iuſtitia, liberalitateque erga dioceſanos vſus, vt magnum ſibi amorem apud omnes hominum ordines conciliauerit, Huius ſeceſſus voluptate

diu non eſt datum frui. Inuidorum gliſcente potentia, miſſus eſt Northumbriæ Comes qui eum ad læſæ maieſtatis cauſam dicendam citatum, comprehenderet, & eo caſu vehementer conſternatum, Londinum verſus captiuum deduceret. In ipſo vero itinere incidit in morbum, quo indies ingraueſcente, in cœnobio tandem Leceſtrenſi extinctus eſt. Ferunt Kingſtonũ (qui illuc tum nuper venerat ſatellitibus aliquot Regijs comitatus) morti vicinum, ne animum deſponderet hortatum; Regem (cuius nomine multam illi dixit ſalutem) non aliam ob cauſam arceſſendũ curaſſe perhibens, quam vt à criminũ labe ſe pugnaret, ab inuidis & maleuolis obiectorum: Neque igitur dubitare ſeſe, futurum breui, vt multo ſit quam hactenus vnquam, in gratia Principis validior, niſi propter animi mollitiem, mœrori interim ſeſe conficiendum permittat. Ad ea Cardinalis (vltimam hanc vocem edens) ſic dicitur reſpondiſſe: De ſalute Regis tam audio libenter, quam meam ipſius pro certo deploratam cognoſco. Nam quod ad me attinet, octauus iam agitur dies, à quo primum dyſenteria laboraui, cui ſemper febris adiuncta fuit; quod genus morbi infra octo dies ſinihil remittat, letale plerunque eſſe medicos (vt puto) non latet. Viribus igitur iam deſtitutus & morbo magis magiſque ſæuiente; expecto ad ſingula momenta, quando Deus hanc peccatricem animulam ex corporis ergaſtulo ad ſe auocet. Quod ſi futurum eſſet vt pauliſper adhuc viuerem, anne me tam hebetem exiſtimas, vt oculos fugiant intentatæ mihi caſſes? Tu (ni fallor) Kingſtone, Turris Londinenſis es Conneſtabilis, nec igitur dubito ad quid veneris. At hoc meritò præmium fero, quòd officij erga Deum parum memor, Regi placendi vnicè ſtudioſus, ad hunc ſcopum omnes animi cogitationes direxi. O me miſerum & inſenſatum qui Deo ſummo Regi adeo extiterim ingratus; quem ſi pro officio, ſic vt Chriſtianũ decuerat, coluiſſem; ille, ille, me canis aſperſum iam tandem non deſeruiſſet. Vtinam ex me cæteri omnes (atque in primis Rex ipſe) exemplum capiant quam lubrico loco ſtetur in hoc mundo ab ijs, qui Dei ſuper omnia bonitati ac prouidentiæ tanquam baculo firmiſſimo

non

Digitized by Google

non innituntur. Regiam igitur maieſtatem meo nomine ſalutes plurimum, & hoc vnicum ab illo me rogare nuncia, vt examinis coram ſummo tribunali olim ſubeundi (cui iam iam me ſiſtendum video) memor viuat. Ita certe futurum eſt, vt noxæ quam mihi impingunt aduerſarij, ſecreto conſcientiæ ſuæ teſtimonio me eximat. Plura dicturum vox defecit, atque mors continuò inſequuta eſt. Defuncti cadauer, Pontificalibus ornamentis indutum, poſtquam totum eum diem (nam prima luce expirauit) iacuiſſet in propatulo, omnibus qui id vellent conſpiciendum; ſine pompa funebri, nocte intempeſta tumulatum eſt in eccleſia dicti Monaſterij, idque (vt Stous) in medio capellæ B. Mariæ; vt alius vero, in naui eccleſiæ ad ingreſſum chori. Alere conſueuit in familia hic Cardinalis plus minus mille homines; interque eos Comitem vnum, Barones ſæpe 8. vel 9. Equites auratos & ſpectatæ nobilitatis quam plurimos; ac aliorum, quorum vnicuique ſuum munus aſſignatum fuerat, vltra quadringentos, præter iſtorum famulos, qui eum numerum longe ſuperabant. Miniſtros deinde ſacrorum ſemper habuit ſecum ad. 63. videlicet capellæ ſuæ Decanum, Subdecanum item, Symphoniacum, Archimuſicum, Cantores 35. (ſcilicet clericos 13. laicos 12. & pueros 10.) ædituos porro 4. præter ſacellanos (viros eruditione per totam Angliam præſtantiſſimos) 16. atque crucigeros 2. columniferoſque totidem. Sed nihil eſt quod perinde magnitudinem opum & potentiæ eius oſtendat, ac ſtructuræ quas reliquit magnificentiſſimas, & plus quam Regias. Principem locum inter eas iure ſibi vendicant collegia, vnum Ipſuici cœptum extrui (quod iam dudum euanuit) & alterum Oxoniæ. Cumque paulo antequam illa inchoaret, ſeptem viris doctiſſimis ſtipendia aſſignaſſet ampliſſima, vt artes totidem Oxoniæ profiterentur; his in collegio ſuo ibidem ſedem deſtinauit & ducentis præterea ſtudioſis ibidem alendis. Verum antequam opus nobiliſſimum ad vmbilicum poſſet perducere, oppreſſus & ſpoliatus interijt, relicturus aliter abunde vnde abſolueretur. Nam quadraginta cœnobiola Papa & Rege annuentibus, diruerat (via ſic Regi monſtrata ad om-

nium cænobiorum deſtructionem) atque ex illorum prædijs, nec non & alijs à ſe coemptis, plurima congeſſerat latifundia, quibus dicta collegia affluenter dotaret. Hæc omnia cum Regi fuiſſent adiudicata quando ille damnatus eſt; non paſſus Deus opus tam egregium omninò perire; ex ſuo Rex contulit poſtea vnde Decanus, Præbendarij. 8. ſtudioſi etiam centum, pauperes 24. & miniſtri ſacrorum neſcio quot, in eo collegio per Wolſæum ſemiconſtructo alerentur (Vbi etiam Epiſcopalem cathedram paulo poſt collocauit) & appellari præcepit *Collegium Chriſti ex fundatione Regis Henrici octaui.* Vt tranſeam iam ad alia, Palatium Weſtmonaſterienſe (tunc Eboracenſe dictum, quod ad Archiepiſcopum ſpectaret, quodque hodie Regum noſtrorum præcipua ſedes exiſtit) illius ſumptu fere totum exſtructum eſt. Hantoni vero curiam (inter regias noſtrates, omnium, longe elegantiſſimam) à fundamentis ipſe excitauit, & opulentiſſima ſuppellectile inſtructam, Regi (munus vero regium) donauit. Hæc enimuero omnia, imperitorum quorundam iudicio ſuperauit, vnius manſolei ſtructura. Ex ære ſolido imperfectum id monumentum viſitur, in capella quadam eccleſiæ Windeſorenſis, Henrici octaui nomen præferens, quanquam non deſint qui affirment (ſed perperam) ſibi ipſi à Cardinale vt in eo tumularetur deſtinatum.

58. EDWARDVS LEE.

1531. Hen: 8. 23. CVm per mortem Cardinalis annum iam integrum ſedes vacaſſet, ab Henrico Rege eidem præficitur Edwardus Lee ipſi ab Eleemoſynis, ſacræ Theologiæ Doctor, qui in Magdalenenſi collegio Oxoniæ literis operam nauarat, vnde artium Baccalaureus creatus, Cantabrigiam auocatus, cæteris gradibus ſcholaſticis ibidem eſt honeſtatus. Cum magno illo Eraſmo hic congredi auſus eſt, ſed certamine impari. Poſtquam plurimas obijſſet legationes, & Archiepiſcopus huic eccleſiæ annos 13. præfuiſſet, Septembris 13 deceſſit 1544. & in ſua ſepultus eſt eccleſia, vbi epitaphium legitur huiuſmodi: *Edwardus Leus Archiepiſcopus Ebor: Theologus eximius, atque omni literarum genere longe eruditiſſimus*

mus, ſapientia & vitæ ſanctitate clarus, Euangelicæ doctrinæ præconem ſemper agens, pauperibus beneficus, omnibus ordinibus iuxta charus, magno de ſe apud omnes deſiderio relicto, hic ſepultus iacet. Sedit Archiepiſcopus annos paulo minus 13. Obijt Idib. Septembris ætatis ſuæ anno 62. Chriſti 1544.

59. ROBERTVS HOLGATE.

SVb exitum eiuſdem anni (Ianuarij nimirum 16. 1544.) Robertus Holgate ſacræ Theologiæ Doctor, à ſede Landauenſi huc tranſlatus eſt, cum ibi annos 7. præfuiſſet. Monachus quandoque fuerat ex ordine Sempringamio; & cœnobio euerſo, ſacerdotium neſcio quod fertur adeptus, prope locum vbi habitabat Eques quidam auratus, dictus Franciſcus Askew, in Comitatu Lincolnienſi, inter quem & ipſũ lites plurimæ neſcio quibus de rebus iactatæ ſunt: Quas vt perſequeretur, coactus eſt Londinum ſæpe commeare; vbi, vt ſe contra tanti viri potentiam muniret, in numerum ſe cooptari curauit capellanorũ Regiorum & non multo poſt ad Landauenſem Epiſcopatum prouectus eſt, ac mox (ſicuti retulimus) ad Archiepiſcopatum Eboracenſem tranſlatus, Præſes etiam Borealium Angliæ regionum conſtitutus. Fama fertur (quod memoratu puto non indignum) contentionem neſcio quam, iter Equitem antedictum & aliũ quendam exortam fuiſſe, & huiuſce Archiepiſcopi (iam Præſidis) authoritate terminandam. Illum igitur memorem, quantum olim negotij Holgato ſacerdoti pauperculo faceſſiſſet, veritum vehementer, ne ſummo iure ſecum ab eo iam Archiepiſcopo ageretur: Archiepiſcopum vero, regulæ Euangelicæ memorem, malefacta benefactis rependenda; humaniſſime cum illo egiſſe, & cauſam eius (quantum iura permitterent) promouiſſe; amicis, quaſi ioco reddita huius facti ratione, huiuſmodi; multum ſe Equiti debere, qui niſi durius ſecum egiſſet, oportebat ipſum in tenui ſacerdotio ætatem ſuam vniuerſam conterere. Cum annos ſediſſet circiter 8. Maria regnum auſpicante, in Turrim Londinenſem fuit coniectus; vbi cum ſeſquiannum iacuiſſet, exauthoratus eſt, idque (ni fallor) quod vxorem duxiſſet.

1544. Hen: 8. 36.

60. NICOLAVS HEATH.

1553. Mar: 1. CIrca annum domini 1539. Nicolaus Heath, è Cantabrigienſi Academia ſacræ Theologiæ Doctor & Eleemoſynarius Regius, in Epiſcopum Roffenſem conſecratus eſt: A qua eccleſia poſt quadriennium Wigorniam eſt tranſlatus, & ſub Edwardo 6. (anno 1551.) exauthoratus. Maria vero Regina, vt primum regni compos facta eſt, eum non ſolum reſtituit, ſed Walliæ etiam Præſidem conſtituit. Anno deinde ſequenti ad Metropolim Eboracenſem euectus eſt, & Gardinero Wintonienſi defuncto, Angliæ Cancellarius renunciatus. His muneribus ad Elizabethæ vſque Reginæ tempora functus eſt; Illa vero regnum auſpicante, cum reliquis eorum temporũ Præſulibus amotus & in ordinem redactus, reliquum ætatis Chobhamiæ in Comitatu Surreiæ (vbi prædiolum pretio comparauerat) *Deo & bonis ſtudijs* (ſic Camdenus noſter) *ſecurus plures annos vixit, tanta apud Reginam gratia, vt eum ſubinde mira comitate inviſerit.*

61. THOMAS YONG.

1560. Eliz: 3. THomas Yong Legum Doctor, eccleſiæ Meneuenſis Præcentor, in Epiſcopum ibidem conſecratus Ian: 21. 1559. ad hanc ſedem eſt tranſlatus Febr: 20. 1560. ſimulq; Præſes Borealis Angliæ conſtitutus. Sheffeldiæ deceſſit Iunij 26. 1568. & in ſua eſt eccleſia ſepultus. Illo ſedente aula Palatij Archiepiſcopalis Eboraci demolita eſt, quam ingenti ſumptu Thomas ſenior ante annos ferme 500. conſtruxerat.

62. EDMVNDVS GRINDALL.

1570. Eliz: 13. EXauthorato Bonero ſucceſſor datus in ſede Londinenſi Edmundus Grindallus Aulæ Pembrochianæ Cantabrigiæ Præſes, electus Iulij 26. 1559. Cum ſediſſet ibi annos ferme 11. Maij 22. 1570. huc tranſlatus eſt. Hinc vero etiam Cantuariam migrauit anno 1575.

63. EDWINVS.

Digitized by Google

63. EDWINVS SANDS.

NObili ortus familia Edwinus Sands ſacræ Theologiæ Doctor, Aulæ S. Catharinæ Præſes Cantabrigiæ, & eiuſdem Academiæ fuit Procancellarius, quando Northumbriæ Dux cum exercitu illac tranſiens vt Mariam (regni tum primum faſces arripientem) opprimeret, coegit eum non admodum inuitum Ianæ Graiæ (quæ Regina fuerat declarata) cauſam pro concione propugnare: Quod ille fecit tam modeſte ſimul & prudenter, vt Northumbrius officio abunde ſatisfactum ab illo agnouerit, neque tamen aduerſam factionem multum iritauerit. Nam cum rebus mutatis, tam Dux quam ipſe poſtridie in vincula raperentur; Dux paulo poſtea capitali quidem ſupplicio affectus eſt; ipſe vero poſt aliquot menſes, amicorum interceſſione liberatus, in Germaniam vnâ cum vxore profugit, vbi, quoad vixit Maria, delituit, & auſpicante regnum Elizabetha, reuocatus, Wigornienſis Epiſcopus declaratur, conſecratus Dec: 21. 1559. Grindallo deinde ſucceſſit vtrobique, Londini nimirum 1570. & Eboraci poſt ſexennium. Ibi cum ſediſſet annos 12. exceſſit è viuis Aug: 8. 1588. & Southwelliæ eſt tumulatus. Vir neſcio vtrum ſuis virtutibus clarior, an generoſiſſima ſobole fœlicior.

1576. Eliz: 18.

64. IOANNES PIERS.

IOannes Piers ſacræ Theol: Doctor atque ædis Chriſti Oxoniæ Decanus (Magdalenenſis vero Collegij olim Socius) in Epiſcopum Roffenſem anno 1576. conſecratus eſt, & Eleemoſynarius Regius eodem tempore conſtitutus. Inde anno tum proximo Sarisburiam tranſlatus, Eleemoſynarij munus adhuc retinuit. Sandio tandem defuncto ſubſtituitur Eboraci, & diem clauſit extremum ſub exitum Septembris 1594.

1588. Eliz: 31.

65. MATTHAEVS HVTTON.

ANno adhuc eodem non elapſo, menſe Martio ineunte, Matthæus Hutton ſacræ Theologiæ Doctor, primò Collegij

1594. Eliz: 37.

60. NICOLAVS HEATH.

1553. Mar: 1.

CIrca annum domini 1539. Nicolaus Heath, è Cantabrigienſi Academia ſacræ Theologiæ Doctor & Eleemoſynarius Regius, in Epiſcopum Roffenſem conſecratus eſt: A qua eccleſia poſt quadriennium Wigorniam eſt tranſlatus, & ſub Edwardo 6. (anno 1551.) exauthoratus. Maria vero Regina, vt primum regni compos facta eſt, eum non ſolum reſtituit, ſed Walliæ etiam Præſidem conſtituit. Anno deinde ſequenti ad Metropolim Eboracenſem euectus eſt, & Gardinero Wintonienſi defuncto, Angliæ Cancellarius renunciatus. His muneribus ad Elizabethæ vſque Reginæ tempora functus eſt; Illa vero regnum auſpicante, cum reliquis eorum temporũ Præſulibus amotus & in ordinem redactus, reliquum ætatis Chobhamiæ in Comitatu Surreiæ (vbi prædiolum pretio comparauerat) *Deo & bonis ſtudijs* (ſic Camdenus noſter) *ſecurus plures annos vixit, tanta apud Reginam gratia, vt eum ſubinde mira comitate inviſerit.*

61. THOMAS YONG.

1560. Eliz: 3.

THomas Yong Legum Doctor, eccleſiæ Menevenſis Præcentor, in Epiſcopum ibidem conſecratus Ian: 21. 1559. ad hanc ſedem eſt tranſlatus Febr: 20. 1560. ſimulq; Præſes Borealis Angliæ conſtitutus. Sheffeldiæ deceſſit Iunij 26. 1568. & in ſua eſt eccleſia ſepultus. Illo ſedente aula Palatij Archiepiſcopalis Eboraci demolita eſt, quam ingenti ſumptu Thomas ſenior ante annos ferme 500. conſtruxerat.

62. EDMVNDVS GRINDALL.

1570. Eliz: 13.

EXauthorato Bonero ſucceſſor datus in ſede Londinenſi Edmundus Grindallus Aulæ Pembrochianæ Cantabrigiæ Præſes, electus Iulij 26. 1559. Cum ſedilſet ibi annos ferme 11. Maij 22. 1570. huc tranſlatus eſt. Hinc vero etiam Cantuariam migrauit anno 1575.

63. EDWINVS.

63. EDWINVS SANDS.

NObili ortus familia Edwinus Sands ſacræ Theologiæ Doctor, Aulæ S. Catharinæ Præſes Cantabrigiæ, & eiuſdem Academiæ fuit Procancellarius, quando Northumbriæ Dux cum exercitu illac tranſiens vt Mariam (regni tum primum faſces arripientem) opprimeret, coegit eum non admodum inuitum Ianæ Graiæ (quæ Regina fuerat declarata) cauſam pro concione propugnare: Quod ille fecit tam modeſte ſimul & prudenter, vt Northumbrius officio abunde ſatisfactum ab illo agnouerit, neque tamen aduerſam factionem multum iritauerit. Nam cum rebus mutatis, tam Dux quam ipſe poſtridie in vincula raperentur; Dux paulo poſtea capitali quidem ſupplicio affectus eſt; ipſe vero poſt aliquot menſes, amicorum interceſſione liberatus, in Germaniam vnâ cum vxore profugit, vbi, quoad vixit Maria, delituit, & auſpicante regnum Elizabetha, reuocatus, Wigornienſis Epiſcopus declaratur, conſecratus Dec: 21. 1559. Grindallo deinde ſucceſſit vtrobique, Londini nimirum 1570. & Eboraci poſt ſexennium. Ibi cum ſediſſet annos 12. exceſſit è viuis Aug: 8. 1588. & Southwelliæ eſt tumulatus. Vir neſcio vtrum ſuis virtutibus clarior, an generoſiſſima ſobole fœlicior. 1576. Eliz: 18.

64. IOANNES PIERS.

IOannes Piers ſacræ Theol: Doctor atque ædis Chriſti Oxoniæ Decanus (Magdalenenſis vero Collegij olim Socius) in Epiſcopum Roffenſem anno 1576. conſecratus eſt, & Eleemoſynarius Regius eodem tempore conſtitutus. Inde anno tum proximo Sarisburiam tranſlatus, Eleemoſynarij munus adhuc retinuit. Sandio tandem defuncto ſubſtituitur Eboraci, & diem clauſit extremum ſub exitum Septembris 1594. 1588. Eliz: 31.

65. MATTHAEVS HVTTON.

ANno adhuc eodem non elapſo, menſe Martio ineunte, Matthæus Hutton ſacræ Theologiæ Doctor, primò Collegij 1594. Eliz: 37.

Collegij S. Trinit: Cantabrigię Socius, dein Pembrochianę Præſes, qui ex Decano Eboracenſi anno 1589. in Dunelmenſem Epiſcopum fuerat conſecratus, eccleſiæ huic Metropoliticæ præficitur. Ianuario menſe deceſſit 1605. Ad Collegium vbi fuerat educatus nouis ędificijs amplificandũ, hic Præſul centum contulit marcas.

66. TOBIAS MATTHEW.

1606. Iacobi 3.

AVguſti 18 1606. Tobias Matthæus ſacræ Theologiæ Doctor, Epiſcopus Dunelmenſis, huius ſedis Archiepiſcopus legitima confirmatione declaratur. Quem, in ciuitate natum Briſtolienſi, atque ædis Chriſti Oxoniæ alumnum, per multos dignitatum gradus ad hoc faſtigij ſuæ virtutes extulerunt. Fuit namque dicti Collegij primum Præbendarius, mox Decanus, Collegij deinde S. Ioannis in eadem Academia Præſes, ac poſtremo Dunelmenſis eccleſię Decanus; vnde ad præſulatum vocatus, conſecratus eſt menſe Martio 1594. Succenſerem hic mihi, quod de virtutibus noſtri temporis Præſulum prædicandis, ſilentium mihi indixerim, veritus necum cæteris omnibus malignus, tum ijs qui quantum huic viro debeam ingratus exiſtimer; niſi meis verbis laudare prohibitus, ſua mihi amiciſſimus Camdenus ſuppeditaſſet, apud quem meritiſſimum habet hoc elogium, *Virtutum & pietatis ornamentis, erudita fucundia, & docendi aſſiduitate reuerendiſſimum exiſtere.* Non licet hic tacere, quod, quo tempore hæc ſcribimus, Bibliothecam publicam Briſtoliæ, (amoris erga patriam authoramentum) librorum copia molitur inſtruere. Opus hercle egregium, quodque plures vtinam imitentur; cum præ librorum inopia, plurimi tenuioris ſortis Miniſtri tanquam falcibus deſtituti, à ſegete dominica demetenda ſæpenumero detineantur.

Archiepiſcopus Eboracenſis Regi pendere conſueuit pro primitijs 1609^{l}. 19^{s}. 2^{d}. *& Papæ* 10. *millia Ducatorum, præter* 5000. *pro pallio.*

Digitized by Google

DE EPISCOPIS DVNELMENSIBVS.

1. AIDANVS.

INclytus ille & plurimis animi virtutibus (ac pietate præſertim in Deum) Princeps merito celeberrimus, Oſwaldus, cum Northumbrorum regno anno ſalutis 634. fuiſſet potitus; tam de animarũ ſalute, quam de temporalibus ſubditorum commodis ſollicitus; Oratores miſit ad vicinos Scotos, veritatem Euangelicam iam pridem amplexos, petitum ab ijs, vt virum aliquem doctum ac pium ad ſe amandarent, qui popularibus ſuis Chriſtum annunciaret. Poſtulationi æquiſſimæ illi promptiſſime aſſentientes; ablegarunt ad eum bonum quendam virum ſed aſperiori ingenio præditũ, qui cum muneri demandato aliquandiu ſtrenuè incubuiſſet, neque profeciſſet quicquam; reuerſus eſt ad ſuos, barbaram eſſe gentem dicens ad quam miſſus fuerat & doctrinæ non capacem. Male id habuit Scotorum ſeniores; qui rem tantam non temere negligendam exiſtimantes, conuentum indixerunt, vbi, quid iam faciendum anxiè conſultatum eſt. Aderat inter cæteros, Aidanus quidam, vir pius iuxta ac prudens, qui ad ſacerdotem illum conuerſus, modo (vti retulimus) e Northumbria reuerſum, *Videris mihi frater* (ſic habet Beda) *quia durior iuſto indoctis auditoribus fuiſti, & non eis iuxta* 637.

iuxta Apoſtolicam diſciplinam primo lac doctrinæ mollioris porrexiſti, donec paulatim enutriti verbo Dei, ad capienda perfectiora, & ad facienda ſublimiora Dei præcepta ſufficerent. Quo audito, omnium qui conſidebant ad ipſum ora & oculi conuerſi, diligenter quid diceret diſcutiebant, & ipſum eſſe dignum Epiſcopatu, ipſum ad erudiendos incredulos & indoctos mitti debere decernunt, qui gratia diſcretionis (quæ virtutum mater eſt) ante omnia probatur imbutus. Sicq; illum ordinantes, ad prædicandum miſerunt. Veniente ad ſe Epiſcopo, Rex locum ſedis Epiſcopalis in Inſula Lindiſfarnenſi, vbi ipſe petebat, tribuit. (Qui videlicet locus, accedente ac recedente reumate, bis quotidie inſtar Inſulæ, maris circunluitur vndis; bis renudato littore contiguus terræ redditur) atq; eius admonitionibus humiliter ac libenter in omnibus auſcultans, eccleſiam Chriſti in regno ſuo multùm diligenter ædificare ac dilatare curauit. Vbi pulcherrimo ſæpe ſpectaculo contigit, vt euangelizante Antiſtite (qui Anglorum linguam perfectè non nouerat) ipſe Rex ſuis ducibus ac miniſtris interpres verbi exiſteret cœleſtis; quia nimirum tam longo exilij ſui tempore, linguam Scotorum iam plene didicerat. hæc Beda. Epiſcopali munere functus eſt annos 14. toto eo tempore nihil ſummæ diligentiæ ſibi reliquum faciens quo gentem ſibi commiſſam in ſalutis via deduceret. *Doctrinam eius* (inquit Beda) *id maxime commendabat omnibus, quod non aliter quam viuebat cum ſuis, ipſe docebat. Nihil enim huius mundi quærere, nihil amare curabat. Cuncta quæ à Regibus vel diuitibus ſeculi donabantur, mox pauperibus qui occurrerent erogare gaudebat. Diſcurrere per cuncta & vrbana & ruſtica loca, non equorum dorſo, ſed pedum inceſſu vectus (niſi ſi maior forte neceſſitas compuliſſet) ſolebat.* Migrauit ex hac vita Aug: 31. anno 651. mærore confectus (vt videtur) ex interitu Oſwaldi Regis, qui ſuorum perfidia ante dies 12. tum fuerat interemptus. Miracula aliquot ab eo patrata, & alia de hoc viro quamplurima habentur in eiuſdem Bedæ Eccl: hiſt: lib: 3. cap: 3. 5. 14. 15. 16. & 17. Oſſium eius pars in Scotiam aſportata per Colmannum ſucceſſorem, reliqua vero Glaſtoniæ condita, ſicuti Malmesburienſis ſcriptum reliquit.

2. FINANVS

2. FINANVS.

AIdano Episcopo de hac vita sublato, Finanus pro illo gradũ Episcopatus, à Scotis ordinatus ac missus acceperat, qui in Insula Lindisfarnensi sedit ecclesiam Episcopali sedi congruam. Quam tamen more Scotorum non de lapide, sed de robore secto totam composuit, atque arundine texit. Quam tempore sequente reuerendissimus Archiepiscopus Theodorus, in honorem B. Petri Apostoli dedicauit. Sed Episcopus loci illius Eadbertus, ablata arundine, plumbi laminis eam totam, hoc est & tectum & ipsos quoque parietes eius cooperiri curauit. Hæc Beda, qui tum postea narrat, multum illi negotij fuisse cum Scoto quodam qui Romanus appellatus est, & iure quidem, quod Romanorum rituum strenuus esset propugnator. *Nequaquam tamen Finanum emendare potuit* (inquit Beda) *quin potius quod esset homo ferocis animi, acerbiorem castigando, & apertum veritatis aduersarium reddidit.* Obijt anno 661. 651.

3. COLMANNVS.

SCotus porro fuit qui & illi successit Colmannus; qui cum maiorũ morem pertinacissime tueretur; *grauior de obseruatione Paschæ, nec non & de alijs ecclesiasticæ vitæ disciplinis controuersia nata est.* Sic Beda lib. 3. c. 25. qui tum prolixam subiungit narrationem de magno & memorabili certamine inter ipsum ac Wilfridum Eboracensem hisce de rebus, Rege ipso coram, qui victoriæ palmam Wilfrido adiudicauit. Cuius rei indignitate & ignominia commotus Colmannus, assumptis secum suis, qui Pascha Romano more noluerunt celebrare, nec verticem tondere (*nam & hæc quæstio non minima erat*, inquit Beda) præsulatum abdicauit & in patriam reuersus est. 661.

4. TVDA.

INter cæteros qui Colmannum fuerant in Angliam comitati; Tuda (qui pietatis & industriæ specimen sub Colmanno dederat, prædicandi assiduitate vitæque ac morum sanctimonia) rituum, ad ecclesiæ Romanæ normam conformationem 664.

mationem cum probare videretur, ſucceſſor ipſi datus eſt. Cum vnicũ vix annum ſediſſet, peſte ſublatus interijt anno 665.

5. EATA.

655. SCotorum plurimis qui cum Colmanno in Angliam venerant, cum eodem in patriam reuerſis; qui permanſerant reliqui, Mailroſiæ conſederunt (Abbatem ſibi præponentes Eatam) quem locum, Colmanno rogante, Oſwinus Rex eis aſſignauit. Hic, Tuda defuncto, tam Haguſtaldenſis quam Lindiſfarnenſis conſtitutus eſt Epiſcopus, & vtramque ſedem per biennium rexit. Quo temporis ſpacio finito, Haguſtaldenſem Tumberto cuidã reſignauit. Tumberto vero per Synodum Twifordæ congregatam (quam ob cauſam neſcio) exauthorato; Cuthbertus illi ſubſtitutus eſt. Sed Eata cum intelligeret, Cuthberto magis cordi eſſe ſedem Lindiſfarnenſem; relicto illi quem concupierat præſulatu, Haguſtaldenſem ſuſcepit. Anno hæc 684. geſta ſunt; annoque deinde ſequenti, Eata videtur vitam cum morte commutaſſe. Siquidem Ioannes (inter Sanctos poſtea annumeratus, vulgo dictus S. Ioannes Beuerlacenſis) in Epiſcopum illius prouinciæ tum conſecratus eſt. Huic in illa ſede ſucceſſerunt (quod prætermittendum non duxi) hij qui ſequuntur.

709. 2. Acca, anno conſecratus 709. Boſæ, Archiepiſcopi Eboracenſis diſcipulus. Qui vir egregiè doctus, multa ſcripſit à Balæo commemorata. Bibliothecam etiam Haguſtaldæ magna librorum copia inſtruxit, & deceſſit anno 740. Anno interim 732. à ſede ſua neſcio quam ob cauſam vi expulſum ferunt. Dunelmi tumulatus dicitur iacere. Hector Boethius author eſt, Candidæ caſæ Epiſcopum eum extitiſſe. Succeſſerunt illi in prædicta ſede hij quorum nomina ſubiungo.

734. 3. Frithebertus, qui obijt anno 766.

767. 4. Alhmundus, conſecratus Aprilis 24. 767. *Præſul* (vt Houedenus) *eximiæ religionis & magnarum virtutum vir, migrauit ad Chriſtum 7. Id: Sept: 781.*

5. Til-

5. Tilherus.

6. Æthelbertus, ab eccleſia Witternenſi, ſine Candidæcaſæ tranſlatus anno 789. 789.

7. Heandredus, conſecratus anno 797. Woodfordiæ, obijt anno 800. 797.

8. Eanbertus.

9. Tidferthus, Haguſtaldenſiũ Epiſcoporũ fuit poſtremus. Quo demortuo, cum propter tumultus Danicos, Epiſcopatum nemo vellet ſuſcipere; regiones illæ in ditionem ceſſerunt Archiepiſcoporum Eboracenſium, donec poſt aliquot ſecula, Carleoli ſedes Cathedralis conſtituta eſt. Haguſtaldum vero (hodie Hexham appellatum, in Comitatu Northumbriæ ſitum) Romano ſeculo Axelodunum nuncupatum cenſet Camdenus noſter.

6. CVTHBERTVS.

CVthbertus antedictus, Regio dicitur natus ſanguine in Hibernia, patre Muriardacho, matre vero Sabina; quæ Regis neſcio cuius filia, Romam peregrinatione religionis cauſa ſuſcepta, filiolum in cœnobio Mailroſenſi reliquit inſtituendum. Ibi loci multos annos ſub Eata primùm anteceſſore, deinde Abbate Boiſillo tranſegit; cui defuncto ſubſtitutus eſt, & munere ſibi demandato, magna cum ſanctitatis induſtriæque laude perfunctus. Neque vero gregi ſibi commiſſo proſpicere contentus, monaſterio ſæpenumero egreſſus, populis vicinis Chriſtum prædicabat. *Solebat autem ea maxime loca peragrare quæ in arduis aſperiſque montibus procul poſita, alijs horrori erant ad viſendum, & paupertate pariter ac ruſticitate ſua, doctorum arcebant acceſſum. Quos tamen ille libenter, pio mancipatus labori, tanta doctrinæ ſolertia excolebat induſtria, vt de monaſterio egreſſus, ſæpe hebdomada integra, aliquando duabus vel tribus, nonnunquam etiam menſe pleno domum non rediret: Sed demoratus in montanis, plebem ruſticam verbo prædicationis ſimul & opere virtutis ad cœleſtia vocaret. Porro Cuthberto tanta erat dicendi peritia, tantus amor perſuadendi quæ docuerat, tale vultus Angelici lumen, vt nullus præſentium latebras ei ſui cordis celare præſumeret.* Sic Beda. Poſtquam 684.

quam in hoc vitæ genere annos quamplurimos tranſegiſſet; ab Eata Epiſcopo exoratus, Lindisfarnam ſe contulit, vt ibi degens, illius iterum frueretur conſortio. Poſt vero non multum temporis, ſubijt eum cupido eremiticæ vitæ. Quare, inſulam petijt deſertam, quæ Farnenſis appellata, à Lindisfarna 9. milliaribus in Oceano Germanico ſita eſt, & ibi manuum ſuarum labore victum tolerauit, donec ad Epiſcopatum fuit aſſumptus. Electo perſuaderi non potuit vt eremo relicta, tantum oneris in ſe ſuſciperet, donec Rex ipſe in inſulam traijciens, multis precibus hoc ab eo euicit. Conſecratus eſt Eboraci in feſto die Paſchatis anno 684. per Theodorum Cantuarienſem Archiepiſcopum, præſentibus (præter Epiſcopos 6. alios) Egfrido etiam Rege & procerum quamplurimis. Vix biennium in Pontificatu expleuerat, quando eius pertæſus, ſponte abdicauit, eremum Farnenſem cupidè repetens, vbi paulo poſtea vitam finijt Martij 20. qui dies (ipſo inter Sanctos relato) honori eius fuit conſecratus. Cadauer Lindiſſarnæ conditum, Dunelmum poſtea tranſlatum eſt. Si cui cordi eſt miracula ab eo patrari credita & alia quamplurima de illo per Bedâ tradita perlegere; habentur ea ſub finem libri quarti hiſtoriæ eccleſiaſticæ.

7. EADBERTVS.

687. CVm poſt Cuthberti abdicationem annum vnum ſedes vacaſſet, in ſucceſſorem ei conſecratus eſt Eadbertus, qui (ſicut antea retulimus) eccleſiam ſuam plumbo operuit vniuerſam, & tectum nimirum & parietes. *Vir* (inquit Beda) *ſcientia diuinarum ſcripturarum, ſimul & præceptorum cœleſtium obſeruantia, ac maxime eleemoſynarum operatione inſignis.* Poſtquam annos decem præfuiſſet, Maij 6. deceſſit 698. & ſubtus feretrum Cuthberti antecеſſoris fuit humatus.

8. EGBERTVS.

SVcceſſit illi Egbertus, alijs Edferthus, & Egfridus, vir in bonis literis ab ipſa pueritia verſatus; quique illo ævo eruditione eximia clarus habitus, in munere tamen paſtorali ſegnior, à vicino Beda (qui illi fuit contemporaneus) eam ob

ob rem meritò eſt reprehenſus; epiſtola perſcripta mordaci ſatis & aculeata, in qua multa de Chriſtiani præſulis officio tractat; nec non de ſcriptura ſacra in Saxonicam linguam vertenda. Inculcat deinde ibidem, vt Epiſcopus Reges admoneat, pſeudomonachos & importunos monaſteriorum conſtructores, ſi otij ſpe aut glorioſæ potius quam virtutis id fiat, caſtigandos eſſe. Ad quas ſiue reprehenſiones ſiue admonitiones, reſcripſit Gratificationis reſponſa (ſic epiſtolam ſuam appellauit) Egbertus, & inde è ſermone Latino in Angloſaxonicam linguam vertit plures Bibliorum libros. Sic fere Balæus. Obijt anno 721.

9. ETHELWOLDVS.

EThelwoldus, Abbas fuit Mailroſenſis & anno deceſſit 738.

10. KENVLFVS.

AB Edberto Rege captus Kenulfus anno 750. & in vincula coniectus, in arce Bebbenſi diù iacuit concluſus. Deceſſit anno 781.

11. HIGBALDVS.

HIgbaldus annos præfuit 13. & anno 803. fatum expleuit. Illo ſedente, cœnobium Lindisfarnenſe vna cum eccleſia, à Danis ſæpe fuit deuaſtatum. *Quapropter penſato concilio, decretum eſt* (inquit Malmesburienſis) *vt ab inſula illa quæ eſſet maritimorum prædonum hiatibus expoſita, corpora ſanctorum in continentem transferrentur. Tunc beatum magni Cuthberti corpus cum quidam religioſo (vt putabant) furto in Hiberniam tranſuehere ambirent; perdiderunt fructum operæ, dum aut multis diebus ventum operirentur in littore; aut flatu aliquantum concitatiore in altum prouecti, ſtatim repellerentur. Quocirca, cum honore debito, ſacrum corpus apud Bulbeford depoſuere iuxta amnem Twydam*: Vbi tamen diu non quieuit, ad alia atq; alia loca ſubinde deportatum per annorum prope ducentorum ſpacium, quando Aldhunus cathedram ſuâ Dunelmi collocauit. Vti ſuo loco Deo volente enarrabimus.

12. EGBERTVS.

EGBERTVS, Conſecratus Iunij 11. 802. anno deceſſit 819.

13. EGFRIDVS.

AVthor eſt Florentius Wigornienſis, Egberto ſucceſſiſſe Eathoredum, non ſolum à cæteris ſcriptoribus, ſed ab eo etiam ipſo in ſuo Epiſcoporum huius ſedis catalogo, omiſſum; quem igitur & ego porro omittendum duxi. Egfridus certe Lindisfernenſis Epiſcopus anno 845. eſt defunctus.

14. EANBERTVS.

EANBERTVS, obijt anno 854. nonnullis EGBERTVS.

15. EARDVLFVS.

ANno *Elfredi Regis* 13. (inquit Houedenus) hoc eſt anno Chriſti 884. *Gutredo in Regem promoto, ſedes Epiſcopalis quæ prius erat in Lindisfarnenſi inſula, inſtauratur in Ceſtre, quæ antiquitùs dicebatur Cunecaceſtre* (hodie Cheſter vpon the ſtréete) *Ante vero, in augmentum prioris Epiſcopatus, totam terram inter Tine & Teiſeam, præfatus Gutredus & Elfredus Reges, omnium conſenſu, S. Cuthberto perpetuò poſſidendam, addiderunt. Iam enim multò ante defecerat Epiſcopatus Hagustaldenſis eccleſiæ. Sane ad Epiſcopatum Lindisfarnenſem pertinebant antiquitùs Lugubalia id eſt Luel* (Carleolum hodie) *& Northam; omnes quoque eccleſiæ ab aqua quæ vocatur Tweda vſque ad Tinam auſtralem, & vltra deſertum vſque ad occidentem, pertinebant illo tempore ad præfatam eccleſiam, & hæ manſiones, Carnham, & Culterham, & duæ Gedewrde ad auſtralem plagam fluminis Teinete quas Ecgredus Epiſcopus condidit, & Melros, & Tigbre, & Timingham, & Colingham, & Bricgham & Tillemuthe, & Northam quæ antiquitùs Ubbamford dicebatur. Werkwrd quoque ipſius eccleſiæ poſſeſſio erat, donante Rege Ceolwlfo, cum omnibus appendicijs ſuis. Hanc enim manſionem*

ipſe

ipſe Rex abrenuncians mundo, ſecum eccleſiæ Landisfarnenſi contulit, in qua Monachus factus, cœleſti regno militauit. Præterea, memoratus Epiſcopus Egredus, ædificans eccleſiam in loco qui dicitur Geinford, donauit eam S. Cuthberto. Condidit etiam Bellingham & Heorterneſſe & duas alias villas, Veccliff & Wigecliff ad auſtralem plagam fluminis Teiſe, quas S. Cuthberto ad victum eiſeruientium dedit. Similiter & Wdecaſtre & Hwittingham & Edulfingham & Ecwlingham donante Ceolwffo, fuerant antiquitùs S. Cuthberti.

16. CVTHARDVS.

CVTHARDVS obijt anno 915.

17. TILREDVS.

TILREDVS obijt anno 927.

18. WITHREDVS.

WITHREDVS obijt 944.

19. VHTREDVS.

20. SEXHELMVS.

De hijs nihil traditur.

21. ALDREDVS.

Aldredus Cunegeceſtriæ deceſſit anno 968.

22. ALFSIVS.

ALffius vel Elffinus, obijt anno 990. Lindisfarnenſium Epiſcoporum poſtremus

1. ALDWINVS.

ALdwinus (quem nonnulli Aldhunum nominarit) circa annum ſalutis 990. conſecratus eſt. Hoc ſedente, Monachi Lindisfarnenſes, poſtquam bellorum calamitate per annos ferme ducentos à Danis exagitati, incertis ſedibus cum reliquijs S. Cuthberti fuiſſent vagati; Dunelmi

tandem, oraculo (si credere libet) admoniti, consederunt. Sed rem accipe ex libro Dunelmensi. *Comitans sanctissimi patris Cuthberti corpus vniuersus populus in Dunholmum (locum quidem natura munitum, & non facile habitabilem) venit, quem densissima vndique silua totum occupauerat; tantum in medio erat planities non grandis quam arando & seminando excolere consueuerant, vbi Episcopus Aldwinus non paruam de lapide ecclesiam postea construxit. Igitur prefatus Antistes totius populi auxilio & Comitis Northumbrorum Vthredi adiutorio, totam extirpans siluam succidit, ipsumq; locum breui habitabilem fecit. Denique à flumine Coquedo vsque Teisam, vniuersa populorum multitudo, tam ad hoc opus, quam ad construendam postmodo ecclesiam prompto animo accessit, & donec perficeretur, deuotè insistere non cessauit. Eradicata itaque silua, & vnicuique mansionibus sorte distributis; Præsul antedictus, amore Christi & S. Cuthberti feruens, honesto (nec parno) opere inchoauit ecclesiam, & ad perficiendam omni studio intendit.* Hæc fuerunt initia Dunelmensis & ciuitatis & ecclesiæ, quibus indita est appellatio à *Dun*, quod montem, & holm, quod lingua Saxonica insulam amnicam significat, quia Coquedus fluuius per mæandrum in se quasi reductus, montem ab omni fere parte circumluit (quasi insulam molitus) in quo Dunelmum (Anglice Durham) situm est. Filios Ethelredi Regis, Alfredum & (qui postea regnauit) Edwardum (Confessorem dictum) Aldwinus iste erudiebat; & patre eorum per Swanum regno deturbato, illos, vna cum Emma Regina, in Normanniam deduxit, ad Richardum Normanniæ Ducē, Emmæ prædictæ fratrem, anno 1017. Quando redierit, non habeo compertum: Hoc constat, post biennium deinde vitam cum morte eum commutasse, quando dioceſi huic præfuisset annos plus minus 29.

2. EADMVNDVS.

FAto postquam functus est Aldwinus Episcoporum Dunelmensium primus; vacauit sedes per triennium propter bella & tumultus Danicos. Quomodo deinde casu mirabili (vt loquitur Malmesburiensis) Eadmundus, Episcopus,

bus poſtea ſit creatus, ipſum audiamus narrantem. *Electio Præſulum & Abbatum tempore Anglorum, penes clericos & Monachos erat. Defuncta ergo Aidhuno Antiſtite; Clerici conſederant, de rectoris futuri electione conſultantes; nec (vt fit in talibus) quicquam certi, proſchiſmate partium, definientes. Tum Eadmundus (quem nullus accerſendum putauerat) cunctantibus ſuperueniens, conſuetaque vſus facetia; me (inquit) accipite & Epiſcopum facite. Illi omnes, quaſi diuinitùs accenſis ſpiritibus, rapuerunt ex ore eius verbum, quaſi diuinum miraculum, ſtupentemque & dicti pœnitentem (vtpote qui mallet luſum pilæ quam vſum cuculli) Monachum fecerunt, & Regi Ethelredo (qui tunc regnabat) in Epiſcopum ſibi poſtulauerunt. Omine fœlici fuit hæc facta præluſio, vt commemorant indigenæ loci. Regis enim ſerenitas, quod petebatur annuit, & propitia diuinitas quod ſperabatur implenit. Sub eo enim præſule, multum in modum eccleſiæ promeuit proſperitas. Corpus ſanctum delatum Dunelmum, baſilica ibidem à fundamentis conſummata: Multa præterea, quæ nullo vnquam apud ciues euo, fallax conſumet oblinio.* Electus anno 1020. non niſi poſt quinquennium conſecratus eſt. Sedit tum poſtea annos 23. & Gloceſtriæ defunctus anno 1048. Dunelmum corpore delato, ibi extitit tumulatus.

3. EADREDVS.

SEdem Dunelmenſem tum rexit paruo tempore Eadredus, qui 10. duntaxat menſes cum præfuiſſet, mortem obijt.

4. EGELRICVS.

EGelricus Monachus (ſiue ſecundum nonnullos Abbas) Petroburgenſis, Godwyni Comitis opera, ſucceſſor Eadredo declaratus eſt. Eccleſiam ille Cunegeceſtriæ conſtruxit in honorem D: Cuthberti, cuius corpus ibi per annos 113. quieuerat. In fundamentis moliendis, opifices magnam vim pecuniæ effoderunt; vnde Epiſcopus diues admodum effectus, præſulatus opulentiſſimi redditus nihil moratus, Egelwino fratri ſuo Epiſcopatu tradito, ipſe ad cœnobium Petroburgenſe redijt vnde prodierat; idque ædifi-

cijs plurimis ornauit & amplificauit. Viam etiam à Depinga, ad Spaldingum per regionem paluſtrem ducentem, muniuit egregiè, effoſſo aggere, quem calce & arena operuit, (additis in opportnis locis pontibus) vnde nomine indito, Elrich-rode hic agger appellatur. Abdicauit anno 1056. cumque poſtea priuatus, hic loci annos 13. delituiſſet, maieſtatis læſæ reus ſit apud Gulielmum Regem, qui cœnobio extractum, Weſtmonaſterij incarcerauit, donec Oct: 15. 1072. è cuſtodia mors eum emiſit. Sepultus dicitur ibidem in capella S. Nicolai.

5. EGELWINVS.

ANno 1069. (inquit Houedenus) *miſit Rex Gulielmus Northumbris ad aquilonem plagam Tine, Comitem Robertum Cumin. At incolæ omnes in vnam coacti ſententiam, ne alienigenæ dominio ſubderentur, ſtatuerunt, aut illum interficere, aut ipſi omnes in ore gladij cadere. Cui appropinquanti, Dunelmenſis Epiſcopus Egelwinus occurrens, inſidias ſibi præcauere præmonuit. Sed ille neminem hoc auſurum exiſtimans, deſpexit admonentem. Dunelmum itaque cum multa militum manu ingreſſus, permiſit ſuos hoſtiliter vbique agere, occiſis etiam nonnullis eccleſiæ ruſticis. Suſceptus autem eſt ab Epiſcopo cum omni manſuetudine & honore. At Northumbri tota nocte feſtinantes Dunelmum; ſumma vi diluculo per portas irrumpunt, & ſocios Comitis imparatos, vbiq; locorum interficiunt. Atrociter nimis res geritur: Proſtratis per domos & plateas militibus, domum Epiſcopi (in quam Comes fuerat ſuſceptus) aggrediuntur pugnantes. Sed cum non ferrent iacula defendentium, domum cum inhabitantibus concremarunt. Tanta fuit interfectorum multitudo, vt omnia pene vrbis loca replerentur cruore. Nam de 700. hominibus nemo præter vnum euaſit. Hæc vbi Regi Gulielmo innotuerunt, nimia commotus ira, iurauit omnes Northumbrienſes vna ſe lancea peremptorum: Ac mox exercitu congregato, in Northumbriam efferatò properauit animo, eamq; per totam hiemem deuaſtare, hominesque trucidare, & multa alia non ceſſabat agere, ita vt, terra cultore deſtituta, lata vbique ſolitudo pateret, & per annos 9. inter Eboracum & Dunelmum, nuſquam villâ inhabitatâ, beſtia-*

rum.

rum tantum & latronum latibula magno itinerantibus fuerint timori. Egelwinus interim Epiſcopus & optimates populi ſibi metuentes, aduentũ eius præſtolari non auſi, profugerunt ad Ealand, vbi manſerunt donec verno tempore Rege ad Southumbriam reuerſo, poſt tres menſes & aliquot inſuper dies redierunt. Agelwinus vero, videns res Anglorum vbique turbari; exteræ gentis (cuius nec linguam nec mores nouerat) graue ſibi metuens dominium; decreuit, Epiſcopatu dimiſſo, quaque poſſet aduena ſibi prouidere. Hæc (nonnullis interpolatis) Houedenus. Weſtmonaſterienſis vero aliam adhuc cauſam reddens huius conſilij, dicit, *Egelwinus videntem fratrum iniuſtas oppreſſiones*, (Stigandi & aliorum qui præſulatibus ſuis ſpoliati ſunt) *condolentem & zelum Dei habentem, exulaſſe ſpontaneum ab Anglia, volentem oppreſſores vinculo excommunicationis innodare.* ſic ille. Naue conſcenſa, Egelwinus Coloniam iter intendit. Verum nauigare incipientem, tempeſtas orta in Scotiam repulit, vna cum Edgaro, Margareta ſorore eius & alijs Regij generis Anglorum; quos benigne admodum Rex excepit, Margareta poſtmodum matrimonio ſibi ſociata. Cum ibi loci diuturnam moram non feciſſet, ſocietatẽ inijt cum Morkero, Herewardo & alijs Anglis, qui patriam à Normannis oppreſſam grauiter ferebant, ſperantibus, ſi arma ſemel ſumpſiſſent, non defuturos, qui patriæ libertatem vindicaturi, ſe illis magno numero adiungerent. Qua ſpe cum ſe falſos viderent, Elienſi inſula occupata, eam contra Regios duces tempore ſatis longo defenderunt. *Rex tandem ipſe ad locum accedens vnâ cum Buthleſcarlis* (Houedenũ iterum audis) *in orientali plaga Inſula, omnem illis exitum obſtruxit, & pontem in occidentali plaga duum milliarium longum fieri inſſit. At illi vbi viderunt ſe incluſos eſſe, repugnare deſiterunt, & omnes (excepto Herewardo qui per paludes cum paucis euaſit) Regi ſe dediderunt: Qui mox Epiſcopum Abendoniam miſſum, in cuſtodia poſuit, vbi in ipſa hieme vitam finiuit.* Florentius Wigornienſis author eſt, incarceratum ex nimio cordis dolore comedere noluiſſe, adeoque inedia ſimul & dolore abſumptum; cum non deſint qui aſſerant, cibaria illi ſubtracta, vt inedia non ſpontanea, ſed coacta interierit.

6. WALCHERVS.

1071. Gul: 1. 5. SVperſtiti adhuc Egelwino, ſed exauthorato & in cuſtodia detento, Rex curauit ſubſtitui Walterum ſiue Walcherũ, in Leodienſi eccleſia educatum, patria vero Lotharingum. Qui ſecularibus negotijs quam paſtoralis muneris laboribus magis intentus, hoc vnum agere videbatur, vt nummis congerendis opum compararet affluentiam. Quare pretio emit à Rege Comitatum Northumbriæ, & iudicem ſe conſtituens, lites forenſes ipſe audiebat, atque (æquitatis non magna habita ratione) ſic plerunque terminabat, prout ſuis rationibus maxime arbitraretur conducere. Vnde ſe breui temporis ſpatio affatim locupletabat, verum odia popularium in ſe vehementer concitauit, quod ipſi tandem fuit exitioſum, ſicut in hiſtoria ſubſequenti patebit, quam integram tibi ex Florentio Wigornienſi exhibebo. *Dunholmenſis Epiſcopus Walcherus genere Lotharingus, in loco qui dicitur Ad caput capræ* (Romano ſeculo Gabroſentum appellatum Camdenus autumat) *2. Id. May feria quinta à Northumbrenſibus eſt occiſus, in vltionem necis Liulfi, nobilis generoſiq; miniſtri* (qui Algitham, Aldredi Comitis Northumbriæ filiam duxerat vxorem, & à quo Lumlæum Baronem non ita pridem defunctum ſtemma duxiſſe accepi) *Hic namque vir late per Angliã poſſeſſiones multas hæreditario iure poſſedit. Sed quia vbique locorum Normanni inceſſanter ea tempeſtate operam dabant ſuæ feritati; cum ſuis hominibus ad Dunholmum ſe contulit, quia S. Cuthbertum corde ſincero dilexit; quippe cui idem Sanctus (vt ipſemet Aldredo Eboracenſi Archiepiſcopo & alijs viris religioſis narrare conſueuerat) & dormienti & vigilanti perſæpe apparuit, & quæ fieri voluit (vt ſuo fideli amatori) reuelauit. Sub cuius pace, nunc in oppido, nunc in ſuis poſſeſſionibus, quas illis in partibus habuerat longo tempore, degit. Cuius aduentus Epiſcopo Walchero non extitit ingratus, quia eidem Sancto valde deuotus extiterat in omnibus. Idcirco ab ipſo in tantum diligebatur, vt abſq; illius conſilio maiores ſecularium negotiorum cauſas nullatenus agere vellet aut diſponere. Ob quamrem, ſuus Capellanus Leobwinus (quem ita exaltauerat, vt & in Epiſcopatu & comitatu*

Digitized by Google

Sed non sine difficultate videtur ostendere quomodo Dominus Apostolorum, & magister omnium Christianorum, tam parum intelligeret, & tam crassa ignorantia laboraret. Respondeo: Ignorantia Christi, & Apostolorum, non fuit ignorantia simplicium, & idiotarum, sed fuit ignorantia Philosophorum, & Theologorum. Quia Christus, & Apostoli non docuerunt Philosophiam, & Theologiam, sed docuerunt Christianam Religionem, quæ est sapientia simplicium, & idiotarum. Unde Christus ait: Confiteor tibi Pater, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Et Apostolus: Non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles vocati sunt. Sed infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Et ideo Christus, & Apostoli ignorabant Philosophiam, & Theologiam, quia non docuerunt eam. Et ideo Christus, & Apostoli non habuerunt

poſt necem propinqui ſui proxima, non ſolum in domum ſuam Leobwinus familiariter & amicabiliter ſuſcepit; verum etiam Epiſcopus ipſe illum (vt prius) in ſuam gratiam familiamque recepit. Vnde omnes qui ex parte Antiſtitis foris inventi fuerant, primitùs occiderunt, paucis fuga reſeruatis. Quo viſo, vt hoſtium furori ſatisfaceret, propinquum ſuum præfatum Gillebertum (cuius anima querebatur) Præſul de eccleſia iuſſit exire. Quem egredientem, milites repugnaturi è veſtigio ſunt ſecuti. Sed mox ab hoſtibus vndiq; gladijs & lanceis appetiti, in momento ſunt perempti; duobus tantum Anglicis miniſtris propter conſanguinitatem pepercerunt. Hucrſque Florentius. Pariſienſis iam author eſt, *cum ad placita conſueta omnes comprouinciales aduenissent, & de diuerſis iniurijs ſibi iuſtitiam fieri exegiſſent; Epiſcopum nimis crudeliter reſpondiſſe, quod de nulla iniuria vel calumnia ipſis iuſtitiã exhiberet, niſi antea libras 400. optimæ monetæ, numeraſſent. Tunc vnus eorum* (inquit ille) *pro omnibus loquens, licentiam poſtulauit ab Epiſcopo vt ſuper exactione promiſſa poſſet cum alijs conferre; quò habita deliberatione, ipſi poſſet conſultiùs reſponderi. Quare accepta licentia conferendi, cum paulisper ſe ſubtraxiſſent; vnus ex illis, cuius arbitrium omnes expectabant, præcipitanter patria lingua dixit,* **Short read, good read, ſlea ye the Biſhop**: Hoc eſt, ſententia optima hæc breuiſſima, Epiſcopũ occidite. Pergat iam Florentius. *Leobwynum Dunelmenſem Decanum* (non illum huius tragediæ architectum, ſed alium) *quia ſæpius Epiſcopo aduerſus illos multa dederat conſilia, & clericos alios ſtatim vt egreſſi ſunt occiderunt. Epiſcopus autem vt intellexit illorum furorem nulla ratione iri mitigatum, niſi caput & author totius illius calamitatis occideretur Leobwinus; rogauit illũ egredi foras. Sed cum penitus ab illo vt egrederetur extorquere non poſſet; ad eccleſiæ ianuas ipſemet acceſſit, ſibiq; vitam concedi poposcit,* (*pratentũ ramũ*, ſic Malmesburienſis, *præferens*) *Illis verorenuentibus, caput ſuæ chlamidis limbo cooperiens, foras exiuit, & inimicorum gladijs percuſſus occubuit. Dein Leobwinum egredi iuſſerunt: Quo nolente, eccleſiæ tecto parietibuſque ignem ſubiecere. At ille potius vſtulationem quam occiſionem vitam eligens finire; flammas aliquandiù ſuſtinuit. Sed cum ſeminſtus eſſet, exiliuit,*

uit, & fruſtatim conciſus, nequitiæ ſuæ pœnas exoluendo, miſer interijt. Hoc mortis genere Maij 14. 1080. ſublatus perijt, vna cum centum è ſuis qui illum comitati ſunt, Walcherus Epiſcopus ; cuius mortem videbatur prædixiſſe Eadgitha Regina, Edwardi Confeſſoris relicta. *Quæ cum videret eum Wiutoniæ ad conſecrandum duci, caſarie lacteolum, vultu roſeum, ſtatura prægrandem* (ſic Malmesburienſis) *pulcrum* (ait) *hic martyrem habemus ; coniectura videlicet immoderatæ gentis ad præſagiendum inducta.* Interempti corpus, propter multitudinem vulnerum ægrè agnitum, nudum tandem repertum, Monachi Yarrowenſes ſuſtulerunt, & in domo Capitulari Dunelmi ſepulturæ tradiderunt, ſed clanculum, propter metum homicidarum, per vicos vrbis paſſim oberrantium, eo numero, vt in arcem auſi fuerint impetum facere ; vnde repulſi, in fugam ſe coniecerunt. Neque tamen ita potuerunt euadere, vt vitam eorum plerique non infœliciſſimè tandem terminauerint. Rex de hoc tumultu factus certior ; fratrem ſuum vterinum Odonem Cantiæ Comitem, Epiſcopum Baiocenſem, miſit in Northumbriam cum exercitu magno, vt de parricidio tam immani vindictam ſumeret. Quod ille dum ſtudiosè nititur exequi, vniuerſam regionem ad ſummam redigit deſolationem. Qui ſceleris perpetrati ſibi fuerunt conſcij, fuga ſaluti ſuæ conſuluerant. Ex cæteris qui remanſerant, inſontes nonnulli capitali ſupplicio ſunt affecti : Et cæteri pecunia tam grandi mulctati, vt ad ſummam pauperiem inde fuerint redacti. Inter ſeditioſos, accerimus omnium fuiſſe perhibetur Eadulfus quidam cognomento Rus à Comitibus Northumbriæ genus ducens, qui Epiſcopum creditur ſua manu interemiſſe, iſte vero iuſto Dei iudicio à muliere poſtea fertur interemptus ; & quamquam in eccleſia Gedworthenſi ſepultus, tamen exhumatus ad mandatum Turgoti Prioris Dunelmenſis ; à quo etiam omnibus eſt interdictum, ne ſicarij cadauer in quouis loco Chriſtianorum hominum ſepulturæ conſecrato, tumularent. Cæterum Odo, ne ſontibus tantum plectendis eo videretur acceſſiſſe, eccleſiæ Dunelmenſis ornamenta plurima, ac inter cætera pedum paſtorale pretij immenſi, vi erepta ſecum ſuſtulit. Si-

lentio

lentio deinde non eſt prætermittendum, clericos ſeculares à Walchero Dunelmenſi eccleſia eiectos, & Monachos tum primum introductos; Rege Papa, & Archiepiſcopo Eboracenſi id probantibus.

7. GVLIELMVS de S. CARILEFO.

QVando poſt Walcheri cædem Dunelmenſis præſulatus per ſemeſtre vacaſſet; in Epiſcopum ibidem, Nouembris 10. anni antedicti, Gulielmus de S. Carilefo, Abbas S. Vincentij electus eſt, & conſecratus Gloceſtriæ à Thoma Eboracenſi Antiſtite Ianuarij tertio ſequenti, præſente Rege, & plurimis totius regni Epiſcopis. *Qui, oris volubilitate promptus* (Malmesburienſem pauliſper audias) *& potens fuit in ſæculo, maximè ſub Gulielmo Rege iuuiore. Quapropter & amicorum cohorti addictus, & Angliæ prælatus, non permanſit tamen in gratia. Quippe nullis Principis dictis vel factis contra eum exiſtentibus, ab amicitia deſciuit, in perfidia Odonis Baiocenſis & cæterorum ſe immiſcens. Quapropter, victis partibus ab Anglia fugatus, poſt duos annos* (alij dicunt tres) *indulgentia Principis rediit. Epiſcopatu ergo reſumpto, ſedulo agebat, vt in antiquum reſumeretur amorem; ſpectatoque Regis ingenio, quocunque ille vergendum putaſſet, & ipſe vergere. Vnde factum eſt, vt in turbine qui inter Anſelmum & Gulielmũ ſurrexit, maximas contra Archiepiſcopum turbas iſte ſignifer excitaret; ſperans* (*vt aiunt*) *vel alliciendam Regis gratiam, vel ſe pro Anſelmo fore Archiepiſcopum. Sed enim vtroque excidit. Nam non multò poſt, orto inter ipſum & Regem diſſidio, ægritudinem apud Gloceſtriam incurrit. Ibi tunc erat curia; & iuſſus eſt Epiſcopus exhiberi vt cauſam ſuam defenſaret. Cumque reſponſum eſſet infirmitate detineri quo minus veniret: Per vultum Lucæ, fingit ſe inquit Rex. Enimuero ille, uera valetudine correptus, morti appropinquabat. Cumque conſidentes Epiſcopi indicaſſent, vt in eccleſia Dunelmi ſepeliretur quam ipſe magnifice inchoauerat* (nam veteri diruta per Alwynum conſtructa, amplioris multò fundamenta iecerat, à Malcolmo Scotiæ Rege, ſeipſo, atque Turgoto Dunelmenſi Priore, tribus primis lapidibus Iulij 30. poſitis, vel ſecundum quoſdam Aug: 11. 1093.) *reſumptis viribus, hæc verba*

verba ſpirauit; Non placeat Deo, vt pro me mutetur vel minuatur Domini mei S. Cuthberti reuerentia, pro cuius honore, nullus vnquam anteceſſorum meorum in eccleſia humatus eſt. Sed in Capitulo me ponite. Defunctus ergo Dunelmumque delatus, pulchrũ ſuæ induſtriæ monumentum apud Monachos habet, quod & eos congregauerit, & tam libris quam cæteris ornamentis eccleſiam decorauerit; quin & Priorem loci hoc inſigni extulerit, vt in toto Epiſcopatu Decanus & Vicedominus eſſet. Poſtquam Epiſcopus creatus eſt anno vno aut altero, Romam profectus, facultatem impetrauit à Gregorio 7. Pont: Monachos Yarrowenſes Dunelmum transferendi; & quo nouis hoſpitibus locum faceret; clericorum ſecularium nonnullis ibi adhuc à Walchero relictis, de ſacerdotijs alibi proſpexit; atq; Monachis prædia contulit à ſe coempta; quorũ donationes, ſicut priuilegia ab alijs Principibus conceſſa; Dunelmenſi eccleſiæ à Gulielmo primo diplomate regio confirmari curauit. Humatus eſt ab Aquilonari parte domus Capitularis, è regione Walcheri; Turgoto Dunelmenſi olim Priore (poſtea vero S. Andreæ in Scotia Epiſcopo) medium locum obtinente.

8. RANVLFVS FLAMBARD.

POſt mortem Gulielmi, vacauit Epiſcopatus annos tres menſeſque 4. Quem tandem Rex contulit Ranulfo cui- 1099. Gul: 1.13.
dam, non tam quod tanto præſulatu eum dignum, quam quod dignum exiſtimaret, quem (quanquam bipedum nequiſſimum) ob plurima ſibi præſtita obſequia remuneraret. Ab hoc tamen homine tam vtili & gratioſo, mille libras accipere non eſt veritus, vt ad hunc eum promoueret præſulatum. Capellanus hic fuerat Mauritij Londinenſis Epiſcopi, qui plurimi eum facere viſus eſt, ſed non tanti, vt Decanatu eccleſiæ ſuæ vacante eum voluerit donare. Quod ille ferens ægerrimè, indignabundus eum reliquit, & neſcio quibus artibus in aulam irrepſit. Homini vafro, ingenioſo, facundo, quique honeſtatem ex vtilitate ſemper conſueſſet metiri, difficile non fuit fere quicquid vellet conſequi, apud Principẽ & auariſſimum ſimul & luxurioſiſſimum, Gulielmum ſecundum

cundum (quem Rufum cognominamus) cui nullum genus lucri ſuauius viſum, quam quod ex ſacrilegio proueniret. Gratiam igitur regiam huiuſmodi commento primum eſt promeritus. Præſulatus vacantes, (tam Abbatias putà quam Epiſcopatus) elocandos dicebat impigris hominibus, qui ſua curantes impenſius quam miniſtri Regij aliena, multò plura erant corraſuri, quam fiſco hactenus fuiſſet illatum. Placuit conſilium: Et licitatoribus ad mercimonium tam in honeſtum rariùs confluentibus, locationes omnes ſolus Ranulfus conſequutus eſt. Magnam hinc nummorum vim Regi coaceruauit, ſeque etiam ſimul abundè locupletauit. Vnde Rex conijciens, alijs etiam in rebus operam eius inutilem non futuram; collaudata hominis induſtria, ad alia itidem atque alia munera eum quotidie promouit, donec tandem totius regni procurator (ſic loquitur Malmesburienſis) effectus eſt. Vnde illam omnem authoritatem videtur conſequutus, qua hodie potiuntur Cancellarius, Theſaurarius, & neſcio quot alij. Hac ille intemperanter admodum abuſus eſt; nil penſi habens quem offenderet, modo vel ſe vel Regem locupletaret. Sic nimirum Malmesburienſis. *Si quando edictum Regium proceſſiſſet vt nominatum tributum Anglia penderet, duplum adijciebat; ſubinde ridente Rege ac dicente, ſolum eſſe hominem qui ſciret ſic agitare ingenium, nec aliorum curaret odium dum modo complacaret dominum.* Quibus rationibus, magnam inuidiæ molem contra ſe concitauit. Vnde crebræ aduerſus eum accuſationes, quibus Rex ſemper aures habebat occluſas. Hac igitur non ſuccedente, alia aggrediuntur via. Fraude circumuentum inimici ſtatuunt occidere. Mittitur qui nunciet, Mauritium Epiſcopum Londinenſem animam agentem, ipſius vehementer expetere colloquium, & cymbam ideo miſiſſe quæ illum ad ſe deducat. Ille nihil ſuſpicatus doli, paucis comitatus, nauiculam ingreditur & ad nauem velit nolit deportatur in anchoris ſtantem, paratam ad enauigandum. Inſidias vt primum ſenſit, ſigilla Regia abiecit in mare; tumque ad preces conuerſus, minis nonnunquam intermixtis, nonnunquam etiam pollicitationibus; à cœpto curſu auertere illos annisus eſt.

Verum

Verum illi, morituri minis, perfidi promiſſis contemptis & irritis; nautarum duobus præcipiunt, vt vel fuſte cerebrũ illi protinus diſpergant; vel in mare præcipitatum, quoquo modo, certe tollant è medio, ſceleris præmium veſtes habituri. Placet conditio; nec iam aliud quicquam moratur quo minus mãdata perficiant, niſi quod de prędmij diuiſione non poterat inter homicidas conuenire, cum veſtẽ eius ſupremã valde pretioſam, cæteræ (ſatis viles) nullo modo æquarent. Dum ea de re altercantur, tempeſtas ingens derepente eſt exorta, quæ effracto vi venti malo & rudentibus diruptis, ad locum inuitos repulit vnde primum ſoluerant. Intera vero ſalutis propriæ ſollicitudo, alienæ vitæ tollendæ cogitationẽ excuſſit. Neque deerat ſibi Ranulphus, homo facundus & animi ſatis magni, rogare, monere, hortari, pollicitari, terrere, allicere, omni denique ratione perſuadere, ne ſanguine ſuo manus velint cruentare, ac iam præcipuè, quando immiſſa tempeſtate, Deus, tanti ſceleris debitam pœnam mox luendam, quaſi ante oculos repreſentaſſe videbatur. Sed illi, quo magis littori appropinquabant, tanto periculoſius exiſtimabant à nece eius temperare, quem non dubitabant, vt primum terram attigiſſet, ſceleris vel attentati ſumpturum ſupplicium. Flectebantur attamen paulatim eorum animi; ſic vt tandem exurgeret inter eos quidam non infimæ authoritatis, qui Geraldum (agminis ducem) hortaretur, monenti Deo obtemperare, atque ſibi decretum diceret, Ranulphum aut tueri, aut cum illo ſimul interire. Sic omnibus perſuaſum, vt ad terram appellentes, Ranulphum ad ſuam domũ deducerent. Giraldus tamen in exilium ſponte profectus, in Angliam poſtea reuerti nunquam eſt auſus. Sic Ranulpho, poſtquam facundæ ſuæ Muſica tanquam alter Arion marinas iſtas belluas excantaſſet, ac periculum vnum per aliud euaſiſſet, Themiſtocleum illud vſurpare licuit, *Periſſem niſi periiſſem.* Paulo tum poſtea quam reuerſus eſt, Iunij videlicet 4. 1099. in eccleſia Paulina Londini, in Epiſcopum Dunelmenſẽ eſt conſecratus. Ibi vix dum conſederat, quando Gulielmus Rex inter venandũ, ſagittæ in ceruum emiſſæ ictu fortuito, interemptus eſt. Henricus tum frater & ſucceſſor

ceſſor eius, accuſationū victus multitudine, nouitium Epiſcopum in Turrim Londinenſem coniecit, vnde corruptis cuſtodibus, breui poſtea euadens in Normanniam profugit. Author eſt Malmesburienſis, *ſollicitato per nuncios dapifero ſuo, funem ſibi afferri impetraſſe. Funem* (inquit ille) *miniſter aquæ baiulus (proh dolor) amphora immerſum detulit; quo ille de muro ad terram demiſſus, ſi læſit brachia, ſi manus excoriauit, parum curat populus.* In Normanniam (vti dixi) euadens, ſub initium Februarij 1101. Roberto Duci, Henrici Regis fratri natu maiori, ad regnum à fratre minori occupatum anhelanti, calcaria addidit. Cuius conatus irritum ſucceſſū legat qui volet in Annalibus noſtris. Quamdiù vixerit in exilio non comperi. Haud longo ſane tempore, quantum conijcio; quia plurima poſtea non parui momenti effecit. Muros nauis eccleſiæ ſuæ ad tectum vſque perduxit: Reliquias S. Cuthberti in nouam hanc eccleſiam tranſtulit, & feretro condidit pretioſiſſimo. Vrbem muniuit ac mœnibus cinxit: Ædes quam plurimas eccleſiæ ſuæ vicinas, pecunia ſua coemptas diruit, tanquam maieſtati eccleſiæ propinquitate officientes, & periculum incendij, ſi forte conflagrarent, minitantes. Aggeres ad Ripam Weræ fluminis per ſpatium longiſſimum iaciebat. Caſtrum Norhamenſe in cacumine montis iuxta Twedam fluuium conſtruxit, prout etiam Hoſpitale apud Kepar & pontem de Framnoldgate. Prioratum de Motſford prope Wintoniam primus fundauit, & Canonicis repleuit atratis, quod ſuppreſſionis tempore annuum cenſum colligebat ad 167l. 15s. 8d. ob. Denique apud Ædem Chriſti in Comitatu Hantonienſi, collegium (cuius quandoque fuerat Decanus) redditibus ditauit, ædificijs non paucis auxit & amplificauit. Annos cum ſediſſet plus minus 29. Septembris quinto deceſſit 1128.

9. GALFRIDUS RUFUS.

1128. Hen: 1. 29. GAlfridus cognomento Rufus Angliæ Cancellarius, in Epiſcopum Dunelmenſem conſecratus eſt Auguſt: 6. 1128. Cum annos huic ſedi 12. præfuiſſet, Maij 6. 1140. debitum naturæ perſoluit. Arcē Aluertonenſem hic dicitur con-

conſtruxiſſe, & conſtructam dono dediſſe nepoti cuidam ſuo (filio forſitan) qui neptim quandam Comitis Albemarliæ duxerat in vxorem.

10. GVLIELMVS de S. Barbara.

SVcceſſor illi deſignatus Gulielmus de S. Barbara Decanus Eboracenſis (homo pius & religioſus) per Henricũ Wintonienſem Epiſcopum Legatum Pontificium, conſecratus eſt Iunij 20. 1143. & cum præſulatus annum decimum nondum expleuiſſet, diem clauſit extremum Nouembris 14. 1152. 1143. Steph: 8.

11. HVGO PVSAR.

HVgo Puſar, dictus etiam Pudſey & de Puteaco, Eboracenſis eccleſiæ Theſaurarius & Wintonienſis Archidiaconus, propter nobilitatem generis (erat enim Stephani Regis ex ſorore nepos) ad Pontificatum Dunelmenſis eccleſiæ electus eſt, *Henrico Eboracenſi Archiepiſcopo (ad quem ſpectabat conſecratio eius) plurimum obnitente, atq; obtendente* (vt loquitur Newbrigenſis) *& minus Canonicam electi ætatem, & minus probatam morum eius grauitatem.* Romam igitur, electus, vna cum eligentium præcipuis aliquot profectus eſt, conſecrationem ibi, quam domi non poterat, impetraturus; Archiepiſcopo etiam procuratorem ſuum mittente, qui (vt loquitur idem Newbrigenſis) *& electioni contrairet, & conſecrationem impediret*, quod illi factu difficile haud fuiſſet futurum, niſi oportune ſub id ipſum tempus mortem obijſſent & Eugenius Pontifex, qui (vt ſupra memorauimus) eiuſdem Archiepiſcopi apud Clareuallem fuerat condiſcipulus, & ipſe paulo poſtea Archiepiſcopus, amicum veterem breui temporis interuallo ſequutus. Sine magno tum negotio conſecrationis gratiam à nouo Pontifice Anaſtaſio adeptus eſt, ſacris Epiſcopalibus ab ipſo Papa initiatus, Decembris 30. 1153. Annos totos 42. huic eccleſiæ præfuit; quo temporis ſpatio multa fecit memoratu non indigna. Ædes aliquot Epiſcopales in Mannerijs ſuis, partim de nouo conſtrnxit, partim refecit collapſas ac nouis 1154. Hen: 2. 1.

auxit ædificijs. Et Derlingtonæ quidem,non ſolum domũ, ſed & eccleſiam à fundamentis excitauit. Prioratum Finchalenſem fundauit, habentem in redditibus annuis ſuppreſſionis tempore, 146^{l}. 19^{ſ}. 2^{d}. & leproſis 65. ac ſacerdotibus aliquot, ptochotrophium Sherbornæ, ad orientalem plagam vrbis Dunelmenſis (cuius annuus cenſus eodem tempore fuit 135^{l}. 5^{ſ}.) & hoſpitale itidem aliud Aluertonæ, cuius reddituum rationem non reperi initam. A Richardo primo Rege, Sadburiam ſua emit pecunia & ſucceſſoribus reliquit. Pontem Elnetenſem conſtruxit, nec non & ædificium perpulchrum ad occidentalem partem eccleſiæ Dunelmenſis, quod Galilæam nuncupamus, vbi Venerabilis Bedæ oſſa collocauit. Reliquam iam vitam eius depingat tibi, ſcriptor (vt illa ferebant tempora) egregie diſertus, Neubrigenſis. *His diebus* (inquit ille) nimirũ Martij 3. 1194. ſtylo Anglicano, *Hugo Dunelmenſis Epiſcopus extrema ſorte defecit, anno ſacerdotij ſui quadrageſimo ſecundo. Et quidem electorum Pontificum, quibus dignus non erat mundus, paucos raro legimus tanto tempore officio functos. Noſtri autem temporis Epiſcopis mundus non eſt crucifixus, ſed infixus, neſcientibus cum Propheta dicere, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt; quibus etiam productius in illa excellentia tempus videtur; tantuſq; hos cum ſuas vel diuitias vel delitias deſerere cogunt ur, torquet dolor, quantus illis dum affluerent, hæſit amor. Dicitur autem Epiſcopus ille, neſcio vnde deceptus, dum in proſperis ageret, tam annoſam ſibi prophetaſſe ætatem, vt audientibus plurimis pronunciaret, ſe oculis ſenio caligantibus, annos decem in cæcitate acturum.* Habeo authores, ac in primis Pariſienſem (quod Neubrigenſem vel latuiſſe, vel cognitum diſſimulaſſe, miror) *prædictum illi à Godrico quodam Eremita, futurum, vt ſeptem annos cæcus viueret; ideoq; maxima ſollicitudine medicorum, oculis medicinas conſeruatiuas adhibuiſſe, vt tam viſu quam vita diuturniore frueretur*, Godricum vero de cęcitate mentis non corporis, loquutum, voluit credere. Pergat iam Neubrigenſis. *Mundo iam ſecurus incubans* (inquit ille) *extremis ex improuiſo vrgentibus, huius fatua prophetia certum dat experimentum. Sane vtrum in hoc aliquis eum*

quaſi

quaſi diuinando deluſerit, an ipſe abundans in ſenſu ſuo, ex conſideratione bonæ valetudinis, vitam ſibi longiorem pollicitus fuerit, incertum eſt. Quippe vſque ad ſeptuageſimum annum quo deceſſit, ſoſpes & vegetus vixiſſe perhibetur: Homo in terrenis diſponendis prudentiſſimus, & ſine multis literis eloquentiſſimus, pecuniarum ſitientiſſimus, earumq; ſcientiſſimus quærendarum. Spirituali potentia ſiue excellentia non contentus, ſecularem ambiuit, & multa eccleſiaſtica pecunia (religioſis potius vſibus applicandæ) iactura, quæſiuit ſibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra. Caſtellorũ inſtructioni, atque inſignium in locis plurimis ædificiorum fabricæ deditus; quo plus ſtuduit ædificare in terra, eo remiſſius ædificare curauit in cœlo. Hic nimirum ob ſolam generis nobilitatem, ex ſecularis vitæ illecebris in ætate minus canonica ad Epiſcopatum aſſumptus, ſtudioſe impleuit illud Salomonis, Omnia quæ deſiderauerunt oculi mei non negaui illis, nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur. Cumq; opibus plerumq; non parceret, ſed multo ſtudio congeſta, ne quid magnis animi ſui conceptibus deperiret, indiſcretè effunderet; aliàs tamen plus erat congregans quam diſpergens. Leproſis indulgentior, nobile illis xenodochium non longe à ciuitate Dunelmenſi, profuſa quidem, ſed tamen ex parte minus honeſta largitione conſtruxit. Alieni quippe iuris non modicum huic deuotioni per potentiam applicans, dum propria ſufficienter impendere grauaretur. Sane cum poſt plebis Chriſtianæ in Oriente excidium, Chriſtiani principes, multuſq; populus characterem dominicum ſuſcepiſſet; ipſe quoque eiuſdem pia deuotionis conſors eſſe voluit. Denique in capite ieiunij ſignum Domini ſolemniter ſumpſit, & pro caſtigandis peccatis ſuis ſub veſte exteriori durum cilicium celauit, quo tamen diù vſus non eſt. Porro vt abijciendi etiam ſacri characteris occaſio non deeſſet; tepide rogatus à Principe, publicæ adminiſtrationis ſollicitudinem minime recuſauit; ac deinde ab eodem callide inductus, appenſa illi vniuerſa pecunia quam in ſumptus longiſſimæ peregrinationis congeſſerat, Comitatum Northumbriæ comparauit. Quo facto, & Rege in Orientem profecto; à ſacro tandem charactere humerum liberauit, ac geminato honori (Epiſcopus ſenior Comeſq; nouitius) incubans, potentiam ſuam & gloriam vſq; ad eiuſdem Principis re-

ditum magnificè ostentauit. Cum autem eius de captiuitate Alemannica in regnum regressi, faciem minus sibi arridentem notasset; non aliter eum quam resignato Comitatu (quem graui summa emerat & spacio breui possederat) placari posse credidit. Non tamen vel sic placare eum potuit, quem nimirum exactionibus importunis postmodum grauem sensit, credentem scilicet, tanti Episcopi sacculos non facile posse exhauriri, præsertim cum ille pro redimendo Comitatu (quem olim frustra emerat) in multa quantitate pecuniam nouam offerret. Proinde Regi in transmarinis partibus constituto, & oblatam quidem pecuniam authoritate Regia exigenti, non tamen Comitatum reddenti; per responsales & munera supplicauit, vt vel mediante ipsa pecunia Comitatum redderet, vel non reddens ab exactione cessaret. Rex autem callidè (vt olim) hominem palpans literis reuerentia plenis, mandauit, vt oblatam summam appensurus, Lundonias accederet, & tanquam pater patriæ cum Archiepiscopo Cantuariæ, totius regni moderator de cætero resideret. Qua gratia exhilaratus Episcopus, Lundonias iter arripuit. Veniensq; ad villam propriam quæ dicitur Craet, Dominica qua mos est sacerdotibus caput Quadragesimalis ieiunij solenni esu carnium prævenire; ibidem supra virtutem corporis semis, ingurgitauit se epulis, dum miser (cui nil sapit) venter, per saporum illecebram de numerositate ferculorum vsq; ad grauamen proprium susciperc cogeretur. Cumq; per vomitus vitio crapulæ mederi voluisset; eo ipso afflictus est magis. Ab illo ergo die sensim deficiens; obstinato tamen animo progressus est itinere dierum aliquot vsq; Doncastrum. Nec vlterius (excrescente incommodo) reluctari valens, itinere liquido circa primam Dominicam Quadragesimæ delatus Houedenam, ibidem decubuit. Et cum ingrauescente molestia iam desperaretur; amicis qui aderant suadentibus, testamentum condidit; & pro tempore faciens fructus vel sera pœnitentiæ; sensu quidem doloris modico (sicut ipse fatebatur) sed defectu paulatim serpente, & tandem prævalente, vitam finiuit. Illo autem mortuo & Episcopatu illicò per ministros Regios in fiscum redacto: idem omnia secreta eius scrutantes, quicquid repertum est, Regijs applicuere commodis. Sed nec ministri & familiares eius euasere quæstionem, qui nimirum iussione Regia, tanquam subtractores bonorum eius, districtæ discussioni

cussioni addicti, pro viribus quisq; substantiæ suæ satisfacere sunt compulsi. Sane memoratus Episcopus, dum adhuc Eboracensis ecclesiæ esset Thesaurarius, paulo ante Episcopatum, diuersis ex matribus tres spurios fuderat, nec tamen hoc vel ipsum diuini respectu iudicij ab Episcopatu ambiendo terruit, vel electionem eius (quod & Canones remissiùs, & homines indiscretius agerent) impediuit. Episcopatum nactus, suscepta sobolem, per illecebram carnis affectus, studuit ad diuitias & nomen grande prouehere. Porro in Episcopatu sobolem non procreauit. Primogenitus eius, nobiliori matre procreatus, secularem militiam plus amauit. Sequens vero, cum Archidiaconatu Dunelmensi, ecclesias plurimas, ad vsum magis deliciarum quam vtilitatem animarum, paterna prouisione possedit. Tertius autem (quem pater teneriùs diligebat) multâ eius operâ & impensâ, Regis Francorum Cancellarius, immatura morte paternum verberauit affectum. Medius quoque filiorum, patri superstes relictus, in multa fœlicitate terrena; ab eius discessu mense sexto, eiusdem fœlicitatis vanitatem atq; fallaciam, patrem sequendo probauit. hactenus Neubrigensis. Filius istius Episcopi natu minimus, ille est (ni fallor) quem Houedenus Comitem Barrensem appellat, & Adeti in Gallia anno 1189. defunctum, in Galilæa antedicta à patre constructa dicit tumulatum. Ad ipsum quod attinet Episcopum, in domo Capitulari, Dunelmi humatus perhibetur.

12. PHILIPPVS PICTANIENSIS.

DE successore Hugonis, sic Neubrigensis. *A morte Episcopi antedicti anno expleto, & Episcopatu per officiales Regios multifariam spoliato; accepit eandem sedem nutu Regio Philippus, genere Aquitanus. Cum enim esset idem circa Principem multo tempore sedulus, laborum particeps, & conscius secretorum; tanquam de se optime meritum, præclare remunerari idem Rex voluit.* Electus est Dec: 30. 1195. & paulò postea Legatus Romam missus vna cum Gulielmo de Longo-campo Elienſi Episcopo, (qui antequam illuc perueniret obijt in itinere) ibi loci consecratus est Maij 12. 1197. Anno deinde 1200. peregrinationem religionis ergo Compostellam vsq; 1197. Ric: 1. 9.

ſuſcepit. Ioanni Regi hic ſuaſor extitit præcipuus, vt excommunicationes Pontificias nihili penderet. Quod Papa vt inaudiuit, ipſum vna cum Rege, anathematis fulmine percuſſit. Non dum abſolutus, diem obijt extremum Aprilis 22. 1207. & per laicos ſine vlla exequiarum pompa, in cœmiterio eſt humatus. Huic Richardus Rex monetæ cudendæ facultatem conceſſit, atque vt officinam monetariam Dunelmi haberet, permiſit.

13. RICHARDVS de MARISCO.

1217. Hen: 3. 1.

VIdetur iam ſedes diù vacaſſe. Richardū namq; de Mariſco Angliæ Cancellarium, Sarisburienſem Decanum & Northumbriæ Archidiaconum (qui multos annos in obſequijs aulicis tranſegerat) Gualo Legatus Pontificius, huic Epiſcopatui ingeſſit, & ab Archiepiſcopo Eboracenſi conſecrari mandauit Iunij 22. 1217. annos totos decem poſt Philippi obitum. Durante vacatione, Morganum quendam Præpoſitum Beuerlacenſem, à Dunelmenſibus Monachis electum comperi, quem Ioannes Rex genuerat ex coniuge equitis cuiuſdam aurati, Radulphi Bloet vel Bluet. Cum igitur ſpurius eſſet, ideoq; iuxta Canones eccleſiaſticos Pontificatus incapax; vt hunc obicem remoueret, oportebat diſpenſationem Romæ petere. Papa vero ad eam rem non nimium propenſus, vt ſe Equitis filium mentiretur hortatus eſt. Id modo vellet facere, conſecrationem non abnuebat. Electus vero generoſa voce profeſſus, nullum eſſe honorem tam magnum quem Regij ſanguinis nobilitati non poſtponeret; Præſulatu excidit, & in Præpoſitura antedicta (vt puto) conſenuit. Ad Richardum iſtum quod attinet, homo dicitur fuiſſe prodigentiæ tam profuſæ, vt Monachi Dunelmenſes metuentes, ne tam ſuas quam Epiſcopales opes decoqueret: In ius vocatum, vt modum ſumptibus imponeret vi cogere nitebantur. Qua in re opinione ſua multum falſi ſunt. Ille ſiquidem priſtinæ profuſioni non parum etiamnum adiecit litigationis ſumptibus. Anno 1226. paulo poſt Paſcha, vt lites perſequeretur, Londinum iter ſuſcepit, magna iuriſperitorum caterua ſtipatus. In cœnobium vero Petroburgenſe

Petroburgenſe diuertens (vbi honorifice ſatis eſt exceptus) veſpere cum optime valens quieti ſe dediſſet, mane à cubicularijs mortuus eſt repertus. Repentina ſic morte deceſſit Maij primo; æris alieni ſucceſſoribus onere relicto, quadraginta millium marcarum. Tumulo eius Epitaphium huiuſmodi à Monacho quodam Dunelmenſi inſcriptum ferunt; etſi non deſint, qui Gulielmum de Marchia Bathonenſem & Wellenſem Epiſcopum eo contendant honeſtatum.

Culmina qui cup- laudes pompaſq; fit- t.
Eſt ſedata ſ- ſi me penſare vel- 3
Qui populos reg- memores ſuper omnia ſ- } *itis,*
Quod mors imm- non parcit honore pot- itis.
Vobis præpoſ- ſimilis fueram bene ſc-
Quod ſum vos er- ad me currendo ven- ℓ

14. RICHARDVS POORE.

HEnrico tertio Regi fuit quidam à ſacris, Lucas appellatus. Hunc magna vi Dunelmenſibus obtruſit vt in Epiſcopum eligeretur; deierans ſubinde, per totum ſeptennium Antiſtite carituros, ſi hunc ſibi præficere abnuerent. Illi vero tanto præſulatu hominem cognoſcentes indignum; Gulielmum quendam cognomine Scotum, Archidiaconum Wigornienſem, ſuffragijs ſuis Epiſcopum declararunt, virum grauiſſimum iuxta doctiſſimumque & capellanum itidem Regium. Rex attamen pro Luca ſuo repulſam ſe paſſum indignatus; electionem noluit probare; cumque Romam Scotum intellexiſſet profectum, vt ibi conſecrationem impetraret; Romam & ipſe oratores miſit (Epiſcopum nempe Lichfeldenſem & Priorem Lanthonienſem) qui paruo negotio effecerunt, vt bonus vir ſperato præſulatu excideret. Poſt annum tandem vnum aut alterum, Rege annuente electus eſt Richardus Poore, Sarisburienſis Epiſcopus, ob plurimas animi virtutes, vir merito celeberrimus. Decanus hic primum Sarisburienſis, in Epiſcopum Ciceſtrenſem anno 1215. conſecratus eſt, ac inde Sarisburiam 1217. atque Sarisburia Dunelmum 1228. tranſlatus. Ciceſtriæ dum ad- 1228. Hen: 3. 12.

huc ſederet, ab eccleſia Wintonienſi Amportam pecunia emit numerata, & illi ſedi reliquit. Sarisburienſes vero memoriam eius ſanctiſſimam habent, quod ſedis à veteri Sarisburia ad nouam transferendæ author, baſilicæ nobiliſſimæ ſtructuram ibi fuiſſet exorſus, qua de re ſupra inter Sarisburienſes plura à me perſcripta ſunt. Illinc etiam antequam migraret, cœnobium monialibus fundauit Tharentæ in Comitatu Wiltonienſi, ac Reginæ donauit, quæ ibi loci ſe mandauit humari. Ptochotrophium deinde ſiue Hoſpitale pauperibus iuxta collegium Vauxenſe poſuit Sarisburię, habens in redditibus 25l. 2ſ. 2d. Hunc Pariſienſis appellat, *eximiæ ſanctitatis ac profundæ ſcientiæ virum*, & exitum eius admirabilem fœliciſſimumque his verbis depingit; *Imminente hora ſuæ diſſolutionis, videns Epiſcopus quia venit hora quod tranſiret de hoc mundo: ſermonem ſolennem populo fecit conuocato, obitumque ſuum nunciauit imminere. Et cum in craſtino morbus ingraueſceret, iterum conuocato populo, ſermonem replicauit, valedicens omnibus, veniamque ſi quem offenderat poſtulando. Tertia vero die conuocata familia, & illis præcipuè quibus tenebatur in ſoluenda clientela, diſtribuit quæ ei videbantur rationabiliter diſtribuenda, cuique ſecundum meritum ſuum. Et cum certa deliberatione cunctis diſpoſitis & conſummatis & amicis ſingulatim ſalutatis, ſerò dicens completorium, cum diceret verſum iſtum (In pace in id ipſum dormiam & requieſcam) Epiſcopus ipſe in Domino fœliciter obdormiuit.* Sic igitur (vt præfertur) deceſſit Aprilis 15. 1237. poſtquam ingens illud debitum ab anteceſſore contractum diſſoluiſſet, & Tharentæ in Monialium cœnobio à ſe conſtructo voluit tumulari.

15. NICOLAVS de FERNHAM.

1241. Hen: 3. 25. PAro defuncto, Monachi Dunelmenſes inuito ac refragante Rege, Thomam eccleſiæ ſuæ Priorem in Epiſcopum elegerunt, & conſecrationē à Pontifice impetrandam ſperantes, Romam amandarunt; quo ſucceſſu, narrabit Parilienſis. *Monachi Dunelmenſes* (inquit ille) *poſt multos labores inutiles, & ſumptuoſarum expenſarum effuſiones multiplices, cedente Priori Dunelmenſi præelecto, & ſic eiuſdem electione caſſata,*

ſata; elegerunt vnanimiter (iuuocata ſpiritus ſancti gratia) M. Nicolaum de Fernham (virum moribus & ſcientia commendabilem) in Epiſcopum & paſtorem animarum ſuarum. Rexerat autẽ ipſe dictus Nicolaus in artibus Pariſijs per plures annos poſtquã adoleſcentiam (Lelando teſte) Oxonię in bonarũ literarũ ſtudijs tranſegiſſet. *Deinde arte medicina Bononiæ claruit gratioſus & peritus excellenter. Hic etiam poſtquam in Dialectica & arte Phyſicali & naturis ad plenum eruditus, ad Medicinam ſe poſtea conferens ſpiritualem, videlicet Theologiam; ipſa ſcientia & librorum copia ſe adeo reſtauraut, vt lecturiens, ad cathedram aſcendendam ſufficeret magiſtralem. Ipſum igitur quaſi expertum & ſcientia multipliciter & moribus commendabilibus inſignitum, peritorum conſilio Rex & Regina, ad ſuarum vocauerunt animarum & corporum cuſtodiam & conſilium familiare, hoc conſulentibus & procurantibus Ottone tunc Legato & Epiſcopo Carliolenſi, & aliis ſecretis Regis conſiliarijs. Vbi cum proſpere & prudenter ſe haberet, ad dicti Pontificatus dignitatem electus, non adquieuit. Videbatur enim ei inhoneſtum, illi conſentire electioni, cum paulo ante quando in Epiſcopum Couentrenſem eligeretur, renunciauerit, nolens quomodolibet conſentire* (qua de re ſupra pluribus inter Couentrenſes actum eſt) *Igitur vt obſtrueretur os loquentium iniqua, qui forte dicerent, Ecce hic hypocrita pauperi Epiſcopatui renunciauit, expectans vberiorem; ſummo animi conamine reluctabatur. Donec Epiſcopus Lincolniensis,* ille celeberrimus R: Groſſeteſt *eũ ſuper hoc grauiter redarguens, efficaciter ipſum ad hoc perſuaſit vt conſentiret, hoc modo: Ecce Monachi Dunelmenſes & eorum eccleſia deſtituta paſtore, lachrymis obortis, ſolatium flagitant paſtorale; nec tu conſentis cum canonicè eligaris? Adiuro per aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti, vt hoc onus ſubeas & honorem; quia Rex nullo modo niſi manifeſtè deſipiat veſtram reprobabit electionem. Si autem non conſentias, Rex ibi apponet ſua machinatione aliquem alienigenam & degenerem nec non & imperitum, in ſubuerſionem eccleſiaſtice dignitatis & periculum totius regni, cum ſit Dunelmenſis Epiſcopatus in confinio regnorum Angliæ & Scotiæ, & ſint caſtra Dunelmenſis Epiſcopi (Dunelmenſe ſcilicet & Norhamenſe) Angliæ ex parte illa repagula contra omnium hoſtium inſultus. Quod*

cum

cum audisset dictus M. Nicolaus, ab imo trahens suspiria, ait, Amplector virtutem obedientiæ. In Diœcesi vestra, mea habui, ex gratia vestra, quæ obtinui beneficia. Paternis igitur vestris monitis obtempero. Monachi igiter Dunelmenses, gaudentes eum Regi præsentarunt tanquam suum electum. Rex autem eius electionem gratanter acceptans, cum in electione vel electo nihil posset rationabiliter reprehendere, suscepit electum sine moræ dispendio. Consecratus est Gloceſtriæ Iunij 9. 1241. præsente Rege, Regina, præsulumque & procerum numero permagno. Ad onus pastorale suscipiendum tam difficilis, ad deponendum haud minus promptus extitit. A Pontifice Romano facultate abdicandi impetrata, sub initium Februarij 1249. reuera abdicauit, trium duntaxat manneriorum fructibus sibi ad sustentationem (quoad viueret) reseruatis, Houedenæ videlicet, Stoctonæ & Ensingtonæ. Quam reseruationem successor eius, aggressus est (sed irrito conatu) infringere. Postquam priuatus annos 8. vixisset, studijs interea & pietatis operibus se totum dedens, ad meliorem vitam ineunte Februario migrauit anno 1257. Qui de illo plura cupit cognoscere, legat Parisiensem de anno 1241: vbi, quomodo Walterum Marshall in gratiam Regis reduxerit & ad fratris defuncti Comitatum admitti illum impetrauerit perscribit. Deinde, de anno 1244 vbi litis cuiusdam inter illum & Abbatem S. Albani narratio habetur satis prolixa. De anno denique 1248 vbi historiam reperiet (nisi fabulam potius dicendam existimet) de prodigiosa sui ipsius hydrope nec non & alijs morbis laborantis, curatione. In ecclesia sua sepultus est, quam (à Thoma Melscomb Priore eiusdem nonnihil adiutus) tesludine noua operuit anno 1242.

16. WALTERVS de KIRKHAM.

1250. Hen: 3. 34. ABdicante Fernhamo, à Monachis Dunelmensibus magna contentione Rex flagitauit, vt fratrem suum vterinum, Ethelmarum, ipsi in successorē eligerent. Quod, cum illi, facere sibi integrum non esse, respondissent, propterea quod neque ad maturā peruenisset ætatem, neque eruditione ea præditus esset, vt tanto præsulatu dignus posset videri:

videri: Fructus (inquit) Epiſcopales, annis octo vel nouem in fiſcum inferri curabo. Et ſpero, fratrem meum, priuſquã tam diu ſedes vacauerit, tam ætate quam doctrinæ ſupellectile abunde inſtructum fore. Anno attamen ſequenti, quendam Walterum de Kirkham in Dunelmenſem Epiſcopum conſecratum comperi, cumque ſediſſet annos plus minus 10. Auguſto menſe defunctum 1260.

17. ROBERTVS STITCHELL.

ROberto Stitchell temporalia huius ſedis reſtituta ſunt Dec: 5. Henrici tertij Regis 45. Hoſpitale ſiue Xenodochium hic fundauit Grithamæ & cenſu dotauit annuo 97. librarum 6ſ. 3d. ob. Poſtquam Simon de Morteforti Leceſtriæ Comes res nouas molitus in prælio interemptus eſt; prædia eius vbicunq; exiſtentia, à ſuis occupari hic Epiſcopus mandauit. Cũ vero in Comitatu Dunelmenſi latifundia Comes nonnulla poſſediſſet; hæc ad ſe iam deuoluta contendebat; & cum hoc, lite intentata euiciſſet, adiudicata ſibi prædia Hoſpitali antedicto contulit. Præfuit annos 14. & Auguſti 4. 1274. deceſſit. 1260. Hen: 3.45.

18. ROBERTVS de Inſula.

ROberto prædicto, alius itidem Robertus ſucceſſit, de Inſula cognominatus; qui annos præfuit 9. & Iunij 23. 1283. defunctus, in domo Capitulari, marmore affabre inſculpto iacet opertus. 1274. Edw. 1. 2.

19. ANTONIVS BEAK.

IAnuarij 15. ſequenti Antonius Beak in excelſo pegmate, à Gulielmo Eboracenſi Archiepiſcopo, præſente Rege & multis regni magnatibus, conſecratur ad hanc ſedem, in qua, potentia opulentiaque ſic viguit, vt omnes tam ſucceſſores quam anteceſſores (ſi vnum forte Wolſæum demas) non paucis paraſangis fuerit ſupergreſſus. Præter numeratæ pecuniæ gazas immenſas, prædia poſſidebat ad eccleſiam non ſpectantia, quæ redderent annuatim quinque millia marcarum. Horũ multa illi obuenerunt à Veſſeio Barone, qui 1283. Edw. 1. 11.

qui fiduciarium eum conſtituit hæredem, vt ille ad Gulielmum nothum dicti Baronis hæreditatem poſtea transferret, quod tamen ab eo nunquam factum ferunt. Opum huiuſmodi conſcientia turgidus, titulum cæpit ſpernere Epiſcopalem, ſeque curauit Patriarcham Hieroſolimitanum à Papa declarandum. Et Manniæ Inſulæ principatu à Rege ceu prece ceu pretio impetrato, quoad vixit potitus eſt. Quomodo ad Imperatorem à Rege Legatus, à Ioanne Romano Eboracenſi Archiepiſcopo eo ipſo tempore ſit excommunicatus, ſupra à me eſt expoſitum. Cum Monachis ſuis Dunelmenſibus magnum habuit & diuturnum certamen, quod ipſi multarum moleſtiarum cauſa extitit. Conqueſtus Papæ Priorem eccleſiæ ſuę hominem eſſe ſtupidum ac imperitum & tanti cœnobij regimini vſque quaque imparem: Omnium rerum tam ſpiritualium quam temporalium procurationem ad ſe ipſum demandari curauit. Tumque miniſtros quoſdam ſuos Dunelmum miſit, qui ſecundum authoritatē ſibi commiſſam mandata eius exequerentur. Ij vero ad cœnobium venientes, contumelioſe ſunt excluſi à Monachis; qui Regem dicentes de controuerſijs inter ipſos velle cognoſcere, ad Pontificem prouocarunt. Miniſtri attamen Epiſcopales, Priorem extemplo Monachoſque omnes excommunicarunt. Quod Rex ferens iniquiſſime, miniſtris ſingulis mulctam grauem inflixit, & Epiſcopum ipſum tempore præſtituto coram ſe iuſſit comparere; qui Rege inconſulto, Romam interea profectus eſt. Vnde Rex iratus admodum, temporalia eius (vt loquimur) ſeiſiuit, hoc eſt fructus & redditus Epiſcopales fiſco mandauit inferri; omnibuſque qui munera publica in Comitatu Dunelmenſi tractarent, (Cancellario, Iuſticiarijs, cæteriſque) ſucceſſores dedit. Pontifici etiam ſcripſit in gratiam Prioris, qui epiſtolā Regiam ſua manu Papæ cum tradidiſſet, examen poſtquam ſubijſſet, vir grauis & non imprudens repertus, muneris ſui executioni reſtitutus eſt; ſed diem obijt extremū antequam in patriam poſſet peruenire. Dum Regem ſic infenſum haberet hic Epiſcopus, inter alia damna quamplurima iuribus Epiſcopalibus illata, ſilentio non eſt prætereūndum, arces

aliquot

aliquot aliaque prædia Epiſcopis erepta fuiſſe, quorum ius per damnationem Ioannis Bailiol Scotorum Regis & aliorum, ad Epiſcopos Dunelmenſes tanquam Comites Palatinos fuerat deuolutum (nimirũ Werkam in Tiuidale, Perith, & eccleſiam de Simonburia) Ludouicus vero de Bellomonte (qui illi poſtea ſucceſſit) iure cum Rege agens, illa omnia poſtea recuperauit, ſicuti ſuo loco demonſtrabitur. His turbis poſteaquam ſe Patriarcha tandem expedijſſet, ſtructuris magnificis excitandis totus vacauit. Ædes Auklandenſes conuertit in caſtrum, vbi aulam conſtruxit magnę amplitudinis (quam columnis ornauit ex nigro marmore maculis candicantibus variegato) & conclaue ſatis amplum, cum alijs ædificijs vicinis; nec non & capellam pulcherrimam, in qua Decanum collocauit & Præbendarios, area quadrata (ædificijs à ſe porro conſtructis circundata) pro habitaculo eis aſſignata, in occidentali parte eiuſdem caſtri. Ædificauit de nouo, vel nouis ſtructuris multum auxit, caſtrum Bernardi, & arces Alnwikenſem (quam acceperat à Veſſeio Barone) Gainforthenſem, Cunclitenſem, Somertonenſem, qua Regẽ, ac denique Eltham am (prope Londinum) quam Reginæ, donauit. Prioratum de Aluingham fundauit in Comitatu Lincolnienſi, redditus habentem annuos ſuppreſſionis tempore 141l. 15ſ. Gulielmum deinde anteceſſorem ſuum ſumptu permagno in Sanctorum album aſcribi curauit. Et Ceſtriæ iuxta ſtratum in comitatu Dunelmenſi eccleſiam collegiatam, Decanum, ſeptemque Prębendarios inſtituit. Cum annos ſediſſet 28. Elthamæ diem obijt ſupremum Martij 28. 1311. & in eccleſia ſua ſepultus eſt.

20. RICHARDVS KELLOW.

RIchardus Kellow (qui Antonio ſucceſſit) annos tantum quinque præfuit. Quo breui temporis ſpatio magnis impenſis ædificauit multa Middlehamæ, Stoctonæ & Welhallæ. Obijt anno 1316. 1311. Edw: 2. 4.

21. LVDOVICVS

20. LVDOVICVS BEAVMONT.

1317. Edw: 2. 10. A Monachis Dunelmenſibus in Epiſcopum tunc electus eſt Henricus Stamford Prior Finchalenſis, & Romam ablegatus vt ibi conſecrationem impetraret. Sed antequam illuc peruenisset, Pontifex à Regibus Angliæ Galliæq; impenſe rogatus, Epiſcopatum contulerat cuidam Ludouico de Bello-monte, ex regio Gallorum ſanguine prognato, & ſic Iſabellæ Angliæ Reginæ propinquo; qui vtroque pede claudus, tam porro indoctus fuit, vt conſecrationis ſuæ bullas & diplomata legere nequierit. Verbo (*Metropolitica*) occurrente; diù hæſitauit, & tandem recitare neſcius, *Soit pour dict* (inquit) perlectum credas. Sic quando ad vocabulum (*enigmate*) perventum eſt, in eodem hærens luto, prorupit in hæc verba, *Par Saint Lowis, il n' eſt pas curtois qui ceſte parolle igi eſcrit*: Per S: Ludouicum, inhumaniter factum ab illo qui hoc verbum ſcriptitauit. Non ſine cauſa igitur, à Papa ægre eſt admiſſus ad conſecrationem, quæ tanto illi conſtitit, vt ære alieno ingenti contracto, per annos totos 14. quibus huic eccleſiæ præfuit, nominibus non eſſet ſoluendo. Dunelmum inſtallandus proficiſcens, vnâ cum duobus Cardinalibus qui ipſum comitati ſunt; prope Derlingtonam incidit in latrones, qui non contenti impedimenta diripuiſſe tam Cardinalium quam Epiſcopi, illis dimiſſis, hunc comprehenſum deduxerunt ſecum ad caſtrum Morpethenſe, & donec lytrum grande perſoluiſſet, captiuum detinuerunt. Horum duces erant Walterus Selby & Gilbertus Middleton; quorum iſte, in caſtro ſuo Nitfordenſi captus poſtea, ad Londinum deductus eſt & in Cardinalium conſpectu ſuſpendio facinoris pœnas luit. Poſt hæc tamen Goſcelnius quidam Delnuill eques auratus vnâ cum fratre Roberto, magna ſuorũ caterna ſtipatus (qui omnes fraterculorum habitu ſunt induti) auſus eſt in ædes aliquot Epiſcopales impetum facere, & reperta quæcunque aſportare, omnia etiam alibi deprædantes quocunque ſe conuerterent. Ob quæ ſcelera comprehenſi poſtea illorum plurimi, Eboraci pœnas dederunt, in patibulo ſuſpenſi. Eccleſiæ

cleſiæ ſuæ iura hic Præſul ſatis animoſe defendit, & prædia non pauca ſub Antonio Beco iniuſte ac per vim erepta, lite intentata, ſedi ſuæ reſtituenda curauit (ſicut antea memorauimus) hac à iudicibus lata ſententia, *Quod Epiſcopus Dunelmenſis debet habere forisfacturas guerrarum intra libertates, ſicut Rex extra.* Quouſque vero hæ libertates pertendant, narrabit tibi ſuis verbis doctiſſimus Camdenus: *Totam hanc regionem* (inquit ille) Comitatũ nempe Dunelmenſem *cum aliis etiam vicinis S: Cuthberti terram ſiue patrimonium vocant in ſuis ſcriptis Monachi. Sic enim vocarunt illi quicquid ad Dunelmenſem ſpectauit eccleſiam, cuius Cuthbertus quaſi patronus habetur. Ideoq; Reges & proceres noſtri quod tutelarem illum fuiſſe diuum contra Scotos crediderint, non ſolum eius corpus deuoti inviſerunt (quod integrum incorruptumq; duraſſe perſuaſerunt ſcriptores) ſed etiam ampliſſima latifundia donarunt, & plurimas immunitates irrogarunt. Egfridus Rex, magnos reditus in ipſa vrbe Eboraco, Crecam & Luguballiam ciuitatem ipſi Cuthberto vna dedit, vt eſt in hiſtoria Dunelmenſi. Alfredus Rex & Guthrunus Danus (quem ille Nordanhumbris præfecit) poſtea totam terram inter Were fluuium & Tinam (libri antiqui verbis vtar) Cuthberto & in eius eccleſia miniſtrantibus, perpetuo poſſeſſionis iure largiti ſunt, ex qua illis ne inopia laborarent, vitæ ſubſidia procurentur: Præterea eius eccleſia tutũ profugis locum refugij conſtituerunt, vt quicunque qualibet de cauſa ad eius corpus confugerit, pacem per 37. dies nulla vnquam occaſione infringendam habeat. Edwardus, Athelſtanus Reges, & Cnuto ſiue Canutus Danus (qui nudis pedibus ad Cuthberti tumulum acceſſit) has leges & libertates non modo confirmarunt, ſed etiam auxerunt. Nec minus Gul: Normannus, à cuius ſtatim tempore Comitatus Palatinus iudicatus eſt, & Epiſcopi nonnulli tanquam Comites Palatini ſigillo inſulpſerunt militem cataphractum phalerato equo inſidentem, altera manu gladium vibrantem, altera inſignia Epiſcopatus prætendentem. Iuraque ſua regalia habuerunt Epiſcopi, adeo vt proſcriptorum bona illis, non Regi cederent, & ipſa plebs immunitatibus elata, militare in Scotia ſub Rege recuſarit. Dicebant enim (hiſtoria Dunelmenſis pro me loquetur) ſe eſſe Halliwerk Folkes, id eſt, ſa-*

cro

cro operi aſcriptitios, & terras ſuas tenere ad defenſionem corporis S. Cuthberti, nec debere ſe exire terminos Epiſcopatus, ſcilicet vltra Tinam & Teiſam vel pro Rege vel pro Epiſcopo. Verum Edwardus primus has libertates primus præcidit. Cum enim ille ſe tanquam arbitrum honorarium inter Antonium Beccum Epiſcopum & Priorem de poſſeſſionibus inter ſe acriter digladiantes, interponeret, nec illi ex eius arbitrio facerent; ſeiſiuit (inquit author) libertatem Epiſcopatus in manum ſuam, & ibi rimata ſunt multa. Iura tamen ſua poſtea recuperauit eccleſia, illaſq; tenuit vſque ad Edwardum ſextum, cui, diſſoluto Epiſcopatu, omnes eius redditus & libertates, ordines in parlamento conceſſerunt. Sed ſtatim Maria Regina eadem authoritate hanc conſtitutionem refixit, & omnia ſarta tecta eccleſiæ reſtituit, quibus hodie gaudet. Nuper enim Iacobus Pilkintonius Epiſcopus, Reginam Elizabetham de poſſeſſionibus & bonis Caroli Neuill Comitis Weſtmorlandiæ & aliorum in hoc agro proſcriptorum, qui in patriam bellum neſariè mouerant, in ius vocauit, cauſamque perſequutus eſſet, niſi authoritas Parlamentaria interceſſiſſet, & pro eo tempore (ſic ſe habent verba) Regina adiudicaſſet, quod impenſis ſuis maximis, cum Epiſcopum tum Epiſcopatum è ſeditioſorum faucibus eripuiſſet. Hactenus Camdenus. Ad Epiſcopum noſtrum iam reuertamur, cui tribuunt nonnulli, quod plurimi Flambardo antecelſori, mæniorum vrbis Dunelmenſis ſtructurã. Aulam & coquinam Middlehamæ ædificaſſe conſtat; capellam vero ibidem inchoatã relinquere, mors intempeſtiua coegit, qua ſublatus interijt Sept. 28 (ſi non vt aliqui habent 22.) 1333. Sub marmore æreis laminis ornato (quod viuus ſibi parauerat) iacet tumulatus ante ſummum altare eccleſiæ ſuæ, & epicedio huiuſmodi eſt honeſtatus.

De Bello monte iacet hic Ludouicus humatus,
Nobilis ex fonte Regum Comitumq; creatus.

22. RICHARDVS de BVRY.

1333. Edw: 3. 7. BElIo montio vix dum iuſtis perſolutis, ad noui Pontificis electionem, omine parum fauſto à Monachis Dunelmenſibus properatum eſt; qui ex ſui corporis gremio Monachum

chum neſcio quem Epiſcopum renunciarunt, ab Archiepiſcopo poſtea Eboracenſi non ſolum confirmatum ſed & conſecratum; neque Rege, neque (quod plurimum intererat) Papa conſultis. Rex igitur & temporalia huic conſecrato reſtituere recuſauit, & à Papa facile impetrauit, vt ex plenitudine poteſtatis ſedi Dunelmenſi (Monacho neglecto) Richardum de Bury ingereret Decanum Wellenſem. Partim vt petenti gratificaret, partim vt de altero illo vindictam ſumeret quod non petijſſet, petitioni Regis morem geſſit, & reſcripto ſuo Wintonienſi Epiſcopo mandauit, vt Burienſem conſecraret (quod ab illo Decembris 19. 1533 magna cum ſolennitate factum eſt, Chertſeiæ) & à Rege temporalia illi continuò ſunt reſtituta. Ad miſerum quod attinet Monachum; ſine Epiſcopatu Epiſcopus, ad clauſtrũ ſuum redijt, vbi mœrore & angore animi contabeſcens, breui poſtea animam exhalauit. Richardo vero patria fuit oppidum, quod à cœnobio S. Edmundi (ibidem quandoque ſito) Burgum S. Edmundi appellamus, vulgò S. Edmunds Bury, vnde Antiſtiti, Burienſis cognomen inditum, cum patrem habuerit militem auratum, Richardum Angeruill. Quo, ipſo nondum pubere, orbatus, à ſacerdote quodam auunculo ſuo, nomine Willowbeio, magna cum ſollicitudine educatus, & in Academia Oxonienſi vt animum ibi bonarum literarum ſcientia excoleret, collocatus. Illic poſtquã philoſophiæ tam diuinæ quam humanæ ſtudio operam eo vſque dediſſet, vt *in vtraque* (teſtibus Boſtono & Roſſo Warwicenſi) *magnus euaſerit*; morum etiam vitæq; ſanctimonia celebris; inter omnes Academicos idoneus maxime viſus eſt, qui pueritiam regeret Edwardi principis, Edwardi inquam qui poſtea Edwardus tertius dictus, regnum fœliciſſimum, & rebus maximis à ſe geſtis glorioſiſſimum, ad annum ſecundum ſupra quinquageſimum produxit. Quo tempore mater eius, ipſo ſecum in Galliam abducto, res nouas contra maritum Edwardum ſecundum cœpit moliri, Burienſis noſter Quæſtor fuiſſe Regius perhibetur in Vaſconia, & rei nummariæ inopia laboranti Reginæ, non paruam pecuniæ ſummam ſuppeditaſſe, fiſco Regio pendendam. Id quod

parum abfuit quin illi in exitium verteret. Nam Regiorum perſequentium manus tam ægrè effugit, vt Pariſijs in Eccleſiæ cuiuſdam campanili ſe occultare fuerit coactus, per ſpacium ſeptem dierum. Edwardus iunior rerum potitus, plurimorum munerum adminiſtrationem illi protinus commiſit, quæ Latine nemo commode expoſuerit. Primum Coferarius illius conſtitutus eſt; poſtea Theſaurarius Garderobæ, deinde Priuati ſigilli Cuſtos. Atque in hoc munere poſt emo quinque annos tranſegit: Quo temporis ſpacio ad Pontificem bis fuit legatus. Anno tum 1333. Decanus Wellenſis renunciatus, ante finem eiuſdem anni Epiſcopus Dunelmenſis creatus eſt, & Dec: 19. 1333. (vti diximus) conſecratus, Regibu Angliæ & Scotiæ præſentibus, Regina etiam, Archiepiſcopis duobus, Epiſcopis 5. Comitibus 7. & aliorum vtriuſque ſexus nobilium numero permagno. Anno mox ſequenti Cancellarius, & poſt biennium Theſaurarius Angliæ eſt declaratus. Et poſt ſuſceptum Epiſcopatum de rebus maximis legationibus plurimis perfunctus eſt. Quantum temporis habebat à publicis muneribus vacuum, aut in oratione impendit, aut in colloquijs cum ſacellanis ſuis (quorũ non paucos habuit viros doctiſſimos) aut deniq; in literarum ſtudio, quo mirifice eſt delectatus. Inter plurima quæ ſcripſit, memoratur præcipuè opus cui titulum fecit, Philobiblos; in cuius præfatione confitetur, *ecſtatico quodam librorum amore potenter ſe abreptum*: vt mirari neminem ſubeat, bibliothecam illi fuiſſe tam copioſe inſtructam, omnes vti Angliæ id temporis Epiſcopos, tantum librorum non poſſediſſe, fuerit æſtimatum Eruditorum hominum familiaritatem plurimum expetijt. Inter eum ac Fr. Petrarcham Italum, alioſque doctos illius ſeculi viros, ex crebro epiſtolarum commercio amicitia nata eſt permagna. Inter ſacellanos illius numerantur T. Bradwardin Cantuarienſis poſtea, Richardus Fitzralph Armachanus Archiepiſcopi; deinde Epiſcopi, Richardus Bintworth Londinenſis; Walterus Segraue Ciceſtrenſis, ac denique Walterus Burley, I: Mandut, Rob: Holcot, R: Killington, ſacræ Theologiæ Doctores illius ævi fere celeberrimi. Moris illi perhibent fuiſſe, quoties

cibum

cibum caperet, legentem aliquem ſuorum audire, atque de eo quod tum audiſſet, cum capellanis poſtea ſermones per magnam diei partē (ſaltem ſi per occupationes liceret) conferere. Erga tenuioris ſortis homines & inopia preſſos fuit egregiè munificus. Singulis ſeptimanis 8. tritici quartarios in panem coctos pauperibus erogauit; quantum frumenti noſtro æuo (annona mediocriter copioſa) 40. aureis ſolet vænire. Quoties iter faceret, inter Dunelmum & Nouum-caſtrum 8. libras noſtrates in eleemoſynis diſtribuendas mandare conſueuit; inter Dunelmum & Stoctonam libras 5. Inter Dunelmum & Aukelandiam 5. marcas, ac denique inter Dunelmum & Middlehamam 5. libras. Sunt qui tradunt Aulam ſtudioſis Oxoniæ poſuiſſe. Sed perperam illi aſcribitur quod à proximo ſucceſſore T. Hatfeldio præſtitū conſtat. Bibliothecam certe pulcherrimam Oxoniæ inſtituiſſe, ipſemet in Philobiblo teſtis eſt locupleriſſimus, vbi hæc verba habentur. *Libros omnes & ſingulos de quibus catalogum fecimus ſpecialem, concedimus & donamus intuitu charitatis communitati ſcholarium in Aula Oxonienſi degentium in perpetuam eleemoſynam, pro anima noſtra & parentum noſtrorum, necnon pro anima illuſtriſſimi Regis Angliæ Edwardi tertij poſt conqueſtum, & deuotiſſimæ Dominæ Philippæ conſortis eiuſdem, vt ijdem libri, omnibus & ſingulis Vniuerſitatis dictæ ſcholaribus & Magiſtris tam regularibus quam ſecularibus commodentur pro tempore ad profectum & vſum ſtudentium iuxta modum quē immediate ſubiungimus &c.* Huius Bibliothecæ cuſtodes, ſtudioſos quinque conſtituit, quibus ſalaria annua eſt largitus. Poſtquam annos ſediſſet 11. menſeſque 4. Auklandiæ deceſſit Aprilis 24. 1345. & in auſtrali parte ſepti tranſuerſi tumulatus eſt in eccleſia ſua, cui magni pretij ornamenta contulerat.

23. THOMAS HATFEILD.

PRæſulum creandorum ius (poſtquam Principes Chriſtiani per aliquot ſecula id vſurpaſſent) magno molimine & non niſi poſt multas concertationes extorſit ab ij; Pontifex Romanus, Canonicis electionibus (vt præ ſe ferebat) 1345. Edw: 3. 19.

locum facturus ; cum nihil aliud is quæreret , quam vt hoc ipsum ad se vnum transferret. Quod varijs artibus iam tandem effecerat : adeovt nemo , vel millies consecratus , se posset pro certo Episcopum credere , priu quam ordinationem illius Papa ratam habuisset. Cuius rei exempla esse possunt S.Gulielmus Eboracensis & Monachus ille Dunelmẽsis de quo mentio modo facta est, qui iam consecrati, atque alij innumeri qui quantumuis canonice electi , præsulatibus tamen suis exciderunt, alijs (melius plerunque nummatis) in sedes sibi debitas, per reseruationes aut prouisiones pontificias , aut denique per potestatis plenitudinem, ingestis. Huic incommodo vt occurreretur, leges aliquot sanciri curauerunt Reges nostri. Verũ Edwardo tertio non erat in animo Papæ omnẽ authoritatem in hoc negotio abrogare; exemplis plurimis edocto, Monachorum & Canonicorum proteruiam illi fore molestissimam, nisi authoritatis Pontificiæ freno illos quandoque posset coercere. Sane quando hoc ipso tempore contra tyrannidem huiusmodi Pontificiam regni proceres vehementer intonarent ; Rex antedictus ad sedẽ Dunelmensem cupiens prouehere Thomam Hatfeild Secretarium suum, quem Monachi Dunelmenses non videbantur electuri ; ad Pontificem recurrere consultum putauit , quem rogauit vt Hatfeldium oraculo suo Episcopum pronunciaret. Atque is ansam sibi oblatam retinendæ pristinæ authoritatis, gaudens ; petitioni promptissimè annuit ; adeo vt, cum eam ob rem argueretur, quod hominem leuem , multum iuuenem, & nec literarum scientia, nec morum vel grauitate vel sinceritate sic præditum, vt tanto præsulatu dignus posset videri, Episcopum tamen creasset : Nil aliud responderit quam hoc, si Rex Angliæ pro asino ad Episcopatũ prouehendo me nunc rogasset , repulsam certe non tulisset. Consecratus itaque Iulij 10. 1345. sedit postea annos pene 36. Fundauit interea ac dotauit, collegium, Dunelmense appellatum , Oxoniæ ; & salaria assignauit Monachis Dunelmensibus octo ibi loci bonis literis operam daturis , atque octo pueris ; Monachorum nempe singulis 10. libras, puerorum vero 5. marcas. Hoc collegjum , Monasterijs vbiq;

per

per Angliam ruentibus, inter cætera peſſum iuit, tanquam monaſterium, quod Monachorum eſſet receptaculum. Poſtea vero Tho: Popus Eques auratus reſtaurauit, & in verum collegium reformatum ſtudioſis impleuit. Præter collegium porro antedictum, cœnobium hic idem præſul Carmelitis poſuit apud Northallerton in comitatu Eboracenſi; & ædes magnificas conſtruxit Londini, in quas ipſe ac ſucceſſores ad vrbem venientes ſe reciperent. Obijt ibidem, (Londini inquam) in domo quam nuper ædificauerat, ſub initium Maij 1381. & Dunelmum delatus, in ſua eccleſia eſt ſepultus.

24. IOANNES FORDHAM.

IOannes Fordham Decanus Wellenſis, conſecratus eſt in Epiſcopum Dunelmenſem Maij 29. 1381. & inſtallatus Septembri menſe 1382. Sedit annos 7. Tanquam ſeditionis incentor, aula regia, factioſorum quorundam opera expulſus eſt anno 1388. Sed eorum fracta potentia, reuocatus breui poſtea, & eodem anno ad eccleſiam Elienſem eſt tranſlatus Septembris nempe 27. Interea vero (anno nimirum Richardi ſecundi 9.) Theſaurarius Angliæ fuerat conſtitutus, quod munus anno vno adminiſtrauit. 1381. Ric: 2. 4.

25. WALTERVS SKIRLAW.

IAnuarij 14. 1385. Legũ Doctor Oxonienſis Walt: Skirlaw in Epiſcopũ Couentrenſẽ ac Lichfeldenſẽ conſecratus eſt. Ibi cum annũ vnicũ ſediſſet, ad eccleſiã Bathonenſẽ ac Wellenſem tranſlatus, inde etiam poſt bienniũ migrauit, & hic tandem anno 1388. conſedit, menſe Septembri. Eccleſiæ clauſtra ibidem, illius maximè impenſis conſtructa ſunt. Nam ad illud opus perficiendum, viuus contulit libras ducentas, & teſtamento moriturus legauit quadringentas. Ducentas deinde ac viginti in ſtructura Diribitorij impendit. Fluuios non paucos locis oportunis pontibus iunxit, Shinkleiæ nimirum, Yarroæ & Auklandiæ. Eccleſiam Holmenſem, & aulam ædium Epiſcopalium ibidem reparauit; campanile vero eiuſdem eccleſiæ à fundamentis excitauit, 1388. Ric: 2. 12.

ſicut etiam capellam perpulchram apnd Swinam in Holderneſſia vbi natus eſt. Laternam quam vocamus eccleſiæ Eboracenſis (vbi nimirum inſignia eius infixa viſuntur) magna ex parte conſtruxit. Eccleſijs denique cathedralibus quibus præfuerat, magnam pecuniam teſtamento legauit, ac eccleſiæ in primis Wellenſi 150. libras noſtrates, quibus ſupellectilem ſacram compararent. Cum annos hic præfuiſſet 18. ſub initium anni 1406. deceſſit.

26. THOMAS LANGLEY.

1406. Hen: 4. 7. THomas Langley Cancellarius Angliæ in Dunelmenſem Epiſcopum eſt ſacratus Aug. 8. 1406. quo tempore Cancellariatum abdicauit; ſed poſt 11. annos reſumere coactus, munus illud per ſex deinceps annorum ſpatium adminiſtrauit. Interea vero (Iunij nimirum 6. 1411.) Cardinalis eſt creatus per Ioannem 23. Papam, vna cum Roberto Halam Epiſcopo Sarisburienſi. Libras plus minus quingentas hic impendit in reſtauratione Galilææ, in occidentali parte eccleſiæ Dunelmenſis ab Hugone Puſar iam olim conſtructæ. Duas itē ſcholas fundauit in loco Plate-gréene appellato, Grammaticæ vnum, Muſicæ vero alterum. Cum annos hic ſediſſet 31. anno 1437. deceſſit, & in Galilæa prædicta (ſicut accepi) iacet tumulatus, nimirum ante altare ibidem, ſubtus menſam conſiſtorialem. Circa hæc tempora (vt illud obiter adnotem) inter annum nempe 1408. & annum 1498. in ſtructura clauſtrorum Dunelmenſium impenſas comperi libras 838. atque inſuper 17ſ. ob.

27. ROBERTVS NEVILL.

1438. Hen: 6. 17. RObertus Neuill, in Epiſcopum Sarisburienſem conſecratus eſt anno 1427. & inde Dunelmum tranſlatus 1438. vbi locum Scaccarium appellatum ad caſtri portam conſtruxit, & anno deceſſit 1457.

28. LAVRENTIVS BOOTHE.

1457. Hen: 6. 36. LAurentius Bothus, Aulæ Pembrochianæ Cantabrigiæ Præſes & eiuſdem munificus benefactor, nec non Academiæ

demiæ prędictæ Cancellarius, ad hanc ſedem conſecratus eſt Sept. 25. 1457. & Angliæ Cancellarius renunciatus Edwardi 4. anno 13. Portam collegij Auklandiæ hic conſtruxit vna cum ædificijs vicinis; & cum 20. annos ſediſſet, Eboracum eſt tranſlatus anno Chriſti 1476.

29. GVLIELMVS DVDLEY.

GVlielmus Dudlæus Windeſorenſis Decanus ſucceſſit, & reſtitutionem habuit temporalium Octob. 14. Edwardi quarti 16. In collegio (Vniuerſitatis dicto) Oxoniæ hic eſt educatus, ex nobiliſſima ortus familia, vtpote Ioannis Dudlæi filius, Baronis Dudlæi octaui, ſicuti teſtatur epitaphium inſcriptum tumulo, quem ſitum cernimus Weſtmonaſterij ab auſtrali latere capellæ S. Nicolai. Obijt 1483. annos cum ſediſſet plus minus ſex. 1476. Edw: 4. 16.

30. IOANNES SHERVVOOD.

IOannes Sherwood, Collegij Vniuerſitatis Oxoniæ (ſimiliter vt anteceſſor) alumnus, Dunelmenſis Epiſcopus creatus eſt anno 1483. *Hic* (vt habet apud Balæum Lelandus) *vir doctus & Rocho Carthuſiano Monacho propter ſtudiorum ſimilitudinem (nam vterque muſas amenſiores coluit, & carmina quam libentiſſime cecinit) coniunctiſſimus erat. Fuit aliquandiu in Italia & ibi Principis ſui cauſas egit. Quo etiam tempore Græca exemplaria (quorum ſtudioſiſſimus erat) ſibi comparauit.* ſic Lelandus. Cum annos ſediſſet 11. deceſſit 1494. 1483. Ric. 3. 1.

31. RICHARDVS FOX.

RIchardus Foxius in Epiſcopum Exonienſem conſecratus 1486. ad ſedem Bathonenſem tranſlatus 1491. inde Dunelmum migrauit 1494. ac Wintoniæ tandem conſedit 1502. Hic loci interea caſtrum Dunelmenſe in deterius dicitur commutaſſe (in tam præſtanti viro id non crediderim) pro duobus ſedibus regalitatis (quid hoc ſibi velit, fateor me non intelligere) vnam conſtituens. Viuarium certe ampliſſimum prope Dunelmum, ad feras includendas 1494. Hen. 7. 10.

muro ſatis excelſo circundedit. Sed de hoc inter Wintonienſes habebis plura.

32. GVLIELMVS SEVERVS.

1502. Henr: 7. 18. GVlielmus Seuerus (vt fama fartur) Shinkleiæ natus, patre genitus pauperculo cribrorum opifice (Anglice dicto a Sieuyer) a patris artificio cognomen inuenit. Qui Mertonenſis collegij Oxoniæ Gardianus, & Etonenſis Præpoſitus, ac Carliolenſis Epiſcopus anno 1496. creatus, huc videtur tranſlatus 1502. & cum paulo plus quam biennium ſediſſet anno 1505. defunctus.

33. CHRISTOPHORVS BAMBRIDGE.

1507. Hen: 7. 23. POſt Seueri mortem vacaſſe ſedes videtur annos duos. Anno deinde 1507. Chriſtophorus Bambrigius eius regimen ſuſcepit, quod tenuit annum duntaxat vnum, Eboracum anno 1508. tranſlatus, & poſtea Cardinalis creatus, ſicuti ſuo loco ſupra demonſtrauimus.

34. THOMAS RVTHALL.

1508. Hen: 7. 24. THomas Ruthallus, Ciceſtriæ in Comitatu Gloceſtrenſi ortum habuit; educationem vero Cantabrigiæ ſortitus, ibi legum Doctor creatus eſt. Per Henricum ſeptimum (qui propter multas animi virtutes, hominem plurimi fecit) ad Epiſcopatum Dunelmenſem eſt euectus. Illo vero defuncto, in conſeſſum allectus eſt ſanctioris concilij ab Henrico octauo, qui in legationibus obeundis, nec non & in alijs grauioris momenti negotijs conficiendis, eius opera ſæpenumero vſus eſt. Memoratur inter cætera, in mandatis ei dediſſe, vt vir prudentiſſimus, quique in rep: adminiſtranda longo iam tempore fuiſſet verſatus, libellum conficeret, in quo regni ſtatum deſcriberet, ac quædam præcipuè capita paulo fuſius explicaret. Fecit ille quod imperatum eſt, & ſub id ipſum tempus, alium compoſuit libellum eiuſdem (vt ferunt) magnitudinis cum altero illo, & vſquequaque ſimilem, de rationibus ſuis proprijs ac domeſticis rebus; catalogum nimirum continentem, non ſolum vtenſilium, & ſupel-

ſupellectilis, vna cum ſingularum rerum pretio; ſed etiam pecuniæ vel debitæ vel numeratæ, quæ ad immanem ſummam exurgebat, centum millia librarum Accidit igitur, vt Wolſæo librum promiſſum Regio nomine poſtulante; per errorem ille alterum traderet (ſimilitudine deceptus) de rebus ſuis propriis conſcriptum. Errorem Wolſæus illicò deprehendit; ſed homini ex priſtina æmulatione infenſus, libellum continuò detulit ad Regem; Epiſcopum fœliciter allucinatum dicens, & invitum illi demonſtraſſe, à quo magnam pecuniam quando opus haberet, ſuæ Maieſtati mutuo ſumere liceret. Quibus de rebus certior factus Ruthallus, ex indignatione & mœrore morbum contraxit, quo paulo poſtea extinctus eſt. Dunelmi illo præſidente, eccleſia parochialis Ciceſtrenſis (dixerim potius Cirenceſtrenſis) magna ex parte extructa eſt. Et pollicitum quidem ferunt impenſorum ſtructuræ partem non exiguam ſe collaturum; ſed morte intempeſtiua ſublatum, nihil præſtitiſſe. Amita quædam eius (Anna Aueling) 100. marcas in opus illud erogauit. Pontis ſuper Tinam fluuium ſtructuræ, ſumptuum partem tertiam contulit. Conclaue cœnatorium peramplum Auklandiæ à fundamentis excitauit, & antequam perficeretur defunctus; teſtamenti executori (Strangwaio cuidam) mandauit, vt opus à ſe inchoatum abſoluendū curaret. Londini deceſſit anno 1523. vtcunque epitaphium tumulo eius (quod in eccleſia Weſtmonarienſi ex lapide polito cernitur) inſcriptum, anno 1524. obijſſe perhibeat, in his nimirum verbis: *Hic iacet Tho: Ruthall Epiſcopus Dunelmenſis & Regis Henrici ſeptimi Secretarius, qui obijt* 1524.

35. THOMAS WOLSEY.

RVthallo defuncto, Thomas Wolſeius Cardinalis, Archiepiſcopus Eboracenſis, & eccleſiæ Bathonenſis ac Wellenſis Adminiſtrator, Bathonenſi dimiſſa, Dunelmenſem occupauit, tenuitque annos ſeptem. Sub exitum anni 1529. vt Wintonienſem Epiſcopatum per Foxi mortem vacantem acciperet, Dunelmenſem abdicauit. De hoc prolixe ſatis egimus inter Eboracenſes. 1523. Henr: 8. 15.

36. CVTH-

36. CVTHBERTVS TVNSTALL.

1530. Hen: 8.22.

IN ſede Dunelmenſi ſucceſſit illi, vir, ob animi virtutes quamplurimas meritò celeberrimus, Cuthbertus Tunſtallus Epiſcopus Londinenſis, qui ortum habuit Hatchfordæ in Comitatu Richmondiæ, patre quidem nobili prognatus, ſed ex concubina. Fama fertur, primum Tunſtallorum familiæ conditorem, Gulielmi primi Tonſorem fuiſſe, ideoque pro inſignibus gentilitijs ſumpſiſſe, omneſque poſteros vſurpaſſe, tres pectines argenteos in area nigra; quod mihi nullo modo verisimile videtur. Inſignia geſtandi morem excogitauit antiquitas, vt monumenta eſſent virtutum illius hominis, qui familiæ primus nobilitatem intulit. Qui credam igitur huic è contra artificij ignobilitatem inde exprobratam? Sed hæc (quod aiunt) extra oleas. Ad ipſum vt reuertamur Tunſtallum, vir ſane is fuit inſignis, & in quo, niſi quod Pontificiæ religioni fuerit addictior, nemo haud temere quiſquam quicquam, opinor reprehenderet. Ad literarum cognitionem quod attinet, Græcæ linguæ fuit peritiſſimus; Hebraicæ non ignarus; Mathematicæ ad miraculum vſque ſcientiſſimus, ac Arithmeticæ præſertim, de qua conſcriptus ab eo libellus multum celebratur; eloquentia tam potens, vt clariſſimis ſui temporis oratoribus potuerit annumerari; iuris prudentiſſimus, ideoque legum Doctor creatus; Theologiæ denique cognitione tantus, quantum eum oſtendunt edita ab illo opuſcula. Cætera loquatur Thomas Morus, qui in epiſtola quadam ad Eraſmum ſic de illo ſcriptum reliquit: *Tonſtallo vt nemo eſt omnibus bonis literis inſtructior, nemo in vita moribuſq; ſeuerior; ita nemo eſt vſquam in conuictu iucundior.* Propter has animi dotes tam illuſtres, Warhamo Archiepiſcopo percharus, & Vicarius eius generalis conſtitutus, Regi tandem innotuit, qui opera illius multis in legationibus alijſque muneribus publicis vſus eſt. Rotulorum namque (vt loquimur) primum fuit Præfectus, deinde Priuati ſigilli cuſtos, ac denique Londinenſis per nouennium Epiſcopus. Dunelmum inde tranſlatus eſt Martij 25. 1530. Londini dum adhuc ſederet,

ret, Cantabrigiæ (vbi ferunt educatum) bibliothecam, magnis impensis, libris optimis instruxit, impressis partim, partim manuscriptis. Dunelmi portam speciosissimam castro addidit (vna cum Capella & ædificijs nonnullis vicinis, à fundamento per se excitatis) eandemque portam valuis, repagulis ferreis & crate pensili muniuit. Aquam è puteo hactenus hauriendam, per aquæductum exhibuit ibi salientẽ. Alnewici portam exteriorem construxit, & Dunelmi in foro prætorium (Tolbooth appellatum) cum ædificijs à tergo adiunctis, constructaque Dunelmensibus suis ciuibus donauit. Reparauit denique sumptu permagno, pontis Tinensis partem tertiam. Cum sedis huiusce gubernaculo præfuisset annum vnum supra viginti, Dec: 20. 1551. in Turrim Londinensem sub Edwardo sexto coniectus est religionis causa, & in custodia ibi detentus, Rex ille quam diu vixit, hoc est mensibus 19. Quo temporis spacio, inter alia sacrilegia nefanda non pauca (quibus occasionem dedit pueritia Regis) illi qui authoritate tunc temporis plurimum pollebant, non solum Episcopum exauthorandum curarunt, sed Episcopatum dissoluendum, & reditus authoritate parlamentaria Regi concedendos, vt sic concessos ipsi inuaderent. Faucibus erat admota hæc offa, iamiam deglutienda, quando visum Deo rapinas illorum temporum sacrilegas punire, clarissimæ indolis Principem tollendo, Edwardum dico sextum. Quo mortuo, Maria, anno statim regni sui primo, constitutionem parlamentariam refixit, Episcopum sedi suæ restituit, & omnia sarta tecta ecclesiæ conseruauit. Maria defuncta, cum iuramentum de primatu Regio (quod non solum susceperat ipse sub Henrico octauo, sed suscipiendum acriter contenderat, scripta ad Cardinalem Polum ea de re epistola bene prolixa) suscipere iam recusaret; Præsulatu mulctatus est mense Iulio 1559. & in libera custodia apud Archiepiscopum Cantuarienſem benignissimè habitus, sexto post mense migrauit ex hac vita, Nouembris videlicet 18. Lamethæ, vbi ante annos paulo minus quadraginta fuerat consecratus, annos natus quinque supra octoginta. Corpus eius in ecclesia parochiali Lamethensi non sine funebri

nebri pompa ſepultum & marmore contectum eſt, cui hoc epitaphium inſculptum, à Waltero Haddon conſcriptum.

Anglia Cuthbertum Tunſtallum mœſta requirit
Cuius ſumma domi laus erat atque foris.
Rhetor, Arithmeticus, iuris conſultus & æqui.
Legatuſq; fuit, denique Præſul erat.
Annorum ſatur, & magnorum plenus honorum
Vertitur in cineres aureus iſte ſenex.

37. IACOBVS PILKINTON.

1560. Eliz: 3.

MArtij 2. 1560. Iacobus Pilkinton ſacræ Theologiæ Baccalaureus, ab exilio nuper reuerſus, in quo, perſecutionis metu Mariana tempora tranſegerat, conſecratus eſt in Epiſcopum Dunelmenſem, ſeditque annos plus minus 16. anno defunctus 1576. de quo vide plura in vita Ludouici Beaumont anteceſſoris ſui, ad cuius caput ante ſummũ altare iacet tumulatus.

38. RICHARDVS BARNES.

1577. Eliz: 19.

RIchardus Barnes, collegij alumnus quod ab Æneo naſo nomen habet Oxoniæ, Nottingamenſis Epiſcopus Suffraganeus primum conſecratus, Carleolenſis eccleſiæ gubernaculo anno 1570. admotus, Dunelmum 1577. tranſlatus eſt, vbi annos præfuit plus minus 11.

MATTHAEVS HVTTON.

1589. Eliz: 32.

POſt Barneſij obitum, vacauit ſedes per biennium. Anno tandem 1589. Matthæus Hutton ſacrę Theologiæ Doctor, & Eboracenſis per annos 21. Decanus, eidem præficitur, & poſt quinquennium ad Archiepiſcopatum promouetur, anno nimirum 1594.

40. TOBIAS MATTHAEVS.

1594. Eliz: 37.

MArtio menſe 1594. Tobias Matthæus S. Theologiæ Doctor, & Dunelmenſis Decanus, ſumma plurimorũ gratu-

gratulatione in Episcopum ibidem est assumptus. Qui Huttono defuncto, per IACOBVM Principem nostrum serenissimum successor designatus est, & in Archiepiscopum Eboracensem confirmatus Aug: 18. 1606. De quo inter Eboracenses plura.

41. GVLIELMVS IAMES.

GVlielmus Iames, quem ante annos 40. sacræ Theologiæ Doctorem & collegij Vniuersitatis Oxoniæ Præsidem, virum habitum grauissimum memini, in comitatu Cestrensi natus, Ædis vero Christi in dicta Academia alumnus, Matthæo bis successit: In Decanatu nempe primum, ac deinde Episcopatu Dunelmensi, ad quem est consecratus Sept: 7. 1606. 1606. Iacobi 4.

Episcopatus Dunelmensis apud rationes fiscales valere dicitur annuatim 1821^{l}. 17^{d}. *& quadrantem. Pontifici vero pendebat pro primitijs florenos* 9000.

DE

DE EPISCOPIS CARLEOLENSIBVS.

Ciuitas Carleolensis, Romano seculo Lugu-ballia dicta, Nennio Caer-Iualid, Saxonibus priscis (vt habet Beda) Luel, historicis quibusdam (ac Houedeno in primis) Carlwell, nobis hodie Carleolum, vrbs haud dubie antiquissima, vastata est & funditùs euersa à Danis circa annum Christi 900. Post annos tum ferme ducentos, Gulielmus secundus Rex, illàc forte fortuna in Scotiam proficiscens; locum perspiciens, quam esset natura munitus, amœnus situ, & solo quam fertili circumfusus, quantique sua interesset munitionem aliquam illa in regione Scotis vicinis obijcere; de restauranda hac vrbe cœpit cogitare, & post triennium, non solùm mœnia diruta omnino (adeo vt ingentia robora in vestigijs eorum succreuerint) excitauit denuo, sed castrum etiam firmissimum adiecit, & habitatoribus compleuit, Belgis primùm (quos mutato consilio in Walliam paulo postea transtulit) & mox Anglis ex australi parte Angliæ traductis. Anno salutis hæc gesta sunt 1093. quo tempore vrbi sic restauratæ præfecisse videtur Rex antedictus, Walterum quendam, ecclesiastici ordinis hominem, locupletem admodum, qui patrem eius in Angliam fuerat comitatus, & iam diuitijs affluens, ecclesiam in B. Virginis honorem cœpit condere; habens quidē in aīo, opes suas vniuersas erogare in cœnobij nescio cuius funda-

fundatione, vtrum à ſecularibus Clericis, an Monachis incolendi, incertum. Sed morte illo ſublato, antequam ad vmbilicum rem potuerit perducere; Adelwaldus (nonnullis Athelwulfus) primus S. Oſwaldi in Noſthill Prior, & Henrici tum regnantis Confeſſor, author illi fuit, vt opes à Waltero relictas, in collegij ſtructura impenderet; idque non Præbendarijs, ſed Canonicis Regularibus compleret, qui in eccleſia à Waltero (vti diximus) conſtructa, ſacra facerent perpetuò. Quod ille conſilium ſequutus; præter latifundia à Waltero comparata, ſex eccleſijs collegium recens conditum donauit (nimirum de Nouo-caſtro, Newburne, Warkware, Robery, Winchingham & Corbridge) atque Adelwaldum antedictum, Priorem eidem præficiendum mandauit. Res iam poſtulare videtur, vt commemorem, *S. Cuthberto Lindiſſarnenſi Epiſcopo etiamnum viuenti hanc ciuitatem (quæ tum Lugubalia vocata eſt) & in circuitu eius quindecim millaria donaſſe* (ſic habent donationis verba) *Egfridum Northumbriæ Regem* anno ſalutis 679. Poſtquam vero Epiſcopi Danos metuentes ad latebras quærendas compulſi, incertis ſedibus vagarentur; & regio hæc vniuerſa ſic depopulata & immaniter à crudeliſſimis barbaris vaſtata eſſet, vt quaſi in ſolitudinem redacta, hominem multorum milliarū ſpatio non oſtenderet, niſi vnum aut alterum fortaſſis Hibernum hinc inde oberrantem: Richmundiæ Archidiaconus iuriſdictionem eccleſiaſticam totius Cumbriæ, Weſtmorlandiæ & Aluedaliæ, à Lindiſſarnenſibus Epiſcopis (qui iam Dunelmi conſederant) per multorum annorum curriculum neglectam, vſurpare paulatim cœperunt ſibique aſſerere. Accidit tandem poſt noui iſtius collegij ſtructuram, Thurſtanum Eboracenſem Archiepiſcopum hanc regionē viſitare. Qui eccleſiæ perſpecta magnificentia, & ſecum animo perpendens, ſedes illa quam oportuna eſſet futura cathedræ Epiſcopali; nec non ſatis habens exploratum, in eccleſiaſticam iuriſdictionem locorum præfatorum, Archidiacono Richmundano quam nihil eſſet iuris; cupiens porro fortaſſis numerum augere Suffraganeorum ſuorum: conſultū putauit, Epiſcopum ibi loci collocare, & collegium nouum

nouum in nouum Episcopatum commutare. Rex ea de re admonitus, fundationi suæ multū fauens, annuit libenter; & Papa facultatē tribuente, Canonicis data est potestas quem vellent in Antistitē eligendi; pro dioecesi, illi his regionibus assignatis, Cumbria, Westmorlandia atque Aluedalia.

1. ADELWALDVS.

ADelwaldus, à nonnullis Adelwulfus etiam appellatus, collegij antedicti Prior, Canonicorum suorum vnanimi consensu in primū istius ecclesiæ Episcopum electus est, & Eboraci consecratus anno 1133. Quamdiù præfuerit, aut quando decesserit minime habeo compertum.

2. BERNARDVS.

SVccessit illi Bernardus, qui videtur obijsse circa annum Domini 1186. Houedenus siquidem author est, Henricum 2. Regem, Carleolum ea tempestate venientem, in Pontificem illius loci eligendum curasse, quendam Paulinū de Leedes: Cumque ille (quam ob causam nescio) electioni de se factæ consensum suum adhibere recusaret; reditus annuos, pristinis, 300. marcas adiecturum se promisit, donatione ecclesiarum Banburgæ & Scathburgæ vna cum capella de Tickhill & duorum manneriorum prope Carleolensem ciuitatem. Sed hæc, de sententia Paulinum non potuerunt dimouere, quominus in recusatione persisteret.

3. HVGO.

HVgo Abbas de Bello, longo post tempore, Ianuarij videlicet 24. 1218. per Gualonem Legatum Pontificiū huius sedis Episcopus constitutus est, qui anno 1223. fato concessit. Mandatum interea Vicecomiti Cumbriæ à Rege emanauerat (sicuti comperi) vt electo huic Carliolensi, possessionem traderet omnium prædiorum ad Episcopatum Carliolensem spectantium, sicuti antea tradita fuerat Leonardo Archiepiscopo Sclauorum. Vnde licet conijcere, Leonardum Sclauorum nomine tenus Archiepiscopum, durante vacatione antedicta, episcopalibus prædijs huius sedis sustentatum. 1218. Hen: 3. 3.

4. WALTERVS MALCLERK.

1223. Hen: 3. 7. ANno 1223. Walterus Malclerk siue Maloclericus consecratus est ad hunc præsulatum, quem anno 1246. se parum legitime consequutum agnoscens, Iunij 29. abdicauit, & Fratris Prædicatoris habitum sumpsit Oxoniæ, in quo reliquum ætatis transegit. Angliæ vero cum interea Thesaurarius esset sub Henrico tertio; non solum munere illo derepente est exactus, sed ad rationes reuocatus 100. librarũ debito oneratus, cum ærario nihil à se deberi contenderet. His malis remedium quæsiturus, Romã voluit proficisci: Sed à Regijs ministris in littore, ne nauem conscenderet impeditus est, quos eam ab causam Rogerus Londinensis Episcopus (sicut antea suo loco memorauimus) excommunicauit, & Wigorniam properans, vbi loci ea tempestate Rex agitabat, in Regis ipsius præsentia excommunicationis eam sententiam à se latam denuo confirmauit. Walterus vero quo pacto hisce molestijs se postea expedierit, non comperi. Satis sanè verisimile est, contentionum huiusmodi & certaminum pertæsum, potius quam conscientiæ stimulis agitatum (quod tamen præ se tulit) pontificatum deposuisse. Obijt Octobris 28. 1248.

5. SILVESTER de EVERDON.

1247. Hen: 3. 32. SIlvester de Euerdon, qui tum fuit, & postea diù perstitit Angliæ Cancellarius, electus est ad hanc sedem anno 1246. sed non consecratus vsque ad Februarij 5. 1247. cunctatus nimirum aliquandiu vtrum munus susciperet oblatũ, cuius se dicebat (nec sine causa fortassis) indignum. Quomodo Bonifacius Cantuariensis Archiepiscopus, Ethelmarus electus Wintoniensis, nec non & iste Siluester Regem adeuntes vna cum cæteris regni Episcopis fere vniuersis, rogauerunt, vt exteris & indignis hominibus prouehendis abstineret: Vt Rex iratus, æquum igitur esse responderit, Bonifacium & Ethelmarũ, qui & exteri essent & indocti præsulatus eiurare; supra est à me expositum. Tum vero ad Siluestrum conuersus, *Et te* (inquit) *Siluester Carliolensis, qui diù lambens*

lambens Cancellariam, clericorum meorum clericulus extitisti (sic Parisiensis) *qualiter postpositis multis Theologis & personis reuerendis, te* (*inquam*) *in Episcopum sublimani, omnibus satis notum est.* Illum igitur porro ad abdicationem hortatus, non persuasit credo. Anno hæc 1253. Anno deinde sequenti, *tertio Idus Maij* (vt habet idem Parisiensis) *equum nimis lasciuum equitans, qui pedem ad cespitem offendit, corruit supinus, contritus, & ossium dissolutis compaginibus expiranit.*

6. THOMAS VIPONT.

THomas Vipont vel de veteri ponte, familia ortus Viportorum qui Westmorlandiæ Domini his temporibus dicebantur, Siluestro defuncto in successorem electus est, quamuis Ioannem Priorem Newboroensem consiliarium suum Rex Carleolensibus Cononicis impense commendasset. Annum duntaxat vnicum cum sedisset, sub initium Octobris excessit è viuis 1256. 1255. Hen: 3. 39.

7. ROBERTVS CHAVSE.

RObertus de Chause Reginæ Capellanus, per Episcopos Bathonensem & Sarisburiensem Bermondseiæ consecratus est Apr: 10. 1258. & circa festum D: Michaelis dicitur obijsse 1278. 1258. Hen. 3. 24.

8. RADVLFVS de IRETON.

RAdulfus de Ireton Prior Gisburnensis temporalibus (vt loquimur) huius sedis restitutus est Iul: 10. Edwardi primi 8.

9. IOANNES de HALTON. 1280. Edw: 1. 8.

IOannes de Halton Canonicus Carleolensis consecratus anno 1288. sedit annos 32.

10. IOANNES de ROSSE. 1288. Edw: 1. 16.

IOannē de Rosse Legum Doctorem, sine electione aliqua legitima in hunc Episcopatum Papa intrusit & consecrari mandauit anno 1318. Annos is præfuit 13.

11. IOANNES de KIRKBY.

1318. Edw: 2. 11. IOannes de Kirkby Canonicus Carleolenſis electus eſt legitime & conſecratus anno 1332. De quo memorant ſcriptores noſtri, quod, cum anno 1345. Scoti cum copioſiſſimo exercitu, nimirum 30. pugnatorum millibus in fines noſtros irruiſſent, Gulielmo Dowglaſſio duce, & præter alia aliquot oppida vrbem Carleolenſem incendiſſent atque deuaſtaſſent; Hanc ſuorum cladem vindicaturus hic præſul, adiunctis ſibi Thoma Luceio & Roberto Oglio viris ſtrenuiſſimis; cum cohortibus aliquot tumultuarijs, Scotos perſecutus, iter eis præcluſit, & loco iniquo dimicare coactos, ex inopinato ſpolijs graues inuaſit, atque ſic inſignem de eis reportauit victoriam. Sedit annos plus minus 20.

1332. Edw: 3. 6.

12. GILBERTVS de WELTON.

1253. Ed: 3. 27. GIlb: de Welton LI: Doctor à Papa intruſus, conſ: eſt anno 1353. reiecto Io: de Horncaſtle Priore Elienſi, qui legitimè fuerat electus, & à Rege etiam temporalibus reſtitutus.

13. THOMAS de APPLEBY.

1363. Edw: 3. 37. THomas de Appleby legitime electus, auſus tamen non eſt electioni conſenſum præbere antequam confirmationem Romæ impetraſſet, vbi conſecratus anno 1363. cum ſediſſet annos 33. deceſſit 1395. Dec: 5.

14. ROBERTVS READ.

1396. Ric: 2. 20. CAnonici Carleolenſes poſtquam vnanimi conſenſione Epiſcopum declaraſſent quendam Gulielmum Stirkland; Papa nihiloſecius à Richardo ſecundo Rege rogatus, conſecrari mandauit Robertum Readum Dominicanum, quod anno 1396. factum eſt. Cum vnicum vix annum ſediſſet Ciceſtriam eſt tranſlatus.

15. THOMAS MERKES.

1397. Ric: 2. 21. SImili planè ratione, Thomam Merkes Monachũ Weſtmonaſterienſem, ad Regis petitionem Papa, Carleolenſibus

ſibus inuitis, huic ſedi ingeſſit, & conſecrari mandauit anno 1397. Qui vtcunque ingreſſus, virum ſe oſtendit eo munere non indignum. Nam præterquam quod ob eruditionem & prudentiam non mediocrem laudatur, celebratur in primis (nec immeritò) pro fide & conſtantia erga patronum ſuum Richardum Regem ſingulari, nec non propter magnanimitatem egregiam quod idipſum intrepide auſus eſt profiteri, non ſine ingenti & manifeſto periculo, quando tacere & poterat honeſte, & debebat etiam, ſi ſalutis ſuæ rationem habere voluiſſet. Procerum nonnulli fuerunt, qui Principem illum infœlicem deſerere non ſuſtinuerunt, donec regni æmulo in captiuitatem ſe tradidiſſet. Hic vero neglecto quod imminebat periculo; non ſolum eum nolebat deſerere quando ſeipſum is iam dudum deſeruiſſet, ſed eum cauſamque eius rebus iam perditis & deploratis pro virili auſus eſt defendere, quandò pro certo poterat ſtatuere, neque illi vtilitatis quicquam inde redundaturum, & ſibi tamen exitio id futurum. Quo tempore plebs inſana & affectibus ſemper nimia, non contenta Richardum Regem deiecisse & Henricũ Lancaſtrenſem (delicias ſuas) in ſolio eius collocaſſe, clamoribus à parlamento videbantur extorturi, vt durius adhuc cum illo ageretur, nec deeſſent inter ordines qui de illo tollendo obliquos iacerent ſermones; Exurgens Carleolenſis, pronunciare non eſt veritus, præſentium neminem dignum eſſe vt de tanto Rege ferret ſententiam; cui nimirum vt legitimo principi per annos totos 22. paruiſſent. Illud vero vt mittamus, (placet ipſa verba prout ab Hiſtoricis noſtris referuntur, inſerere) proditorum (inquit) ſicariorum, prædonum, nemo tam ſceleratus eſt, nemo tam vilis, vt quantumuis manifeſti criminis arguatur, tamen inauditum damnandum cenſeamus. Et vos anne æquum exiſtimatis de Rege vncto & coronato ſententiam ferre, nulla data defenſionis copia? Quam hoc eſt iniquum? Sed rem ipſam ſpectemus. Ego dico; edico, aſſero, Henricum Lancaſtriæ Ducem (quem vobis placet Regem appellare) Richardum dominum tam ſuum quam noſtrũ regno iniquiſſime ſpoliaſſe. Plura dicturus, à Comite Mareſcallo abductus eſt, & ad cœ-

nobium S. Albani amandatus, ibi custodiendus. Emissus paulo postea & de fidei constantia nihil remittens, in caput Henrici coniurauit vna cum Hollandis & alijs procerum permultis, qui re detecta, ad vnum oppressi & capitali sunt affecti supplicio: Solus ille seruatus, gratiam inuenit; ordinis fortassis intuitu (siquidem vt Episcopus, crimen quantumlibet graue capite lueret, hactenus fuerat inauditum) ob admirationem forte fidei ac constantiæ (nam ea virtutis vis est vt vel in hoste suspiciamus ac veneremur) Fortassis denique vt in vitam ærumnosam conijciendo, pœnam morte grauiorem infligerent. Papa (nihil Regibus solitus denegare quod paruo sibi constaret) inductus est facile, vt bonum hunc virum, ab Episcopatu Carleolensi, reditus exhibente satis amplos, inuitum ad Samium transferret in Græcia, vnde ne teruncium quidem vnquam percepturum, satis habebat exploratum. Is vero tam fœlix fuit, vt nec inimici beneficio vsus, nec personati amici malitia læsus exiterit. Quasi dedignatus vitam illo donante accipere, qui patrono suo & regnum & vitam eripuerat; breui postea animam emisit; translationis suæ ludibrio sic eluso, vnde (vt fors tulit) nihil ad eum detrimenti redundauit.

16. GVLIELMVS de STRIKLAND.

1400. Hen: 4. 1. AD petitionem Regis, Papa, translato si dijs placet Merkio, substituit Gulielmum de Strikland vel Stirkland ex familia natum non ignobili, quem, legitime ante annos 4. electum & à Pontifice reiectum memorauimus. Consecratus est Cawodiæ ab Archiepiscopo Eboracensi Aug: 24. 1400. & diem clausit extremum Aug: 30. 1419.

17. ROGERVS WHELPDALE.

1419. Hen: 5. 7. ROgerus Whelpdale sacræ Theologiæ Doctor, Baliolensis collegij Oxoniæ alumnus, collegij Reginæ ibidem Præpositus, qui in eadem Academia anno 1403. Procuratorio munere functus fuerat, à Carliolensibus Canonicis electus, & à Wintonienſi Episcopo Londini consecratus est anno 1419. Opuscula scripsit non pauca, à Balæo recensita,

&

& in Bailiolenſi collegio hodie (ſicut accepi) viſenda. Obijt Londini Febr: 4. 1422. & in eccleſia Paulina ibidem ſepultus eſt.

18. GVLIELMVS BARROW.

GVlielmus Barrow Epiſcopus Bangorenſis huc tranſlatus anno 1423. deceſſit apud Roſecaſtle, quaſi dicas caſtrum roſarum Sept: 4. 1429. & Carleoli ſepultus eſt. 1423. Hen. 6 2.

19. MARMADVCVS LVMLEY.

MArmaducus Lumley ex prænobili Baronum Lumleiorum familia (vt videtur) prognatus, à Capitulo Carliolenſi electus & conſecratus, cum annos 20. ſediſſet, Lincolniam tranſlatus eſt. Interea vero, Angliæ fuit ad tempus Theſaurarius & Academiæ Cantabrigienſis Cancellarius. 1430. Hen: 6 9.

20. NICOLAVS CLOSE.

NIcolaus Cloſe conſecratus anno 1450. cum annos ſediſſet duos Lichfeldiam tranſlatus eſt. 1450. Hen: 6.29.

21. GVLIELMVS PERCY.

GVlielmus Perceius, Northumbriæ Comitis filius, & Cantabrigienſis Academiæ quandoque Cancellarius, conſecratus anno 1452. annos præfuit 10. 1452. Hen. 6. 31.

22. IOANNES KINGSCOTE.

IOannes Kingſcote Legum Doctor, conſecratus 1462. annum ſedit duntaxat vnum. 1462. Edw: 4 2.

23. RICHARDVS SCROOPE.

RIchardus Scropus, conſecratus Eboraci per Georgium Neuilium, Epiſcopum tunc Exonienſem Iunij 24. 1464. deceſſit Maij 22. 1468. 1464. Edw: 4.4.

24. EDWARDVS STOREY.

EDwardus Storeius ſacræ Theologiæ Doctor, & Academiæ Cantabrigienſis Cancellarius, à dicto Georgio Neuilio 1468. Edw. 4. 8.

tilio Eboracensi nunc Archiepiscopo Westmonasterij consecratus Oct: 14. 1468. cum annos sedisset 9. Cicestriam translatus est.

25. RICHARDVS.

1478. Edw: 4. 18. RIchardus Prior Dunelmensis, Pontificis mandato, sine aliqua electione, ab antecessore suo consecratus est, & temporalibus restitutus Aprilis 24. 1478. Sedit annos 18.

26. GVLIELMVS SEVER.

1496. Hen: 7. 12. GVlielmus Seuer Abbas cœnobij S. Mariæ Eboraci consecratus anno 1496. Dunelmum translatus est 1503.

27. ROGERVS LAYBVRN.

1503. Hen: 7. 19. ROgerus Layburn sacræ Theologiæ Doctor, & Aulæ Pembrochianæ Cantabrigiæ Præses, familia natus nobili quæ non procul à Carleolo sedem habuit, consecratus Sept: 1. 1503. sedit anno: 6.

28. IOANNES PENNY.

1504. Hen: 7. 20. IOannes Penny, Legum Doctor, Lincolnensis collegij Oxoniæ alumnus, in Episcopum Bangorensem consecratus 1504. huc translatus est 1509. & annos præfuit 10.

29. IOANNES KITE.

1520. Hen. 8. 12. IOannes Kite in Londinensi natus ciuitate, legatione functus in Hispania, consecratus in Archiepiscopum, nescio cuius sedis in Græcia, Carleolensis Episcopus constitutus est anno 1520. Decessit Iunij 19. 1537. & Stepneiæ prope Londinum iacet tumulatus in medio fere cancelli versus aquilonem, vbi marmori (quo tegitur) inscriptum legi epitaphium satis barbarum, & tam docto seculo admodum indignum.

30. ROBERTVS ALDRICH.

1537. Hen. 8. 29. RObertus Aldrich, sacræ Theologiæ Doctor, Etonensis primùm, ac deinde Regij collegij quod est Cantabrigiæ alumnus,

alumnus, illius Moderator siue Ludimagister, huius vero Præpositus postea constitutus, in Carleolensem Episcopum electus est Iulij 18. 1537. Erasmus (cuius ad illum epistolæ extant non paucæ) *blandæ eloquentiæ iuuenem* eum vocat. Decessit apud Horncastle Mart: 5. 1555.

31. OWINVS OGELTHORP.

OWinus Oglethorp, sacræ Theologiæ Doctor, Windesorensis Decanus, collegij Magdalenensis Oxoniæ Præses, loco natus honesto, consecratus est anno 1556. Elisabethæ Reginæ, coronationis solennia is impendit. Reformationi tamen ecclesiasticæ peruicaciter se opponens, cum cæterorum sui ordinis plerisq; exauthoratus est anno 1559. & paulò post Apoplexia extinctus. 1556. Mar: 4.

32. IOANNES BEST.

IOannes Best sacræ Theologiæ Doctor Oxoniensis, consecratus Martij 2. 1561. decessit Maij 22. 1574. & Carleoli sepultus est. 1561. Eliz: 4.

33. RICHARDVS BARNES.

RIchardus Barnes, Episcopus Suffraganeus Nottingamensis, Carleolum translatus est Iulij 23. 1570. & anno 1577. Dunelmum translatus. 1570. Eliz: 12.

34. IOANNES MEY.

IOannes Mey sacræ Theologiæ Doctor, & Aulæ S: Catharinæ Cantabrigiæ Præses, per Londinensem Episcopũ (Eboracensis Vicarium) consecratus est Sept. 29. 1577. Obijt mense Aprili 1598. 1577. Eliz: 19.

35. HENRICVS ROBINSON.

HEnricus Robinson sacræ Theologiæ Doctor, collegij Reginæ Præpositus Oxoniæ, consecratus est Iulij 23. 1598. 1598. Eliz: 40.

Episcopatus Carleolensis annui reditus secundũ rationes fisci regij valent 531^{l}. 4^{s}. 11^{d}. *ob. Et Papæ pro primitijs ad nouj cuiusque Præsulis ingressum pendebat florenos* 1000.

Digitized by Google

DE EPISCOPIS CESTRENSIBVS.

IN Ciuitate CESTRENSI fuerat antiquitùs Sanctimonialium cœnobium, cuius ecclesiâ (à clarissimo illo Comite Leofrico constructa & S. Werburgæ dicata) ruinam quotidie minabatur, quando Hugo cognomento Lupus, primus Cestriæ Comes post aduentum Normannorum, authore D. Anselmo (quem ægritudine laborans è Normannia euocarat, vt sibi consilium daturus in extremis adesset) restaurauit & Monachis compleuit anno 1094. Circa id ipsum tempus (aut aliquanto forte maturius, anno nimirum 1075. Petrus Lichfeldensis Episcopus, Episcopalem cathedram Lichfeldia huc transtulit. Robertus vero de Limeseia (qui proxime successit) relicta Cestria, Couentriæ sedem fixit, quæ paulo pòst Lichfeldiam reducta est; ita tamen, vt tituli Episcopalis partem Couentria occuparet, sicuti suo loco à me dictum est. Henricus octauus honorem Episcopalem huic vrbi restituit, monasterio prædicto in ecclesiam cathedralem conuerso, & Episcopo constituto, cuius iurisdictioni parerent Comitatus Cestrensis, Lancastrensis atque Richmondiæ, & Eboracensis prouinciæ pars censeretur.

1. IOANNES

1. IOANNES BIRD.

NOuæ huius fundationis Episcopus primus fuit Ioannes Bird, sacræ Theologiæ Doctor, in Couentrensi ciuitate natus, & in Academia Oxoniensi educatus, Carmelitarum triceſimus ſecundus & poſtremus Prouincialis; qui Oſſerienſis in Hibernia conſtitutus Epiſcopus, inde ad ſedem Bangorenſem primum, ac mox dein huc tranſlatus eſt. Conciones quædam coram Rege habitæ, in quibus primatū Pontificium neruoſe impugnauit, aditum illi ad has dignitates patefecere. Sub Maria Regina exauthoratus eſt, propterea quod vxorem duxiſſet, & Ceſtriæ deceſſit anno Dom: 1556.

2. IOANNES COTES.

1556. Mar: 4. QVI ſucceſſit Iohannes Cotes, collegij Magdalenenſis Oxoniæ alumnus, Balliolenſis vero Præſes, paruo tempore conſecrationi ſuperſtes, ſub eadem Regina mortem oppetijt.

3. CVTHBERTVS SCOT.

EIuſdem Mariæ deſignatione, Ceſtrenſis Epiſcopus tum conſtitutus eſt, Cuthbertus Scotus, ſacræ Theologiæ Doctor, collegij Chriſti Cantabrigiæ alumnus: Qui cum duos aut tres annos ſediſſet, ab Elizabetha Regina exauthoratus, & homo admodum proteruus in carcerē Fleetenſem coniectus, neſcio quo pacto elapſus Louanium profugit, vbi diem clauſit extremum.

4. GVLIELMVS DOWNHAM.

1561. Eliz: 4. GVlielmus Downham in collegio Magdelanenſi Oxoniæ educatus, & Elizabethæ Reginæ ante regnum adeptum Capellanus, conſecratus Maij 4. 1561. menſe Nouembri deceſſit 1577.

5. GVLIELMVS

5. GVLIELMVS CHADERTON.

GVlielmus Chaderton S. Theologiæ Doctor, collegiorum, Christi socius, dein Reginæ, Cantabrigiæ Præses Nov: 9. consecrationem accepit 1579. & Lincolniam translatus est anno 1595. 1579. Eliz: 21.

6. HVGO BILLETT.

HVgo Billett vel Bellott sacræ Theologiæ Doctor, Episcopus Bangorensis, collegij S. Ioannis Cantabrigiæ alumnus, huc translatus, & translationi vnum duntaxat annū superstes, decessit circa festum Pentecostes 1596. 1595. Eliz: 37.

7. RICHARDVS VAVGHAN.

RIchardus Vaughan sacræ Theologię Doctor, in collegio S. Ioannis antedicto educatus, Billetto tam Cestriæ quam Bangoræ successit, translatus huc mense Iunio 1597. Sub exitum Decembris 1604. hinc ad ecclesiæ Londinensis gubernaculum assumptus est. 1597. Eliz: 39.

8. GEORGIVS FLOYD.

GEorgius Floyd vel potius Lloyd, sacræ Theologiæ Doctor, Sodorensis Episcopus siue Mannæ Insulæ, & collegij Magdalenensis Cantabrigiæ aliquando Socius, in Cestrensem Episcopum confirmatus est Ianuarij 14. 1604. Sub initium Augusti decessit 1615. magno sui desiderio relicto. 1604. Iacobi 2.

Valet hic Episcopatus annuatim secundum rationes fiscales 420^{l}. 20^{s}.

CARDINALIVM CATALOGVS,

qui ANGLI vel fuerunt, vel fuiſſe ab Hiſtoricis noſtris perhibentur.

I. IOANNA PAPA.

AGminis huiuſce dux & anteſignanus, primus erit (rectius fortaſſe dixerim prima) Ioanna Papa, Ioanna Anglica vulgo nuncupata, Sabellico Ioannes ſeptimus, Platinæ & aliorũ ſcriptorum pleriſque octauus appellata. Quæ mulier exiſtens (ſi verum ſaltem ſit quod plurimorum hiſtoricorum conſenſu comprobatur) non ſolum Cardinalis, ſed Pontifex etiam Romanus (ô portentum) euaſit. Natam plurimi contendunt Moguntiæ in Germania, quanquam non deſint qui aſſerant Angliam noſtram illi patriam fuiſſe. Ego vero magis fidem adhibeo Balæo, qui Iacobo Curione authore tradidit, ortu ſaltem & progenie Britannam illam fuiſſe, Britannici vtpote ſacerdotis filiam; qui cum vxorẽ duxiſſet cuius parentes & affines Moguntię habitarent, eo profectus cum vxore grauida, propinquos illius viſendi gratia, moram ibi loci traxit, donec partu coniux leuata, Papam hanc fœmininam edidit in lucem, in Baptiſmo Ioannam nuncupatam vt plerique tradunt, vel vt alij Gilbertam, aut (quod Fulgoſo placet) Agnetem. Tenerioris adhuc ætatis puella, cum Monacho quodam habuit conſuetudinem cœnobij Fuldenſis; quocum multas regiones peragrauit & plurimas ſcholas inſigniores tam Græcas quam Latinas inviſit, atque poſt longos

longos errores, Athenis Atticis consedit, vbi literarum scientia celebris permansit quandiu vixit Monachus amasius illius. Romam tunc profecta; legendo publice, disputando & alijs exercitationibus scholasticis, tantam sibi famam eruditionis comparauit, vt demortuo Leoni 4to Pontifici suffecta fuerit, anno salutis 855. Hoc munus tum dicitur administrasse annos 2. menses 5. & dies tres. Cum vero interea à Cardinale quodam fuisset compressa; dum ad Lateranensem basilicam proficisceretur, partus doloribus ex inopinato oborientibus, antequam domum se posset recipere, in via peperit, inter Coliseum & ecclesiam S. Clementis, atque ibidem protinus interijt. Cuius casus turpitudo & ignominia, sacrosanctæ sedi tanto habetur dedecori, vt ab eo iam inde tempore Pontifices pudeat, processionis pompam illac deducere. Atque ne simili incommodo locus in posterum relinqueretur, instituta est ratio qua de virilitate noui Pontificis semper constaret. *Spectatur adhuc* (inquit Sabellicus) *in Pontificia domo, marmorea sella, circa medium inanis, qua nouus Pontifex continuo ab eius creatione residat, vt sedentis genitalia ab vltimo Diacono attrectentur.* Hanc narrationem (vtcunque à modernis Pontificijs vt fictitia reijciatur) asserunt profecto scriptores quorum nomina subsequuntur.

Marianus Scotus, qui vixit anno 1030.
Martinus Polonus, qui vixit anno 1320.
Sigebertus Gemblacensis, qui vixit anno 1100.
Sabellicus.
Ioannes Parisiensis.
Antoninus.
Fasciculi temporum author.
Fulgosus.
Theodoricus à Nyem.
Rauisius Textor.
Laonicus Chalcondylas.
Fr: Petrarcha.
Io: Boccacius.
Ranulfus Cestrensis.
Ioannes Lunidus.
Alph: de Cartagena.
Palmerius.
Io: Tritemius.
Mantuanus.
Volaterranus.
Nauclerus.
Constantinus Phrygio.
Christ: Massæus.
Anselmus Rid.

Sup-

Supplementi Chronicorum author.
Chronica qui ſcripſit Chronicorum.
Gotefridus Viterbienſis & alij non pauci.

Sed omnium cæterorum inſtar erit Platina, qui hæc *ab omnibus fere, affirmata confitetur.*

2. VLRICVS.

VLricus (Malmesburienſi Odolricus) Anglus, vt habet Ciaconius, Legati Pontificij munere in Anglia perfunctus anno 1109. (ſic Malmesburienſis, Houedenus, & Florentius Wigorn; non 1107. vt Ciaconius) pallium Archiepiſcopale ſecum detulit ad Thomam iuniorem electum Eboracenſem, & author illi fuit, vt Turgotum Priorem Dunelmenſem in Epiſcopum conſecraret S: Andreæ in Scotia.

3. ROBERTVS POLLEN.

PRoximus iam ordine ſequitur Robertus Pollen, Anglus haud dubie, tam patria quam genere, appellatus etiam Pulley, Pulcy, & nonnunquam Bullen, de quo ex Lelando, Boſtono Burienſi & alijs hæc ſcripſit Balæus. *Robertus Pollenus, alias Pully, vir in omni literarum genere inſtructiſſimus, eruditione eximia & rerum diuinarum ſcientia plurimum per hoc tempus valebat, ac labaſcentibus ſuccurrebat ſtudijs. Hic, cum multis nominibus perpetuam gloriam, tum hoc præcipuè meritus eſt, quod ſubuerſis olim ab Haraldo primo eius appellationis Anglorum Rege, Oxonienſis gymnaſij ſcholis, Herculeam tunc adhibuit manum. Porro vt ſuorum comprouincialium patrocinaretur inſcitiæ, poſt reditum è Pariſijs, ex omni regni parte ſtudioſos illuc aduocabat; omnis generis doctrinas propoſuit, & optimarum artium diſciplinas gratis tradidit. Legit præterea, perſuaſit, pellexit, docuit, expoſuit, & omnia humanitatis officia ſcientijs promouendis præſtitit. Dumque hæc ageret, pro reſtaurandis illic bonis literis, multa dictabat ipſe ac multa ſcripſit. His modis ita late hominis vndecunque docti fama diuulgata eſt, vt à Pontifice Romam vocatus, eo annuente Cardinalis atque Cancellarius Romanæ ec-*

cleſiæ deſignatus ſit. Hactenus Balæus. Ab Innocentio certe ſecundo accerſitus, à Cœleſtino ſucceſſore Cardinalis creatus eſt tt. S: Euſebij anno 1144. & per Lucium ſecundum Cancellarius (vt ante dictum eſt) poſtea conſtitutus. Deceſſit circa annum Domini 1150.

4. HADRIANVS 4. PAPA.

DE Hadriano 4. Papa, qui ante Pontificatum Nicolaus Breakſpeare, quaſi dicas haſtifragus appellatus, & Langleiæ in comitatu Hartfordenſi prope S: Albanum natus eſt (vtcunque ædes quæ antiqua feruntur Breakſpearorum ſedes, in comitatu Middleſexię ſitæ cernantur) hæc tradidit Gul: Neubrigenſis. *Is natione Anglicus, patrem habuit clericum quendam* (nomine Robertum Breakſpeare) *non multæ facultatis, qui relicto cum ſeculo filio impubere, apud S. Albanum factus eſt Monachus. Ille vero adoleſcentiam ingreſſus, cum propter inopiam ſcholis vacare non poſſet, idem monaſterium quotidianæ ſtipis gratia frequentabat. Vnde pater erubuit, verbiſque mordacibus ſocordiam eius increpitans, omni ſolatio deſtitutum cum grauiindignatione abegit. Ille vero ſibi relictus, & forti neceſſitate aliquid audere coactus; Gallicanas adijt regiones, ingennè erubeſcens in Anglia vel fodere vel mendicare. Cumque in Francia minus proſperaretur, ad remotiora progrediens, trans Rhodanum peregrinatus eſt, in regione quæ Prouincia dicitur. Eſt autem in illa regione monaſterium nobile clericorum Regularium quod dicitur S: Rufi: Ad quem locum ille veniens, & ſubſiſtendi occaſionem ibidem inueniens; quibus potuit obſequijs iiſdem ſe fratribus commendare curauit. Et quoniam erat corpore elegans, vultu iocundus, prudens in verbis, ad iniuncta impiger; placuit omnibus, rogatuſque, Canonici ordinis ſuſcipere habitum, annis plurimis ibidem reſedit, regularis ibidem in primis diſciplinæ emulator. Cumque eſſet acris ingenij & lingnæ expeditæ, frequenti & ſtudioſa lectione ad ſcientiam atque eloquentiam multum profecit. Vnde factum eſt, vt Abbate defuncto, fratres eum concorditer atque ſolenniter in patrem eligerent. Quibus cum aliquandiu præfuiſſet; pœnitentia ducti atque indignati, quod hominem peregrinũ leuaſſent ſuper capita ſua; facti ſunt ei de cetero infidi atq; infeſti.*

Odijs

Odijs itaque paulatim crudeſcentibus, vt iam grauiter aſpicerent in quo ſibi paulo ante bene complacuerat: Tandem conflictus & propoſitis contra eum capitulis, ad ſedem eum Apoſtolicam prouocarunt. Piæ autem memoriæ Eugenius, qui tunc arcem Pontificij tenebat, cum rebellium filiorum contra patrem querelas audiſſet, & eius pro ſe allegantis prudentiam modeſtiamque animaduerteret; paci inter eos reformandæ efficacem operam dedit, multumque imperans, & ſæpius inculcans vtrique parti vt partes eſſe deſinerent, & vnitatem ſpiritus in vinculo pacis ſeruarent; reconciliatos ad propria remiſit. At non diu quieuit neſcia quietis malitia, grandinſque intonuit reduiua tempeſtas. Interpellatus eſt iterum idē venerabilis Pontifex, cuius iam aures, fratrum illorum querelis & ſuſurris tinniebant. Vtrique ergo parti pie & prudenter proſpiciens: Scio (inquit) fratres, vbi ſedes ſit Satanæ; Scio quid in vobis ſuſcitet procellam iſtam. Ite, eligite vobis patrem cum quo pacem habere poſſitis, vel potius velitis: Iſte enim non erit vobis vlterius oneri. Itaque dimiſſis fratribus, Abbatem in B: Petri obſequio retinens, Albanenſem ordinauit Epiſcopum; ac non multo poſt ſumptis induſtriæ eius experimentis, ad gentes ferociſſimas Dacorum & Norrenſium cum plenitudine poteſtatis direxit Legatum. Quo ille officio in barbaris nationibus per annos aliquot ſapienter & ſtrenuè adminiſtrato; Romam cum ſalute & gaudio remeauit, ſuſceptuſque à ſummo Pont: & Cardinalibus cum honore & gloria. Euolutis diebus non multis; Anaſtaſio (qui Eugenio ſucceſſerat) decedente, omnium in eum votis concurrentibus, Romanæ vrbis Pontificatum ſuſcepit, factus ex Nicolao Adrianus. Qui nimirum ſuorum non immemor rudimentorum ob paternam maximè memoriam, B. martyris Albani eccleſiam & donarijs honorauit, & perpetuis inſigniuit priuilegijs. Hactenus Neubrigenſis, qui priuilegia quænam illa fuerint non expoſuit. Inter cætera, hoc ſilentio mihi non eſt prætermittendum, quod Abbati Albanenſis cœnobij indulſit (verbis vtar ipſius priuilegij) *vt ſicut B: Albanus Anglorum Protomartyr eſſe dignoſcitur; ita Abbas Monaſterij ipſius inter Abbates Angliæ primus omni tempore dignitatis ordine habeatur.* Cætera iam quæ ad hunc Pontificem pertinent operæpretium opinor haud erit explicare. Quomodo Norwegos fidem

Chriſtianam primus docuerit, (quod nimis leuiter pertranſijt Newbrigenſis) ciues Romanos ad priſcam libertatem anhelantes repreſſerit; Et Fridericum (quocum illi poſtea magna certamina) ſtapedem de equo deſcendenti tenere illi permiſerit; ne longus ſim nimis, lectorē rogo vt ab hiſtoricis petat qui hæc oĩa prolixe ſatis ſunt perſequuti. Cardinalis creatus eſt anno 1146. in Pontificē electus menſe Decēbri 1154 & diem clauſit extremum Sept: 1. 1159. Anagniæ, mortis genere inaudito ſublatus, muſca nimirū in os inuolante ſpiritu p: æcluſo (vt plurimi tradidere) quamuis Ciaconio placet angina extinctū. Sepultus eſt in eccleſia S: Petri iuxta Eugenium patronum ſuum.

5. Galfridvs Monvmethensis.

QVam parum probabiliter à Ciaconio traditum ſit, Galfridum Monumethenſem Epiſcopum Aſaphenſem, Cardinalem extitiſſe, in vita eiuſdem inter Aſaphenſes Antiſtites diſſeruimus, ad quem locum lectorem remitto.

6. Boso.

BOſo, natione Anglus (ſicut Balæus tradidit) nec non (vt habet alius) Hadriani Papæ nepos, Cardinalis renunciatus eſt menſe Decembri 1155. & Pontificis Camerarius. Titulos habuit primum SS: Coſmæ & Damiani, tū S: Crucis in Ieruſalem, mox S: Pudentianæ, ac tandem denique Paſtoris. Illius præcipuè opera Alexander 3. Cardinalium 19. ſuffragijs Pontifex eſt declaratus. A quatuor tamen diſſidentibus, Octauianus quidam Papa etiam conſtitutus, Victoris 4. nomen aſſumpſit. Sed ab Imperatore tantum & Germanis ſuis pro Pontifice legitimo agnitus eſt. Sub Alexandro igitur, magno in honore viuens Boſo, fato tandē functus eſt circa annum ſalutis 1180.

7. Henricvs Blesensis.

AVthor libelli cui titulus Antiquitates Britannicæ (qui reuerendiſſimo patri aſcribitur, Matthæo, Cantuarienſi (me puero) Archiepiſcopo, ſcriptum reliquit, Gulielmo Corbello

Corbello ex anteceſſoribus ſuis vno, defuncto, Henricum Bleſenſem Wintonienſem Epiſcopum & Stephani tum regnantis fratrem, Cardinalem creatum. Cuius rei mentionem alibi nuſquam reperi. Legatina certe poteſtate circa id temporis honeſtatum, teſtatiſſimum eſt. De illo ſupra inter Wintonienſes plura.

8. Herebertvs de Bosham.

HErebertus, de Boſham cognominatus, quod Boſhamiæ in comitatu Suſſexiæ natus ſit, Academiæ Oxonienſis alumnus (vbi Theologiæ Doctorem creatum tradunt) Beketti Cantuarienſis Archiepiſcopi fuit amanuenſis, ac neci eius interfuit, qua de re inter alia eius opuſcula à Balæo recenſita, hiſtoriam ſcripſit. Per Alexandrum tertium, Beneuentanus Archiepiſcopus renunciatus eſt, & menſe Decembri 1178. in Cardinalium album aſcriptus. Vbi, aut quo tempore obierit, non comperi.

9. Ioannes Cvmmin.

IOannes, agnomine Cuminus, vir Anglicus natione, & in Anglia apud Iueſham à Clero Dublinenſi, regia procurante induſtria, conſone ſatis & concorditer electus in Archiepiſcopum eiuſdem eccleſiæ, *& à Romano Pontifice Lucio apud Velletrium Presbyter Cardinalis ordinatus, ac conſecratus eſt* anno 1183. *Literatæ vir eloquentiæ, qui iuſtitiæ zelo, debitoque adeptæ dignitatis officio, eccleſiæ Hibernicæ ſtatum egregiè ſublimaſſet, niſi ſemper gladius gladio, ſacerdotium regno, virtus inuidia reprimeretur.* Sic Giraldus, eo ipſo tempore viuens; vtcunque Ciaconius illius nullam faciat mentionem, imò nec aliu, quiſquam quod ſciam, vt Cardinalis ſaltem. Haud temere inuenies (quantum auguror) aliquem Pontificum ante hunc Luciũ, cardinalitiam dignitatem contuliſſe homini, quem conſtaret tam procul à ſede Romana vitam traducturum. Eccleſiam S: Patricij Dublini hic conſtruxit, in qua ſepultus eſt anno 1212.

10. Stephanvs Langton.

STephanus Langtonus, in Archiepiscopum Cantuariensem postea consecratus, Cardinalis creatus est tt: S: Chrysogoni Dec: 15. 1212. De quo plura inter Cantuarienses.

11. Rogervs Cvrson.

SVb id ipsum tempus, aut aliquantò fortasse maturius (Onuphrius designat annum 1211.) Robertus Curson Cardinalis creatus est tt: S: Stephani in Cœlio monte; de quo hæc scripta reliquit Balæus. *Robertus Curson ex nobili quodam Anglorum ortus genere, disciplinis tum prophanis tum sacris studiosus incubuit, idque (quantum ex coniecturis colligo) in celebratissima Oxonij Academia. Præstantissimis illic institutoribus vsus, ex summa circa ingenuas artes industria, & assiduo literarum labore, famam sibi inter suos celeberrimam comparauit. Ampliora deinde meditatus, Parisiorum Lutetiam atque Romam ipsam petijt; illic Theologus Doctor, hic vero Cardinalis effectus. Vnde vterque Matthæus, Parisius ac Westmonasterius, hoc de ipso testimonium adferunt, Anno Domini 1218. (inquiunt) in captione Damiatæ Ægypti vrbis, sub Ioanne Brenno Hierosolymorum Rege, fuit cum Pelagio Albanensi, Magister Robertus de Curson Anglus clericus celeberrimus, genere nobilis, ac Rom: ecclesiæ Cardinalis &c.* Deinde, quæ scripserit opuscula enarrat. Post reditum, sub Honorio tertio venit huc in Angliam Legatus. De tempore mortis eius nihil comperi.

12. Robertvs Somercot.

RObertus Somercot Anglus, Cardinalis creatus est (vt habet Onuphrius) mense Decembri 1234. Ciaconius mentionem eius bis facit; semel tanquam ad hoc honoris fuerit euectus per Honorium 3. anno 1216. ac deinde postea, quasi ad titulum prædictum fuisset ordinatus mense Septembri 1231. sub Gregorio nono. Sed Robertum appellat Vmmercot. *Vir fuit* (inquit Parisiensis) *discretus & circumspectus, omnibus amabilis meritò & gratiosus.* Vnde defuncto Gregorio

Gregorio prædicto, omnium Cardinalium dignissimus existimatus est, qui illi in Pontificatu succederet: Et successisset sine dubio, nisi ex tam sacrosancto cætu nonnulli, inuidia tacti, & nullo modo patiendum ratis, vt Petri cathedram aliquis conscenderet, nisi generis Italici; veneno ipsum tollendum curassent in ipso conclaui, vbi electio erat celebranda. Sic Thomas Eccleſtonus in hiſtoria ſua de aduentu fratrum Minorum in hoc regnum, nec non & alij. Ita vt præfertur extinctus, interijt anno 1241.

13. IOANNES.

DE Cardinali quodam Anglo Ioanne (quem Ciaconius vocare videtur Ioannem Franciogiam, & natione Burgundum, ad titulum dicit ordinatum S. Laurentij in Lucina, deinde Episcopum Cardinalem Portuensem cuasitle) hæc habet Matt: Parisiensis, in narratione anni 1246. *Sæuientibus eodem tempore maris mundi turbinibus; cum audisset Papa quod D: Rex Angliæ parabatur animose exactionibus suis contradicendo resistere, quia nec advenerant nuncy qui effœminatam formidinem suam & incurnationem ipsius nunciarent: In iram magnam excanduit vehementer, & regnum Angliæ vlciscendo supponere præposuit interdicto. Cui talia infrunito spiritu proponenti, se M. Ioannes natione Anglicus, Monachus Cistercienſis ordinis, & Cardinalis, opposuit, dicens: Domine, pro Deo parcatis iræ vestræ (si dicere licet) indiscretæ, frænoq; temperantiæ motus voluntarios compescatis, considerantes, quoniam dies mali sunt. Terra sancta patet discrimini; Græca ecclesia recessit à nobis; aduersatur nobis Fridericus, quo non est potentior, imo nec par inter Principes Christianorum. Vos & nos, qui culmen sumus ecclesiæ, à sede Papali, imo ab ipsa vrbe, imo ab Italia exulamus expulsi. Hungaria cum suis terris sibi conterminis, nihil aliud nisi à Tartaris expectat exterminium. Alemannia suis bellis concutitur intestinis. Hispania vsq; ad abscisionem Episcopalium linguarum desæuit. Francia vsq; ad egestatem per nos iam depauperatur, quæ etiam in nos conspiranit. Anglia nostris iniurijs multoties læsa, quasi asina Balaam, calcaribus & fustibus cæsa, tandem loquitur & obloquitur, & se nimis & intollerabili-*

ter conqueritur fatigatã, & irreſtaurabiliter damnificatam. Iſmaelitico igitur more, omnibus odioſi, omnes ad odium prouocamus. Cum nec ad hæc verba mens Papalis contrita, ad compaſſionem vel humilitatem inclinaretur, quin ad pœnam & vltionem inflammaretur: Aduenerunt nuncij ab Anglia, animum Papalẽ emolumentis inhiantem mitigantes, & affirmantes, quod per amicos ſuos ſpecialiſſimos in Anglia (quos non licet mihi ſcribenti ad præſens nominare) incuruatus eſt animus Regis, vt quod optat effectui celeriter mancipetur, vnde gaudium vultum & animum eius mirifice ſerenauit. Ioannes iſte quomodocunque cognominatus, dum Lugduni concilio intereſſet, vitam cum morte commutauit anno 1274.

14. Anchervs.

Ancherus, Archidiaconus Londinenſis, (in qua ciuitate natum affirmat Balæus) Cardinalis creatus eſt tt. S. Praxedis menſe Decembri 1261. Ciaconius & Onuphrius Gallum extitiſſe tradunt & Vrbani quarti Pontificis nepotem, atqui Archidiaconum non Londinenſem ſed Laudunenſem. Deceſſit Romæ Nouemb: 1. 1286. & ad titulum ſuum eſt tumulatus, marmoreo conditus ſepulchro.

15. Gvlielmvs Bray.

Gvlielmus Bray ſacræ Theologiæ Doctor Anglus, cui cum antedicto Anchero, iam inde ab adoleſcentia magna interceſſerat familiaritas (vt Balæus tradidit) ex Archidiacono Rhemenſi Cardinalis creatus eſt ab Vrbano prædicto tt. S. Marci anno 1262. Ad vrbem veterem deceſſit Apr: 29. 1282. vacante ſede Pontificia, & ibidem iacet ſepultus in cœnobio Prædicatorum, tumulo quoque marmoreo conditus. Ciaconius & Onuphrius hunc etiam Gallũ extitiſſe volunt.

16. Robertvs Kilwardby.

Robertus Kilwardby Archiepiſcopus Cantuarienſis præſulatu ſe abdicauit, Cardinalis creandus & Epiſcopus Portuenſis anno 1278. qua de re vide plura in vita eius à me ſupra expoſita.

Google

17. Hvgo de Eueſham.

HVgo de Eueſham, medicus ſui temporis excellentiſſimus & per totum orbem Chriſtianum celeberrimus (quem, neſcio quam ob cauſam, Ciaconius Atratum cognominat) nec non artium Mathematicarum (ac præcipue Aſtrologiæ) egregiè peritus, à Martino 4. Romam accerſitus eſt, vt cum de rebus quibuſdam medicis conſuleret. Qua in re cum admodum placuiſſet; ab eodem poſtea, nimirum Martij 23. 1280. Cardinalis creatus eſt tt: S: Laurentij in Lucina. Sicut Robertus Somercotantea memoratus, poſt mortem eiuſdem Martini, quando de nouo Pontifice ſubſtituendo agitatum eſt, veneno eſt ſublatus anno 1287. vt Balæus tradidit. Ciaconius dicit peſte eum interijſſe. In titulo ſuo, marmoreo tumulo iacet conditus elegantiſſimo, qui hodie extat prope Sacriſtiam, ſed ſine vlla inſcriptione.

18. Theobaldvs.

BAlæus author eſt, Theobaldum quendam, patria Anglicum, quem credit Stampenſem cognominatũ, Preſbyterũ Cardinalem tt: S: Sabinæ in Auentino à Nicolao 4. Papa creatum, & anno 1289. defunctum. Cuius rei alibi nuſquam reperi mentionem.

19. Bernardvs de Anguiſcello.

IN catalogo Cardinalium Anglicorum ab authore Antiquitatum Britannicarum contexto, mentio fit Bernardi cuiuſdam de Anguiſcello Angli, qui ex Archiepiſcopo Rhemenſi, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis dicitur creatus anno 1281. & anno defunctus 1290. Videtur Gallus extitiſſe & non Anglus, quod Ciaconius affirmat.

20. Berardvs.

TRaditur porro in eodem Catalogo Berardum quendam Anglum, Epiſcopum Cardinalem Prænestinum conſtitutum in vigilia Pentecoſtes 1288. Et Anglum ſane extitiſſe, mihi videtur eo probabilius, quod Ciaconius (qui Gallum

Gallum vocat). Canonicum fuisse Eboracensem tradidit. Decessit mense Iunio 1291.

21. Arnoldvs de Cantilupo.

IN registro Radulphi Baldock (vbi Catalogus habetur Decanorum ecclesiæ suæ Paulinæ) Arnoldus de Cantilupo vnus è Decanis antedictis, Presbyter Cardinalis asseritur creatus anno 1306.

22. Leonardvs Gvercinvs.

IN præfato Cardinalium Anglicorum catalogo habetur etiam quidam Leonardus Guercinus. Meminit certe illius Onuphrius, sed Gallum fuisse dicit, & Presbyterum Cardinalem à Clemente 5. ordinatum anno 1310. Ciaconius, Leon: Patrassũ de Guercino appellat, & per Bonifacium 8. quem dicit auunculum eius extitisse, Episcopum Cardinalẽ Albanum asserit constitutum, mense Martio 1300. Galliam porro patriam habuisse; & vnum fuisse ex quatuor Legatis quibus facultas data, vt Henrico septimo Imperatori coronationis solennia impenderent: Ex Germania vero hunc in patriam reuertentem in via defunctum Decembris 5. 1311.

23. Gvlielmvs Maklesfeild.

BEnedictus 11. Papa qui ex societate prodierat fratrum Prædicatorum, & eiusdem ordinis fuerat Generalis; veteris amicitiæ memor, inter se & Gulielmum Maklesfeild ante annos plurimos contractæ; eundem Gulielmum sacræ Theologiæ Lutetiæ Baccalaureum, Oxoniæ vero Doctorem creatum & fratrem (prout ipse) prædicatorem, Cardinalem renunciauit tt. S. Sabinæ mense Decembri 1303. cum iam quatuor menses in sepulchro is iacuisset. Galerus tamen Cardinalitius, Londinum, vbi fuerat humatus, deportatus est, & magna cum solennitate super tumulum eius collocatus. Natus hic fertur in ciuitate Couentrenſi.

24. Waltervs

24. Walterus Winterborn.

De obitu Makleſfeldij ſimul ac nunciatũ eſt, Pont: antedictoviſum eſt continuo ſubſtituere, atque ad eundẽ tituli ordinare, Walterũ Winterburn, Sarisburiæ natum, fratrẽ (ſicut alter ille) Prædicatorẽ, Doctorẽ Theologũ, ordinis ſui Prouincialem, & Regis Edwardi primi Confeſſorẽ. Clementis 5. Pontificis electioni interfuit: Et vix 15. menſes hoc potitus honore, octogenarius deceſſit anno 1305. Londini tumulatus. Homo (vt ea ferebant tempora) eruditione præditus ſingulari, quod ſatis teſtantur monumenta in ſcriptis ab eo relicta.

25. Thomas Ioyce.

FRatrum Prædicatorũ Prouincialis in Anglia proximus, Thomas Ioice, ſacræ Theologiæ Doctor Oxonienſis, Winterburno vſque quaque ſucceſſit. Nam vt ſocietatis ſuę poſt illum fuit Prouincialis, ſic etiam Regius Confeſſor, ac tandem eiuſdem tituli S: Sabinæ Cardinalis, creatus nimirum menſe Decembri 1305. Septem annos Prouincialem fuiſſe tradit Ciaconius, in hoc vt videtur lapſus, cum id muneris Winterbornus non reliquerit ante ſuſceptum honorẽ Cardinalitium, anno videlicet 1303. Anno vero 1311. Legatione functus apud Henricum 7. Imperatorem, dum reuertitur, in Sabaudia morbo lethali correptus, vitã ibidem terminauit. Corpus tamen Oxoniam deportatum, in cœnobio Prædicatorum, ſicut ipſe mandauerat, humatum eſt. Huic ſex erant fratres vterini, qui omnes habitum ſumpſerunt prædicatorum, & quorum vnus nomine Walterus, Archiepiſcopus euaſit Armachanus. Opera ab hoc Cardinali conſcripta Balæus ſatis diligenter recenſuit.

26. Sertorius Wallensis.

SErtorius, quod é Wallia fuerit oriundus, Wallenſis vulgò cognominatus, nonnunquam etiam (cuius rei rationem non capio) Fontanerius Vaſallus appellatus, Franciſcanorum

norum ſodalitio ſe iuuenis adiunxit, cuius Miniſter Generalis electus eſt decimusnonus, anno 1359. Epiſcopus poſtea Maſſilienſis creatus, mox Archiepiſcopus Rauennæ, ac tandem Gradenſis Patriarcha; ab Innocentio 6. Auenione in Cardinalium album aſcriptus eſt Septembris 17. 1361. Sed Makleſſeldij vſus fortuna, ante ſuſceptum pileum in Italia mortem obijt, nimirum ante eiuſdem Septembris exitum. Scripſit non pauca, inter quæ præcipue memorantur, Commentarius in Auguſtinum de ciuitate Dei, Quodlibeta diſputata, & Lecturæ.

27 URBANVS 5. Papa.

VRbanus quintus, ante Papatum Gulielmus Griſant nominatus, fuit (ſi Walſinghamo credendum) Anglus. Sic enim ille ſcriptum reliquit. *Obijt hoc anno 1362. menſe Auguſti PP. Innocentius 6. cui ſucceſſit D: Gulielmus Abbas ordinis S: Benedicti Marſiliat. patria Anglicus, doctor egregius & Auditor in curia, & 2. Cal: Nouembris conſecratur & vocatur Vrbanus 5.* Deinde poſt pauca ſubiungit: *Hic cum longum tempus in curia tranſegiſſet, & nullum à PP. gradum accepiſſet; cuidam amico ſuo conqueſtus eſt dicens; Puto veraciter (ô amice) etſi omnes eccleſiæ mundi caderent, nulla caderet ſuper caput meum. Cum coronatus fuiſſet, accedens ad illum dictus amicus ſuus, ait: Dudum conqueſti eſtis pater beatiſſime dicens, Etſi omnes eccleſiæ mundi caderent, nulla caderet ſuper caput veſtrum. Bene quomodo Deus diſpoſuit in hac parte: Omnes ſiquidem eccleſiæ mundi modo ſuper caput veſtrum pariter cecideruntt.* Platina, Ciaconius, & ſcriptorũ reliqui, Gallũ hunc fuiſſe contendunt, & hominis cuiuſdam militaris filium qui Gundardus ſit appellatus. Ego vero harum ſententiarum neutri fidem adhibens, id verum eſſe habeo perſuaſum quod tradidit ex Boſſono Burienſi Balæus; qui nimirum Boſſonus illis ipſis vixit temporibus. Hij igitur authores ſunt, natum quidem in Gallia Vrbanum, ſed Anglo patre prognatũ, Gulielmo Griſant medico celeberrimo, Mertonenſis collegij in Academia Oxonienſi alumno. Vrbanus iſte, ſeu Gallus ſeu Anglus Decembris 19. deceſſit, 1370.

28. Grimoaldvs de Grisant.

OMnium quos creauit Cardinales dictus Vrbanus, primus fuit, quem Ciaconius & reliqui quos ille sequutus est, (in nominum recitatione sæpenumero admodum ridiculi) vocant, fratrem Anglicum Grimaldi de Grisacco, quem natione Anglum fuisse nostri contendunt. Cæterum Papæ antedicti ex fratre nepotem extitisse in confesso est. Quare dubitandum non est vero nomine Grimoaldum de Grisant appellandum, & Anglicum dictum, si non ob patriam, saltem propterea quod vel patre vel auo Anglico fuerit prognatus. Sicut Hadrianus 4. S: Rufi prope Valentiam primum fuit Canonicus, tum Cardinalis à patruo creatus mense Septembri 1366. tt: S. Petri ad vincula, postea vero Episcopus Cardinalis Albanus declaratus, administratione sibi interea permissa Decanatus Eboracensis & Præbendæ de Sutton in ecclesia Wellensi. Decessit Auenione Aprilis 16. 1387.

29. Ioannes Thorisby.

IOannes Thorisby Archiepiscopus Eboracensis (sicuti Balæus tradidit) Cardinalis Romanus hijs temporibus creatus est; quod verum fuisse non diffido, quanquam neque Ciaconius, neque Onuphrius eiusce rei mentionem vllam fecerint. De illo vide plura apud Eboracenses Archiepiscopos.

30. Simon Langham.

SImon Langham Cantuariensis Archiepiscopus, per Vrbanum antedictũ Presbyter Cardinalis creatus est mense Septembris 1368. & postea in Episcopũ Cardinalem Prænestinum promotus à Gregorio 11. De quo supra plura inter Cantuarienses.

31. Adamvs Easton.

ADamus Easton, loco infimo natus, idque (vt videtur) in Comitatu Herefordensi, Doctor fuit Theologus Oxo-

Oxonienſis, & multa ſcripſit, vtpote vir egregiè eruditus, ſapiens, in rebus gerendis dexteritatis eximiæ, & linguæ tam Græcæ quam Hebrææ (quod in illo æuo mireris) apprime peritus. Quapropter, ob dotes animi ſingulares & merita ſua, ſine vllo gratiæ reſpectu, Cardinalis creatus eſt tit. S. Cæciliæ; ſed per quem, ambiguum: Per Vrbanum vt plurimi volunt anno Pontificatus primo; vel (vt alij, quod probabilius exiſtimo) à Gregorio 11. Quandocunque id fuerit, certum eſt, Antipapa contra Vrbanum excitato (qui nomen aſſumpſit Clementis ſeptimi) à Cardinalium plurimis deſertum Vrbanum, & de fide cæterorum dubium, ac eos præcipuè metuentem quorum virtutes maximè eminebant; ſeptē ex illis Ianuarij 2. 1385. comprehendiſſe, & dum Nuceria Genuam per mare defertur, quinque ex illis ſaccis involutos, immanitate pluſquâ barbara in mare præcipitatos demerſiſſe. Duorum qui ſeruati ſunt, vnus, fuit hic noſter Adamus, qui crudeliſſimè tortus, & dignitatibus omnibus eccleſiaſticis exutus, in carcere fœdiſſimo iam diu detentus, poſt exauthorationem, cuidam cameræ Pontificiæ clerico cuſtodiendus traditus eſt. Vrbano vero mortuo, poſtquam in ſumma inopia quinque annos traduxiſſet, Bonifacius 9. cunctis eum honoribus reſtituit, & literis ad Regem Richardum ſecundum perſcriptis (quæ coram regni ordinibus in parlamento tum forte congregatis, recitatę ſunt) teſtatus eſt, Vrbanum nunquam ſacerdotijs eum ſuis priuaſſe, ſed eorundem ius & poſſeſſionem illi ſemper integra conſeruaſſe. Deinde magnis eum laudibus efferens, inter cætera *magnum regni zelatorem* vocauit, anno nimirum 1390. Fortuna iam poſtea vſus ſecundiſſima, ſeptem annos vixit, & Sept. 19. 1397. decedens, in eccleſia tituli ſui ſepultus eſt, vbi monumentum habet marmoreum, effigie & inſignibus ſuis ornatum, hoc epitaphio ſatis barbaro inſcriptum:

Artibus iſte pater famoſus in omnibus Adam
Theologus ſummus, Cardiquenalis erat.
Anglia cui patriam titulum dedit iſta Beatæ
Ceciliæq; morſq; ſuprema polum.
Obyt 1397. menſe Sept.

Volu-

Volumina reliquit à ſe conſcripta pluſquam viginti, quorum pars maxima, vel Hebræa lingua exarata ſunt; vel tranſlationes fuerunt alienorum operum ex Hebræa in Latinam linguam; vel ſaltem de lingua Hebræa conſcripta ſunt. Inter cætera vero, ſi taceam, officium viſitationis B: Virginis ab eo compoſitum; metuo ne ſuccenſeant mihi Pontificij noſtri. Ciaconius & Onuphrius Londinenſem eum vocant Epiſcopum, quod ab omni probabilitate, atque adeo veritate eſt abhorrentiſſimum. Ad Archiepiſcopatum certe Cantuarienſem à Monachis electum comperi, ſed Rege aduerſante, ideoque electionem eam Romæ protinus caſſatam.

32. Gvlielmvs Covrtney.

MVlto eſt probabilius Gulielmum Courtneium Epiſcopum tum Londinenſem, ab eodem Vrbano Cardinalem creatum, id quod Walſingamus ſcriptum reliquit. Cæterum hac de re quid exiſtimandum cenſeam, expoſui ſupra inter Londinenſes.

33. Philippvs Repindon.

PHilippus Repingdon, Doctor Theologus Oxonienſis, & eiuſdem Academiæ Cancellarius, ex Abbate Leiceſtrenſi Epiſcopus Lincolnienſis conſtitutus & Maij 29. 1405. conſecratus, poſtquam doctrinam Wicleuianam iam diù propugnaſſet: Cardinalis creatus eſt tt: SS: Nerei & Achillei Sept. 18. 1408. per Gregorium 12. qui iureiurando ſe obſtrinxeratn, ouum Cardinalem neminem ſe lecturum antequam ſchiſma eſſet ſublatum. Veruntamen ab omnibus Cardinalibus ſe videns deſertum (quinque duntaxat exceptis) decem vno eodemque tempore ordinauit, quorum vnus fuit Repindonus. De quo vide plura inter Lincolnienſes.

34. Thomas Langley.

THomas Langley Epiſcopus Dunelmenſis, Cardinalis Presbyter creatus eſt Iun: 6. 1411. per Ioannem 22. Pont: Deceſſit anno 1437. De quo conſule Dunelmenſes.

35 Robertvs

Digitized by Google

35. Robertvs Halam.

RObertus Halam Sarisburienſis Epiſcopus, vna cum Langlæo antedicto Presbyter ſimiliter Cardinalis renunciatur. Qui diem clauſit extremũ in arce Gotliebenſi prope Conſtantiam, dum concilio ibi congregato intereſſet, Sept. 4. 1417. vti ſuo loco retulimus.

36. Henricvs Beavfort.

HEnricus cognominatus Beaufort à loco (vt opinor) natiuitatis, Henrici 4. Regis frater, Epiſcopus Wintonienſis, in Cardinalium album aſcriptus eſt per Martinum quintum Iunij 23. 1426. tt: S. Euſebij. Exceſſit è viuis Aprilis 11. 1447. De quo inter Wintonienſis ſatis prolixe.

37. Henricvs Chichley.

HEnricus Chichley Archiepiſcopus Cantuarienſis (ſi verum ſit quod retulit Antiquitatum Britannicarum author) titulo etiam S: Euſebij Cardinalis creatus eſt anno 1428. Sed allucinatum credo. Nam alibi eiuſce rei nullam reperi mentionem, ne in epitaphio quidem tumulo ſuo adſcripto, vbi percurſæ ab eo dignitates ſigillatim diligenterq; recenſentur.

38. Ioannes Stafford.

SIcut Henricum Cantuarienſem pro Wintonienſi, ſic etiam Ioannem Cantuarienſem pro Eboracenſi (deceptus nominis ſimilitudine) Catalogo ſuo Cardinalium aſcripſit (ſed perperam) author antedictus, atque ad titulum S. Sabinæ ordinatum dicit 1434.

39. Ioannes Kemp.

IOannes Kemp Eboracenſis Archiepiſcopus ad titulum antedictum ordinatus eſt Aug: 9. 1439. & tempore ſatis longo poſtea, iam Cantuarienſis Archipræſul, ad titulum S: Rufinæ tranſlatus eſt. Obijt Martij 30. 1486.

40. Thomas

40. Thomas Bovrchier.

THomas Bourchier Archiepiſcopus Cantuarienſis à Paulo ſecundo Cardinalis renunciatus eſt tt. S: Cyriaci in Thermis Sept: 18. 1464. Qui deceſſit Martij 30. 1486.

41. Ioannes Moorton.

ARchiepiſcopus etiam Cantuarienſis Ioannes Moorton per Alexandrum Sextum, Præſul præſtantiſſimus à Pontifice peſſimo, Cardinalis declaratur tt: S: Anaſtaſij Sept: 20. 1493. Qui anno defunctus eſt 1500.

42. Christophorvs Vrswike.

CHriſtophorum Vrſuicum Decanum Eboracenſem, nec non & Windeſorenſem, atque Regi ab eleemoſynis, ad titulum S: Praxedis Cardinalem ordinatum ſcripſit Balæus, eiuſque rei authores citat Pol: Virgilium atque Onuphrium; quod ab illis traditum nondum reperi. Nominis ſimilitudine deceptum non dubito. Nam in epitaphio tumulo eius inciſo, vbi omnes quos adeptus eſt honores accurate recenſentur (viſitur autem etiamnum in eccleſia parochiali Hackneię prope Londinum) de purpureo galero nuſquam habetur mentio.

43. Christophorvs Bambridge.

CHriſtophorus Bambrigius Eboracenſis Archiepiſcopus Cardinalis haud dubie creatus eſt, atque ad titulum antedictum S: Praxedis ordinatus menſe Martio 1511. Romæ cum Legationem obiret, eadem humanitate exceptus qua Somercottus, Eueſhamenſis & alij populares noſtri, veneno eſt ſublatus Iulij 14. 1514. prout in hiſtoria vitæ eius, ſupra eſt à me expoſitum.

44. Thomas Wolsey.

THomas Woolſæus Eboracenſis Archiepiſcopus, Cardinalis creatus tt: S: Cæciliæ Sept: 7. 1515 fato ſuo functus eſt Nov: 29. 1530. de quo ſuo loco ſatis prolixe.

45. Ioannes Fisher.

IOannes Fiſherus Epiſcopus Roffenſis, quod de primatu Regio iuramentum ſuſcipere recuſaret, & coniugium Regis cum Anna Bolenia nullo modo vellet approbare, ad mortem eſt damnatus anno 1535. Quod vt Pontifici Paulo tertio nunciatum eſt, conſilio ſatis abſurdo, galeri purpurei honore ornandum duxit; ſiue in morituri qualecunque ſolatium, ſiue quod caput ſacra purpura honeſtatum, Regem attingere non auſurum ſperaret; id quod exitium illi maturauit, vt videtur. Nam Maij 21. ad titulum ordinatus S: Vitalis, (titulum illi ſane non vitalem ſed mortiferum) vt primum ea res innotuit, in loco magnatum ſupplicijs deſtinato (qui collis dicitur iuxta Turrim) Iunij 20. 1535. ſecuri eſt percuſſus.

46. Reginaldvs Polvs.

REginaldus Polus, Cantuarienſis poſtmodum Archiepiſcopus, per Paulum 3. Cardinalis creatus, Maij 20. 1536. tt: SS. Nerei & Achillei, poſtea ad titulum primò S: Mariæ in Coſmedin, ac deinde S. Priſcæ tranſlatus eſt. Cuius vitæ hiſtoriam habes ſatis amplam ſupra inter Cantuarienſes.

74. Petrvs Petow.

QVomodo Petrus Petous Franciſcanus, Cardinalitia dignitate à Paulo tertio honeſtatus eſt Iunij 13. 1557. & Legatus à latere ac Sarisburienſis Epiſcopus declaratus, vt Polo Cardinali ægrè faceret; in vita eiuſdem Poli partim, partim T. Cranmeri, inter Cantuarienſes, pluribus à me ſupra eſt expoſitum. In Gallia deceſſit menſe Aprili 1558. cum pileum purpureum in Anglia (quod peſſime eum habuiſſe credo) non dum geſtaſſet.

48. Gvlielmvs Allen.

AD Cardinalium noſtræ gentis, temporis ordine poſtremum, nequitia vero, omnium (vt auguror) facile primum

mum eſt perventum. Qui quanquam patria Anglus, inter Anglos tamen adeo non meretur numerari, vt tanquam alter Heroſtratus, quo nomen ſibi compararet iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra; eccleſiæ noſtræ, totius Chriſtiani orbis (abſit dicto inuidia) nobiliſſimæ, incendium ſit molitus. Quare, memoriam eius, poſteritati calamus meus non commendaret, ſi mentionem eius omittendo, obliuione ſepeliri poſſe ſperarem. Patriæ proditor iſte ſceleratiſſimus, in Comitatu Lancaſtrenſi natus, & in collegio Orialenſi Oxoniæ educatus, ad Romaniſtarum caſtra profugiens, poſt multos ſudores & labores exantlatos, vt Angliam tyrannidi Pontificiæ & Hiſpani imperio ſubiugaret, ab iſto tulit præmium, Archiepiſcopatum Mechlinienſem, ab illo vero galerum purpureum, Cardinalis creatus tt: S: Martini in montibus, ſtilo noſtro, Iulij 28. 1587. Interijt Romæ Octob. 6. & in eccleſia Anglorũ ſepultus, epitaphio huiuſmodi honeſtatur.

DEO Trino & Vni.

Gulielmo Alano, Lancaſtrienſi, S. R. E. Cardinali Angliæ, qui exterris à patria, perfunctus laboribus diuturnis, & orthodoxa religione tuenda, ſudoribus multis in ſeminarijs ad ſalutem patriæ inſtituendis, fouendis, periculis plurimis ob eccleſiam Romanam, opera, ſcriptis, omni corporis & animi contentione defenſam, hic in eius gremio, ſcientiæ, pietatis, modeſtiæ, integritatis fama & exemplo charus, occubuit 17. Kal: Nouembris, anno ætatis 63. ſalutis humanæ 1594.

Cœnobiorum illorum Catalogus, quorum Abbates locum habebant inter magnates in ſuperiori conſeſſu Parlamentario, prout in Regiſtro patet anni 1514.

S. Petri Weſtmonaſterien.
S. Albani.
S. Edmundi de Bury.
Glaſton:
Abendon.
Eueſham.
Gloceſtren:
Ramſeien:
B: Mariæ Eborac:
Teuxbury.
Reading.
De Bello, ſiue Battaile.
Winchcomb.
Hida iuxta Winton.
S. Benedicti de Hulm.
Berdney.
Salopien:
Crowland.
Cirenceſtren:
Waltham.
Malmesbury.
Thorney.
S. Auguſtini Cantuar:
Selby.
Burg: S. Petri.
S. Io: Colceſtren:
Taueſtok.
Prior Couentren:

Quibus adiungi conſueuit Prior Ordinis S. Ioannis Hieſolymis, qui vulgo Magiſter Militum Ioannitarum, & primus Angliæ Baro haberi voluit.

Errata craſſiora ſic emendanda.

PAg: 5. lin. 1. Iudas, Iudæ. 15. l. vlt tuenda, tenenda. 21. l. 9. Romanæ, Romani. 64. l. 29. repugnando, repurgando. 73. l. 2. 691. 991. 108. l. 35. nimium, minui. 192. l. 24 interiorē, interius. 194. l. 10. nimirū, nimiū. 200. l. 30. irriganda; ne illis ſuperſtitionib. irrigandis; ne illis ſuperſtitionis. 202. l. 15. profugerunt, profugerant. 238. l. 1. 121 124. 240 l. vlt. Hinc, Huic. 241. l. 28. Cancellarius, Camerarius. 248. l. 23. annis, annos. 259. l. 33. Occidentalem, Occidentalium. 265. l. 22. cam, iam. 266. l. 29. prædicare, prædicere. 277. l. 2. nunciata Regi, Regi nunciato. 278. l. 4. Wintonienſib. Wintonienſis. ib. l. 13. cœperunt, Monachi cœperunt. ib. l. 23. illi, fratri. 284. 4717. ouiculas 3521. 3876. ouiculas 4717. 285. in marg: 1365 1367. 289. l. vlt. totum, totam. 292. l. 35. denariorum, denarios. 296. l. 13. indicaret, iudicarit. 298. l. 15. Foxi, Wolſæi. ib. l. 30. 1559. 1539. 307. l. 9. 46. 36. 308. l. 10. proderit, proderet. 309. l. 12. dele conatum. 349 l. 18. meditatur, meditaretur. 365. l. 23. huiuſmodi, huiuſce. 391. l. 26. ius, iuris. 393. l. 10. ſumpta, ſumptu. 420. l. 9. ſuccenturiaretur, ſuccenturiaret. 430. l. 21. exprimere, exprimit vt. 448 l. 5. cernēæ, cerniſiæ. 496 l. 32. conquieuerant, conquieuerunt. 519. l. 30. Eenſem, Elienſem. 529. l. 16. abnuerat, abnuerit 531. l. 26. nullus, nullius. 559. l. 7. antiquus, antiquitùs. 578 l. 7. ſecundo, ſecundo, ad. 591. l. 25. exitiali, exitiale. 539. l. 6. quæ, qui. 607. l. 12. Giraldo, Giraldi.

In prouincia Eboracenſi.

Pag. 21. lin. 34. Highelt, Highteſt. 36. l. 19. poſtella, ploſtella. 51. l. 17. adminiſtrare, adminiſtraret. 52. l. 31. ſuarum, ſuorum. 53. l. 1. prædicatione in. Prædicatione Liga. 76. l. 1. inutile, inutilem. 84. l. 21. pugnaret, purgaret. 90. l. 23. fucundia, facundia. 144 l. 25. Archidiaconus, Archidiaconi, 161. l. 25. Oxonienſi, Oxonienſis.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google